APPROBATIO Rmi. P. DOMINI Hilarionis Rancati Præsidis Generalis Ord. Cistertien. & S. Inquisitionis Romanæ Consultoris.

EX cōmissione Rmi P. Nicolai Ricardij Magistri S. Pal. Apostolici vidi & attentè perlegi quæ hoc libello continentur, vitam B. Petri Thomæ & ad eam Notas, quæ consuetam authoris sui redolent pietatem, & eruditionem, eam scilicet, qua iam dictauit tot Annalium volumina, post quæ & hic liber tutò & vtiliter imprimi & l[illegible]poterit. Datum in Mo[illegible]nterio S. Gaucis in Ierusalem [illegible] 12. Aprilis 1637.

DON HILA[illegible]ION RANCATVS

Imprimatur.

Fr. NICOLAVS RICARDIVS S. P. Apostolici Magister.

Stephanus Lusignanus Cyprius in libro c[illegible]onarum, corona. V.

*PEtrus Thomas Ordinis B. Mariæ Virginis de Mont[illegible]-Carmelo Patriarcha Constantinopolitanu[illegible] vir sanctissimæ vitæ, obiit Martyr. * sepult[illegible] est Famagustæ, & ab omnibus reputatur Be[illegible]tus.*

In Chorographia eiusdem & breui hi[illegible]oria insulæ Cypri.

B[illegible] Thomas, Patriarcha Constanti[illegible], Carmelita, sepultus apud Carm[illegible]gustæ cum multis miraculis.

Syluester Marulus in Mari Oceano Relig[illegible]num, titulo de Ordine Carmelitarum.

CLaru[illegible]etiam Fr. Petrus Thomas ex Vasconia, qui ob magnam erga Beatissi[illegible] Virg[illegible]em deuotionem, ab ea recepit

Index Bullarum.

XIV.

Inuitat ad vnionem cum Ecclesia Latina. pag. 128

XV.

Idem persuadet Patriarchæ Græcorum. pag. 135

XVI.

Intimat se Nuntios mittere ad Imperatorem. pag. 138

XVII.

Transfertur ab Ecclesia Pactensi ad Coronensem. pag. 140

XVIII.

Instituitur Legatus Apostolicus in [illegible]plissimis prouinciis. pag. 144

XIX.

Vt [illegible] Cruce signatorum contra Turcas conscribant. pag. 150

XX.

Vt cedat B. Petro Legationem, & regimen ciuitatis Smyrnarum. pag. 157

XXI.

Instituitur [illegible]

satione sanctissimus, quippe qui viuus & mortuus, signis & miraculis multis legitur coruscasse, in declamandis se[illegible]onibus ad populum excellentis ingeny fuit. Scripsit quædam præclara volumina, de [illegible]uibus ista feruntur.

Supe[illegible]

Serm[illegible]b. 2.

Et q[illegible]

Claruit te[illegible]peratoris quarti, & Clementis [illegible] Domini 1350. & in Cypro sepultus.

Eadem exscripserunt Petr[illegible]s Lucius Belga in Bibliotheca Carmelitarum [illegible] Antonius Posseuinus in Apparatu sac[illegible]

Conradus Gesne[illegible] biblio-thec[illegible]

PEtrus Thomas Ordini[illegible]n Beatæ Mariæ semper Virginis de [illegible]nte-Carmeli, primùm Episcopus Pacensis, [illegible]leinde Cretensis Archiepiscopus, nouissime [illegible]verò Patriarcha Constantinopolita[illegible]us, scrips[illegible]t quædam præclara volumina, de quibus ista [illegible]feruntur, &c. Super Sententias libr[illegible] Sermones quoque varij, libri duo. Et quædam similia.

11548

Paz in praexi

Ego subsignatus in sacra Theologia facultatis Parisiensis Magister, vidi & legi librum, cui titulus est: *Vita Beati Petri Thomæ Episcopi & Confessoris Ordinis sanctæ Mariæ de Monte-Carmelo*, in quo cùm nihil aduersus fidem, neque bonos mores repererim, dignum qui in lucem edatur iudicaui. Lugduni in Conuentu sancti Bonauenturæ, Fratrum Minorum, hac die quarta Septembris 1637.

FR. BERNARDINVS MOLLIASSON.

Idem censeo FR. BONAVENTVRA DELACLOSTRE Guardianus Conuentus S. Bonauenturæ Lugduni.

Index Bullarum.

V I.

Mittuntur Sedis Apostolicę Nuntij ad regnum Rassiæ, Albaniæ, & Sclauoniæ, aliásque partes adiacentes. pag.103

V I I.

Commendat ei prædictos Nuntios. pag. 108

V I I I.

Eidem similiter prædictos commendat. pag.109

I X.

Suadet vt bellum Rex inferat schismaticis, & exercitus Christiani Imperatorem instituit. pag.110

X.

Vt prohibeant ne quis schismaticis fauorem, aut auxilium præstet contra Regem. pag.119

X I.

Vt abstineat à fœdere ineundo cum Rassensibus. pag.121

X I I.

*tione, hæc eadem postulauit & impetrauit. Fuit assumptus ad Episcopatum Precacensem * & postea ad Patriarchatum Constantinopolitanum, postquam diu laborauit, & libros multos scripsit, factus est Legatus in Alexandria, * & in Famagusta * Cypri fuit vulneratus ab infidelibus, obiítque in die Epiphaniæ anno * 1376. & ibidem sepultus in Conuentu Carmelitarum, clarus multis miraculis, & in illo regno plurimùm inuocatur tempore epidimiæ.*

Ioannes Grossus Generalis Carmelitarũ electus ann. M. CCCLXXXIX. in tractatulo, cui titulus est, *Viridarium Ord. Carmelitarum.*

*QVintus decimus fuit sanctus Petrus Thomæ, Patriarcha Alexandrinus, * per quem Deus multa fecit miracula in captione ciuitatis Alexandriæ, & etiam in ciuitate Bononiæ, vbi per certum tempus mansit Legatus Papæ, * quo siquidem tempore fundauit [illegible]*

[illegible]ulielmus Eysengrenius in Catalogo testium veritatis, ad annum M. CCCXLVIII.

*[illegible]. Petrus Thomas, Ordinis Fratrum B. Mariæ semper Virginis de Monte-Carmeli, primùm Episcopus * Pactensis, deinde Cretensis Archimysta, & Patriarcha Constantinopolitanus, sacræ paginæ Doctor, vir vtique religiosus, innocentis vitæ, & bonus Pastor, philosophus & Orator celebris, Theologus profundus, non minùs doctrina, quàm vitæ sanctitate Pontifex clarus. Quatuor libros sententiarum Lombardi exposuit. Sermones quoque in solemnibus habitos scripsit. In Cypri sepelitur, Annum circiter Saluatoris Chri-*

M. CCCLXI.

Trithemius de scriptoribus Ecclesiasticis.

*PEtrus Thomas, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ semper Virginis de Monte-Carmeli, primùm Episcopus Pactensis, * deinde Cretensis Archiepiscopus, nouissimè verò Patriarcha Constantinopolitanus, vir in diuinis scripturis eruditissimus, vita & conuersation*

INDEX BVLLARVM
QVÆ
B. PETRI THOMÆ
RES GESTAS
concernunt.

BVLLA I.

VT misso ad Ianuenses, & Mediolanenses velint adesse. pag. 81

II.

Instituitur Episcopus Pactensis, & Lipparienſis. pag. 83

III.

Hortatur vt fidem promoueat Romanum, & Sedis Apostolicæ Nuntios benignè recipiat. pag. 87

IV.

PERMISSIO.

VIsis approbationibus supra positis, librum inscriptum, *Vita B. Thomæ Confessoris, &c.* à Laurentio Durand Bibliopola Lugdunensi imprimi non impedio, prohibens ne quis alius dictum librum excudat. Datum Lugduni die quinta Septembris 1637.

PROST.

CONSENSVS.

Flat, iuxta conclusiones Procuratoris Regij, Lugduni die quinta Septembris 1637.

SEVE.

ncti habetur in multis partibus mundi, & æsertim in Anglia: cuius regni duo milites, deliceet Dominus Ioannes de Grey, & Domi-us de Stapylton, qui secum in captione prædi-æ ciuitatis Alexandriæ fuerunt personali-r, eius vitam gloriosam descriptam, sub in-uisitione veridica tam secularium, quàm Re-gi sorum ad partes Angliæ deportauerunt. orpus istius sancti est in regno Cypri, in con-entu Famagustæ, vbi per eum multa fiunt mi-acula.

oannes Paleonydorus Batauus de Antiquitate, & sanctimonia Eremitarum Montis-Carmeli lib. 3. cap. duodecimo.

*Claruit etiam circa hæc tempora Magister Petrus Thomas. Hic (teste Cancella-Cypri) ortum habuit ex Aquitania, hic de-us literarum studiis, in Conuentu * Cado-nsi habitum nostræ Religionis assumpsit. um verò studium suum, & vitam sine in-missione post Deum intemerata Virgini*

Virginem exoraret, dixit illi in visu: Ne t meas Petre, omnia tibi necessaria adiicient Altera die Deo, suæque Genitrici gratias agen postquam Missarum compleuisset mysteria, nit quidam mercator, & facta confessione d dit illi decem aureos Regales. Exinde tem ralium semper sufficientiam à Deo consequut est. Adeptis autem Parisiis Doctorum ins gniis, post frequentes orationes pro Ord. nost stabilitate in nocte Pentecostes instantiu Virginem Mariam exorauit. Cui apparens il la dixit, vsque in finem mundi, Petre, Relig Carmelitarum permanebit, nam Helias, illiu institutor, filio meo apparente in transfigura-tione, pro eadem causa, postulauit, & impe-trauit. Hic primo Episcopus Pactensis, ind Patriarcha Constantinopolitanus, post mu conscripta volumina, similiter elegantissim rum, & Magistralium sermonum, postqu multa virtutum opera, factus Legatus in Ale xandriam, vulneratus infidelium telis, in Fa magusta Cypri in die Epiphaniæ migrauit ad Christum, ciuitate Alexandria capta anno Do-mini 1366. est verò sepultus ibi in Conuentu nostro, clarens miraculis, sicut & in vita. Sin-gulariter autem à loci illius incolis pro morbi epidimiæ & pestilentiæ imploratur.

PRAXIS
ECCLESIASTICAE
ET SECVLARIS, CVM
actionum formulis, & actis processuum
Hispano sermone compositis, Tomi tres.

Authore Gonçalo Suarez de Paz vtriusque iuris Doctore, insigniſq; collegij Beatæ Mariæ Magdalenæ collega, iuriſq; Pontificij Cathedram publico stipendio in florentiſsimo Salmanticensi gymnasio regente hora matutina: accuratiſsimè hac secunda editione repurgati, quibus accessere quamplures additiones eiusdem authoris.

Ad illustrißimum Dominum D. Franciſcum à Zapata, Comitem de Barajas, PHILIPPI. II. Hiſpaniarumq; Regis ſummũ Præſidem



CVM LICENTIA ET PRIVILEGIO
Salmanticæ excudebat Cornelius Bonardus typographus

M. D. LXXXVI.

Esta tassado a tres marauedis y medio el pliego.

Aprobacion.

C. R. M.

YO he visto este libro intitulado Praxis, Ecclesiastica, & Secularis, partido en tres libros, que ha compuesto el Doctor Gonçalo Suarez de Paz collegial del collegio de Sancta Maria Magdalena de la ciudad de Salamanca, y Cathedratico de la vniuersidad de la dicha ciudad: enel qual cõ mucha erudicion ha resuelto las dichas Practicas, comprobandolas y sacandolas de los derechos Canonico, Ciuil, y Real, disputando, y resoluiendo muchas questiones dudosas, que enellas se offrecen, y las materias de los actos que en los juyzios se proueen, y guardan, y son necessarios poniendo la Theorica y Practica de todos ellos, y la orden en cada cosa, cõ los Libellos, y peticiones de las partes, Autos y sentencias de los juezes en Romance, explicandolos, y prouandolos por derecho. La qual obra sera de mucho aprouechamiento, y escusara de mucho trabajo, a los letrados que salen de los estudios, y comiençan a abogar, y a los juezes modernos, y a los que no han sido muy versados en la practica de los juyzios. Y para modernos y antiguos ay enel muchas y muy buenas resoluciones, en differentes materias bien resueltas, y trabajadas. Y ansi me parece que siendo vuestra Magestad seruido le podra hazer merced de le dar licencia y priuilegio para que lo imprima.

El Doctor Escudero.

EL REY.

POr quanto por parte de vos el Doctor Gonçalo Suarez de Paz Cathedratico de Canones en la Vniuersidad de Salamanca, nos fue fecha relacion, que vos auiades compuesto vn libro intitulado Praxis Ecclesiastica, & Secularis, del qual haziades presentacion, y porque era muy vtil y necessario y con licencia nuestra le auiades impresso: nos supplicastes os mandassemos dar priuilegio por el tiempo que fuessemos seruido, para que otra ninguna persona sin vuestra licencia le pudiesse imprimir, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto enel dicho libro se hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente fecha, dispone, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon e nos tuuimos lo por biẽ por la qual vos damos licencia y facultad para que por tiempo y espacio de diez años cumplidos primeros siguientes que corren y se quentan desde el dia de la data desta nuestra cedula en adelantevos o la persona que para ello vuestro poder ouiere y no otra persona alguna podays hazer imprimir y vender el dicho libro que de suso se haze mencion, y mandamos que durante el dicho tiempo persona alguna sin vuestra licencia no lo pueda imprimir ni vender so pena que el que lo imprimiere y vendiere aya perdido y pierda qualesquier libros, y moldes, y aparejos que deltuuiere, y mas incurra en pena de cinquenta mil marauedis por cada vez que lo contrario hiziere, la qual dicha pena sea la tercia parte para el juez que lo sentẽciare, y la otra tercia parte para la nuestra camara, y la otra tercia para el que lo denunciare: y mandamos a los del nuestro consejo presidente e oydores de las nuestras audiẽcias, alcaldes, alguaziles de la nuestra casa y corte e chãcillerias y a todos los corregidores, assistente, gouernadores, alcaldes mayores, y ordinarios, e otros juezes y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas, y lugares de los nuestros Reynos, y Señorios ansi a los que agora son como a los que seran de aqui adelante que vos guarden y cumplã esta nuestra cedula y merced que ansi vos hazemos y contra el tenor y forma della ni de lo enella contenido no vayan ni passen ni consientan yr ni passar en manera alguna so pena de la nuestra merced y de diez mil marauedis para la nuestra camara. Dada en Madrid a decinueue dias del mes de Agosto de 1583. años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad. Antonio de Erasso.

Tassa.

YO Christoual de Leon Secretario del consejo de su Magestad, doy fee que auiendose presentado ante los Señores del consejo por el Doctor Gonçalo Suarez de Paz Cathedratico de canones en la vniuersidad de Salamanca, vn libro que compuso intitulado Praxis Ecclesiastica, & Secularis, que con su licencia se imprimio, le dieron licencia para que pueda vender el dicho libro a tres marauedis y medio cada pliego en papel en que le tassaron: y mandaron que esta tassa se ponga al principio de cada libro para que se sepa en lo que esta tassado y que no se venda sin ella. Y para que dello conste: de mandamiento de los dichos Señores del consejo y pedimiento del dicho doctor Gonçalo Suarez de Paz di esta fe, que es fecha en Madrid a veynte y cinco dias del mes de Mayo de. 1583. años.

Christoual de Leon.

COntiene cada cuerpo desta obra ciento y nouẽta y nueue pliegos que a tres marauedis y medio cada vno, conforme a la dicha tassa vale veynte reales y medio.

AD ILLVSTRISSIMVM Dominum D. Franciſcũ à Zapata Comitem de Barajas, PHILIPPI. II. Hiſpaniarum Regis Summũ Præſidem Doctoris Gonçali Suarez de Paz Collegæ inſignis Collegij Beatę Marię Magdalenæ, iuris pontificij Cathedram Salmanticæ regentis in Praxim eccleſiaſticam, & ſecularem præfatio.

SI QVIS vnquam extitit, illuſtri, & excelſo loco natus, qui ſecundorumore hominum totiuſque penè Chriſtiani orbis gratulatione ſummũ amplitudinis culmen aliquando conſcenderet, rerumq; omniũ gubernacula ſuſtineret, is tu illuſtriſſime Comes, ſupremeque Præſes es noſtris tẽporibus meritò exiſtimandus. Cum enim dies ille cunctis fœliciſſimus illuxiſſet, quo te Hiſpana Reſpublica ſummũ accepit moderatorem, verbis explicari non poteſt, quanta animorum conſenſione omnes omniũ ordinum homines lætari, & exultare viderentur. Nã cùm antiquiſſimam generis claritatem, rerumq; tuarum præclare geſtarum gloria cum admiranda ingenij, animique natura, cumque iuſtitiæ, prudentiæq; inſignibus ornamẽtis coniunctam intuerentur iure ſibi maximo gratulabantur omnes, neminemque omnino, nec ex noſtrorum, nec ex antiquorum, clarorumq; hominum exemplis reperiebant quem tecum comparare vlla ex parte poſſent. Tu cum Cordubenſem, Hiſpalenſemq; ciuitatem, clariſſimaſque alias vrbes, atque adeo vniuerſam Hiſpaniam iampridem ſingulari æquitate, & ſapientia moderatus eſſes, maximaque & ampliſſima regni negotia bello, paceque adminiſtraſſes, nobilium, militariumque ordinum præfectus, ſummaque omnia regio planè pectore tuereris, ac regeres, Regumque amplitudinem (à quibus originem ducis) autoritate, & virtutum magnitudine repræſentares, Regij, ac ſupremi ſenatus Princeps, Præſeſque à PHILIPPO Regum Rege prudentiſſimo, ac iuſtiſſimo, meritiſſimè electus. Cum ergo tuæ, tuorumque laudes obſcuræ nunquã hactenus eſſe potuerint: indieſque magis non ſolum noſtris, ſed penè omnium gentium linguis ac literis celebrandæ eſſe videantur, inſolenter, arroganterque nimium viderer facere, ſi exiguo, & inculto orationis genere perſequi tot rerum monumenta vellem. Quis enim tot Comitum, Marchionum, potentiſſimorumque Ducum ſummorumque Aragoniæ Regum maiorum tuorum victorias, triumphos, totque inclyta bello facta, Maurorum, Turcarumq; repreſſos impetus: totque ex hoſtibus ſpolia capta, tot magnanimitatis, pietatiſque opera pro dignitate commemorare ſe ſperet poſſe. Cumque duæ ſint artes, clariſſimæque virtutes, quibus principes, & maximi viri vigere, ac florere ſoleant, militaris vna, qua hoſtiles iniuriæ propulſantur, altera domeſtica, & ciuilis, per quam ocio, & tranquillitate Reſpublica perfruatur: cumque te in vtraque ſemper excelluiſſe cõſtet, illa tamen laus tua quaſi proprior, nobiſq; quaſi gratior, iucundiorq; videri ſolet qua ciuilibus, vrbaniſq; rebus ſapiẽtiſſimè cõſtituendis, deſcribẽdiſq; iuris, legũq; rationibus informandis moribus, tuendis publicis, priuatiſque cõmodis, hominum ſaluti & regno-

rum dignitati consulere perpetuo consueuisti. Quanto nanq; corporibus nobiliores sunt animi, ac digniores, tanto sunt bellatoribus, valentissimisq; Ducibus instruendæ, cõponendæq; vitæ rectores, & sapientissimi moderatores anteponendi. Nã si verè Platonicissimas respublicas regnaq; florentissima tũ demũ fore sperauit, cũ aut sapientes homines principatũ tenerent aut Principes sapientiã amplecterẽtur, nemini dubiũ relinqui potest, quin patrocinio, tuoq; ductu Hispanæ res quã primũ florere, & amplificari incipiant, summisque vndique opibus, bonisque omnibus cumulari. Tu animi magnitudinẽ, integritatẽ, fidẽ, æquitatẽ, constantiã, inuictũque, & excelsum robur cũ hactenus ad Hispaniæ, hoc est patriæ tuæ salutẽ conseruandã, colendãque Regiam Maiestatem contuleris: tum maxime hoc tẽpore spem eandẽ confirmas, maioraque de te indies, amplioraque polliceris. Tu quemadmodũ adimproborũ cupiditates comprimẽdas, infringendãque sceleratorũ audaciã seueritatem adhibes, ita te mitẽ probis, clemẽtissimũque præbes: tu ad excitãda eruditorum studia, industriãque acuendã, atque optime de Hispanarũ rerum omniũ statu in posterum sperandũ quasi aliquod signũ tollis. Cum ergo in hac semper cura, & cogitatione verseris, vt iustitiæ cultores, & conseruatores ab imperio, nutuq; tuo pendentes, ad tuique imitationẽ se studiosissimè cõparantes, exornes, adiuues, ad pulcherrimaque munera sapienter, strenuèque exercẽda excuscites, cũ ad iudicia forensiaque negocia prudenter, iustèque tractanda consilia, conatusque tuos omnes dirigas, nullamque reipublicæ partẽ deserendã putes, opportunã mihi occasionem oblatã, quasique licentiã datã existimabã, vt tibi nõ solũ prudentiæ, sed mãsuetudinis, & clemẽtiæ quoque laude clarissimo scriptiones, lucubrationesque has meas offerre, ac dicare auderem, (quæ qualescũque erunt) ad reipublicæ cultũ, & vtilitatem summo sunt à me studio, summaque ac diuturna industria elaboratæ. Quæ in re certo scio, nõ tantũ in me facultatis esse, quã tũ tibi inseruiendi, & gratificandi voluntatis, cũ tamen æquitatem, & humanitatẽ tuã cognouerim, cum quo nobiliũ, & principũ virorum ingenium tale esse animaduerterim, vt non tam rei, quæ offertur, quam animi magnitudinem spectandam ducant, audacius hoc munusculũ ad te mittere, in tuoque nomine euulgare cõstituì. Habes itaque à me Comes amplissime practici, ac iudiciarij ordinis libros, quibus tota penè iuris ciuilis prudẽtia ad quotidianum vsum traducta, & explicata dilucide continetur, quaque aduocati, causarumque patroni adiuti, & quasi manuducti suum munus faciliùs, & expeditius obire possint, iudicèsque mortalibus ius suum tribuere. Quãuis enim eruditissimi & iurisprudentissimi homines quam plurimi nostro tempore existant, qui legum nodos & ænigmata explicare possint, in intimaque, & abstrusa sensa acutissimè penetrare, cum tamen res postulat, vt ad communes controuersias, & quotidianas lites dirimendas ingeniorum aciem intendere, & accommodare debeant, hærent, & conturbantur plerique, & tanquam in mari magno fluctuantes, nec cursum tenere, nec dirigere, nec portum vnquam conspicere potuerunt. Accipe igitur humanissime, & clementissime Comes hoc nostrarum vigiliarum opus, quod tuo presidio, tuique nominis autoritate munitũ, in doctorum hominum manus tutissimè, ac fœlicissimè spero veniet. Vale, Princeps Illustrissime.

PRAXIS ECCLESIASTICAE, ET SECVLARIS INITIVM.

Ex Initio.

SVMMARIA.

1 AVtor vtriusque iuris theoricam Salmanticæ docuit, prius octo annis, quàm ad hanc praxim legendam appullerit.

2 Autor praxim perlegit, vt iuri operam dantes praxi post theoricã imbuti ad uocare, & iudicare possent. & num. 16. & 22.

3 Qui vel theoricam, vel praxim ignorat claudicans nec ius redere, neque aduocare poterit.

4 Legibus consuetudinibus, & stylo iudicandum est.

5 Per stylum, longeuum causarum vsum lites ordinari, & causæ decidi possunt.

6 Stylo leges sæpe derogantur.

7 Iudex contra fori consuetudinem iudicans iniquè agit.

8 Stylus ex nimia peritia procedit, quæ artem facit.

9 Stylus succedit lege deficiente.

10 Iudex cõtra stylũ iudicãs litẽ suã facit.

11 Sententia contra notorium stylum lata nulla est.

12 Aduocatus falsum stylum citans, sicut qui falsam legem citauerit, puniẽdus.

13 L. 1. tit. 7. part. 2. qualiter amplianda?

14 Leges per stylum interpretãtur.

15 Theorica absq; praxi parum prodest ijs, qui officijs & causarum strepitibus se miscere cupiunt.

16 Autor quare praxim Salmãticæ docuerit, exponit.

17 Autor magna audientium copia circunstante & applaudente, Salmanticæ, anno. 1572. hanc praxim perlegit.

18 Autor rationem reddit quare typis prælectam praxim mandauerit.

19 Autor quare partim Latino sermone, partim vulgari idiomate conscripserit, ostendit.

20 Rudis stylus, & nudus in causis procedendi modus, & vnde emanauerit hoc opere edocetur, & vbi opus est nonnihil disputationi relinquit.

21 *Ciuitas vnaquæq; suo sensu abundare solet.*

22 *Autoris mens fuit in hoc opere condendo instruere iuuenes, vt causas agere & inchoare valeãt absq; tabellionum & procuratorum ducatu.*

23 *Vera praxis quotidiano vsu forensi acquiritur.*

24 *Spes sit ei qui præsens opus euoluerit, & in eo contentorum meminerit, & patrocinium præstare, & publicæ rei, vbi sibi cõmittatur, curã gerere posse.*

25 *Opus in tres tomos diuiditur, & quid in quolibet eorũ cõtineatur, ostenditur.*

Totius operis.

Initium.

1 QVM per curriculũ annorũ octo, vtriusq; iuris theoricã, studentibus in Salmãticensi Academia exponere insudauerim, venit mihi in mentem, quantum ex vsu eisdem esset, 2 praxim, & stylum etiam ostendere: vt sic theorica, praxi, & communi procedendi stylo instructi, & foro aduocare, & in iudicio martalibus ius suũ tribuere possent. 3 Quod minimè eis liceret, si eorũ altero carerẽt: claudicarent enim, sicut aliquo pede orbati: nam nõ solùm 4 legibus, & consuetudinibus, verùm etiã stylo, & vsitata praxi iudicandum est: 5 & stylus, qui longeuus est vsus causarũ, potest æquè vt ius allegari, cûm ad litium ordinationem, tùm ad earum decisionem: vt probat Cardi. in Clem. sæpè. §. & quia. nu. 4. de verb. signifi. & alij relati per Matien. in tractatu dialogi relatorum. 3. p. cap. 9. nu. 7. quia stylus facit ius. l. more. vbi Lancelo. ff. de iurisd. omni. iudic. refert & alia congerit Sylua nup. lib. 3. num. 32. Didac. Perezin. l. 28. tit. 4. libr. 2. ordi. ver. segun el estylo. col. 421. Ab exea. in Rub. de consti. nu. 181. & per stylum non se mel legibus 6 de rogatur, vt probat Aymon Sabilia, 7 consi. 201. n. 21. Ideò iudex contra fori consuetudinem iudicãs inique agere dicitur in l. vlt. ff. de testa. Bart. in authen. qui semel. n. 14. in fi. C. quomodo & quã 8 do iudex: nã stylus ex nimia peritia procedit, quæ facit artẽ, vt ait philoso. 1. me 9 taphi. c. item. 1. & vbi deesset lex, stylus succederet, vt per Bellovis. in sua pract. 10 Rubr. de fuga reorum. n. 39. Vsq; adeò q; iudex contra eum decernens, suam 11 litem facit: & si stylus notorius sit, erit sententia nulla, vt asserit Iass. in authen. iubemus. n. 3. C. de iudi. sequitur Syluæ Nupt. vbi suprà, optimè Guido. q. 292. 12 n. 2. Hinc aduocatus qui falsò vsitatum stylũ allegauerit, sicut qui legem, punie 13 tur ex. l. fi. ff. de falsis. l. 1. tit. 7. p. 7. quę sic amplianda & accipiẽda est. Et meri- 14 tò quia vera legum interpretatio à praxi, & communi stylo sumitur, vt ex Bald. & Decio reassumpsit Hyppolit. in practi. crimin. §. principium. num. 3. 15 Vbi num. 4. conscripsit, parum prodesse habere theoricam absque praxi, & peritia styli, maximè tyronibus qui in 16 officijs se exercere cupiunt. Quæ omnia & alia, quæ passim de stylo, & praxi occurrunt, attentè perpendens prælectæ theoricæ exercendæ modum, praxim & fori stylum, quo ad eius varia 17 mutatio patiebatur, edocere decreui: & tandem præterito anno. 1572. magno astantium applausu, & aula studentium plena, quos præ eorũ multitudine nõ ca 18 piebat publicè edocui. Vnde cùm temporis progressu ipsa practica praxis præ se tulisset, quantum emolumenti iudicibus, & tyronibus causarum patronis attulisset, & in dies allatura esset, eorum instãtissimis precibus deuictus, coactus 19 fui eam etiam prælo mandare. Quam tamen sic mandaui partim Latino sermone, partim nostro Castellæ commu-

ni

ni idiomate: quia tractatus ipse qui hoc in regno modum procedendi, & stylum pertractat, aliud non patiebatur:
20 Nam in eo non iuris subtilitates, non eius apices, sed nudum rudemq; stylum vtroque in foro agendi tàm iudicibus, quàm aduocatis demonstramus, in simul & fontes, vnde ille styli riuus, emanauerit, ostendemus: & interim nõnullus etiam locus, vbi opus fuerit, & res suaserit, disputationi relinquitur. Nos tamen non fugit, nostrum humile typis mandatum opus vniuersæ praxi ciuitatũ, & locorum Castellæ haud facturum
21 satis: quia vnaquæque ciuitas suo solet
22 abundare sensu, sed nobis sat erit ad ea quæ frequentius accidunt praxim adaptare, & sic componere iuuenes, tyronesque iudices, & aduocatos, vt nullo tabellione, aut procuratore magistro, ius reddere, & causas agere incipere valeãt:
23 vt inde veram praxim quæ quotidiano forensi vsu, & exercicio paratur, faciliùs sibi quærant. Quidquid tandem illud fuerit, gratioſè susceptum, curioſè perlectum, & fructuoſè memoriæ cõ
24 mendatum velim: & qui susceperit, perlegerit, & memoriæ commendauerit, spes eum pulcherrima foueat, suo patrocinio clientulos defendere, & rem publicam in partibus sibi credendis posse gubernare, vt promisit
25 Iustinia. in proêmio Institu. in fin. Quò vt pergant, præsens opus in tres partes, seu tomos partiri instituí: & in primo formam procedendi qua iudices, & aduocati seculares in suo foro vtuntur cõpono: in Secũdo stylum & modum procedendi in tribunalibus ecclesiasticis cõscribo: in Tertio praxim & exercitium actionum, & aliorum remediorum, quæ in iure diuersis in locis dispersa sunt, edoceo. Qui quidem tomi subse plures rubricellas, capita & paragraphos continebunt, vt ex eorum fractione quicquid vnicuiq; studentium vtile sit, facilius memoriæ mandetur, & tenatius inhæreat. Ante omnia tamẽ quasdã Annotationes vniuerso operi desseruientes præmitto, quæ incipiunt.

PRAXIS ECCLES. ET SECVL. ANNOTATIONES.

Ex. 1. Annotatione.

SVMMARIA.

1 *IVdiciũ plures significationes habet.*
2 *Iudiciũ significat discussionẽ causæ vel processum iudicialem.*
3 *Iudicium figuratè & per translationẽ plures acceptiones habet, non verò secũdũ propriſſimã eius significationẽ.*
4 *Iudicium propriè & originaliter significat dictionem iuris, id est, actum iudicis.*
5 *Iudicium magis propriè significat existimationem, opinionem, seu actum quo aliquid determinatur à quocunq;*
6 *Iudicium pro processu sumptum communiter à doctoribus deffinitur.*
7 *Deffinitio iudicij, à Curtio tradita impugnatur.*
8 *Inquisitio generalis nõ est iudicium, sed præparatoria.*
9 *Decreta iudicis super prædijs minorum, vel ecclesiarum distrahendis nõ sunt actus iudicij.*
10 *Deffinitio cõmunis iudicij defenditur à Nauarro quibusdã expositionibus additis, quas autor refutat.*
11 *Alia deffinitio iudicij traditur ab Autore*

tore.

12 *Inquisitio contra certam personam facta iudicium est.*

13 *Iudicium diuiditur in ordinarium, & extraordinarium.*

14 *Ordinarium iudiciũ quale sit docetur.*

15 *Extraordinarium iudicium quid sit, explicatur.*

16 *Alia deffinitio ordinarij, & extraordinarij iudicij traditur à Nauarro.*

17 *Inquisitionem remedium extraordinarium esse, defenditur cum communi, contra Innocentium & alios.*

18 *Inquisitio de omni crimine permissa est ab vtroq; iure, præcedenti infamia, vel sufficienti præsumptione.*

19 *Iudicium diuiditur in ciuile, criminale, & mistum.*

20 *Iudicium ciuile quid sit, traditur, veluti quando aliquid petitur absq; origine criminis.*

21 *Iudicium ciuile, dicitur etiam quando pœna pecuniaria applicatur parti, licèt ex delicto descendat.*

22 *Intellectus verus assignatur ad cap. pertuas. 1. de simonia.*

23 *Iudicium criminale est quando de crimine agitur principaliter ad vtilitatem publicam.*

24 *Iudicium criminale etiam dicitur tàm de iure cõmuni quàm Regio, quando pœna pecuniaria applicatur fisco.*

25 *Iudicium criminale non est quando pœna pecuniaria applicatur fisco ex contractu partium.*

26 *Iudicium mistum dicitur quando nec merè ciuiliter, nec merè criminaliter agitur.*

27 *Mistum iudicium etiam est quando pœna pecuniaria applicatur fisco simul & parti.*

28 *Intellectus verus legis Caius. ff. ad sen con. Sillan.*

29 *Crimen licet morte delinquentis extinguatur quo ad alias pœnas non tamen quoad pœnam pecuniariam.*

30 *Iudicium aliud est ordinariũ & aliud summarium.*

31 *Summarium iudicium est, in quo proceditur simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, & etiam alijs modis dicitur remissiuè.*

32 *Iudicium aliud est ecclesiasticum, & aliud seculare.*

33 *Iudicij alias plures diuisiones esse traditur remisiuè.*

34 *Iudicia omnia originem trahunt à iure diuino, modum & formam à iure positiuo.*

35 *Iudicium à qua parte litis incipiat traditur.*

36 *Iudicium incipere à litis contestatione dicitur secundùm communem Doctorum.*

37 *Litis contestatio est fundamentum & lapis angularis totius iudicij.*

38 *Iudicium à citatione incipere dicitur, secundùm quorundam opinionem.*

39 *Iudicium propriè dicitur incipere à litis contestatione: impropriè verò à citatione inchoari dicitur, secundum veriorẽ opinionem.*

40 *Iurisdictio perpetuatur per solam citationem, tam de iure communi quàm de iure Regio, quidquid contrarium teneat Didacus Perez.*

Prima Annotatio.

De Iudicio.

TRactaturus de praxi & modo circa causas in iudicio expediendas, non ab re erit, aliqua de ipso iudicio prænotare: hæc enim vox Iudicium, plures acceptiones habet, quas congerit glo.in.§.præterea. Institut.quibus non est permissum fac.testam. quã commendat Ioan. Monach. in Rubrica de iudicijs.lib.6.Iass.in Rubric.C.de iudicijs.Deci.in Rubric.extra, de iudicijs.lectura.1.num.5.& easdem significationes recensetglo.in Rubric.de iudic. in extrauagantibus communibus quas explicat Robert. Marant. de ordi. iudicior.1.part.à num.1.Asinius in praxi iudic.in princi.Menoc.libr.1.de arbitrar.quæst.8.nu.14.Didac.Perez in Rubric.titul.1.libr.3.ordinamẽ. Nauarr.in Rubric.de iudic.num.14. In nostro tamen proposito iudicium significat discussionem causæ, vel processum iudicialem, vt in cap.forus.extra de verbo. signif.& tradunt Deci.Nauar.& reliqui, vbi suprà. Bene verum est, nullam ex prædictis significationibus (à glos. in. d. § præterea congestis) habere secũdùm suam propriissimam, & originariam significationem, sed figuratè per translationem, vt optimè aduertit Nauarr.vbi suprà n.39. Propriè enim & originaliter significat dictionẽ iuris, idest, actum iudicis, quatenus est iudex, & ius inter litigantes dicit, seu decernit, vt deducitur ex dict.c.forus.& docet Sãctus Thomas.2.2.quæst.60.artic.1. Quo fit, iudicium magis propriè significare omnem existimationem, opinionem, seu actũ, quo aliquid determinatur, à quocunq; etiam non iudice, secũdũ Nauar. in dicta Rubr.nu.39. quã significationem agnouit Ambro.Calepi.in suo dictionario, verbo, Iudicium.

At verò Iudicium pro discussione, vel processu sumptum variè à Doctoribus deffinitur: crebrior tamen deffinitio est, quòd est actus trium personarũ, Iudicis, Actoris, & Rei, in iudicio contendẽtium, secundum Gofred. in summa. titu.de iudicijs. Hostiẽ.in summa. eodẽ titul.§.1. Cardin. Panorm. Deci. & Ripa.num.24.& Mantua.in Rubri.extra, de iudic. & tanquam communem defendit Didac.Perez vbi suprà. Quã tamen deffinitionem improbant Cagnol. in.l.omnis deffinitio.num.37.de regul. iur. Curt.in Rub. ff.de iudic.n.7. Iacob. in Rub.C.eodem ti.n.1. Alcia.lib.6.Parerg.c.9.& Maran.de ordine iudicio.2. p.à.nu.2. Vnde Curt.vbi suprà in dicta. Rubr.ff.de iudi.aliter deffinit, scilicet, quòd iudicium est actus à iudice factus ad finem condemnandi, absoluendi, vel exequendi. Quæ tamen deffinitio mihi displicet, cùm conueniat inquisitioni generali, quæ fieri potest aduersus incertas personas, secundùm Innocentium in cap. Bonæ.de electio.nu.3. communiter receptum, vt ex illa generali inquisitione condemnatio sequi valeat, testibus postmodum reproductis in iudicio plenario, parte audita: quæ quidem inquisitio generalis non est iudicium, sed potius præparatoria appellatur, secundùm Bar.& Doct.in.l.vlt.ff. de quæstionib.& Alex.in cõsi.183.lib.2. Rursus prædicta deffinitio Curtij Coruit ex eo, quòd conuenit decretis iudicum super prædijs minorum, vel ecclesiarum distrahendis, ad exequendas sententias aduersus eos latas: quæ decreta actus iudicij non sunt, secundùm Deci.in Rubri.extra de iudic. lectu.1.num.4.& lectu.2.num.3. Quamobrem Nauar.vbi suprà, nume.15. contendit defendere communem deffinitionem, quasdam expositiones addijciẽdo, nempè quòd iudicium est actus trium personarum Iudicis, Actoris, &

Rei in discutiendo contendentium vel cõtendere parantium: quas expositio-
11 nes ibi eleganter explicat, afferens verbum, actus, stare indifinitè collectiuè, vt explicat Bartu. in l. si pluribus. ff. de lega. 2. & ita vniuersaliter comprehendit actus iudicis, actoris, & rei: nam vnicus actus tantum non constituit iudiciũ iuxta text. in cap. quoniam cõtra. de proba. rursus intelligit verbum, trium, deberi exponi, id est, trium generum personarum, scilicet, iudicis, actoris, & rei, quam expositionem prius assignarunt glos. 2. in c. 1. 4. q. 4. Ripa. n. 42. & Mantua. n. 14. in. d. Rubri. de iudi. non enim congruit, quod singula generum intelligantur, sed genera singulorum, cum benè possint esse plures litis consortes, nempe, plures actores, vel plures rei, vt in l. 1. C. de consortibus eiusdem litis, & notat glo. 1. in c. cum. M. de constitu. & etiam plures iudices delegati in eadẽ causa, vt in c. pastoralis. de rescrip. In super intelligit verbum, personarum, cõprehendere veras, & fictas personas: nã in iudicio inquisitionis, quod ex iudicis officio fit, fama, vel notorietas, accusatoris loco habetur, vt in c. super hijs. ca. inquisitionis de accusa. Præterea intelligit verbum, in discutiẽdo, positum fuisse loco verbi, in iudicio, positi in deffinitione communi, vt euitaretur illud incõueniens, quod idem per idem deffiniebatur, denique intelligit verbum, contendere parantium, additum fuisse vt compræhenderetur principium iudicij quod est citatio vt. §. fin. inst. de pœna temerè litig. sed prædicta deffinitio Nauar. conuincitur ex verbo, contendentium, in ea posito, quod verbũ ad actorem & reum tantum referri oportet, nõ vero ad iudicem qui non contendit, sed æquis, & benignis auribus actorẽ, & reũ audit, vt in ca. forus. de verborum signi. & tamen cum sit vna determinatio respitiens plura determinabilia, pariformiter debet determinare iuxta regulam text. in l. iam hoc iure. ff. de Vulgari: ac ideò cũ verbum contẽdentiũ, respitita iudicem, actorẽ, & reum, ad õnes tres personas referri debet, ex prædicta regula, ex qua etiã corruit interprætatio Decij in dict. Rubr. de iudi. lectu. 2. n. 3. & alia Mantuæ in dict. rubr. n. 14. in fin. confunditur etiã deffinitio Naua. ex eo quod verba illa, contẽdere parantium, superfluò fuerũt addita, cũ citatio compræhẽdatur sub illo verbo, actus. Quo circa Cuiatius imparati. C. lib. 3. tit. 1. aliter deffinit, nẽpe, quòd iudiciũ est disceptatio quæ fit ex parte actoris & rei apud iudicem litis finiẽdę gratia. Vel tu aptius deffinire poteris, scilicet, quòd iudiciũ est discusio causæ, quæ coram iudice fit, iuris ordine seruato, cũ legitimo contradictore. Et quòd sit discusio causæ corã iudice, probatur in dict. cap. forus. Quodq; fieri debeat iuris ordine seruato, patet, alioquin esset quid extraordinariũ, argumẽto text. in l. prolatã. C. de sentent. & interloqut. & in l. 1. C. de execut. rei iudi. iuncta l. si cũ nulla. ff. de re iudi. Debet etiã fieri cũ legitimo contradictore, quia de natura iudicij est, vt legitimus adsit contradictor, iuxta text. in l. inter stipulantẽ. §. stichũ. ff. de verb. is enim cuius non interest, audiri nõ solet, iuxta text. in cap. non solet. 2. q. 6. & hinc est, processum cũ falso procuratore gestum, nullum esse, vt in l. licet. C. de procurator.

12 Ex qua Deffinitione consequitur, inquisitionem contra certam personam factam, iudicium esse, cùm capitula inquisitionis inquisito, sint exhibenda, & fama loco accusatoris habeatur, iuxta text. in cap. qualiter, & quando, el segũdo. extra de accusatio. at verò in quisitio generalis iudicium non est, sed potius quædam præparatio, vt suprà diximus, & firmant Deci. & Beroi. nu. 35. in Rubric. extra, de iudici. & Didac. Perez vbi suprà.

13 Quòd iudicium sic deffinitum, multis modis diuiditur: primò enim in ordinarium, & extraordinariũ, iuxta text. in capit:

cap. quoniam cõtra. extra, de probatio. ordinariũ enim est, quoties concurrunt tres illæ personæ, scilicet, Iudex, Actor, & Reus, vt in cap. forus. de verborũ. tradit Ioã. Igneus, in repetitione. l. 1. C. qui admitti. vel quoties per viã accusationis, aut petitionis intentatur, vt in. l. nihil aliud. ff. de actio. & obligat. vel quoties, proceditur iuris ordine seruato, præcedẽtibus citatione, libelli oblatione, litis cõtestatione, publicatione, eõclusione, & alijs solẽnitatibus, vt elegãter resoluit Damhuder. in praxi rerum ciuilium, ca. 12. Extraordinariũ verò dicitur, quoties nõ seruato iuris ordine proceditur, & alijs modis, vt resoluit Marant. de ordi. iudicio. 4. par. 10. dist. Nauar. verò in Rubrica extra, de iudici. n. 17. existimat difficile esse membra huius diuisionis iudicij deffinire, ita vt aliquid scrupuli non remaneat. Arbitraturq; iudiciũ ordinariũ sic posse deffiniri, scilicet, quod est iudiciũ, in quo proceditur mediante actione, vel accusatione vera: loco enim generis ponitur Iudicium, & pro differentijs reliqua verba ponuntur, nempè, cum actione, ad comprehendenda omnia iudicia ciuilia ordinaria. Cum accusatione, dicitur, ad comprehendenda ordinaria criminalia: nam actio & accusatio ita differunt, iuxta glo. receptam, in principio Instit. de actio. & in Rubrica. ff. & C. de actio, iuncta Rubric. ff. & C. de accusatio. Iudicium autẽ extraordinarium opinatur sic deffiniendum esse, nempè, quòd est iudicium, in quo sine actione, vel accusatione vera proceditur. Posuit enim Iudicium, pro genere, reliqua verba pro differẽtia: nam extra ordinarium dicitur illud, quod contra iuris regulas fit, vt in. l. in causæ. La segũda, in principio. ff. de minoribus. Dicitur etiam extraordinarium quod iudicis officio expeditur, vt in. l. 2. ff. de varijs, & extraordi. cognitio. & in. l. pecuniæ verbum. §. persecutionis. ff. de verb. signif. l. cũ filius. ff. si certũ petatur.

Ex quibus infero, iudicium inquisitionis esse extraordinarium, & per consequens cessare adueniente remedio ordinario accusationis: neque habere locum, vbi lex, vel statutum præceperit procedẽdum esse secũdum remedia ordinaria: nã inquisitio iudicis officio fit, vt in. d. ca. qualiter. el. 2. Deinde repugnat iuris regulis, quia in ea proceditur absq; accusatore vero, contra regulã iuris, in. l. rescripto. §. si quis. ff. de muneribus, & honori. in capit. 1. in principio, vt ecclesiastica beneficia. Rursus repugnat regulæ iuris. quæ habet, quòd ante litem contestatam ad receptionem testium non procedatur, vt in titul. vt lite non contestat. & tamen in ea recipiũtur testes lite non contestata, vt probatur in cap. quoniam. §. sunt & alij, extrà, vt lite non contesta. & notat glo. 1. in. c. 1. de offi. ordi. Deinde pœna extraordinaria iudicis arbitrio imponitur inquisito, non autẽ pœna ordinaria à lege pro illo crimine inducta est, iuxta tex. in. ca. inquisitionis. in principio. & ibi Doctores, extra, de accusatio. Et per prædicta fundamenta hoc corollariũ tenuerunt glo. in cap. quoniã. verbo extraordinario, extrà, de probatio. glo. in. cap. multi, verb. extraordinario. 2. quæst. 1. Deci in Rubr. extra, de iudic. 1. lectu. nu. 7. & in. 2. lect. num. 5. ibi Ripa. numer. 54. & Nauar. numer. 18. Aretin. in cap. qualiter. 2. numer. 11. extra de accusatio. & Marant. de ordin. iudicio. 4. part. distin. 10. num. 5. & communiter omnes, Secũdum plures, quos refert & sequitur Iulius Clarus libr. 5. receptarum sent. §. fi. quæst. 3. num. 3. Quicquid oppositum velint Innoc. in capit. dilecto. extra, de sententi. excommu. Archidiac. in cap. si quid. 86. distinctione. Specul. in titul. de inquisitione. §. viso igitur. numer. 21. & Alciat. in cap. 1. num. 15. extra. de offic. ordin. asserens, hanc opinionem sibi veriorem videri cõtra communem. Quibus non suffragatur text. in cap. qualiter & quando. 1. & 2. extra, de accusationibus. vbi præscribitur ordo seruandus in

inquisitione facienda, ergo videtur q̃ inquisitio iudicium ordinarium sit, cùm à iure præscribatur ordo in ea procedẽdi. Nam respondeo, quòd non sequitur inde, iudicium ordinarium esse, quia statuitur ordo à iure procedendi: nam etiam omnia remedia extraordinaria habent suum ordinem à iure statutum, vt est in restitutione minorum, iuxta tex. in l. in causæ. la segũda. ff. de minor. igitur non sequitur, ius statuit ordinem ergò concedit ordinarium remedium secundum Decium in. d. Rub. in. 1. lect. n. 7. in fin. Non etiam fauet Innoc. & se-
18 quacibus, quòd de iure canonico & ciuili præcedenti infamia, vel sufficienti præsumptione de omni crimine permissa est inquisitio, iuxta text. in. l. 1. C. de custodia reorum. & in. l. iustissimos. C. de officio Rectoris prouinc. & iuxta ea, quæ tradunt Areti. num. 67. Socin. nu. 397. in dict. cap. qualiter & quando. el segundo. & Alciat. vbi suprà. nume. 12. Anto. Gom. 2. tomo Varia. cap. 1. num. 49. versic. 9. Petrus Foleri. in practica criminali. 1. part. 3. partis. num. 9. Bossius in practica criminali. titul. de inquisitione. nu. 8. & Nauar. in cap. inter verba. 11. quæst. 3. Corol. 62. Nam respondeo quòd licet inquisitio ab vtroq; iure permissa sit, nõ tamen inde sequitur esse iudicium ordinarium ita respondet Ripa. in. d. Rubr. n. 57. versiculo ex alio tamen.

19 Secũdò iudicium diuiditur in ciuile, criminale, & mistum: ciuile est quando
20 aliquid petitur absque origine criminis velut ex causa emptionis, venditionis, locationis, vel ex similibus, vt probat text. in. l. properandum. in principio. C. de iudic. & in cap. cæterum. cap. fin. extra de iudic. & in. l. 9. titul. 4. part. 3. tradit Speculat. titul. de contumacia. §. sequitur videre. & Bald. in Rub. C. de iu-
21 dic. colum. 1. Et tandem ciuile dicitur, quando principaliter agitur ad vtilitatem priuatam, licêt ex delicto descendat, vt putà quoties pœna pecuniaria venerit applicanda parti, secundum glos. in. l. 3. verbo. aureorum. ff. de sepulchro violato. receptam communiter ex Iasso. in Rubric. C. de iudic. Deci. in Rubric. extra eod. numer. 9. per text. in l. vnica. C. quando ciuilis actio, iuncta. l. fi. ff. de furtis. &, c. tuæ. de procurat. ita colligitur ex Ripa, Deci. Nauar. nu. 31. & ex alijs in. d. Rub. extra. de iudic. Cui tamen resolutioni obstare videtur. text. in. c. per tuas, el. 1. extra, de simonia, ibi, sed ciuiliter, vt ab administratione amoueretur. quibus verbis cõstat, iudiciũ ciuile esse, quamuis pœna delicti non veniret applicanda parti. Nec satisfacit interpretatio Panor. in Rub. extra, de iudi. in fi. & ibi Nauar. n. 32. nec alia Areti. ibid. n. 22. quas optimè improbãt Deci. lect. 1. in fi. & Beroi. n. 37. in. d. Rubr. extra, de iudic. vbi text. illũ aliter interpretantur, scilicet, procedere quãdo per viam denuntiationis agitur, quo casu, cùm de sola correctione agatur iuxta tex. in. ca. nouit. de iudic. iudicium semper ciuile dicitur. Quæ tamen interpretatio confunditur ex verbis præcedentibus eiusdem text. ibi, cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine. quibus manifestè apparet, per viam denũtiationis criminaliter posse procedi ad depositionẽ ordinis, cùm prædicta pœna potuerit necessaria esse ad correctionẽ. Vnde verius dicendũ erit cum Rip.
22 in Rubr. extra, de iudic. n. 94. scilicet, in illo tex. iudicium ciuile fuisse: nam monasterium agebat ad suum interesse, vt euitaretur damnum, quod sibi immineba t ex mala adminastratione damnosi prælati: ideoq; pœna remotionis ab administratione applicatur parti, cùm suũ interesse in hoc cõsistat, ob idq; iudiciũ ciuile ibi dicitur, quia agebatur principaliter ad vtilitatem priuatã, non vero ad vindictã delicti, cui tamen interpretationi obstat q̃ licet ibi ad priuatã vtilitatem monasterij ageretur, nihilominus tamẽ censetur vtilitas publica, cum ius publicum in sacris, & sacerdocijs versetur

setur iuxta text.in l.1.§. huius studij. ff. de iust.& iur.& in l. siquis in hoc genus. C. de episcop.& cleric. nisi dicamus, q licet sit vtilitas publica, tamẽ quia de crimine non agebatur principaliter ad vindictam delicti, causa ciuilis dicitur, vt in simili dicitur quãdo fiscus ageret ex aliquo contractu, vel ex aliqua actione ciuili ad aliquã pœnam applicandam fisco, vt in specie l.1.l. deferre. ff. de iure fisci: nam tunc iudicium dicitur ciuile, & si concernat vtilitatem publicam, secũdum Ripam n.93.& Nauar.n.31.in d. Rubr. de iudic.& in effectu iste fuit intellectus Ioannis Baptistæ de Cacialupis in Rubri. C. de iudic. quem tanquã minus periculosum sequitur Mantua in dicta Rubri. extra de iudic. num. 28.

23 Criminale autem iudicium dicitur, quando principaliter agitur de crimine principaliterq; ad vtilitatẽ publicã, vt probat tex. in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi. & in l. vbi. C. de falsis. & in l.2. ff. de publi. iudic. & l.9. tit.4. p.3. Similiter cri-
24 minale appellatur quando pœna pecuniaria veniret applicanda fisco, ex glos. in l.3. verbo, aureorum. ff. de sepulchro violato, glo. in §. summa. verbo, extraordinaria. Instit. de iniur. glo.1. in l. aut dã num. ff. de pœnis. Panormit.& cõmuniter omnes ex Rip. in Rubr. extra, de iudic. n.92. Marãt. de ord. iudicio. 4. p. d. 1 n.2.& Iul. Clarus. libr.5. recep. sentent. §. fin. in praxi criminali. q.1.& Asini. in praxi iudicio. c.5. n.14. Idq; verũ esse tã de iure communi, quàm regio contra Auend. contendit Didac. Perez in Rubri. tit.1. lib.3. ordin. col.748. Quod tamen intellige verum, quando principaliter de crimine ageretur, & pœnã pecu-
25 niaria veniret applicanda fisco: alioquin si ageretur ad pœnam, ex contractu partium, vel alia de causa applicandam fisco, tunc iudicium criminale non esset, ita dictam glo. in l.3. de sepulc. violato. intelligit Nauar. in Rubrica, extra, de iudic. nu.31. post Bartol. in d. l.3. nu.2. per text. in l.1.& l. deferre. ff. de iure fisci & post Ripam in dicta Rubrica. extra de iudic. nu.93.

26 Mistum verò iudicium est, quando nec merè ciuiliter, nec merè criminaliter agitur, sed inter ciuile, & criminale iuxta tex. in c. tuæ. de procurato. de cuius intellectu agunt Beroi. n.33.& Rip. nu.99. in Rub. extra, de iudic. Pari mo-
27 do mistum est, quando pœna venit applicanda fisco, simul & parti, vt in specie. l. lege Cornelia. §. fin. ff. ad Silania. quam notãt Deci.& Nauar. n.34. in Rubrica, extra, de iudic. probat etiam text. in l.2. titu.16. lib.8. recopil. quem optimè explicat Couar. lib.1. Varia. ca.11.
28 n.2. Nec prædictis obstat text. in l. Caius. ff. ad Sillani. quatenus causam, in qua pœna applicatur fisco, appellat pecuniariam: nam respondeo, quòd aliud est dicere, causam pecuniariam morte delinquentis nõ extingui, vt ibi dicitur: aliud verò est dicere causam non esse crimi-
29 nalem. Quanuis enim crimina morte extinguãtur, quoad alias pœnas, non tamen quo ad pœnam pecuniariam censetur extincta, vt ex l. ex iudiciorum. ff. de accusa.& glo. in l.1. C. ne ex delictis defunct. colligitur.

30 Tertiò iudicium distinguitur in ordinarium, & summarium. De ordina-
31 rio iam suprà diximus: summarium autem dicitur quando in eo proceditur summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu. & figura iudicij, vt in Clem. sæpè. de verbo. dicturq; alijs modis quos congerit Maranta de ordine iudicio. 4. part. dist. 9.& nos inferiùs suo loco dicemus.

32 Quartò iudicium diuiditur in seculare, & in ecclesiasticum: seculare dicitur quod coram iudice seculari fit: de quo erit agendum in primo tomo huius operis. Ecclesiasticũ verò est, quod corã ecclesiastico iudice agitur: de quo agemus in secundo huius operis Tomo. Et de hac distinctione tractat Marant. de or-
33 dine iudicio. 4. part. distin. 11. Et plures alias distinctiones iudiciorũ idem Ma-

ranta congerit in dict. 4. par. quæ ad nostrum institutum non multum pertinent.

34 Nunc videndum erit, quonam iure hoc iudicium inuentum fuerit. Qua in re glo. in principio Instit. de obligatio. firmat, omnia iudicia à iure ciuili inuenta fuisse: quam notat Iass. in. §. supereſt. nu. 41. Instit. de actio. & Asini. in praxi. iudicio. c. 2. Cui tamen opinioni obstat illud Deuteronomi. c. 17. &. 25. & habetur in. c. per venerabilem. versi. rationibus. extra, qui filij sint legit. & in cap. nouit de iudic. vbi probari videtur, iudicia à iure diuino inuenta fuisse. Quòd expresse firmat Angel. in princip. Instit. de exceptio. idq; verius esse testatur Gomez. in dict. §. supereſt. nu. 34. Quas tamen opiniones contrarias cõponi posse existimo, si dixerimus, iudicia à iure diuino suum originẽ trahere, à iure ciuili formam & praxim traditam fuisse.

35 Oportunè vltimo videndum erit, à quanam parte iudicium, prout hic sumitur, incipiat. & glo. in. l. si is, qui Romæ. verbo, iudiciũ. & gl. 5. in. l. iudiciũ. ff. de iudic. firmat, à litis contestatione iudicium incipere: nam iudicium à discussione causæ denominatur, vt probat text. in cap. forus. de verborum. ibi, dum discutitur iudicium est, quę discussio inter actorem & reum à litis contestatione incipit. ergo principium iudicij litis contestatio est, & ideo quæ ante litem contestatam fiunt, ante iudicium fieri dicuntur, iuxta tex. in. l. is qui se obtulit. ff. de rei vendi. in. l. amplius nõ peti. ff. rem ratam hab. & in. l. 1. C. de litis contest. Quo fit veram esse doctrinam Bal. in. c. 1. extra, de litis cõtest. oppositione. 1. asserentis, litis cõtestationem fundamẽtum esse, & lapidem angularem totius iudicij, quarum glossarum opinionẽ sequũtur Deci. & Alcia. in Rubr. C. de in ius voc. & communiter omnes ex Curtio in Rub. ff. de iudici. n. 12. Cui tamen cõmuni resolutioni obstat text. in. l. vbi cœptum. iũcta. l. si quis postea. ff. de iudic. & text. in. §. fi. Insti. de pœna temer. liti. & text. in. c. pen. de foro cõpe. vbi probatur iudicium à citacione inchoari. ergo non à litis contestatione.

38 Quæ difficultas augetur ex tex. in principio Iustit. de actio. dum ibi dicitur, iudicium consistere vbi primum actio intenditur, & sic ante quàm reus respondeat, idq; satis vult Bart. in. l. 2. ff. de furtu & subscribit Alex. ab. in Rubr. ff. de in ius vocan. consentitq; Marant. de ordi. iudic. 6. p. in princ. n. 2. Cui difficultati nõ satisfacit Ripa. in Rubr. extra de iudici. nu. 47. & 48. dum prædicta iura intelligit de iudicio cœpto & inchoato: at verò prædictam communem resolutionẽ intelligit, de iudicio integro & formato, & sic quòd iudicium cœptum dicatur à citatione, iudicium integrum & formatũ à contestatione. Corruit enim hæc interpretatio ex tex. in cap. gratũ. de officio deleg. ibi citatione facta negotium sit quasi cœptum. ergo iudicium cœptum non dicitur propriè ab ipsa citatione. Quamobrem dicendum erit,

39 iudicium propriè dici à litis contestatione: & in hunc sensum est accipiẽda prædicta communis resolutio, impropriè verò iudicium dici à citatione: quomodo sunt intelligenda suprà dicta iura in contrarium adducta, & glo. in Rubr. C. de edend. & glo. in Clem. 1. de iudi. verbo, citationis, & glo. in ca. dudum. el. 2. verbo, Responsionem. de electio. Quã interpretationem assignat Paul. in. l. 1. nu. 4. C. de iudic. & cõmuniter omnes ex Curtio in Rub. ff. de iudic. n. 11. Deci. in Rub. extra, eod. lectu. 2. n. 1. & Didac. Perez in Rub. tit. 1. lib. 2. Ordi. q. 7. Ac ideò in. d. c. gratum. iudiciũ dicitur quasi cœptum à citatione: quod sufficit ad perpetuandam iurisdictionem iudicis delegati, vt probat text. ille, & tex. in. c. si à subdelegato. de offi. deleg. li. 6. & tradit Barto. in. l. more. ff. de iurisdi. omni. iud. & communis legistarum, & canonistarum, secundum Alex. nu. 39. Deci nu. 46. & Iass. nu. 35. in. d. l. more.

Panor.

Panor.& Dec.nu.2.in.c.relatũ.de offic. delegat.& Didac.Perez vbi supra, vbi subdit,de iure huius regni iurisdictionẽ perpetuari per solam litis contestationẽ non tamẽ per citationẽ,per tex.in.l.19. &.21.tit.4.part.3.Sed quicquid ipse vir alio quin doctus dicat,contrariũ verius esse existimo.imò per solã citationem, etiam de iure huius regni, iurisdictionẽ delegati perpetuari,vt expressè probat tex.in.l.35.tit.18.p.3.Cui nõobstat tex. in.d.l.19.&.21.nam illa iura cũ prædicta.l.35.sunt componenda, & intelligẽda,sicuti intelligitur tex.in.d.c.gratum, cum text.in.d.c.relatum.

Ex.2.Annotatione.

SVMMARIA.

1 IVdicium,causa,lis,controuersia,& instantia inter se differunt,etsi aliquando confundantur.

2 Causa multis modis summitur,vt remissiuè traditur.

3 Causa summitur pro ipso iure deducto in iudicio,& dicitur antè & post litem contestatam.

4 Lis proprié est causa ipsa deducta in iudicium ante litem contestatam,impropriè summitur pro instãtia.

5 Controuersia dicitur tã in iudicio,quàm extrà iudicium, & etiam ante litem non contestatam.

6 Instantia quid sit reiectis alijs deffinitionibus traditur.

7 Instantia quadruplex repiritur in iure.

8 Princeps ex plenitudine potestatis potest concedere alicui,vt possit tertio appellare.

9 Prima instantia de iure ciuili & regio in causis ciuilibus triennio terminatur,in criminalibus biennio.

10 De consuetudine in regno non obseruatur,vt instãtia spiret biennio vel triẽnio:tutius tamen erit intra dicta tempora cõcludere in negotio fatalia protestando.

11 De iure canonico prima instantia nullo tempore peryt.

12 Iure nouissimo Cõcilij Tridẽtini prima Instãtia in foro canonico biennio erit terminanda.

13 Secũda Instantia appellationis omni iure vno anno terminari debet,& ex iusta causa conceditur biennium.

14 Bienniũ ex iusta causa ad prosequẽdã appellationẽ ipso iure cõceditur.

15 Triennium & longius tempus ad prosequendã appellationẽ ex iusta causa per viam restitutionis conceditur.

16 De iure regio Instãtia appellationis vno anno est terminãda,tamẽ hoc in desuetudinẽ abijt,& nullo tẽpore perit.

17 Bienniũ,& trienniũ, & aliud tẽpus dãtur de stylo curiæ Romanæ absq; aliquo impedimẽto,dũ modo intra annũ appellationis aliquis actus fiat in curia Romana.

18 In consilio supremo Regis Philippi.2. bienniũ,triẽniũ,& lõgius tẽpus cõceditur ad prosequẽdã appellationẽ nullo dato impedimento.

19 Instãtia appellationis causarũ ciuilium nõ excedẽtium quãtitatẽ decẽ millium marapetinorum, terminari debet per decuriones ciuitatum intra.45.dies.

20 Sententia lata à decurionibus ciuitatum elapsis.45.diebus est nulla.

21 Instantia perẽpta trãscursu tẽporis,an ius partis pereat? remissiuè traditur.

Se-

Secunda Annotatio.

De Instantia.

1 IN iure noſtro reperiũtur huiuſmodi termini, Iudicium, Cauſa, Lis, Controuerſia, & Inſtantia: qui licet inter ſe differãt, aliqnando tamẽ confunduntur, & vnus pro alio accipitur, de iudicio enim iam in præcedenti Annotatione diximus.

2 Cauſa verò multifariã accipitur, vt notat Aſin. in praxi iudicio. capit. 1. in noſtra tamen ſpecie ſummitur pro ipſo iure deducto in iudicium, vt probat text. 3 in l. properandum. in princ. C. de iudi. & in d. c. forus. de verbo. & ita cauſa dicitur antè & pòſt litem cõteſtatam, ſecundùm Bar. in l. cauſas. C. de tranſact. quẽ ſequuntur ibi Riminal. & Iaſſ. num. 11. Maran. de ordi. iudic. 5. p. nu. 66. & Aſini. vbi ſupra nu. 11. cõtra glo. in d. l. cauſas. & comprehendit tam ciuilẽ, quam criminalẽ cauſam, ſecundùm Cardi. in Clem. 1. q. 18. de offic. vicarij. per tex. in c. 1. § nos itaq; de iuram. calum.

4 Lis autẽ propriè dicitur cauſa ipſa deducta in iudicium ante litis cõteſtationem, iuxta text. in l. litis nomẽ. ff. de verbo: ſignifi. impropriè verò ſumitur pro inſtantia, iuxta tex. in l. properandum. in principio. C. de iudic. & reſoluit Alcia. in d. l. litis nomẽ, receptus ab Aſin. vbi ſuprà. n. 11. verificaturque etiam in contentione extra iudiciali, ſecundùm Panor. & Deci. n. 7. in c. ſæpè. de appel.

5 Controuerſia fit in iudicio, & extra iudicium, tam agendo, quàm excipiendo, dicituṙq; etiam ante litem conteſtatam ſecundùm Bal. & communiter omnes in d. l. cauſas. reſoluit Marant. vbi ſuprà 5. part. num. 68.

6 Inſtantia autem nihil aliud eſt, quàm exercitatio actionis, à litis conteſtatione, vſq; ad ſententiam diffiuitiuam certo tempore coarctata, ſecũdùm Alciat. in l. ſi diuerſa. n. 16. C. de trâſactio. quẽ ſequitur Aſin. in ſua praxi. ca. 3. nu. 7. & Didac. Perez. in Rub. tit. 1. lib. 3. ordina. verſi. Dubitatur vlterius. reiecta deffinitione Marantæ, de ordi. Iudiciorum. 5. part. num. 1. omiſſaque alia deffinitione Curtij in l. poſtquam liti. C. de pactis.

7 Quæ inſtantia de iure reperitur quadruplex, prima quæ inſtituitur coram iudicibus ordinarijs: ſecunda, & tertia quæ ſit coram iudicibus appellationũ: nam in eadem cauſa ſemel & iterum licet vnicuiq; appellare, vt in l. vni. C. ne liceat tertio prouocare. & l. 25. titul. 23. par. 3. l. 5. tit. 17. lib. 4. Recop. & Innoc. in c. directę, & in c. ſua nobis. de appella. Quarta eſt ſupplicationis, quando ſcilicet primas duas ſentẽtias cõfirmatorias iudex infirmaſſet, nã tunc ab eius ſentẽtia tertiò ſupplicari poterit, vt in l. ſiquis C. de præcib. impera. offerend. & in l. 1. ff. de offi. præfecti, prætor. & firmat glo. in d. l. vnica. verb. Retractare. & in d. l. 25. tit. 23. par. 3. alioquin enim nõ liceret tertiò appellare, vt probant prædicta iura: annotat Specul. in tit. de appellatione. §. quoties. & Panor. in d. ca. directæ. Bal. & Imol. in d. cap. ſua nobis. Vbi dicunt, principẽ ex plenitudine poteſtatis

8 poſſe alicui cõcedere facultatem tertiò appellãdi, quod expreſsè probat tex. in l. 4. tit. 24. p. 3. & notat Gregor. Lupus in d. l. 25. in glo. 1. De iure autem regio reperitur & alia inſtãtia, quæ ſupplicationis dicitur, vt putà quando regis audi tores ſententias inferiorum, vel aliquã ex eis reuocauerint: tunc enim à tali ſententia reuocatoria pars grauata ſupplicare poterit. Idemque obſeruãdum erit quando lis primitùs cœpta fuerit coram auditoribus regijs, nam ab eorum ſententia ſupplicari poterit, vt probatur in l. 2. tit. 17. lib. 4. Recopil. in quo tit. agitur de prima ſupplicatione, & plura de ea congerit Didac. Perez in l. 8. titul. 4. libr. 2. ordi. & Auenda. in tractatu de ſecunda

cunda supplicatione. Reperiturq; eodem iure regio alia instantia, quæ secundæ supplicationis dicitur, cum pœna mille quingentarum Duplarum, de qua agitur in tit. 20. lib. 4. Recopilla. & apud Auend. vbi suprà. & nos infrà suo loco dicemus.

9 Opportunè erit vidēdum, quāto tēpore Instantia durare, & finiri debeat. Qua in re cōstituitur regula generalis, quòd prima instantia in causis ciuilibus finiri, & terminari debet triennio, iuxta tex. in l. properandum. in principio. C. de iudic. & ibi notant Doctores, & conuenit. l. 27. tit. 4. par. 3. & l. 9. tit. 6. par. 6. in causis verò criminalibus biennio terminari debet, iuxta text. in dict. l. properandum. & in l. 3. C. vt intra certū tempus criminalis quæstio terminetur, & conuenit. l. 9. tit. 6. part. 6. & l. 7. titu. 29. part. 7. not. Iaff. in l. 1. ff. solut. matrimo. nu. 20. Beroi. in c. venerabilis. extra, de iudic. Marant. de ordi. iudic. 5. par. nu. 5. vbi prædictam regulam sex ampliationibus, & viginti limitationibus ornat: quam etiam regulam notat Paul. Pariſ. in consi. 158. col. 1. lib. 4. Cæterùm Grego. Lupus in l. 9. tit. 6. par. 6. in glo. verbo, Tres años. & in l. 7. titul. 29. part. 7. verbo, Dos años. inquit, hoc iam in
10 desuetudinem hisce nostris regnis abijsse, & instantiā minimè biennio vel triēnio spirare, sibique id placere. Ego verò existimo, tutius esse intra prædictā tempora in negotio concludere protestando, requirendoq; iudicem, vt sententiam debito tempore proferat.

11 Supradicta verò regula procedit de iure ciuili, & regio: tñ de iure canonico prima instātia nullo tempore perit, sed est perpetua, vt in cap. venerabilis. vbi Panorm. & alij, extrà, de iudic. & in cap. fi. de probatio. & text. in cap. cum olim. de priuileg. docet glo. in cap. fin. de dolo & contum. & glo. in cap. anteriorum. §. sed hæc. 2. quæst. 6. & glo. in dict. l. properādum. verbo, Triennio. & hanc opinionem testatur communem Felin. in dict. c. venerabilis. Iaff. in dict. l. properandum. num. 27. Alex. consi. 23. lib. 3. num. 2. & aduersam quę partem eam disputat Melchior Kerling. in dict. cap. venerabilis. concludens, ab ea non esse recedendum. & defendit Asin. in praxi. c. 3. nu. 22. Et hanc opinionem praxi receptam esse testatur Couarru. in capitul. quanuis pactum. §. 1. 2. pa. n. 4. & si ipse ibi contendat, discrimen non esse inter vtrunq; ius, imò Instantiam iure pontificio per lapsum triennij perire, ad eius opinionem citans Fulgos. & Iaff. in d. l. properandum, in principio. col. fi. & Ro
12 man. in consi. 220. Hodie verò iure nouissimo statutū est in concilio Trident. sess. 24. de reformatio. c. 20. omnes causas ad forū ecclesiasticum pertinentes, etiam beneficiales in prima Instātia coram ordinarijs locorum infrà biennū à die motæ litis terminandas esse, alioquin vnicuiq; ex litigantibus licere superiorem adire: quæ omnia supradicta de prima Instantia sunt intelligenda.

13 Cæterùm Instātia appellationis vno anno terminari debet, tam de iure canonico, & ciuili, quàm de iure regio, iuxta text. in authen. ei, qui. C. de temporibus & reparat. appel. & in cap. cum sit Romana. de appellat. & in l. 11. tit. 18.
14 lib. 4. Recopil. Ex causa tamen impedimenti ineuitabilis, biennium conceditur, vt supradicta iura probant, & tunc ipso iure absq; aliqua restitutione conceditur, secundum glo. in dict. authent. Ei, qui verbo, Indulgetur, & verbo, Manet. imò ex iusta causa triennium, & longius tempus datur, iuxta text. in cap.
15 ex ratione, extra de appella. Quod tamen triennium, vel longius tempus nō ipso iure indulgetur, vt perperam voluit glos. ibi: sed per viam restitutionis, ex clausula generali, Siqua mihi alia iusta causa. &c. vt in l. 1. ff. ex quib. caus. maio. & in specie firmat glos. in dict. authen. ei, qui. verbo, Manet. recepta communiter ex Panor. nu. 3. & 9. Præpos. num. 33. Deci. nu. 12. & Perus. num. 45.

in dict.

in dict.cap.ex ratione.& Grego. Lopez in.l.24.tit.23.part.3.in gl.fi.& si Decius & Perusinus vbi suprà,opinionem glo. in dict.cap.ex ratione teneãt. Quæ causa impedimenti ab appellante probari debet,vt communi calculo scribẽtium receptũ est in dict.ca.cum sit Romana. nec stabitur iudici ad quem, asserenti se impeditum fuisse,secũdum Decium in dict.c.cum sit Romana.nu.3. Et satis intendit Iass.in.l.1.in princ.nu.60.ff.de offi.eius,cui est mand.iur. & Decius in cap.quæ in ecclesiarum.nu.27. de cõst. & probatur ratione, quia vbi vertitur notabile præiudicium partium,nõ creditur iudici,nisi quatenus ex actis processus constiterit,iuxta text.in cap.quoniã in fine.de probatio.iuncto.ca.cum à nobis de testibus.& resoluit Menochius de Recuperand.possess.Rem.16.quæst. 26.nu.352. De iure autẽ regio,licèt dis-
16 positũ sit,Instantiã appellationis terminandã esse intra annũ per text.in.l.11. tit.18.libr.4.Recopil.id enim in desuetudinẽ abijt,secundùm Gregor. Lopez in locis supra citatis: Cautius tamẽ erit, quòd in audientijs regalibus processus intra annũ cõcludatur,fatalia protestentur,& auditores Regis cũ processu re-
17 quirãtur,vt sententiã proferant. De stylo curię Romanę nullo dato impedimẽto,biẽniũ,& aliud tẽpus cõceditur, dũmodo,intra annũ aliquis actus fiat,secũdum Casiadorum, decisione. 6. nu.8. in tit.de appellatio.idem obseruatur in
18 supremo Consilio nostri regis inuictissimi. Et quòd ita in consistorio Principis obseruetur firmat Marant.de ordi. iudi.5.part.num.15.& Asin. cum alijs compluribus in praxi iudicio.in princi. cap.3.num.28.&.31.(Circa supradicta aduertendum erit,Instantiam appellationis causarum ciuilium,non excedentium quantitatem decem millium ma-
19 rapetinorum(de quibus per viã appellationis in isto regno decuriones ciuitatũ & locorũ cognoscunt) terminari debere spatio quadraginta quinq; dierũ à die latæ sententiæ per inferiorem,iuxta text.in.l.7.tit.18.libr.4.Recopil.quo tẽpore elapso,appellatio remanebit deserta,neq; aliud tẽpus,etiam ex iustissima causa concedi poterit: & licèt de facto post illud tempus decuriones proferant
20 sententiã,sententia erit nulla, vt elegãter resoluit Didac.Perez in.l.6.tit.16.lib.3. ordina.versic.vtrùm autẽ? cõtraplures, quos ibi refert:& cõtra Panorm. in cap. de causis in princ.n.10.deoffic.delegat.
21 Et an Instãtia peremptа lapsu temporis ius partis pereat? resoluit Thom. Grãmat.in voto.31.num.4.& Didac.Perez in Rubric.tit.1.lib.3.ordinam.versicul. inquirendũ est,& plures alias quæstiones de Instãtia congerunt Marant.de ordin.iudic.5.part. & Asinius in praxi iuci. capit.3.

Ex. 3. Annotatione.

SVMMARIA.

1 *IVdex,Actor,& Reus de substãtia cuiuscunq; iudicij sunt necessarij.*

2 *Testes de necessitate præcisſa iudicij non sunt necessarij.*

3 *Iudicium,& sententia absq; testibus & probationibus valet.*

4 *Intellectus verus ad text.in cap.1.4.q. 4.traditur.*

5 *Testes in iudicio debẽt esse distinctæ personæ à iudice,& ab accusatore,nec iudex vel accusator supplẽt vicẽ testiũ.*

6 *Actoris officium quid sit, traditur.*

7 *Actor in omnibus causarũ discussionibus,prior habetur & in iure præponitur.*

8 *Actor quæ attendere debeat antequam actionẽ moueat,traditur remissiue.*

9 *Officiũ rei quid sit,explicatur,& quid sit iudicis officium.*

10 *Officiũ testiũ quid sit,demonstratur.*

Ter-

Tertia Annotatio,

De personis necessarijs in iudicio.

IN quocũq; iudicio, siue agitetur per viã actionis, siue accusationis, siue denuntiationis, siue inquisitionis, siue per officiũ iudicis, tres personæ de substantia eius interuenire debẽt, nẽpè Actor, vel Accusator verus, vel fictus, Reus, & Iudex, vt ex deffinitione iudicij supra in Prima annotatione tradita cõstat. Cui resolutioni nõ obstat text. in c. 1. 4. quæst. 4. & tex. in ca. forus. de verb. signif. quibus probatur, in omni negotio quatuor personas interuenire debere, nẽpe Iudicẽ, Actorẽ, Reũ, & Testes; nã respõdeo primò, ad essentiã iudicij necessitate præcisa tres personas tantũ necessarias esse, scilicet, Iudicẽ, Actorẽ, & Reũ, At vero necessitate causatiua quatuor personas necessarias esse, nẽpè, iudicẽ actorẽ, Reũ, & Testes, in qua specie intelliguntur iura contraria. Testes enim non sunt necessarij præcisè, sed ad effectum vt actor obtineat: nam actore nõ probãte, Reus absoluidebet. l. Actor. C. de probatio. cap. vnico, vt ecclesiastica beneficia. & in. c. fi. de iureiurãd. Sine testibus enim & probationibus iudiciũ & sententia tenent, secũdùm Azonem in summa. C. de iudicijs. & Bartol. in. l. prolata definiãtur. C. de sententi. & interlocutio, & in. l. per hanc. C. de temporibus appella. Alexãd. in consil. 105. num. 4. lib. 5. Panormit. in ca. afferte. de præsumpt. Decius in consil. 294. volu. 1. num. 11. & 12. & Felin. in capit. ecclesia. num. 24. de constitutio. Et hanc interpretationem ad prædicta iura tradit Deci. in Rubric. extra, de iudicijs. 2. lectura, num. 3. vbi Beroi. numero. 27. & nemine relato eam sibi vendicat Didac. Perez in Rubric. titulo. 1. libro. 3. ordinament. Quæ tamen interpretatio ad text. in dicta. capit. 1. 4. quæst. 4. substineri nequit: confunditur enim ex verbo, Necesse, ibi positum, quod respicit omnes personas ibi descriptas sub vna determinatione, & sic pariformiter terminari debet, in. l. iam hoc iure. ff. de vulg. Ideoque sicut Iudex, Actor, & Reus sunt necessarij necessitate præcisa, ita & eodem modo Testes. Quamobrem aliter prædicta difficultas potest intelligi, scilicet, quòd quanuis Iudicium sit actus trium personarum in iudicio contendentium, non tamen inde sequitur, testes non contendentes adesse non posse in iudicio, secundùm Basianam in Rubrica. de iudic. columna 2. relatum à Ripa. ibi. numer. 42. quę tamẽ interpretatio displicet Ripæ, quia arguit prædictam deffinitionem defectiuam esse vt optimè pungit Ripa vbi suprà. Vel verius intelligi potest tex. in dicta. capitul. 1. 4. quæstione. 4. nempè quòd ibi non deffiniatur Iudicium à Fabiano Summ. Pontifice sed solummodò improbetur quidam abusus, quo vtebantur Orientales, scilicet, quod accusator, & aliquando iudex fungebantur munere testium improbandis criminibus, cùm tamen deberent necessariò testes esse distinctæ personæ, ab accusatore, & iudice. Quocirca Summus Pontifex ibi præcipit, quòd si testes fuerint producendi in iudicio, iudex, vel accusator vicem testium supplere non possint, sed quòd quatuor personæ distinctæ debẽt adesse. Qui intellectus deprehenditur ex Architipo in. 2. epistola Fabiani ad episcopos Orientales, columna. 6. pagina. 115. idemq́ne obseruandum erit in iudicio ciuili, quando Actor probare debuerit, quod asseuerauerit, iuxta text. in dicta. l. Actor. Ex quo intellectu deducitur tres personas de substantia iudicij necessarias esse Iudicem, Actorem, & Reum, vt supra resoluimus: cæterum testes non esse de substantia

substantia, sed ex accidenti, quando producendi fuerint, quo casu eadē necessitate præcisa debent esse distincti à iudice, & ab actore: & in hunc sensum est accipiendus tex. in dict. cap. 1. 4. q. 4. & in dict. cap. forus. & ita communiter præceptores vniuersitatis Salmantinæ interpretantur, quæ interpretatio planè deprehenditur ex cap. nullus introducatur. 4. q. 4.

6 Officium Actoris est, intēdere, obijcere, & expetere, qui in omnibus causarum discussionibus prior habetur, &
7 in iure præponitur, cùm ipse sit qui causam moueat, vt in dict. cap. 1. 4. quæst. 4. & in dict. cap. forus. §. omni, eiusq; officium voluntarium est, vt in rubro & nigro. C. vt nemo inuitus agere. & notat Dominus Franciscus à Sarmiento, libr. 1. Selectarum. cap. 2. num. 1. Et regulariter omnis potest esse Actor, qui prohibitus non reperiatur, vt tradit Speculator in tit. de Actore. num. 1. Quianteliteē mouēdam attendere debet ea, quæ
8 continentur in principio tit. 2. par. 3. vt laboribus partium & expēsis parcatur, & suæ conscientiæ consulatur.

9 Officium Rei est, intenta refellere, & petita negare, & officium eius explicatur in procemio. tit. 3. par. 3. & est videnda regula, cum sunt partium. iuncta gloss. de reg. iur. in. 6. & in. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & notat Sarmiento, vbi supra. Et ad hos duos collitigantes accedit iudex intermedius: cuius officium est, vtrumq; Actorem, & Reū, æquis & benignis auribus audire, alterum damnās, alteri verò iustitiam adiudicans, iuxta text. in. l. inter litigantes. ff. de iudicijs.

10 Testiū officiū est, intentionē partiū probare & processus instruere, de quibus differēdum erit infra in octauo tempore viæ ordinariæ in. 1. p. 1. tomi. Sunt & aliæ personæ, quæ in Iudicio interueniunt ad instruendos processus & lites, vt procurator, aduocatus, & tabellio, de quibus in sequētibus erit agendū.

Ex 4. Annotatione.

SVMMARIA.

1 *Definitio procuratoris ponitur. Procurator dicitur, qui aliena negotia demandato domini administrat.*

2 *Procurator in rem propriā impropriè dicitur procurator.*

3 *Dispositā in procuratore ad lites non procedunt in procuratore in rem propriam.*

4 *Procurator qui negotia aliena demandato domini gerit, duplex est, vnus ad lites, & alter ad negotia.*

5 *Procurator ad lites ante litem contestatam non potest alium substituere, nisi mandatum habeat cum clausula de substituendo.*

6 *Procurator datus post litem contestatam à domino, non potest alium substituere, nisi specialiter hoc in mandato contineatur.*

7 *Procurator ad lites tenetur comparere in iudicio cum mādato domini sufficienter instructus, aliàs processus reddetur nullus, nec domino præiudicabit.*

8 *Iudex compellere potest procuratorē, vt mandatum ostendat etiam parte nō petente.*

9 *Procurator hodie in iudicio non est audiendus prius quàm exhibeat sufficiens mandatum, à tergo manu aduocati subscriptum.*

10 *Iudex debet esse multum cautus vt in primis faciat sibi ostendi mandatum in scriptis redactum.*

11 *Mandatum procuratorium de iure pro*

bari

bari sufficeret per testes, tamen de cõ munt praxi, & stylo iudiciorũ probari potest per instrumentum.

12 *Mandatum non probatur præsumptiuè ex allegatione diuturni temporis.*

13 *Instrumentum mandati in Iudicio produci debet, nec sufficit, quòd tabellio de eo fidem faciat in processu.*

14 *Iudex ante omnia inspicere debet an mandatum sit sufficiens.*

15 *Mandatum spetiale in quibus casibus requiratur, traditur remissiuè.*

16 *Processus gestus cum procuratore generali in causis requirentibus speciale mandatum, nullus est, etiam si procurator datus sit generaliter ad omnia, quæ speciale mandatum exigant.*

17 *Procurator datus cum libera administratione, expedire potest omnia quæ speciale mandatum requirunt, nisi in his quæ solent afferre graue dãnum domino.*

18 *Clausula, Cum libera administratione, in mandatis potius ex abusu, & stylo notariorum, quàm ex voluntate domini solet apponi.*

19 *Mandatum specialiter concessum ad aliquas lites vel negotia non comprehendit maiora, vel grauiora expressis quanuis adiecta sit clausula: Y para en todos mis negocios y pleytos que tẽgo y espero tener, &c.*

20 *Syndicus constitutus ad certa negotia mandatum speciale requirẽtia, & generaliter ad omnia, donare, vel renuntiare non potest.*

21 *Procurator constitutus contra certam personã incerta causa, & in omni alia intelligitur contra eundẽ & nõ aliũ.*

22 *Mandatum contra vnum, & contra alios non includit illo digniores.*

23 *Mandatum concessum cum clausula: Y para en todos mis negocios y pleytos, que he y tengo, y espero haber y tener, Solũmodo includit lites præsentes, & ex iure de præsenti ortas, non tamen futuras, nisi dependerent ex litibus de præsenti.*

24 *Spes, & sperare propriè dicitur quando est spes probabilis ex aliqua causa de præsenti.*

25 *Mandatum contra Titium cum clausula generali: Contra qualesquier personas. & c. non comprehendit Vniuersitatem, Ciuitatem, aut Collegium, nisi specialiter exprimantur.*

26 *Procurator ad lites cõstituẽdus debet esse maior. 25. annis, nec minor põt.*

27 *Mutus surdus omnino, exul, bannitus procuratores constitui non possunt.*

28 *Criminosus de crimine accusatus procurator constitui non potest.*

29 *Plures arcentur à munere procuratorio, remissiuè.*

30 *Procuratores esse prohibentur clerici & monachi.*

31 *Procurator in audientijs Regis nemo potest esse, nisi prius examinetur, & sit ex numero illius audientiæ.*

32 *Procurator nemo potest esse in illo tribunali, in quo certus numerus procuratorũ deputatus fuerit, nisi ex eis sit.*

33 *Procuratores plura hodie tenentur obseruare remissiuè.*

34 *Prælatus ecclesiæ absque mandato capituli causas ecclesiæ agere potest, nisi essent arduæ.*

35 *Vicarius perpetuus ecclesiæ pro sua*

vicaria agere potest absque mandato Rectoris.

36 Prælatus ecclesiæ in casibus in quibus potest agere causas ecclesiæ sine mandato Capituli, potest ipse solus procuratorem constituere.

37 Quæ personæ in iudicio pro alijs cõpare re possint sine eorũ mãdato remissiuè.

38 Iudex cùm primum viderit processum gestum absque mandato, non debet illum illusorium iudicare, sed inquiret prius de illo mandato.

39 Mãdatum ad validitatẽ processus sufficit offerri etiã post cõclusum in causa.

40 Procurator datus ad præparatoria tenetur dominũ defendere in præparatis.

41 Procurator primæ Instantiæ non tenetur dominum defendere in secunda Instantia, quanuis à sententia lata in prima Instantia teneatur appellare.

42 Procurator nedum debet iurare in animam sui domini, verùm etiam in animam sui ipsius.

43 Procuratoris officiũ de iure ciuili vile est, nõ vero de iure canonico, et.n.47.

44 Procurator officium aduocati exercere non potest.

45 Procuratoris officium à principe concessum nobile est

46 Procuratoris officium hodie in tribunalibus vbi certus numerus deputatus est, nobile censetur, cùm à principe concedatur.

47 Procuratoris officiũ de iure canonico nobile est, ne. infamis potest illud exercere.

48 Nobilis vtẽs officio procuratoris etiam non concesso à principe priuilegia nobilitatis non amittit.

Quarta Annotatio.

De Procuratore.

COllitigãtes aliquando in iudicio cõparent personaliter, spõte, vel inuiti, vt putà quando citati sunt vt in propria persona cõpareant: aliquãdo verò in Iudicio per alios cõparẽt, vt per procuratorem, ob idq; aliqua de procuratore erunt adnotanda, & in primis q, procurator dicitur ille, qui aliena negotia mandato domini administrat, iuxta text. in l. 1. ff. de procurat. & l. 1. tit. 5. p. 3. Vnde constat, Procuratorem in rem suam in propriè dici Procuratorem, cùm potius rem propriam, quàm alienam agat, vt in. l. qui stipendia. C. de procurat. & ibi Bald. n. 1. Quò fit disposita in procuratore ad lites, non habere locum in Procuratore in rem propriã, vt resoluit Asinius in praxi iudic. §. 28. c. 4. Et Procurator, qui negotia aliena mãdato domini administrat, duplex est, vnus ad lites, alter ad negotia, iuxta text. in cap. 1. §. licet. &. §. fi. de Procurato in. 6. Procurator enim ad lites, de quo in nostro proposito, ante litis contestationem nequit alium substituere, nisi mãdatũ habeat cum speciali clausula substituendi, vt in. l. quod quis iuncta glo. 1. ibi. & in. l. neq; tutores. C. de procurato. & in. d. c. 1. §. licet. eod. titu. in. 6. & in. l. 19. tit. 5. part. 3. & Petrus Raehæ in praxi causarũ ciuilium. ca. 5. num. 11. Est tamen aduertẽdum, quòd si dominus priùs fuerit litem contestatus, & deinde Procuratorem cõstituat, quod tunc Procurator non poterit aliũ substituere, nisi specialiter hoc in mandato contineatur, iuxta glo. in. c. 1. §. 1. verb. abeo. de Procurator. in. 6. & firmant Bart. & Ange. in. l. nihil. C. eod. &

Gregor.

Gregor. Lup. in l. 19. tit. 5. prat. 3. vbi prædicta opinio probari videtur, & si oppositã teneãt plures relatiã à Grego. ibi, verbo, Si primeramente.

7 Et iste Procurator ad lites nomine alieno in iudicio comparens, tenetur cũ mandato domini sufficiẽter instructus cõparere, alioquin processus erit nullus, nec Procurator poterit domino præiudicium inferre, vt probat text. in l. si procurator. C. de procuratoribus. in cap. 1. extra, eod. tit. & in cap. venerabilis. de dolo, & cõtumacia. & ibi notat Cardi. & est. l. 10. tit. 5. par. 3. Ideoq; receptum est iudicem ex suo officio procuratorem compellere posse, vt mandatum ostendat, ne postea iudicium illusorium reddatur, secundum gloss. in ca. 1. verbo, Absentia. de electio. in. 6. & eam tãquam notabilem & singularem sequuntur Bal. in l. exceptionem. nu. 7. C. de probationibus. Panormit. in cap. causamq;. 1. n. 3. de iudic. & Alex. in l. licèt. nu. 6. & 7. C. de procurator. Quam opinionẽ testatur magis communem Deci. in cap. causamq;. 1. de iudic. num. 2. & ibi Barba. col. 7. Quãuis contrariũ tenuerit Imol. in. c. cùm in iure peritus. de officio delegat. cuius opinionem cõmunem dicit Felin. in dict. c. causamq; col. 2. Sed prior communis, iam hodie comprobata est iure nouissimo huius regni in l. 3. titu. 2. lib. 4. Recop. & l. 55. tit. 1. lib. 3. Recopil. vbi statuitur, quòd quando procurator in iudicio comparuerit nomine alterius, priusquàm audiatur, debeat ostendere & producere

6 sufficiens mandatum, & à tergo manu aduocati subscriptum, vt si postmodũ insufficiens apparuerit, & ex eo processus annullandus venerit, Aduocatus teneatur soluere expensas in lite factas.

10 Ideoq; iudex debet esse multũ cautus, vt in primis faciat sibi ostendi mandatũ

11 in scriptis redactum, licèt enim de iure communi sufficeret mandatum procuratorium per testes probari, secundum glo. in cap. 1. verbo. Portitoribus. extra, de procuratoribus. quam ibi commendat Ioan. de Imol. n. 4. idem tenent glo. fin. in l. Maritus. C. de procuratoribus. Doctores in l. nõ solum. §. qui alienã. ff. de procuratori. & omnes communiter ex Iaff. in l. 1. n. 6. & 7. C. eod. tit. & Boeri. in Decisione. 281. n. 1. In praxi tamẽ receptum est, mandatum probari per instrumentũ, & nõ per testes, secũdum Ioan. Andreã. in Additionibus ad Speculato. tit. de procuratore. §. rationem. n. 2. super litera, A. Et ita stylo iudiciorũ obseruari testatur Gregor. Lup. in l. 21. tit. 5. part. 3. in glo. 1. & Didac. Perez in l. 1. tit. 4. lib. 3. ordin. col. mihi. 893. in. fi. & Petrus Rachæ in sua praxi causarum ciuilium. cap. 5. n. 13. idq; satis apertè di-

12 sponitur in dict. l. 3. tit. 2. libr. 4. Recop. Quo fit non sufficere, diuturnitatem temporis allegare ad probandum præsumptiuè mandatum, secundum Bald. in l. 2. n. 2. versic. quæro quid si dominus. C. si ex falsis instrumentis. & Bald. in l. 1. C. de rebus alienis non alienandis. Aymõ Craueta de antiquitate temporis. 2. part. n. 46. & omnes cõmuniter ex Balbo de præscript. 1. p. 3. partis. q. 10. n. 30. & ex decisione Pedemontanea. 175. nu. 4.

13 Quinimo non sufficeret, si Tabellio fidem in processu faceret, procuratorem mandatum habere, imò requiritur, q̃ instrumentum ipsius mandati in iudicio producatur, secundum Angel. in l. si donationem. C. de donatio. & in l. 2. C. de testam. & in. l. sciendum. ff. de verbo. & Alexan. in consi. 6. num. 8. lib. 4. In tantum quòd non sufficeret, Si Tabellio diceret, prout apparet in mandato procuratorio coram me antea confecto, de quo fidem facio: secundum Ange. vbi suprà, quem sequitur Iaff. per tex. ibi, in Authen. si quis in aliquo, nu. 7. C. de edendo. & Boerius in Decisione. 281. num. 3. & Auiles. in cc. prætorum. c. 15. nu. 23. & ita in praxi obseruandum est: tamen si Fulgosius in consi. 181. cõtrarium teneat, & eum

sequatur Iass. sibi contrarius. Et probatio huiusmodi mandati incumbit procuratori asserenti, se mandatum habere, secũdum Panor. in. c. coram. n. 6. & 9. Felin. n. 8. de officio deleg. & panor. in. c. 1. nu. 3. de procuratoribus.

14 Itaq; iudex in primis inspicere debebit, an mandatum sit sufficiens ad expeditionem illius causæ, & an in ea speciale mandatum requiratur, & quæ nego-
15 tia mandatum speciale exigant, tradit glo. in. c. qui ad agẽdum. de procurato. in. 6. glo. in. c. coram. de in integrum re restitutione. verbo, mãdatum, & notat Couar. lib. 1. Variarum. c. 6. n. 2. glos. in l. illud. §. fi. ff. de minorib. glo. in. l. si quis mihi bona. §. sed vtrum. verbo, Speciacialiter. ff. de acquir. hæred. gl. in. §. præterea. Instit. de his, per quos ag. pos. & triginta & octo causas mandatum speciale exigẽtes congerit Felip. Franc. in d. c. qui ad agẽdum. &. 73. cũmulat Firmianus in suo Repertorio. verb. Mandatum, in quibus causis mandatum ge-
16 nerale nõ sufficiet, alioquin processus gestus cũ procuratore generali nullus erit: ideoq; procurator generaliter constitutus ad omnia, quæ speciale mandatum exigant, non poterit pacisci, transigere, iuramentũ deferre, in integrũ restitutionẽ petere, neq; alia, quæ speciale mandatum exigunt, per text. in. d. c. qui ad agẽdum. quem explicat Couar. lib. 2. Variar. c. 5. n. 8. ad idem est tex. in l. mandato generali. ff. de procurat. &
17 l. 19. tit. 5. p. 3. nisi mandatũ concessum sit cũ libera administratione, nam procurator cũ libera administratione expedire poterit omnia, quæ speciale mandatum exigãt, vt in. d. c. qui ad agendũ, & in. l. transactionis. C. de transactio. & in. l. procurator cui generaliter. ff. de procurato. & in. l. 19. tit. 5. part. 3. notat Bald. in. l. illud. ff. de minoribus. & Iass. in. l. indebitã. ff. de cõd. indeb. & Couar. lib. 1. Variarum. c. 6. n. 3. versi. 5. Quod tamen non procedit in his, quæ solent afferre graue damnũ, & præiudicium domino mandanti, propter abusum notariorum, qui potius ex eorum stylo,
18 quàm ex mandato, & volunrate domini prædictam clausulam, Cum libera. & c. apponere solent, secundũ Ange. in. l. licèt. col. 1. C. de locato. Bald. in Rubri. C. de his quę in fraudẽ creditorum. Panor. in. c. 1. vt lite nõ cõtestata. n. 28. [redacted] & Grego. Lup. in. l. 19. tit. 5. par. 3. verbo, Quando. & verbo, Qualquier. Villalpandum. in. l. 22. titu. 1. p. 7. 3. p. q. 12. n. 61. & Couar. in Rubr. de testam. 2. p. n. 14. & in lib. 1. Variarum. c. 6. nu. 3. versic. 5.

19 Præterea inspici debet, an mãdatum sit specialiter concessum ad aliquas lites, vel negotia: nam licèt post modum sequatur clausula consueta apponi, scilicet, Y para en todos mis negocios, y pleytos, que tengo, & c. non cõprehendit maiora, vel grauiora, quàm in ipso mãdato sint expressa: quia in quibuscũque dispositionibus receptũ est, ꝙ clausula generalis capiat restrictionem ab his, quæ speciatim præcesserunt, secundum Barba. in. c. sedes. n. 158. & ibi Felin. col. 7. versi. Quinta declaratio. post Anto. de Butrio. ibi, extrà, de rescript. Quanuis cõtrarium sentiat glo. ibi, verbo, Maiores. & latè probent Imol. n. 6. Panor. & Decius. n. 7. post. Innocen. Et ꝙ in mãdato procuratorio clausula generalis capiat restrictionem ab his quæ speciatim præcesserũt, efficaciter probat tex. in Clem. 2. de procurato. ex ratione ibidẽ præscripta, quæ cum sit generalis non restringitur ad exemplum. argu. l. regulæ. §. & licet. ff. de iuris & facti ignorantia. & ita in mandato procuratorio agnoscunt Decius. n. 8. & Felin. n. 3. in. d. c. sedes: quidquid, ibi, repugnauerint Panorm. & Imol.

20 Ex quibus Alex. in cõsi. 22. lib. 1. n. 8. & 9. consuluit, syndicum constitutum ad certa negotia, mãdatum speciale requirẽtia, & generaliter ad reliqua omnia, speciale mandatũ exigentia, non posse

posse donare vel renuntiare, quia hæc
21 sunt grauiora expressis: Similiter procuraror constitutus contra Titium, in certa causa, & in omni alia, intelligitur contra eundē, & non alium, secundum Roma. in singulari. 155. & Dec. consi, 502. nu. 9. p. 4. consi.

22 Pari modo mādatum concessum contra Titiū debitorē, & cōtra alios, non includit digniores, vt optimè aduertit Anania in. d. c. sedes. n. 3. cōtra Anchar. in. c. 2. de rescript. in. 6. in quā rē facit gl. ordinaria, in. c. fi. verb. Speciali. de procur. in. 6. Cōsequitur etiā mandatū concessum cū clausula, Y para en todos mis negocios, y pleytos que yo tēgo, y espero haber, y tener. &c. Solùm cōprehendere lites prēsentes, & ex iure de prēsenti ortas, non tamen lites futuras, quæ ex iure de futuro post mandatum concessum oriantur, secundum gloss. in. l. dāni infecti. §. si is, qui. ff. de damno infecto, glo. in. l. omnium. verbo, Dantur. ff. de procuratoribus. vbi Barto. & alij. Ange. in. §. præterea. n. 33. Instit. de except. Felin. in cap. relatum. nu. 8. de officio delega. Quod verum est, nisi lites futuræ dependerent ex litibus de præsenti, secundum Ioānem Andreā in addit. ad Speculatorem. tit. de procurato. §. ratione autem. num. 11. super litera. C. quem sequitur Gregorius Lupus in. l. 14. titu. 5. part. 3. verbo, Sobre tal mi pleyto, &c. Nec his obstat illa clausula, Que espero haber y tener, &c. nam redigenda est ad lites futuras dependentes ex iure de prēsenti, non vero de futuris & insperatis, ad quas nullum ius de prēsenti haberet:

24 Spes enim, & sperare dicitur propriè quādo est spes probabilis ex aliqua causa de præsenti, iux. text. cum glo. l. spem. C. de donatio. l. propter spem. ff. familiæ hercis. Bart. d. post emācipationem. §. 1. nu. 2. & 3. ff. de liberat. legat. Tiraq. in leg. connubia. fol. 131. num. 37.

25 Consequitur deinde, quòd mandatū concessum contra Titium, & cum illa clausula generali, Y contra qualesquier personas, &c. non comprehendit Vniuersitatem, Ciuitatem, & Colegium, nec sufficiens erit ad litigandum cūm illis, dummodo generaliter Vniuersitas, Ciuitas, vel Collegium nō exprimatur: procurator enim datus contra omnes personas, non comprehendit Vniuersitatem, vel Collegium, secundū Archid. in. c. 2. de rescript. in. 6. vbi Ioan. And. & Dominicus, col. 3. Bald. in Authen. itē quencunq; C. de episc. & cleri. & Felin. cap. eam te. num. 15. de rescript.

26 Insuper inspiciendum erit, an procurator ad lites cōstitutus maior fit viginti quinq; annis: quia nemo ante illā ætatē constitui debet, vt probat text. in. l. minor. ff. de procurat. c. qui generaliter. §.
27 fi. de procurat. in. 6. l. 5. tit. 5. part. 3. Nec etiam mutus, surdus omnino, exul, bannitus cōstitui poterūt procuratores, iux
28 ta text. in. l. 2. l. mutus. ff. de procurato. nec criminosus, vt. l. reum. C. de procurato. dūmodo de crimine capitali fuerit accusatus, vt in. d. l. 5. tit. 5. p. 3. & ibi Grego. Lup. nec alij, de quibus in. l. nec
29 fœmina. ff. de procurat. in. l. placet. C. de episcopis & cleri. in. l. quę absente. &
30 in. l. militem. C. da procura. & in. c. post cessionem de probatio. & in. c. 3. ne clerici vel monachi, & in. l. 5. titu. 5. p. 3. & in. l. 7. tit. 25. lib. 4. Recopil.

31 Nec hodie in audiētijs regalibus poterit quis fungi officio procuratoris priùs quàm examinetur à præside, & ab auditoribus & fit ex numero procuratorū illius audientiæ, vt inquit text. in. l. 1. ti-
32 tu. 24. lib. 2. Recopila. nec in alijs tribunalibus inferioribus (vbi certus numerus procuratorum deputatus est) poterit vnus pro alio interuenire, iuxta prouisiones Regias, quas habent illi qui ex
33 numero sunt. Et plura quæ hodie teneantur obseruare procutatores, præscribūtur in tit. 16. & 24. lib. 2. Recop.

34 Erit tamen aduertendum, q̄ prælatus ecclesiæ absq; mandato Capituli poterit causam ipsius ecclesiæ agere, vt sentit glo. in. l. ait prætor. verbo, Actio-

nes.ff.de iure delib. & firmat Innocentius in cap. edoceri. nu. 4. de rescript. & hanc esse cõmunem opinionem testantur Panorm. n. 6. & Felin. n. 2. in dict. c. edoceri. & Augustinus in cap. ex literis. nu. 45. de probatio. reiecta glo. 1. in cap. inter dilectos. de fide instru. & glo. 1. in dict. cap. edoceri. & glo. pen. in cap. 1. de procurato. & glo. 1. in cap. contingit. de transactio. & gl. in c. causam q;. 1. de iud. Quarum glossarũ opinio saluari poterit, in casu arduo in quo mandatũ Capituli necessarium esset, secũdum Panor. & Andre. Barba. n. 31. in d. c. edoceri.

35 Pari modo Vicarius perpetuus cuiuslibet ecclesiæ pro sua vicaria agere poterit sine mandato rectoris, secundum Panor. in c. G. perpetuus. n. 2. de fide instr. & si glo. 1. ibi. contrarium velit. Imò in

36 omnibus casibus, in quibus solus prælatus potest esse in iudicio pro sua ecclesia absq; mandato Capituli, poterit ipse solus procuratorem constituere absq; cõsensu Capituli, secundum communem ex Abbate. in dict. ca. edoceri, & ibi Barba. n. 49. per tex. in dict. capit. petitio. de

37 procurato. Et quæ alię personæ possunt pro alijs absq; eorum mandato in iudicio cõparere, traditur in. l. 10. tit. 5. p. 3. vbi elegãter Gregorius Lupus resoluit.

38 Cæterùm si iudex inspexerit, processum gestum fuisse per procuratorem, nec de mandato domini in processu constiterit, non debebit statim sententiam proferre, declarãdo processum ex defectu procuratoris illusoriũ esse: sed priùs inuestigabit, an procurator ille mãdatũ sufficiẽs habuerit: & si inuenerit quòd habuerit, debet ei pręcipere, vt illud exhibeat, & in processu producat:

39 nam ad validitatẽ processus sufficit mãdatum quandocunq; offerri, etiam post conclusum in causa, secundum Rotam nouam. 145. n. 2. in fi. & antiquam. 247. & Felin. in cap. suscitatus. nu. 15. de rescript. & Bãtium in tractat. de nullitate sententiæ ex defectu mãdati. num. 116. & Specul. tit. de procuratore. §. ratione igitur. n. 18. & 19. & probat. l. 16. styli. Et ita in praxi memini fuisse obseruari, in

40 causa cuiusdam amici. Rursus aduertendum erit, quòd procurator constitutus ad præparatoria tenetur defendere dominum in prępparatis, secundum Barto. per text. ibi, in. l. qui proprio. §. itẽ quæri

41 tur. ff. de procurato. non tamẽ procurator primæ Instantiæ tenetur defendere dominum in secunda instantia, quãuis à sententia lata in prima instantia teneatur appellare, vt in. l. inuitus. C. de procurato. & tenet Barto. vbi suprà, & Nauar. in Rub. extra, de iudicijs. nu. 5.

42 Deniq; aduertẽ, q procurator nedũ teneatur iurare in animam domini, verũ etiam in animam sui ipsius, aliàs haberet locum pœna. c. fi. de iuramento calum. quia ipse ita calũniari potest sicut dominus, secũdùm Rotam antiq. 1. sub titu. de iuramento calum. & eod. titu. in nouis. decis. 1. gl. in authen. principales. verbo, Migrauerit. C. de iureiur. propter calum. dan. gloss. c. 2. §. 1. verb. Ab ipsis. de iuramen. calum. in 6. Angel. §. nunc admonendi. col. 1. n. 6. Institut. de pœna temerè litig. & Belam. in. c. cum in causa. nu. 4. de iuram. calum. Et ita in fine cuiuslibet petitionis præiudicialis dicitur, (E juro en forma de derecho, en anima de mi parte y la mia.)

43 Vltimò aduerte, officium procuratoris vile esse, vt probat tex. in. l. si quis procurationem. C. de decurio. lib. 10. & in

44 §. fin. Instit. de excep. ideoq; procurator non poterit officium aduocati exercere, secundum glo. l. generali. C. de tabu. lib. 10. & tradit Bart. in. l. 1. C. de primi. lib. 12. Bald. in. l. Senatores. lect. 1. ff. de senator. Iaff. in Rubr. C. de procurat. & Tiraq. in Tract. de nobilitate. c. 29. n. 13.

45 tamen si officium procuratoris à principe esset concessum, nobile esset, vt resoluit Rebuffus in cõstit. Reg. Gall. Tracta. de senten. execu. glo. 14. nu. 5. pag. 422. & Boẽrius in. q. 222. quia habens officium à principe dicitur dignitatem habere, iuxta text. in. l. nemo. C. de dignit.

nit.lib.12. Vnde cùm hodie officiũ procuratoris à Rege concedatur in tribunalibus vbi certus numerus deputatus est, existimo ibi officium nobile esse. De iure tamẽ canonico est officium nobile, & ita illud nõ potest exercere infamis, vt ca.1.3.quęst.7.not.glo.2.in cap.cùm deputati.de iud.& ibi Panorm.num.6. & latius in cap.imperatores num.9.de iuramento calum. vbi aliter distinguit. Et ita est tenendum,& si Petrus Rochę nouissimè in sua praxi causarum ciuil. cap.5.num.19.contendat, omni iure officiũ procuratoris ad lites nobile esse. Verùm licèt hoc officium à principe non esset concessum, & per cõsequens vile esset, nihilominus tamen si aliquis nobilis eo vtatur non priuabitur nobilitatis priuilegijs, quò ad contributionẽ, tributorum, vt optimè resoluit Couar. in pract.quæst.cap.19.num.7.etsi additionator Abb.in cap.cùm deputati.n.6. de iud.contrarium teneat. Plura alia de procuratoribus videnda erunt in Speculat.tit.de procuratore.& apud Mansue.in sua pract.tit.de procuratore.& in toto tit.5.part.3.& in tit.25.libr.2.Recop.& apud Lusitanos libr.1.Ordinationum.tit.88.& titu.50.

Ex. 5. Annotatione.

SVMMARIA.

1 *Aduocati in iure dicuntur postulantes.*

2 *Postulare quid sit declaratur.*

3 *Aduocati officiũ laudabile est,& aduocatus quæ obseruare debeat, vt munere suo dignè fungi dicatur, traditur.*

4 *Aduocatus debet esse modestus in sermone.*

5 *Aduocato verboso, et procaciter loquenti pœna suspensionis ab officio imponi potest.*

6 *Aduocatus debet esse veraciss imus tam in verbis quam in scriptis.*

7 *Aduocati nõ possunt esse infideles, hæretici, excõicati, infames, procuratores.*

8 *Aduocati non possunt esse minores decẽ & septem annis, nec fœminæ, nec alij.*

9 *Aduocatus priusquam officium aduocationis incipiat, habere debet peritiam vtriusq; iuris, & experientiam negotiorum, nec sufficiet, solam experientiam habere.*

10 *Aduocatus qui absq; iuris peritia & negotiorum experientia officio se ingerit, mortaliter peccat.*

11 *Aduocatũ per spatium quinquennij operã iuris prudentiæ dedisse, necesse est.*

12 *Ad aduocationis officium admittendus debet esse hodie graduatus in iure canonico vel ciuili.*

13 *Gradus baccalaureatus per quinquennium, et aliud breuius spatium in nonnullis vniuersitatibus acquiritur.*

14 *Lex Regia Recopilationis solummodò requirit vt quis possit esse aduocatus, quòd graduatus sit in iure pontificio vel cæsareo.*

15 *Aduocatus non debet esse qui prius non fuerit examinatus & approbatus à præside, & ab auditoribus Regijs in suis audientijs, vel à iudicibus tribunalium inferiorum, positusq; in matricula aduocatorum.*

16 *Aduocatus in principio sui officij, et quolibet anno iuramentum præstare debet, quòd bene exercet suum officiũ.*

17 *In tribunalibus inferioribus de cõsuetudine non obseruatur, quòd aduocatus examinetur & iuramentum præstet.*

18 *Aduocatus summè curare debet in exor-*

dio litis, quòd sua pars veritatẽ facti narret, & quòd narrationem facti in scriptis à parte recipiat, & ibi quare id facere debeat.

19 Aduocatus relatiane facti sibi à parte facta interrogare debet, an probationes actionis, vel defensionis habeat.

20 Victoria causæ ex probationibus pẽdet.

21 Aduocatus semper studere debet, ad decisionem, & defensionem suæ causæ.

22 Ius Regni Castellæ in decisionibus causarum qualiter obseruari debeat.

23 Causæ in Regno prius decidi debent per pragmaticas Regias post promulgationem legum nouæ Recopilationis.

24 Pragmaticæ ante nouam Recopilationem editæ, sunt abrogatæ per leges eiusdem Recopilationis.

25 Pragmaticis non existentibus, causæ prius decidendæ erunt per leges nouæ Recopilationis.

26 Lex nedum corrigitur per legem posteriorem tempore, verùm etiam per posteriorem in ordine, quando de die promulgationis non constat.

27 Prior pars legis per posteriorem corrigitur.

28 Quando dubitatur de tempore promulgationis legis, & de loco situationis eius, quid sit obseruandum remissiuè traditur.

29 Lex priori loco sita maiori æquitate nitens præferri debet in obseruatione legi posteriori loco sitæ.

30 Causæ in regno decidendæ erunt per leges Fori, vel Styli deficientibus pragmaticis, & legibus Recopilationis, dummodo leges Fori, & Styli ratione nitãtur, & in vsu, & obseruantia sint.

31 Allegãti pro se legem Fori, vel styli incũbit onus probãdi illam. l. in vsu esse.

32 Praxis & forma articulandi, & probandi leges styli in vsu esse, traditur remissiuè.

33 Stylus, & forus quid significent, & in quo differant traditur remissiuè.

34 Foro legum generali derogatur per municipale.

35 Leges partitarum in decidendis causis sunt obseruãdæ in defectum pragmaticarum, legum Recopilationis, et Fori, vel styli.

36 Deficiente iure Regio recurrendum erit ad ius canonicum, & non ad ciuile in causis decidendis: & in foro ecclesiastico deficiẽte iure canonico ad ius Regium erit recurrendum.

37 Aduocatus postquam exactè intellexerit suum clientulum iustam causam habere, illam tuendam suscipiat.

38 Aduocatus nunquam debet clientulo victoriam causæ repromittere.

39 Aduocatus nullo modo suscipere debet iniustam causam protegendam, alioquin si sciẽs susceperit, mortaliter peccat, & ad restitutionem damni aduersarij, & refartionem expensarum sui clientuli tenetur.

40 Aduocatus qui à principio litis intellexit, suum clientulum iustam causam habere, si ex post facto iniquam esse cognouerit, statim deserere debet, cautè tamen absq; periculo sui clientuli: aliàs ad damnum & expensas tenetur, etiam si suus clientulus instet, vt eius causam iniustam defendat.

41 Aduocatus tuta conscientia non potest consulere

consulere suo clientulo, quòd cum aduersario paciscatur, quando intelligit causam clientuli iniquam esse.

42 Aduocatus an in causa dubia patrocinari possit, remissiuè.

43 Aduocatus ad damni resartionem tenetur aduersario, quando per cauillationem, vel aliam fraudē iustam causam abstulit eidem, vel aliud grauamen intulit: & de iure regio arbitrio iudicis est suspendendus ab officio.

44 Aduocatus propter negligentiam, vel imperitiam amittens causam iustam sui clientuli mortaliter peccat, & ad interesse suo cliētulo tenetur cum duplo, quando iactabat se peritum, cum non esset, & cliētulus imperitiā eius ignarabat: si vero eam sciret ex solo dolo, & lata culpa teneretur.

45 Aduocatus causam sui cliētuli summa fidelitate defendere debet.

46 Aduocatus iura & arcana sui clientuli reuelans parti aduersæ, ad quid teneatur, docetur.

47 Aduocatus non debet fauere parti aduersæ etiam in secunda instantia.

48 Aduocatus in stipendio & mercede, debet esse æquus & honestus: nam licèt possit vendere iustum patrociniū, non tamen plus debito exigere debet.

49 Aduocatus etiam si absq; reuolutione librorum patrocinium præstet, illud vendere potest.

50 Aduocatus pro modo litis, & laboris, et fori consuetudine mercedem exigere debet, alioquin plus debito exigens mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur.

51 Aduocatus tuta conscientia percipere potest gratis oblatum vltra salarium à lege taxatum, quod ad hodie verum sit stante lege Regia declarat autor.

52 L. 19. tit. 16. lib. 2. Recopil. prohibens aduocatis, vltra salarium à lege taxatum aliquid etiam vltrò ablatum percipere, nouè declaratur, quando tempore ministerij illud datum esset.

53 Aduocatus finito ministerio spōte datū vltra salarium taxatum recipere pōt.

54 Circunstantia temporis facit præsummi aliquid datum gratis esse, vel in fraudem prohibitionis simulatè.

55 Prohibitus dare vel accipere aliquid pro aliqua re, non censetur prohibitus dare seu gratis oblatū suscipere, quia cessant verba & mens prohibitionis.

56 Circunstantia tēporis, & quātitatis muneris dati, vel qualitatis personarū, arguit, spontè oblatum simulatè conceptum esse in fraudem prohibitionis.

57 Interpretatio vera. c. si quis obiecerit. 1. quæst. 3.

58 Interpretatio text. in cap. fi. 1. q. 3.

59 Interpretatio tex. c. 1. de siminia. c. statutum. §. insuper de rescript. in. 6. c. Statuentes de censibus in. 6. decreti concil. Trid. sess. 21. de refor. c. 1.

60 Leuitas muneris dati, suadet potius ex amicitia & beneuolentia quàm pro ministerio gratis datum esse.

61 Circunstantiæ temporis, personarum, & quantitatis muneris dati considerari debent ad iudicandum, an gratis oblatum sit, an simulatè in fraudem prohibitionis.

62 Intellectus. l. 8. tit. 6. lib. 3. Recopi. & l. 5. tit. 9. lib. 3. Recop. & l. 1. tit. 27. cap. de los derechos. vers. Y manda-

mos que los dichos escriuanos. libr. 4. Recopil.

63 *Aduocatus olim cum clientulo nõ poterat paciſci de quota litis pro mercede ſui laboris: hodie verò vigeſimã partem percipere poteſt in conſilio ſupremo Regio, & in audientijs Regijs dũmodo non excedat ſummam triginta mille marapetinorũ, & in tribunalibus inferioribus non debet excedere medietatem illius ſummæ.*

64 *Aduocatus non poteſt aliquid percipere nomine palmarum, & victoriæ.*

65 *Aduocatus tenetur præſtare gratis patrocinium pauperibus, vbi ſtipendio publico non eſt conſtitutus aduocatus ad cauſas pauperum.*

66 *Aduocatus in libellis non debet citare iura & leges, ſed ſolummodò narrare factum cum rationibus.*

67 *Aduocatus non debet patrocinari contra aliquam legem expreſſam huius regni.*

68 *Aduocatus inquirere debet à tabellionibus, procuratoribus, & à viris expertis de ſtylo audientiæ in qua patrocinatur.*

Quinta Annotatio.

De Aduocato.

ADVOCATI in iure dicuntur poſtulantes, iuxta text. in. l. 1. §. poſtulare. ff. de poſt. poſtulare enim nihil aliud eſt, quam ius alicuius & legitimam cauſam expreſsis demonſtrationibus oſtendere, firmis rationibus comprobare, ſtatutis & legibus in iudicio tueri, atq; defendere: quod omne proprium aduocatorum eſt, vti conſtat ex deffinitione Iuriſconſultiin. l. 1. §. poſtulare. ff. de poſtulãdo, quorum officium laudabile eſt, iuxta text. in. l. laudabile. C. de aduocatis diuerſorum iudicum. & in capit. quia epiſcopus. 5. quæſt. 3. tradit Cagnolus in repetitione. l. 2. ff. de origine iuris. nume. 11. & qui dignè hoc munere fungi velit ſequentia obſeruare debet.

Primò vt bonis moribus præditus ſit, ideoque debet eſſe modeſtus in ſermone, iuxta illud eccle. 28. aurum & argentum tuum confla, & verbis tuis fac ſtateram, & ori tuo frænos rectos. &c. alioquin aduocato verboſo & procaciter loquenti imponi poteſt pœna ſuſpenſionis ab officio, ſecundum gloſſ. in. l. ex ea. ff. de poſtu. commendatam à pluribus relatis per Rebuffum in repet. l. vnicæ. numer. 3. C. de ſententijs, quæ pro eo quod intereſt. facit. l. 7. & 12. titul. 6. part. 3. Veraciſsimuſque debet eſſe, tam in verbis, quàm in ſcriptis, nec falſas leges aut correctas allegare debet, quia incideret in pœnam falſi, iuxta. l. fi. ff. ad. l. Cornel. de fal. & l. 1. §. hunc igitur. C. de iuſtinianeo. Cod. confir. not. Barto. l. omnes populi. num. 68. de Iuſt. & iur. l. 1. tit. 7. part. 7. Et ob defectum bonitatis plures arcentur ab officio aduocationis, vt puta infideles, hæretici, excommunicati, infames, procuratores, & alij de quibus in. l. 1. cum ſuis §§. ff de poſtul. & in. l. 5. tit. 6. part. 3. Pari modo ob defectum naturalem, vel corporalem ab huiuſmodi munere prohibentur, nempè fœminæ, minores. 17. annorum, cæci, & alij de quibus in dict. l. 1. ff. de poſtulan. & in. l. 15. & 30. titul. 16. lib. 2. Recopil. & l. 7. titul. 25. lib. 4. Recopil. tradit Damhouderius in ſua praxi capitulo. 96.

Secundò obſeruet etiam aduocatus, quòd priuſquam ad exercitium aduocationis accedat, habeat peritiã vtriuſq; iuris, & experiẽtiam negotiorum, idq; veriſi-

verisimilibus cõiecturis cognoscat, nã non sufficit experientiam causarum habere, secũdum Bart. in l. 1. §. postulare. ff. de postul. quem sequitur Montaluus in repertorio legum regni, verb. Aduocati, & si gl. in d. §. postulare, verb. Exponere. contrarium velit: alias enim si absq; vlla iurisperitia, & negotiorũ experiẽtia, se ingerat officio aduocatiõis. à mortali culpa immunis nõ erit, vt eleganter docet Soto libr. 5. de Iust. & iur. q. 8. arti. 2. in fine. & Nauar. in Manuali Hispano, & Latino. c. 25. n. 28. versi. 1.

11 Quo circa spatio quinq; annorum debet operam dare iurisprudẽtiæ, ex text. in procœmio Digestorum. §. duobus. & in l. iuuemus. §. ne de cætero, & ibi glo. verb. Per statuta. C. de aduocatis diuersorum iudicum. gl. in l. 1. §. aduocatus. verb. Quoquo. ff. de Varijs & extraordinar. cognit. Barto. in. 1. constitutione

12 Codicis, col. 1. & omnes Docto. in l. 2. Tauri. & ita hodie debet esse graduatus in iure Canonico, vel ciuili, iuxta text.

13 in l. 1. tit. 16. libr. 2. Recopil. Vnde cùm gradus baccalaureatus per quinquennium in hac Vniuersitate Salmantina, & per aliud breuius tempus in nonnullis alijs acquiratur, non requiritur in aduocato studium decem annorũ, prout requirebat pragmatica. 58. fol. 64. Regum catholicorum: quia hodie prædicta. l. 1. Recopil. solummodò requirit

14 aduocatũ graduatum esse. Nec obstat dict. pragmat, 58. nam iam cum alijs ante Recopilationem conditis est abrogata, vt cõstat ex pragmatica posita in initio Recopilationis. Quinimò aduocatus debet esse examinatus, & approbatus à præside, & ab auditoribus Regijs, vel â iudicibus inferiorum tribunaliũ, poniq; debet in matricula aduocato-

15 rũ: aliter enim non poterit munus exercere, iuxta text. in l. 1. tit. 16. lib. 2. Recopilat. & antea de iure communi erat decisum in l. neminì licere. C. de aduocatis diuersorum iudicum, cui conuenit.

16 l. 13. tit. 6. p. 3. debetque in principio sui officij, & quolibet anno iuramentum præstare de bene exercendo suum officium iuxta text. in l. 2. tit. 16. libr. 2. Re-

17 cop. Sed licet hoc de iure verum sit, tamen de consuetudine apud tribunalia inferiora, hodie aduocatus nec examinatur, nec iuramentum præstat.

18 Tertiò obseruet deinde aduocatus, quòd in exordio litis curet, q; sua pars facti veritatem narret, cùm ex facto ius oriatur, vt in l. si ex plagijs. §. incliuo. ff. ad l. Aquil. l. 4. tit. 16. lib. 2. Recop. relationemq; facti in scriptis recipiat subscriptã manu propria clientuli, ne post modum clientulus dicat, causam amissam fuisse culpa sui aduocati: quia nõ allegauit iuxta narrationem facti, ita disponit

19 l. 14. tit. 16. libr. 2. Recopilat. Qua relatione sic suscepta, debet interrogare suum clientulum, an probationes suæ actionis, vel defensionis habeat, ex qui-

20 bus victoria causæ pendet, iuxta text. in l. duo sunt Titij. ff. de testament. tutel. deficiente enim probatione, & ipsum ius corruit, vt in cap. plerunq;. 2. quæst. 7. & si clientulus assueuerauerit, suæ in-

21 tentionis probationes habere, tunc aduocatus semper operam iuri dabit in reuoluendis libris, & allegationibus prælegendis, ad decisionem, & defensionem causæ sui clientuli, ex mente glos. in cap. non licet. 11. quæst. 3. & in l. 3. titul. 16. libr. 2. Recopilat. ibi, Y estudiando el derecho, &c. Iuxta ordinem præscriptũ in l. 1. Tauri, quę habetur. in l. 3. tit. lib. 2. Recop. & in pragmatica posita

22 in initio recopilationis. Et circa obseruãtiam iuris huius regni aduocatus considerabit sequentia, Primo quòd causę debent prius decidi per regias constitutio-

23 nes (quæ vulgo Pragmaticas dicuntur) post nouam Recopilationem conditas: nam cũ sint nouiores præponuntur, iux text. in l. nõ est nouum. ff. de legib. & ibi Bart. & Bald. Iaff. in l. pacta nouissima. num. 3. C. de pactis, & gloss. recepta per Docto. in. c. 1. verb. Iura. de cõstit. tex. in. c. 1. de cognatiõe spirit. Greg. Lup. in

l. 7

l.7.tit.3.par.1.& facit l.3.tit.1.lib.2.Recop. ibi, Y las de los Reyes que de nos
24 vinierẽ.&c. Pragmaticæ enim ante prę dictam Recopilationẽ conditæ iã sunt abrogatæ per eãdem, vt cõstat ex prag
25 matica posita in principio. Recopil. Si verò nulla pragmatica condita sit post prædictã Recopilationem, tunc causæ decidi debent per leges illius recopilationis, vt dispositum est in.d.pragmatica posita in initio Recopil.& in.l.3.ti.1.
26 libr.2.Recopil. Circa quod aduocatus consideret legem nedũ corrigi per posteriorem tempore, vt diximus, verùm etiam per posteriorem in ordine illius libri Recopilationis, si de die prolationis non apparuerit, secundũ ea quæ docet Cynus, receptus à Barto.& Doct.in l.2.C.de testam.tutel. Ange.in.l.in ciuile.ff.de legib. Alex.& Imol.in.l.fimiles ff.ad.l.Falcid.Barto.nu.35.& Salomonius.n.58.in.l.omnes populi.ff.de Iust. & iur.per tex.in.l.si certarum.§.fi.ff. de de milit.testam.& in.l. conficiuntur.§.
27 si miles.ff.de iure codicillorum. Consideret etiam aduocatus priorem partẽ legis per posteriorem corrigi, secundũ glo.in.l.si tibi.ff.si cert.petat. quã sequũtur Iasso,& Decius ibi & Bar.in.l.fides. ff.de positi.& Marius Salomoni', vbi suprà, Bald.in.l.non est nouũ.C.de legib. & est tex.in.l.in ciuile. ff.de legib. Quo fit, veram esse gl.in.l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Senatusconsul. Trebell.cuius meminerunt Iaff.& Angel.in.l.si idẽ.§. vna.ff.de iurisd.omn. iudic. & Alexan. consi.164.& communiter omnes in.§. item preciũ.Instit. de emptio. & vend.
28 Et si forsan aliquãdo dubitaretur de loco & tempore, tunc erit obseruandum quod resoluit Albericus in.l.2.C.de testamen.tutel.& Salomonius vbi suprà. Quod autem de posteriori loco dictũ
29 est, obtinebit nisi lex priori loco sita maiori æquitate nitatur, secundum Areti. consil.163.quẽ sequitur Iaff.& Decius in.l.si tibi.ff.si cert.petatur.& Iaff.in.l.si idem.§.vna.ff.de iurisd.omn.iudic.quã uis ibi Decius sibi cõtrarius cõtrarium teneat, quem sequitur Curtius ibi. Cæterùm si nec pragmaticis, nec legibus Recopilationis negotiũ decidatur, tũc
30 causa terminãda erit per leges Fori, vel Styli, iuxta tex.in.l.3.tit.1.lib.2.Recopil. dum modo leges illæ irrationabiles, vel iuri huius regni contrariæ non sint, & in vsu & obseruãtia cõstet eas leges esse, in casibus in iudicio agitatis, vt di-
31 sponitur in.d.l.3.& alleganti pro se legem Fori incũbit onus probandi talem legem esse in vsu receptam, secundùm Rodericum Suarez in procœmio Fori in princ. Oroscium, in.l.de quibus.ff.de legib. Zasium consi.5.n.109.lib.1.Gregor.Lup.in.l.7.tit.2.p.1.Auiles in Cap.
32 prætorum.c.19.& ita in praxi obseruari testatur Suarez vbi suprà. quo in loco ponit modum & formam articulandi, & probandi legem illã Fori esse in vsu: & ibi limitat duobus modis hanc resolutionem. Idemq; obseruandũ esse circa leges Styli resoluit Rodericus Suarez in.l.6.tit.de las ganancias.lib.3.Fori.in verfic. vlterius quæro. prope finẽ.
33 Et quid significent forus & stylus, & qualiter inter se differãt, explicãt Bart. nu.10.Oroscius.n.33.in.d.l.de quibus. ff.de legibus. Rochus de Curte in Rubri.de cõsuetudine.à nu.24. Gregorius Lupus in.l.7.titu.3.p.1.verb. Fuero.&
34 glo.in.l.1.tit.1.lib.1.Fori. Aduertendũ tamen erit, foro generali derogari per municipale, vt notatur in.c.1.de const. in.6. Et si aduocatus non inuenerit negotiũ decissum prædictis iuribus, vt suprà dictum est, tunc recurrere debebit
35 ad leges Partitarum, quæ obseruandæ erunt in defectum supradictorũ iuriũ, [illegible] tex.in.l.3.tit.1.lib.2.Recop.& in d.pragmatica sita in principio Recopi
36 lationis. Deficiente autem iure regio, recurrendũ erit ad ius canonicũ, & nõ ad ius ciuile: & econuersò in foro eccle siastico, deficiente iure canonico, recurrendum erit ad ius Regni, vt eleganter resoluit Palacius Ruuius in.l.1.Tauri,

nu.9.

num.9.& ibi Doctor del Castillo, Villa Diego in repet.capit.constitutus.de integrũ restit. Cifuentes in.l. 3. Tauri, num.3.Bernard.Diaz in pract.crimin. cap.60.& Auiles in Cap.prætorum.c. 19.& Caputius in singul.69.per.l.fi.C. de testibus.& Didac. Perez in.quæst.3. proœmiali ordinam. Si vero negotiũ
37 sit extraordinarium, aduocatus requirat in repertorijs Doctorũ,ante omnia attendendo ad ea quæ ponũtur in principio,ti.2.p.3.& demũ si exacte cognouerit,suum clientulum iustã causam fouere,tunc aduocatus obseruet,vt illam
38 tuendã suscipiat:caueat tamen ne ei repromittat victoriã causæ, vt docet Speculator tit.de aduocato.versi.nunc tractemus.num.9.& est tex.in.l.fi.titu.6. part.3.Alioquin si intellexerit causam sui clientuli,iniquam,& à iure,& ratio
39 ne,remotam,& alienã esse, nullo modo protegendam suscipiat,iuxta tex.in l.13.tit.6.part.3.& in.l.2.& l.22.ti.16. lib.2.Recopil. Qui verò sciens & prudens iniustã causam defendit, mortaliter peccat, & ad resartionẽ dãni quod passus fuerit aduersarius, & restitutionem expẽsarum,quas suus cliẽtulus fecerit,tenetur:quia qui ad malũ cooperatur eiusde est iniquitatis,atq; ipse qui facit.iuxta illud Pauli ad Rom.1.digni sunt morte non solùm qui faciunt, sed etiã qui facientibus consentiunt.& cũ illud peccatum sit cõtra iustitiam,nempè in nocumẽtum alterius partis,ad restitutionẽ obligatur; nam qui causam damni dat, damnũ dedisse videtur vt in cap.fi.de iniurijs & firmat Anto. de Butrio in cap.breui. de iure iur.& Augustinus Beroi' in Rubric.de appellat. nu.91.Soto lib.5.de Iust.& iur.quæst. 8.art.3.& Nauarr.in Manuà.cap.25.in
40 versi.2.num.28. Quinimò si à principio crediderit, causam iustã esse,& ex post facto cognouerit iniquam esse,statim debet illam deserere, cautè tamen absq; periculo sui cliẽtuli, aliàs ad damnũ resarciẽdum aduersario teneretur, & ad expensas suo clientulo, secũdùm S.Thom.in.2.2.quæst.71.art.3.probat l.12.tit.16.lib.2.Recop. Quod procedit etiã si suus clientulus instet, vt eius causam iniustam foueat,quia facit contra suam conscientiam,ita contra Matthæum de Afflictis resoluit Burgos de Paz in proœmio legum Tauri.nu.271.
41 Imò aduocatus tuta conscientia non poterit consulère suo cliẽtulo, vt faciat pactum,vel transactionẽ cum aduersario, dando ei modum, vt aliquid habeat; si intellexerit, causam cliẽtuli iniustã esse,ita elegãter probat Bartholomeus Socinus in.l.quidam.n.11. ff.si certum pet. & Cacialup' in tractat.de trãsact.q.20.
42 in fi.Et an in causa dubia aduocatus possit patrocinari, latè disputat Burgos de Paz vbi suprà, num.389.& Soto lib.5.
43 de Iust.& iur.quæstio.8.articul.3.Pari modo aduocatus tenetur resarcire damnum aduersario, si per cauillationem abstuleritiustam causam, vel grauauerit eum, perẽdo dilationẽ superfluam, vel allegando falsum, vel faciendo cauilosam positionem, aut instruendo falsum testem, vel consulendo clientulo, vt veritatem neget, secundùm Hosti.in cap.calumniam.de pœnis. cõmuniter receptum ex Nauarro in Manua.dict.c. 25.num.26.& vltra pœnas impositas à iure communi, de iure regio tunc aduocatus erit suspendendus ab officio arbitrio iudicis, per text.in.l.3.tit.16.lib.2.
44 Recopilat. Insuper si propter suam negligentiam,vel imperitiam, causa iusta sui clientuli fuerit amissa,aduocatus tenebitur ad interesse suo cliẽtulo,& mortaliter peccabit,argum.tex.in.l.idem iuris.§.1.ff.ad.l.Aquil.imò hoc casu cum duplo debet damnum & interesse resarcire suo clientulo. vt in.l.6.tit.16.lib.2. Recopi. Quod est verum, quãdo aduocatus iactabat se peritum cum nõ esset, & cliẽtulus ignorabat eius imperitiam: secus tamen esset si clientulus eam cognoscebat, nam in hoc casu aduocatus nõ teneretur nisi ex dolo,& lata culpa,

ex mente

ex mẽte Innocentij in. c. sicut dignum, de homicid. quem sequitur Siluester in summa, verbo, Aduocatus. q. 24. & Nauar. in. d. c. 25. n. 29. ita intelligens tex. in d. l. 6. tit. 16. lib. 2. Recopilat.

45 Quartò obseruet insuper aduocatus, vt summa fidelitate clientuli causam defendat, iuxta tex. in cap. qui religiosum. & ibi glo. verb. Non omni. 87. distin. & Gregor. Lupum in procœmio. tit. 6. p. 3.

46 alioquin si iura & arcana sui clientulire uelauerit parti aduersæ, mortaliter peccabit, & ad restitutionẽ damni tenebitur, vt probat glo. & Iaff. in. l. si procurator. C. de procurat. n. 15. & text. in. l. 9. tit. 6. part. 3. & resoluit Nauar. d. c. 25. nu. 29. & incidit in pœnam falsi. iuxta text. & ibi Barto. in. l. si quis aliquid. la segunda. §. instrumẽta. ff. de pœnis. & appellatur proditor, & efficitur infamis, deberq; puniri arbitrio iudicis, vt in. d. l. 9. tit. 6. p. 3. quinimò ipso iure priuatur officio, & si de facto exercuerit, erit puniendus amissione dimidietatis bonorum fisco applicãdæ, siue ex talirelatione damnum suo clientulo inde sequatur, siue non. & ita cessat opinio Cini & Pauli, in l. 1. C. de ordin. iud. & Grego. Lup. in. d. l. 9. verb. Por el tal engaño. &c. Nec debet vtriq; parti fauere, aut cũ aduersario colludere, quia prævaricator diceretur, vt in. l. 1. ff. de prævaricat. & in. l. athletas. §. prævaricator. ff. de postulan. & in. c. si quem. versic. Prævaricator. 2. q. 3. & in. l. fi. tit. 6. part. 3. quam optime explicat Auendanius in cap. prętorum. 1. p. c. 2. à num. 24. imò neq; in secunda

47 Instantia poterit aduocatus alteri parti fauere in eodem negotio, secundum glo. in. l. fi. ff. de postulan. & ibi Paul. probat. l. 13. tit. 16. lib. 2. Recop. & aduocatus qui semel suscepit protegẽdam causam, non poterit illam deserere & derelinquere.

48 Quintò obseruet præterea aduocatus, vt in stipendio, & mercede pro labore, sit æquus, & honestus: nam licet possit vendere iustum patrocinium vt

49 in. c. nõ licet. 11. quæst. 3. etiam si absq; reuolutione librorum præstet illud, secundùm Ioan. Andr. ad Speculat. tit. de salar. additione. 1. Archid. d. c. non licet. Felin. in. c. per tuas. n. 3. de Simon. Iaff. §. sed iste quidem. n. 113. Instit. de act. & Decium in cap. cum in cunctis. in princ. nu. 15. de elect. reiecta glo. quam intendit saluare Tiraquell. de nobilitate, cap. 29. nu. 32. tamẽ non debet plus debito

50 exigere à clientulis, sed pro modo litis, fori consuetudine, & laboris: alioquin plus exigẽdo mortaliter peccaret, & ad restitutionẽ teneretur, ex S. Thom. 2. 2. q. 71. Soto. lib. 5. de Iusti. & iur. q. 8. arti. 4. Tiraquel. de nobil. cap. 29. n. 26. Couarr. in Regula peccatum. 2. p. §. 3. n. 2. de regu. iur. in. 6. Didac. Perez in. l. 2. tit. 19. lib. 2. ordin. col. 664. versic. Aduocatus prætera non debet. vbi cum Abb. Ioan. Andr. Tiraquel. & alijs contra So-

51 tum, & alios resoluit aduocatũ tuta conscientia posse percipere sibi sponte oblatum, vltra salarium à lege taxatum, hodie tamen opinio Soti verior videtur, &

52 approbatur per. l. 19. tit. 16. lib. 2. Recopil. vbi dispositũ est quòd vltra salariũ taxatum, aduocatus non possit aliquid percipere etiã si vltrò sit oblatum, quod tamen intellige verum quãdo tempore ministerij, vltra salariũ aliquid offerretur, etiam si diceret quod gratis datur, quia ex circũstantia temporis præsumeretur illud datum fuisse in fraudem prohibitionis, acideò stãdum erit prohitionis, vt scilicet hæc gratuita oblatio prohibita censeatur, argum. l. 1. & toto tit. C.

53 plus valere quod agitur, cæterũ finito iam ministerio, vltra salariũ aduocatus bene poterit oblatum suscipere, quia ex

54 circunstantia tẽporis præsumitur quòd illud non datur, nec suscipitur pro illo ministerio: Imò censetur omnimoda gratuita datio, prohibit? enim dare, seu

55 accipere aliquid pro aliqua re, non censetur prohibitus dare, seu gratis oblatũ suscipere: quia eo casu cessant verba & mens prohibitionis, nam qui gratis dat

ex me-

ex mera liberalitate absq; vllo respectu commutationis dat, siue oblatum recipit, argum. l. 1. ff. de donationibus, & in cap. 1. eod. titul. quod limitatur, nisi ex
56 circunstantijs temporis, seu dati muneris, verò similiter appareret, gratuitam donationem simulatè cõceptam fuisse in fraudem prohibitionis: vnde si finito ministerio aliquid gratis offeratur, cessat præsumptio simulationis, quod pro illo ministerio detur argum. tex. in cap. sicut episcopum. 1. quæst. 2. & in cap. & si quæstiones, & in cap. dilectus. 2. de simonia, quæ iura ita accipiẽda sunt: Nec
57 huic veræ interpretationi obstat tex. in capit. si quis obiecerit. 1. q. 3. ibi (antea, nec postea) quibus verbis constat quod prohibitus dare, vel suscipere aliquid p aliqua re, nec tẽpore ministerij, nec finito ministerio possit dare, vel suscipere: nam respõdeo quod verbum (Solnat) in illo tex. appositũ, tollit difficultatem, nam significat debitum reddere, ex Ambrosio Calepino in suo Dictionario, verbo, Soluo, & ita significat tex. ille quod qui finito ministerio, aliquid soluit pro re spirituali, censetur quod illud soluit, tãquam debitum pro illa re, q tamen prohibitum est: qui vero gratis dat finito ministerio, non dicitur debitum soluere: non etiam obstat text. in
58 c. si. 1. q. 3. ibi (ante, vel post) nam respõdeo quod verbũ (Exigatur) De quo ibi difficultatem tollit, quia verbũ exigo, significat rem aliquam iure debitam petere, ex Laurentio Valla. lib. 5. Elegantiarum. c. 24. & Ambrosio Calepino in suo Dictionario, verb. Exigo, qui vero gratis oblatum recipit in nostra specie, non dicitur rem debitam exigere: Non
59 deniq; obstat text. in cap. 1. de simonia, ibi, omnino dare, & in c. statutum. §. insuper de rescript. lib. 6. & in c. 1. §. procurationes, & in c. 2. §. statuentes de censibus. lib. 6. & in cõcilio Trident. sess. 21. de reformatione. c. 1. & quod notat gl. in l. inuitus. §. fi. ff. de regul. iur. quæ iura videtur excludere omnem dationem, etiam gratuitam, & spõtaneam: nam respondeo quod debent intelligi quando tempore ministerij aliquid offerretur etiã gratis: nam licet verba dationis sonarent in dationem gratuitam, illa temporis circunstantia arguit ipsam dationem spontaneam simulatè conceptam esse, ad palleandã prohibitionem legis: ita intelligit Ripa in Tract. de peste. vlt. part. tit. de remedijs præseruatiuis contra pestem. n. 114. Nos verò loquimur, quando finito ministerio gratis aliquid offertur: nam temporis circunstantia facit cessare suspitionem fraudis. Et idem
60 dicendum erit, quando quantitas muneris oblati, suaderet illam dationem procedere ex amicitia, vel beneuolentia, vt munusculum ad essum, aut potũ: tunc enim licèt daretur tempore ministerij, tamen ex leuitate muneris suspitio cessat, quod pro illo ministerio da-
61 tur, argum. tex. in. d. c. etsi quæstiones. circunstantiæ enim temporis, personarum, & quantitatis muneris dati, considerandæ sunt ad inducendam cõiecturam, an gratis datum sit, an verò simulatè in fraudem prohibitionis, vt probat text. in. d. c. etsi quæstiones. Ex quibus constat, prædictum intellectum ad textum in. d. l. 19. tit. 16. lib. 2. Recopil. verum esse, scilicet, q procedat quando tempore ministerij, aliquid vltra salarium aduocato offeratur: nam tunc illud recipere non poterit, secus tamen quando post finitum ministerium, vel quando leuitas muneris suaderet, q ex amicitia, aut beneuolẽtia, datum esset: nam tunc iure optimo, & tuta cõscientia suscipere poterit. Et quod in animæ iudicio tutus sit, ita quòd ad restitutionem non teneatur fatetur Couar. in. c. quanuis pactum. 2. par. §. 3. n. 6. de pact. in. 6. asserens in foro exteriori difficile contrariam opinionem defendi posse.
62 Et iuxta prædictam resolutionem erit intelligenda. l. 8. tit. 6. lib. 3. Recop. & l. 5. tit. 9. libr. 3. Recop. prohibens iudicibus, ne aliquid à litigantibus percipiãt,

& eri. m

& etiam.l.1.tit.27.c.de los derechos en las cauſas criminales.verſic. Y mandamos q̃ los dichos eſcribanos.&c.libr.4. Recop.prohibens tabellionibus,ne percipiant aliquid etiam ſpõte oblatum vltra taxationem ibi ſactam:debent enim illa iura intelligi,quando tempore miniſterij, gratis offerretur,ſecus tamen ſi poſt finitum miniſterium daretur, vel ſi leuitas muneris ſuaderet,quòd ex beneuolentia,& amicitia,& non pro ipſo miniſterio illud munus datum eſſet.

63 Aduertendum tamen erit,quòd & ſi olim aduocatus non poſſet paciſci de quota litis,iuxta text. in.l.ſi quis. C. de poſtulãdo.& in.l.14.tit.6.par.3. hodie tamen in conſilio ſupremo Regis,& in alijs audientijs Regis bene poterit percipere vigeſimã partem litis, dummodo nõ excedat quantitatem triginta millẽ marapetinorum,& in alijs tribunalibus inferioribus dimidietatem dictæ quantitatis, & hoc tam in cauſis ciuilibus, q̃ in criminalibus.iuxta text. in.l.18.cum duabus ſequentibus.tit.16.lib.2.Recõ.

64 non tamen poterit aliquid nomine victoriæ,& palmarum percipere, vt in.l. 29.tit.16.lib.2.Recopi.Et plura de modo percipiẽdi ſtipẽdia ab aduocatis tradita ſunt in.l. 7. cum plurib.ſequentib. tit.16.lib.2.Recop.& per Didacum Perez in.l.2.tit.19.libr.2.Ordin.verſi.14. verſatur. Cæterùm aduocatus tenetur gratis præſtare patrociniũ pauperibus, in locis in quibus nõ ſunt aduocati conducti publico ſtipẽdio ad patrocinium pauperũ,iuxta text.in.l.16.tit.16.lib.2. Recop. & reſoluit Soto lib.5. de iuſt.& iur.q.8.arti.1. & Couar.in pract.quæſt. cap.6.n.4.& Didac.Perez.in.l.1.tit.19. lib.2.Ordin.verſi.6. dubitatur & Menochius lib.2.de arbitrar.caſu.369.n.3.

66 Sextò obſeruet deniq;, q̃ in libellis proceſſus nõ citet iura,& leges,ſed tantum narret factũ cum ſuis rationibus, iuxta tex.in.l.4.tit.16.lib.2.Recop.nec

67 patrocinetur contra legem expreſſam huius regni,iuxta text.in.l.16.titul.16.

68 lib.2.Recop. ſummaq́; diligẽtia inquirat â tabellionibus, procuratoribus, & ab alijs expertis, de ſtylo illius audientiæ,argum.tex.in.l.3.§.teſtes.verſ.q̃ ad teſtes. ff. de teſtib.& ibi Bart. & Docto. Bald.& Alexan.in.l.1. C.vt quę deſunt aduocatis.Bantius in Rubr.de nullitate ex defectu proceſſus.nu.86.pag.314. & aduocatus qui ſuperiora obſeruauerit laudabiliter exercebit aduocationis officium.

Ex Vltima Annotatione.

SVMMARIA.

1 *Deffinitio Tabellionis.*

2 *Tabellio pluribus alijs nominibus nuncupatur.*

3 *Tabellio ſeruus publicus dicitur.*

4 *Officium tabellionatus quãdo ſit vile, & quando non,reſoluitur.*

5 *Officium tabellionis deſeruientis principi, vel alicui loco ſub certo numero deputati, vile non eſt.*

6 *Officium tabellionis non eſt vile,quando eius nomen tranſit in ſpeciale nomen maioris officij.*

7 *Tabelliones Regij ſimpliciter qui populariter Reales dicuntur,viles ſunt.*

8 *Infamis infamia iuris vel facti nõ põt creari tabellio ad deſeruiẽdũ princi.*

9 *Nullus infamia notatus creandus eſt tabellio,quia quilibet debet eſſe optimæ exiſtimationis & famæ.*

10 *Tabellio creandus debet eſſe Chriſtianus & non Iudæus,vel Agarenus,de betq́; eſſe vicinus illius loci in quo officio fungi debet.*

11 *Tabellio creandus debet eſſe laicus,& non in ſacris ordinibus conſtitutus.*

12 *Tabellio impubes creari non debet,&*

de iure

de iure regio debet esse maior. 25. annis.

13 Solus princeps, vel alius de speciali mãdato principis creare potest tabelliones.

14 Duces, Comites, Marchiones, Episcopi & similes an possint creare tabelliones? tractatur, & Gregorius Lupus & Auendanius componuntur.

15 Iure regio nouissimo nemo potest conficere tãquam tabellio acta iudicialia & extraiudicialia, nisi prius creatus fuerit regius tabellio, vel saltem præhabito præuio examine cõsilij Regij.

16 Tabellionum creatio ex consuetudine introduci potest immemoriali, quo ad proprietatem, & quadragenaria quoad possessionem.

17 In tabellionum creatione quæ interuenire debeant, traditur.

18 Vbi certus numerus tabellionum deputatus fuerit, nulla fides tabellionibus simpliciter Regijs adhibenda est, nec ipsi poterunt ibi fungi suo munere, nisi tempore pestis.

19 Tabelliones omnia acta, & instrnmenta ad partis rogitum, & requisitionem conscribere tenentur, & per iudicem ad id inuiti compelluntur.

20 Tabellio nõ obtemperans mandato superioris circa eius officiũ priuari potest, nisi nimis occupatus esset in alijs instrumentis conscribendis.

21 Tabellio non compellitur gratis seruire, nisi rogatus fuerit à paupere, ecclesia, vel ciuitate.

22 Tabellio pro suo labore exigere potest mercedem consuetudine, vel lege taxatam.

23 Merces tabellionibus iure huius regni taxata est nouissimè per regiam pragmaticam.

24 Tabellio vltra mercedem iure regio taxatam non potest aliquid percipere etiam sponte oblatum, & qualiter intelligi debet traditur remissiuè

25 Tabellio in fine instrumenti apponere debet mercedem receptam, vel si gratis ministerium præstauit illud dicere debet.

26 Tabellio an teneatur apponere in instrumentis nomina contrahentium, causam, annũ, mensem, diem, & quot testes explicatur,

27 Tabellio in actis iudicialibus testes apponere non debet, nisi ex stylo illius audientiæ soleant apponi, & quid in actis quæ extrinsecus apud acta iudicialia celebrantur fieri debeat, declaratur.

28 Tabelliones tenentur registrũ & protocolum actorum iudicialium & extraiudicialiũ secum retinere, nec partibus debent exhibere, nisi ex iudicis præcepto.

29 Tabellio protocolum partibus concedẽs mortaliter peccat, & periurium incurrit.

30 Tabellio potest committere confectionem protocoli alteri non tabellioni, dummodo ipse præsens sit rei gestæ, & se subscribat, & proprio signo signet: & idem erit quo ad traductionem, dummodo trasumptum cum protocolo conferat.

31 Instrumẽtum qualiter traduci debeat ex protocolo tabellionis mortui, traditur remissiuè.

32 Tabellio tenetur partibus & testibus recitare instrumẽtum à se confectũ.

33 *Testi asserenti aliter se deposuisse quã à tabellione fuit scriptum in causis ciuilibus non est adhibenda fides, in criminalibus fides tabellionis vacillat.*

34 *Tabellioni potius quàm testi credendum esse, apud Hispanos obtentum est, nisi testis probare possit duobus testibꝰ de iure ciuili, vel quatuor de iure Regio eius assertionem.*

35 *Instrumẽtum quodlibet publicum quatuor testibus improbari potest.*

36 *Tabellioni testanti, & fidem facienti de commissione receptionis testium sibi facta, credendum non est, ac ideo talis commissio coram alio tabellione scribenda erit, quamuis de consuetudine oppositum obseruetur.*

37 *Tabellio vltra ea quæ tẽpore suæ creationis iurauit, debet à pluribus alijs abstinere, de quibus remissiuè.*

38 *Lis tractari non debet corã tabellione fratre, vel patrueli actoris.*

39 *Tabellio præcauere debet ne instrumentum falsum conscribat.*

40 *Signans aliquod instrumentum tanquam tabellio, cum tamen non esset, vel iam quod aliquando fuisset priuatus tamen esset, pœna mortis est afficiendus.*

41 *Exercẽs officium tabellionatus quæsitum contra formam traditam à lege Regia, tanquam falsarius pœna mortis erit afficiẽdus, nec vnquam tabellio reputari debet.*

42 *Tabellio tanquam suspectus recusari potest, non tamen remouetur in totũ, sed datur sibi adiunctus, quamuis de iure cõmuni in totum remoueretur.*

43 *Tabellio absque causæ expressione solo iuramento calumniæ à recusatore præstito recusari potest.*

44 *Actus gestus per tabellionem recusatum absque adiuncto est nullus.*

45 *Tabelliones pollere debent iuris peritia, & quales debeãt esse explicatur, & ob quam rationem.*

Vltima Annotatio.

De Tabellione.

TAbellio est persona publica, habens officium scribendi istrumenta super cõtractibus, actis, & alijs rebus, ad fidem faciendam super eisdẽ, vt colligit ex authentico, de tabellionibus collat. 4. & ex principio ti. 19. p. 3. & ex
2 l. 1. ti. 8. lib. 1. Fori. Qui etiã alijs nominibus nũcupat, vt cõstat ex. l. præcipimus. & in. l. in offerẽdis. C. de appellationibus. & ex Rubro & Nigro. C. de tabularijs. lib. 10. & l. si librarios. ff. de reg. iur. & l. scrinarios. C. de testa. milit. & vbiq; gl. & Doct. Quibus promiscue vtimur, secũdum Plateã in Rubri. de tabularijs. lib. 10. in fi. Sebastianũ Brant. in expositione titulorũ. tit. de tabularijs. libr. 10.
3 Qui etiã seruus publicus dicit, vt in. l. 2. C. de adoptionibus. & in. l. non enim. ff. de adoptionibus. & in. l. 2. ff. rem pupilli saluam fore. & in. c. 2. de vsuris. lib. 6. & ibi gl. verbo, Seruo. & tradit Romanus in singulari, 350. & Dida. Perez in. l. 2.
4 ti. 5. lib. 2. Ordina. in prin. Quo fit, quod cũ tabellio seruus publicus appelletur, (cũ seruire omnibus teneatur) eius officiũ vile sit, vt tradunt gl. Bart. & Platea in. l. vniuersos. C. de decurio. lib. 10. Mõtal. in. l. 1. ti. 8. li. 1. Fori. in. gl. verb. Porq̃ los iurados. & Palacios Rub. in rep. cap. per vestras. not. 3. §. 10. nu. 7. Sylvestr. in summa. verb. Tabellio. q. 3. Greg. Lup. in princ.

in princ. ti. 19. p. 3. verb. Escriuanos. Tametsi oppositā sentētiā teneat Couar. in practicis quæst. c. 19. à. n. 5. & nouissimè Petrus Rochę in sua praxi causarū ciuiliū. c. 5. n. 20. cōtendat officiū cuiu slibet notariatus nobile esse, nec iura, in cōtrariū adducta aliud probare. Quib⁹ nō suffragatur tex. in. l. 1. C. de mādatis Principū, dū ꝓbat notarios, seu tabelliones obtinere dignitatē: & idē probat text. in. l. laudabile. C. de aduocatis diuersorū iudicū: Nā respōdeo ꝓdicta iura intelligēda esse de notarijs Principū, secūdū Bar. Platea, Mōtal. vbi suprà, & in. l. 14. ti. 19. p. 3. & Greg. Lup. vbi suprà, & Zasius in scholijs ad. l. 2. ff. de orig. iur. vers. postea cū Apius. verb. Scriba. De iure autē Regio officiū tabelliōis, tā deseruiētis Principi, q̄ & tabellionis deputati cuicūq; Ciuitati, vel loco, sub certo numero, vile nō est, iuxta text. in. d. l. 14. tit. 19. p. 3. & ibi Montal. & Greg. Lup. in princ. tit. 19. p. 3. & probatur in. l. 3. tit. 8. libr. 1. Fori. ibi. E hōrado. &c. Nec etiā est vile quando nomen tabellionis trāsijt in speciale nomē maioris officij. vt in. l. 1. & 2. C. de primicerio, & secūdicerio. li. 12. Cęteri verò tabelliones, prout sunt simpliciter tabelliones Regij, quos vulgo, Escriuanos reales appellamus, non obtinēt dignitatē, neq; habent officiū honorificū, etiā de iure Regio secundū Mōtaluū in d. l. 14. quorū facultas conficiendi instrumēta limitata est per text. in. l. 1. tit. 25. lib. 4. recopil. nec eorū officium est æstimabile cum sit personalissimum cohęrens personæ, nec in eo cadat venditio vt notat Bal. l. vnica. C. de priuil. dotis. & Auendanius in responso. 38. n. 1. Ex quibus cōsequitur nō posse creari tabelliones siue notarios, Principibus deseruiētes eos, qui aliquā iuris, vel facti infamiā patiūtur, cū portæ dignitatū eis nō pateant, iuxta text. in. c. infamibus. de reg. iur. in. 6. & in. l. 2. C. de dignitatibus. lib. 11. & tradit Bart. in. l. 2. C de mandatis Principum. & in. l. eadē. §. hac lege. ff. ad. l. Iul. repetūdarū. & probat. l. 2. ibi, Buena fama. tit. 19. p. 3. & ibi Greg. Lup. & communiter omnes ex Couar. vbi sup. vers. Prima conclusio. Quod verum est, in quibuscunque tabellionibus creandis, & dignitates non habentibus: nam omnes optimæ existimationis, & famiæ, & non infames creandi sunt, vt optimè resoluit Couarr. vbi suprà, contra Barto. Aimonem, Plateam, Palatium Rub. & alios per ipsum citatos. & idem tenet Greg. Lup. in. l. 2. tit. 19. par. 3. verb. Buena fama. & satis probat. l. 1. tit. 25. lib. 4. Recopil. ibi, Buena fama. Debentq; tabelliones creari Christianni & non Iudæi, aut Agareni: debentq; esse vicini illius loci, in quo fungi debet officio tabellionatus: & debent esse liberi, & non serui, habereq; alia requisita, congesta à. l. 2. tit. 19. part. 3. & l. 5. titu. 2. lib. 7. Recopil. vbi disponitur, quòd debent esse laici, & non in sacris ordinibus constituti, vt probatur in dict. l. 2. & firmat Couarr. vbi suprà. nu. 8. vbi probat, hoc officium Monachis interdictū esse: & ibi inter clericos distinguit, & ꝓbatur in. l. 16. tit. 3. lib. 1. Recopil. Item tabellio non debet creari impubes, vt in. l. impuberū. in princip. & ibi Barto. ff. de falsis. & Decius in. l. fœminæ. §. impuberes. num. 2. & 8. ff. de regu. iur. & de iure Regio ætas tabellionis debet esse viginti quinq; annorū cōpletorū, vt ꝓbatur in. l. 30. ti. 25. li. 4. Recopi. Et solus Princeps, seu Rex, vel alius de eius speciali mādato tabelliones creare potest, iuxt. text. in. l. 3. ti. 19. par. 3. & tradit Montal. in. l. 1. titul. 8. libr. 1. Fori. verbo, E otro no. Oldraldus in cons. 75. Alex. in. l. nec ei. §. 1. ff. de adoptionibus. Auend. de exequendis mandatis Principū. lib. 1. c. 10. in princ. Itē Duces, Comites, Marchiones, Vicecomites, Episcopi, & similes in suis territorijs creare possunt tabelliones ad hoc solum, vt testificentur de ijs, quę fiunt in iudicio, secundùm Montaluum in. d. l. 1. Fori. verbo, E no por otro. & Greg. Lup. in dict. l. 3. partitæ. verbo, Iuzgadores. tamen per dict. l. 3. partitæ,

praxis

recop

recop

etas tabelionum

Quæ sint causæ tabellionij vt facilè de iure edit. vt. Resolut. l. cap. 27.

cõtrarium (imò quod etiam extrà iudiciũ tales tabelliones testificari possint,) defendit Auend. vbi suprà, nu. 2. Quos ita componere poteris, vt Duces, Comites, Marchiones & alij magnates. & qui cũq; domini vassallorum possint creare tabelliones, cum hoc discrimine, vt magni illi domini eos creent cum potestate testificandi in iudicio, & extra, prout Principes & Reges: nam de iure seu consuetudine id sibi licet tanquam sint rami dependẽtes ab eorum dominio, & in hac specie procedit opinio Auẽdani, & l. 12. tit. 1. partita, 2. Cæterum alij Domini vassallorum, qui solùm id possunt, quod sibi conceditur, prout sunt illi de quibus in l. 13. titu. 1. part. 2. tabelliones creabunt, vt possint duntaxat in iudicio testificari: & in hac specie procedit, opinio Gregorij Lopez, & dict. l. 3. titul. 19. 15 par. 3. quæ sic intelligenda est. Iure vero nouissimo existimo supradicta cessare ex l. 2. tit. 25. lib. 4. Recopi. qua cautũ est, neminem posse conficere acta iudicialia, vel extra iudicialia in quibuscũq; locis, nisi prius creatus fuerit Regius tabellio, vel saltim præuio consilij Regis examine præhabito. ergo si ptiùs quàm à Duce, Comite, vel ab alio quis tabellio debeat nominari, creãdus est Regius tabellio, cõsequit sibi cõcessam esse potestatem conficiendi quæcunq;, & qua-
16 liacunq; acta & instrumenta. Posset etiã consuetudine introduci tabellionũ constitutio, seu creatio, p tex. in l. actuarios. C. de numerarijs, & actuarijs. libr. 12, & ibi Ioan. Platea, quæ consuetudo, quantum ad proprietatem debet esse immemorialis, quantum verò ad possessionẽ quadraginta annorum sufficiet iure Regio attento, vt resoluit Greg. Lup. in l. 3. tit. 19. part. 3. verbo, Otorgasse. Cuius opinio plana est. post. l. 5. titul. 2. libr. 7 Recop. & sic cessant adducta per Auẽd.
17 vbi supra. nu. 3. Et in tabellionum creatione præcedere debet examen, & eis titulus tabellionatus cõcedi, iuxta formã. l. 47. tit. 4. lib. 2. Recopi. Qui tabelliones plura iurare tenentur, iuxta text. in l. 1. tit. 8. lib. 1. Fori. vbi Montaluus octo iuranda congerit, & in l. 4. titul. 19. part. 3. vbi idem Montaluus. & Gregor. Lup. in l. 8. tit. 18. part. 3. verbo, Debẽ iurar. &c. & tradit Sylvest. in summa, verbo, Tabellio. quæst. 2. in fine. & Nauar. in Ma-
18 nuali Latino. c. 25. nume. 52. Nulla tamen fides tabellionibus adhibenda erit, neq; ipso suo fungentur officio, vbi certus numerus tabellionũ deputatus fuerit, iuxta tex. in l. 1. tit. 25. lib. 4. Recopil. etiam si sint in territorijs Ducum & similium dominorum, si ibi certus numerus deputatus fuerit, secundum Auend. vbi suprà. num. 5. & 6. hoc in fine limitãtem. nisi tempore pestis, quo casu Regij tabelliones testamenta conficere po-
19 terunt. Qui tabelliones acta & instrumẽta quęcunq; ad rogitum, & partis requisitionem cõscribere tenentur. & ad id per iudicem inuiti compelli poterũt, secũdum Bar. in l. 1. C. de tabellion. lib. 10. & Plateam in Rub. illius titu. & in §. cum autem. n. 2. de adoptionibus. Sylvestrũ vbi suprà, Grego. Lup. in l. 4. tit. 19. part. 3. verbo, Fagan las cartas. &c. Auiles in capitibus prætorum. cap. 39. n. 3. & cap. 17. num. 21. & Rojas in Epitome succesionu. cap. 10. nu. 30. vsque adeo
20 quod si mandato superioris non obtemperauerint officio priuandi erunt, secundum Bald. in l. prouidendum in fine. C. de postulando. & sequitur Romanus in singulari. 259. additio Bartoli in. l. 1. §. serui, verbo, Cogatur. ff. furti aduersus nautas. Sylvester. vbi suprà, quæst. 5. Auiles vbi suprà, cap. 39. nu. 7. & probatur in l. 3. tit. 8. libr. 1. Fori. & ibi Montal. & Auend. de exequendis mandatis Principum. 1. par. cap. 27. num. 14. Quod tamen fallit, quando tabellio nimis occupatus esset in aliorum instrumentorum conscriptione, secundum Bart. in dict. l. 1. de tabularijs. & in dict. §. serui. n. 3. Auiles, & Sylvest. vbi suprà, vel quando ex alia iusta causa se excusaret, secundum Moltaluum in summa. titu. 19. partit. 3.

Tabel-

21 Tabelliones tamen sic rogati non compelluntur gratis seruire, nisi rogati fuerint à paupere, Ecclesia, vel Ciuitate, iuxta tex. in l. fi. post medium. C. de principibus agẽtium in rebus. lib. 12. Platea in dict. §. cum autem. & latè Auiles, vbi suprà, in dict. cap. 39. & in l. 2. titul. 18. libr. 4. Recopil. & in l. 8. titul. 25. libr. 4.

22 Recopil. & in l. 30. titu. 6. libr. 3. Recopil. Qui tabelliones exigere poterunt mercedẽ sui laboris cõsuetudine introductã, vel lege prętaxatã, vt resoluit Gouar. in regul. peccatũ. 2. p. §. 3. n. 2. Quæ

23 tamen merces de iure huius Regni prætaxata & præfinita est in tit. 26. & 27. lib. 4. Recop. & nouissimè in quadam pragmatica Philipi. II. Madri. 6. die mensis

24 Maij. Anno. 1569. promulgata. Vltra quam mercedem & salariũ cõstitutum nihil aliud petere aut recipere poterunt citra onus restitutionis. secundùm Couar. vbi suprà, & Nauar. in Manuali. cap. 25. nu. 54. etiam si sponte & liberè aliquid vltra prętetur, secundùm Grego. Lup. in l. 15. tit. 19. part. 3. verbo, Dezimos, &c. & Nauarr. vbi suprà. & latissimo sermone Auiles. vbi suprà. cap. 1. verbo, Ni lleuaran. fol. 51. & Couar. vbi suprà. & probat in dict. tit. 27. lib. 4. Recopil. propè finem. ibi, Aunque las partes

25 lo den graciosamẽte, &c. Ideoq; meritò & cum iudicio decretum fuit, mercedem receptã à tabellionibus apponẽdã esse in quolibet instrumento, vt innotescat quantũ tabellioni solutũ fuerit: & si gratis instrumẽtũ cõfecerit subscribere debet se illud gratis conscripsisse, iuxta text. in l. 6. tit. 25. lib. 4. Recopil. & in d. tit. 27. in prin. versic. Otrosi q̃ansi en el registro, &c. Et plura in materia huius salarij tradit Auend. de exequendis mandatis Principum. 1. part. cap. 27. à nu. 14. Quam formam & diffinitum salarium etiam notarij apostolici obseruare tenẽtur, ex l. 27. titu. 25. lib. 4. Recop. quamtamen resolutionem circa recipiẽdum sponte oblatum intellige iuxta ea, quæ resoluimus suprà in Annotatione. 6. p-

26 pe finem. Tenentur prætera tabelliones in instrumẽtis à se cõficiendis apponere nomina contrahentiũ, causam, annum, mensem, diem, & duos testes, qui sint notarij, aut tres testes viros probos, prętquam in testamẽtis vbi maior numerus testiũ exigitur, vt probat text. in Authen. de tabellio. §. illud quoq; colla. 4. & in l. 54. tit. 18. p. 3. vbi idẽ notat Grego. Lup. quo in loco idem Grego. in glo. 6. firmat illud quod in d. l. 54. dicitur de duobus testibus notarijs adhibendis in praxi non obseruari, prætquàm in ciuitate Hispalensi: & ibidẽ in gl. 7. idẽ Gregorius testatur in quolibet instrumẽto duos testes ad minus per tabellionem apponendos fore, prout di-

27 sponit. l. 111. tit. 18. p. 3. In actis verò iudicialibus testes apponi nõ debere, probat tex. in l. in donationib⁹. C. de dona. & firmat gl. in c. quoniam contra. verb. Viros, in fin. de probatio. & sequuntur Bald. in Rubri. C. de fide instrũ. Panor. col. 4. & communiter omnes ex Decio n. 19. in d. c. quoniam contra. Quòd tamen supradicti Docto. intelligunt verũ esse, nisi de stylo illius tribunalis aliud obseruaretur, & testes in actis iudicialibus apponi solerẽt, tũc enim eorũ omissio redderet processum nullũ, iuxta ea quæ resoluit Hippolyt. in singulari. 118. Cętẽrum in actis quæ extrinsecus apud acta iudicialia fieri solẽt, testes apponũtur secundum prędictos Doctores in. d. c. quoniam cõtra. prætter Areti. cuius tñ doctrinam intelligit ibidẽ Decius. num.

28 19. in. fi. Tenẽturq; tabelliones, registrũ seu protocolum habere omniũ instrumentorum, & actorum iudicialium, & extra iudicialium, idq; retinere secũ debent, nec partibus concedẽdum, nisi ex iudicis præcepto, iuxta text. in Authentico, de tabellionibus. §. fi. & in l. 9. ti. 19. par. 3. & in l. 2. tit. 8. lib. 1. Fori. & in l. 12. & 13. tit. 25. lib. 4. Recopil. & vbiq; glo. & Dida. Perez in l. 2. tit. 5. lib. 2. Ordinamenti, in versic. Est sexta alia dubitatio. vbi plura de protocolo cũmulat. & Auiles vbi

les vbi suprà, cap. 36. numer. 1. & fin. & quid sit protocolum probat text. in l. 8. tit. 19. par. 3. & tradit Couar. in practicis quæst. cap. 19. nu. 1. cum duobus quen-
29 tibus. Et tabellio qui protocolũ tradit partibus, & illud secum nõ retinet, mortaliter peccat: quia incurrit periuriũ cõtraueniens præstito iuramento de eo retinẽdo, secũdum Naur. vbi suprà. c. 25.
30 num. 52. Cuius protocoli, seu cuius vis instrumenti confectionem alteri etiam non tabellioni committere tabellio poterit, siue impeditus sit, siue non, dum modò ipse præsens sit rei gestæ, & se subscribat ipsi instrumẽto, & proprio signo signet, & idem quo ad traductionem alicuius instrumenti ex eiusdem tabellionis protocolo (modò scripturã, & instrumentum cum eo cõferat) obseruandum esse, & apud Hispanos consuetudine receptũ testatur Couar. in practicis quæstionibus, cap. 21. n. 1. quidquid alij, contradicant, & cõtrarium teneat Auẽ
31 da. in responso. 38. nume. 1. Et qualiter autem possit traduci aliquod instrumẽtum ex protocolo tabellionis mortui, vel impediti, per alium tabellionem, & verã huius rei praxim resoluit Couarr. in practicis quæstionibus, in d. c. 21. n. 3. & ꝓbatur in l. 4. ti. 8. li. 1. Fori. & in l. 55. tit. 18. par. 3. & ibi Gregor. Lup. in verb. Que fino. & Guido Papa in decisione. 3 nu. 2. & Auiles. vbi suprà, cap. 19. verbo, Traslade. à nu. 1. & probatur in l. 24. tit.
32 25. lib. 4. Recop. Tenetur etiã tabellio legere, & recitare partibus, & testibus instrumentum à se scriptum, ne aliàs eidem fides debita detrahatur, & id magis communiter receptum esse firmat Couar. in cap. relatum. 1. nu. 11. de testamẽtis. & Montal. in l. 5. titu. 8. lib. 1. Fori in
33 princ. Aduerte tamen, quòd testi asserenti, aliter se præstitisse testimonium quàm à tabellione scriptum fuit, nõ est credendum in causis ciuilibus, sed potius tabellioni adhibenda est fides, pro quo pręsumitur, vt cum pluribus resoluit Couar. lib. 2. Variarum. cap. 13. n. 10. in causis verò criminalibus ex iurata testis assertione, fides tabellionis vacillabit, argum. text. in l. fi. C. de probationi-
34 bus. Tamen apud nos obtẽtum esse, potiùs tabellioni, quã testi credẽdum esse resoluit Couar. vbi suprà, in dict. cap. 13. num. 10. quod verũ est, nisi aliud testis ꝓbare valeat duobus testib⁹, omni exceptione maioribus de iure ciuili. vel
35 quatuor d̃ iure regio, ex. l. 117. tit. 18. p. 3. Quibus testibus quodlibet publicum instrumentũ improbari põt. vt resoluit Couar. in dict. capit. 13. num. 11. & 12. & Montal. in l. 18. titul. 8. libr, 2. Fori. in glo. magna. in fi. versic. an autem sit credendum testi. Solet etiam in causis ciuilibus quotidie examen testium cõmitti proprio tabellioni causæ, in quo dubitatur, an credendum sit eidem tabellioni testanti, & fidem facienti de tali
36 commissione? In quo dubio dicendum erit, magis communiter receptum esse talem cõmissionem coram alio tabellione (si reperiri possit) scribẽdam esse, maximè in arduis & lucratiuis causis, secundum Auiles, vbi suprà, in cap. 27. nume. 19. asserentem, se vsquequaq; ita obseruasse, ego tamen semper opposi-
37 tum obseruatum esse vidi. Vlterius tabelliones abstinere debent à pluribus, vltra ea, quæ suæ creationis tempore iureiurando promiserunt: nam debent omnino abstinere à prohibitis in l. 1. & 2. 8. & 14. titul. 35. libr. 4. Recopil. & in l. 11. & 12. titul. 1. libr. 4. Recopil. & in l. 2. titu. 8. libr. 1. Recopil. & in l. 31. titu. 16. lib. 2. Recopil. & in l. 26. tit. 8. libr. 2. Recopil. & in l. 13. tit. 9. libr. 3. Recopil. & in l. 30. tit. 6. libr. 3. Recop. & in l. 34. tit. 18. lib. 6. Recopil. & in l. 6. tit. 2. lib. 7. Recopil. & in l. 20. tit. 3. libr. 7. Recopilat. & in l. 8. titul. 9. partit. 2. & in l. 23. titu. 11. part. 3. & tradit Auend. de mandatis exequendis. 1. part. cap. 2. nume. 5,
38 Nec lis intentari poterit coram tabellione, qui sit frater vel patruelis ipsius actoris, iuxta tex. in l. 19. tit. 5. libr. 2. Recop. & in l. 7. tit. 25. libr. 4. Recop. Et tabellio

39 bellio præcipuè obseruare debebit, vt fidem seruet, neq; aliquod instrumentum falsum conscribat, vel acta causæ falset alioquin puniendus erit modo & pœna tradita in l. fi. titu. 19. p. 3. & resoluit Auend. de mandatis exequendis. 2. part. cap. 30. nu. 1. Ex cuius resolutione
40 deducitur eum, qui nunquam fuit tabellio, vel quondam fuit sed iam priuatus, signantem aliquod instrumentum tanquam tabellionem morte afficien-
41 dum esse. Quo fit, quòd is, qui vsus fuerit tabellionatus officio quæsito præter formam traditam in l. 1. & 2. tit. 25. lib. 4. Recopil. eadem pœna mortis puniendus erit tanquam falsarius, siquidem pro tali reputatur eisdem legibus: neq; aliquo tempore dicendum est, tabellionem extitisse absq; forma, ibi tradita creatum, quod maximè adnotandum est ad prædictas leges Regias.

42 Aduerte insuper, quòd si tabellio sit parti suspectus, ab eodem recusari poterit, non vt omnino remoueatur, sed vt alius adiunctus sibi detur, vt fit in iudice ordinario. ex. l. apertissimi. C. de iudicijs, quanuis de iure communi in totum recusetur secundùm Plateam in l. nulli. in fin. C. de numer. & actual.
43 libr. 12. Et præstito iuramento à recusante de tali suspitione, absq; alicuius causæ cognitione, seu eius expressione alius tabellio eidem adiungitur, vt ambo subscribant, signent, & in causa procedant: & quidquid absq; adiuncto per
44 recusatum fuerit gestum, aut actum, nullius erit momenti, secundum Auiles vbi suprà. c. 35. versic. Quexas. nu. 4. cum sequentibus. Auend. vbi suprà, in capitibus prætorum. 2. part. cap. 23. nu. 13. & latè in hac materia tabellionis recusati per eundem Auend. in capitibus prætorũ. 2. p. c. 15. n. 4. 5. & 6. vbi resoluit, quis debeat soluere salariũ tabellioni adiũcto: & q̃ tabellio recusari poterit satis probat gl. in authen. de triẽte & semis. §. & qd̃ sæpè. verb. Artifices. col latione. 7. quã ad hoc notat Bald. ca. qm̃ cõtra falsam. n. 12. de prob. l. 1. ti. 27. lib. 4. Recopila. ibi, Por assentar la recusa-
45 cion. Et cùm tabelliones tot iurare teneãtur, totq; obseruare, necessum erit,
46 eos iurisperitia pollere, ne aliàs eius ignari conscribant instrumẽtum alicuius contractus reprobati, vel id minus peritè conficiant, vel circa iudicialia acta, & iustum ordinem processus inordinatè & minus bene se gerant: Non tamen requiritur, quòd sint Doctores nec totius iuris periti: sed sat erit quod sint instructi circa notariatus artem, & notas, & formas consuetas, & clausulas solitas apponi, & quod intelligant illicitos & reprobatos cõtractus, quod intelligere poterunt, si relegerint notas Rochi de Orta, & Manterrosi, & similium secundum Grego. Lup. per. text. ibi, in l. 2. tit. 25. partit. 3. in verbo, De la arte de escriuania. & Auiles in capitibus Prætorum. capitul. 36. verbo, Ordenados. nu. 6. & Auẽd. in declaratione ad. l. 4. & 5. tit. De las exceptiones. lib. 3. Ordinam. num. 21. fol. 142. col. 2. vbi aduertit, qua pœna puniri debeat tabellio errans in publico instrumẽto conficiẽdo.

Et aduerte denique, quòd omnia supradicta, in ista annotatione adducta deseruiũt præcipuè tribus tabellionum speciebus, de quibus per Auend. in respõso. 38. tametsi etiam alijs scribis seu secretarijs Regijs, aut Regij consilij, aut Cancellariæ conducant, vltra alia decreta & statuta in titul. 18. vsque ad titul. 22. lib. 4, Recopil. & in l. 7. & 8. titul. 9. partit. 2. vbi tangentia alios tabelliones, & Regios scribas, & eorum diuersæ species congeruntur. Quamobrem finem huic annotationi imponere decreui: sat enim fuit, pertractasse ea, quæ vt in plurimum contingere possunt, pro iuuenum instructione, alioquin hæc materia integrũ tractatum requireret.

LAVS DEO.

PRIMVS TOMVS,

DE FORMA ET MODO PROCEDENDI,

tàm in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus, agitandis in tribunalibus ſecularibus, tàm in prima, quàm in reliquis Inſtantijs.

SVMMA HVIVS PRIMI TOMI.

PRimus Tomus huius praxis octo partibus clauditur.

IN iſto Primo Tomo erit agẽdum de praxi, forma, & modo procedendi in cauſis ciuilibus, & criminalibus, in foro ſeculari agitãdis tam in prima quàm in alijs Inſtantijs: qui octo partes continebit. Prima tractabit de forma procedendi via ordinaria in cauſis ciuilibus, in prima inſtãtia intentandis. Secunda de ordine & forma procedendi cõtra reum cõtumacem in cauſis ciuilibus. Tertia de modo & forma procedendi contra abſentem non contumacem, & de curatore eius bonis dando. Quarta de forma & modo procedendi via executiua in cauſis ciuilibus. Quinta de modo & forma procedendi in cauſis criminalibus. Sexta de ordine & forma procedendi in ſecunda Inſtantia, tam in cibilibus quàm in criminalibus cauſis. Septima de ordine & forma procedendi in ſecunda ſupplicatione, cum pœna millequingentarum duplarum. Octaua & vltima de modo & forma procedendi à iudicibus ſyndicatoribus in ſyndicatu. Quibus omnibus explicitis iſte Primus Tomus complectus erit.

PRI-

PRIMA PARS

PRIMI TOMI, DE ORDINE ET FORMA procedendi via ordinaria in cauſis ciuilibus.

SVMMA HVIVS PRIMÆ PARTIS.

IVdicium ſolenne & ordinariũ in duodecim tempora diuidit Autor.

IVDICIVM ſolẽne & ordinarium exiſtimo, in duodecim tempora diuidendum fore, quanuis Barto. in Tract. de ordine iudicij. in decem tantum tempora diuidat: quorum primum erit, de iudice eligendo. Secundum de præparatorijs ante citationem. Tertium de ipſa citatione. Quartum de libelli oblatione. Quintum de exceptionibus dilatorijs opponend. Sextum de litis conteſtatione. Septimum de proponendis exceptionibus peremptorijs. Octauum de probationibus & teſtibus producendis. Nonum de diſputationibus & allegationibus. Decimum de concluſione in cauſa ad definitiuam. Vndecimũ de prolatione ſententiæ definitiuæ. Duodecimum & vltimum de executione ſententiæ definitiuæ. De quibus omnibus agendum erit in ſequentibus.

EX PRIMO TEMPORE.

SVMMARIA.

1 *MAgiſtratus & alij plures iuris miniſtri, quare creati fuerunt?*

2 *Iudicantis munus proprium eſt ius ſuum vnicuique reddere.*

3 *Iudices omnes ſunt aut ordinarij aut extraordinarij.*

4 *Iudices ordinarij qui dicantur.*

5 *Ordinarij iudices alij ſunt ſummi, alij inferiores, ſeu ſubalterni: & qui ſint ſummi & qui inferiores explicatur.*

6 *Vicarij generales epiſcoporum ordinarij ſunt.*

7 *Vicarij generales epiſcoporum ex iuris permiſſione iuriſdictionem ordinariam exercent.*

8 *Tenentes locum Correctorum apud Hiſpanos iuriſdictionem ordinariã exercent ex conſenſu Principis, licèt ab ipſis Correctoribus eligantur.*

9 *Officium locum Correctorum tenẽtium durat mortuis correctoribus, non ſic officium Vicarij epiſcopi.*

10 *Iudices ordinarij, licèt in ſuis territorijs habeant vniuerſalem iuriſdictionẽ meri & miſti imperij: tñ apud Hiſpanos in aliquibus caſibus nec in prima nec in reliquis inſtãtijs cognoſcũt.*

11 *Solus*

11 *Solus Papa, Rex. Lex, seu Populus, vel Vniuersitas iudices ordinarios creat.*

12 *Tota ciuilis potestas & iurisdictio in Regnis Hispaniæ penes ipsum solùm residet, & ab eo deriuatur in ciuitates & reliqua oppida regni.*

13 *Nobilis vel aliquis alius habens iurisdictionem in suis oppidis censetur habere ex priuilegio principis, vel ex præscriptione.*

14 *Rex Hispaniarum quare tot ac tam diuersos magistratus creauerit, expenditur.*

15 *Consiliarij supremi Regis de quibus causis cognoscunt, remissiuè, & etiã à quibus arcentur.*

16 *Iudicices causarum criminalium in curia creati, id est, Alcaldes de corte, de quibus cognoscant, remissiuè traditur.*

17 *Auditores Cancellariarum Vallisoleti, & Granatæ quatuor modis de causis cognoscunt, & qui sint explicatur.*

18 *Auditores Cancellariarum de casibus curiæ in prima instantia cognoscunt.*

19 *Non licèt quem vocari ad curiam principis pro lite examinanda.*

20 *Casus curiæ qui sint traditur remissiuè.*

21 *Casus curiæ excedere debet summam decem millium marapetinorum vt in prima instantia tractari possit coram auditoribus.*

22 *Auditores Cancellariarum per viam appellationis de omnibus causis cognoscunt, dummodo excedant quantitatem decem milium marapetinorum.*

23 *Auditores Cancellariarũ cognoscunt de causis ecclesiasticis per viam violentiæ ad eos delatis.*

24 *Prouisio Regia ordinaria, quæ ab auditoribus in causis ecclesiasticis datur ante grauamen illatum, defenditur, & si contra ius videatur.*

35 *Auditores Cancellariæ Vallisoleti, non cognoscunt de causis ecclesiasticis iam decisis ab Auditoribus Regni Galleciæ, & si ad eos per appellationem deferantur.*

36 *Auditores Cancellariarum cognoscunt quando aliquis exterus impetrat beneficium in istis Regnis, vel aliquis naturalis impetrat beneficium iuris patronatus laicorum, vel beneficia patrimonialia diœcesis Palentinæ, Burgensis, aut Calagurritanæ, seu canonicatum doctoralem vel magistralem, & literas apostolicas examinãt, & impetratibus interdicunt earum vsum.*

37 *Auditores Regij absque timore excommunicationis incurrẽdæ examinãt literas apostolicas, & earum executionem suspendunt, quando concessæ fuerunt contra leges huius Regni.*

38 *Impetratio beneficiorum iurispatronatus Regij, vel laicorum, patrimonialium quarundam diœcesum, huius Regni prohibetur per leges Regias.*

39 *Auditores Regij præmissa prius supplicatione ad Papam suspendunt executionem literarũ Apostolicarũ, quam cum effectu debent mandare prosequi, alioquin non euadent excõmunicationẽ in bulla Cœnæ Domini latã.*

40 *Iudices criminum creati Cancellariis*

rijs de quibus cauſis conoſcant, traditur remiſſiuè.

41 Iudices nobilitatum, ideſt, Alcaldes de hijos dalgo, De quibus cognoſcant, traditur remiſſiuè.

42 Iudices audientiæ Regni Galleciæ, Alcaldes maiores appellantur, & in prima inſtantia cognoſcunt de omnibus cauſis illius loci, in quo reſidet, cum quinque leucis in circuitu.

43 Auditores Galleciæ extra circuitum quinque leucarum in prima inſtãtia, nec etiam partium ſubmiſſione cognoſcere poſſunt.

44 L. 27. tit. 1. lib. 3. Recop limitatur quadam noua pragmatica Sanctione.

45 Iudices Galleciæ cognoſcunt in prima inſtantia de omnibus caſibus curiæ, in quibus nullus Vicinus illius Regni in prima inſtantia, Pinciæ conueniri poterit, exceptis quibuſdam caſibus.

46 Auditores Galleciæ in illo Regno cauſas ad ſe delatas per appellationem decernũt, in quibus (ſi minoris ſummæ, centummille marapetinorũ fuerint) adeoſdẽ datur ſupplicatio, & non proceditur vltra: ſi verò exceſſerint centum mille marapetinos ad Pincianã Cancellariam appellari poteſt.

47 Ab auditoribus Galleciæ in criminalibus ad Cancellariam Vallifoleti appellari non poteſt, excepto, ſi in ſentẽtia mortis pœna inferatur.

48 Auditore Galleciæ de ſententijs latis à iudicibus ſyndicatoribus per viam appellationis cognoſcunt, & ab eorũ ſententijs ad Pincianos iudices non appellatur, ſed ad ipſos ſupplicatur, præterquàm ſi in ciuilibus cauſa centum mille marapetinos excedat, & in criminalibus mortis pœna ſit impoſita.

49 Auditores Galleciæ de cauſis eccleſiaſticis per viam violentiæ cognoſcunt.

50 Auditores Galleciæ cognoſcunt quando quis petit ſe tueri in poſſeſſione beneficij.

51 Eſt etiam Audientia Hiſpalenſis, in qua cognoſcitur de caſibus curiæ vicinorum illius ciuitatis, & territorij.

52 Auditores Hiſpalenſes cognoſcũt per appellationem de cauſis excedẽtibus decem millia marapetinorum, de minoribus vero cauſis ad decuriones ciuitatis datur appellatio.

53 Auditores Hiſpalenſes cognoſcunt per viam appellationis de cauſis pecuniarijs fraternitatis excedentibus ſex mille marapetinos.

54 In cauſis criminalibus fraternitatis territorij Hiſpalenſis ad iudices maiores illius ciuitatis eſt appellandum.

55 Auditores Hiſpalenſes per appellationes cognoſcunt de ſententijs iudicum nomine Alarifes, meſta & aliorum illius ciuitatis, & territorij: de quibus iudices maiores cognoſcere ſolebant.

56 Iudices audientiæ Hiſpalenſis cognoſcunt de cauſis ciuilibus excedentibus trecenta millia marapetinorum, quæ ad eos per appellationem deuoluuntur ab auditoribus Canariæ, & de criminalibus in quibus pœna mortis inflicta fuerit.

57 Auditores Hiſpalenſes cognoſcunt de cauſis eccleſiaſticis illius ciuitatis & terri-

territorij sibi propter violentiam delatis.

58 Canariæ etiam alia audientia est, quæ cognoscitur in prima instantia de casibus curiæ, & de causis ecclesiasticis per viam violentiæ ad se delatis, & per appell. de causis ciuilibus non excedentibus trecenta millia marapetinorum.

59 Plures iudices, & magistratus enarrantur.

60 Iudices extraordinarij qui dicantur.

61 Creandi iudices & magistratus ad minus decennij spatio operam dare debent, iuri canonico aut ciuili: & .26. annorum esse opus est.

62 Creandi iudices iurisperitia, & causarum experientia polleant.

63 Qui causarum experientia pollet, & si minus iurisperitia imbutus magistratui præfici poterit.

64 Qui non legitimè doctus aut expertus ad officium iudicandi animum appulerit, male iudicans suam litem facit, & parti interesse soluere obligatur.

65 Iudex qui iudicãs & difficilem. l. ignorans minus iustè iudicauit, parti ad interesse non tenetur.

66 Iudex qui in articulo difficili, et arduo defecit, vel saltim minus punitur vel ei omnino parcitur.

67 Iudex adhibens debitam & necessariam diligentiam in iudicando, licèt erret propter iuris subtilitatem, in nihilum tenetur.

68 Iudex qui sui præceptoris doctrinam defendens errauerit, non tenetur ad aliquid.

69 Iudex (licèt magistri sui defendere opinionem laudabile sit) à communi recedere opinione non debet.

70 Iudex propter imperitiam proferens sententiam iniquam, ad damna & expensas tenetur parti læsæ.

71 Iudex malè iudicans ex dolo, vel malitia corruptus precibus, vel precio in causis ciuilibus infamiam incurrit, et potestatem iudicandi amittit, & ad tantundem damna, & expensas, quas in litem iurauerit pars læsa, tenetur.

72 Iudex ex dolo vel malitia in causis criminalibus corruptus precibus vel precio malè iudicans, eandem pœnam incurrit, quam innocenti imposuit, & confiscatis suis bonis in exilium perpetuum mittitur.

73 Iudex dolo, vel culpa iniquè iudicans in foro conscientiæ tenetur parti læsæ ad totale interesse.

74 Plures personæ à ministerio iudicandi arcentur.

75 Actor forum rei sequi debet.

76 Forũ pluribus modis quem sortiri posse, & quibus traditur.

77 Actori electio datur eligendi iudicem, quando reus plures iudices habuerit.

78 Intentãs remedium, l. diffamari. adire debet iudicem ipsius diffamati.

79 Proposito remedio. l. diffamari. coram vno ex pluribus iudicibus diffamato competentibus, Actor petere poterit causam remitti ad alterum rei iudicem, quia tunc eius electio est.

80 Actor debet animaduertere, an ex præuilegio, vel consuetudine reum in suum proprium forum trahere possit, vt in audientijs scholastica, & episcopali Salmantinis.

81 Actor

81 *Actor debet aduertere, an causa, quam agere cupit, sit ex ijs, quarum cognitio ad iudicem ecclesiasticum pertineat.*

82 *Actor consideret an casus super quo reum conuenire intendit, casus curiæ sit, vt inde perpendat coram quo iudice vtilius sit actionem intendere.*

83 *Actor reum coram incompetenti iudice conueniens, efficit, quòd processus sit nullus.*

84 *Exceptio nullitatis processus ratione incompatentiæ iudicis quacunque litis parte, & quocunque tempore opponi potest.*

85 *Intellectus. l. 2. tit. 17. lib. 4. Recop.*

Primum Tempus.

De Iudice eligendo.

1 PARVM prodesset ius in republica conditũ fuisse, ni essent qui iura vnicuiq; rederent. l. 2. §. post originem. ff. de origine iuris. ac ideò creati fuerunt Magistratus, Iudices, & alij iuris ministri, qui ius suum vnicuique tribuerent: nam id proprium munus iudicantis est. cap. Forus. de verb. signifi. & 3 c. 1. versi. iudex. 23. q. 2. Qui quidem iudices in duplici differetia sunt, alij enim 4 sunt ordinarij, alij extraordinarij. Ordinarij dicuntur, qui propriam iurisdictionem habent sibi delatam à lege, Principe, consuetudine, vniuersitate, aut populo, ad vniuersitatem causarum, vel ad aliquorum negotiorum cognitionem, secundum Bart. Orosium. n. 4. & alios in. l. more. ff. de iurisdictione omnium iudic. Decium in Rubri. extra de officio delegat. num. 20. & Alciat. in Rubrica, extra de officio ordinarij num. 50. & probatur de iure regio in. l. 1. titul. 4. 5 part. 3. Qui ordinarij alij sunt summi, alij inferiores, seu subalterni: Summi dicuntur quibus plena potestas per se competit, qualis est Pontificis, Imperatoris, & Regis: quoniam in ea nullum superiorem recognoscunt, vt in dict. l. more. & in cap. à iudicibus. 2. quæst. 6. inferiores seu subalterni dicuntur, qui suam iurisdictionem à suis superioribus, quibus immediate subsunt, recepe runt: & ij quandoque plenam & vniuersalem iurisdictionem obtinent, non per se sed ex Principis beneficio, aut iuris ordinatione, vt sunt Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & alij huiusmodi auditores supremorum cõsiliorum Regis, & aliarum audiẽtiarum Regiarum: (licèt enim hos auditores priores & honorabiliores appellet. d. l. 1. tit. 4. part. 3. tamen respectu Principis inferiores sunt) Quãdoq; tamen hi inferiores non habent plenam iurisdictionem, sed limitatam ad certas causas, vt sunt Correctores, & alij iudices ordinarij locorũ, 6 & iudices syndicatus, & vicarij generales Episcoporum, qui ordinarij sunt secundum glo. in. c. 2. verbo, Officialem. de officio vicarij. lib. 6. & glo. in. c. perlectis. 25. dist. verbo, Iurgia. & glo. in cap. Romana. verbo, Generaliter. de appel. lib. 6. Felinus in Rubr. de officio deleg. num. 4. & Couar. in libr. 3. Variarum. c. 20. num. 4. Quidquid aliter distinguat Alex. in Rubr. ff. de officio eius. à num. 7 15. & Alciat. vbi suprà, nam huiusmodi vicarij ex quadam iuris permissione exercent iurisdictionem à Prælatis sibi mandatã, & tacitè censetur permissum Episcopis hos vicarios constituere, atq; eis iurisdictionem demandare, vt eorũ locum teneant, viceſq; gerant, ex dispositione text. in. c. licèt. de officio vicarij. libr. 6. & in cap. cum Episcopus. de officio ordinarij. libr. 6. & hinc est laicum non posse constitui vicariũ episcopi, vt docet

docet Panor.n.12. cõmuniter receptus ex Decio.n.15.Ripa nu.56.& Mantua. nu.33.in.c.2.extra de iudic.Couar.c.alma mater.1.par.§.11.num.3.de sent.ex cõmunic.in.6.Rebufo in praxi benefic. titul. de vicarijs episcop. nume. 36. nec etiam clericum primæ tonsuræ coniugatum secundum Panor. Decium, Rebuf.& Couar.vbi suprà, sufficiet tamen si fuerit initiatus prima tonsura non cõiugatus, quia cũ sit clericus iuxta text. in.c.cum contingat, de ætate & qual. spiritualia tractare poterit. Eadẽq; ratione idem dicendum erit in iudicibus secularibus, qui apud Hispanos à correctoribus ciuitatum delegantur,& eorũ locũ tenentes nuucupantur, habentq; ordinariam iurisdictionem, & consensu Principis eam exercent, licèt à Correctoribus nominẽtur,& eligantur, secundùm Paul. Castrens. in Rubr. ff. de officio assessoris, & Curtium Iuniorem in Rubr. ff. de officio eius. quidquid oppositum teneat, ibi, Alexand.& eandem opinionem tenent Couarr. vbi sup. & Auend. de exequẽdis mandadis Regum. 1. par. cap. 3. nume. 2. Et Correctore mortuo, horum locum tenentium officium durat: licèt contrarium sit in vicarijs Episcoporum, & aliorum prælatorum, ex eodem Auendaño, vbi suprà, nume. 3. quo in loco plura alia cũmulat de istis locum correctorum tenentibus, quem omnino videas. Qui omnes ordinarij inferiores licèt in suo territorio habeãt vniuersalem iurisdictionem meri, & misti imperij, vt in.l. pupillus. vers. Territorium. ff. de verb. significat. in aliquibus tamen casibus in hisce Regnis Castellæ neq; in prima, neq; in secunda instantia cognoscunt, vt constat ex toto titul. 9. lib. 3. Recopi. Quos iudices ordinarios inferiores solus Papa, vel Rex, aut Lex, seu Populus, vel Vniuersitas constituit, iuxta text. in Extrauag. ecclesiæ Romanæ, & ibi glos. verbo, Ius, de maioritate & obedientia. Ioann. 22. & facit. l. bene à Zenone. C. de quadriennij præscriptione. & l. 1. versi. Cum vrbẽ. ff. de officio præfecti vrbis. & l. more. & l. & quia & ibi Part. & Docto. ff. de iurisdictione omnium iudic. tradunt Imol. num. 7. & Barb. nume. 30. in cap. cum ab ecclesiarum, de officio ordinarij. In hisce tamen Hispaniarum regnis tota ciuilis potestas & iurisdictio penes ipsum solum Regem consistit, ab eoq; in singulas totius Regni Ciuitates, Villas, Castra, & oppida deriuatur, vt probatur in. l. 2. & 5. cum tribus sequentibus. titu. 1. part. 2. & in. l. 18. titu. 4. & in. l. 18. cum duabus sequentibus. tit. 23. part. 3. & in. l. 2. tit. 1. lib. 4. Recopil. & in. l. 1. eod. tit. & libro. & ita resoluit Auilesius in Cap. prætorum. cap. 1. in glos. 1. Auendan. de exequendis mandatis. 1. par. cap. 1. Couarr. in practicis quæstionibus. cap. 1. num. 9. & Didacus Perez in. l. 4. tit. 1. lib. 2. Ordinamenti. & in. l. 1. tit. 15. lib. 2. Ordin. Ex quibus constat, quòd nobili habenti in hoc regno iurisdictionem in suo oppido, illa sibi competit iure speciali priuilegij à Rege concessi, vel præscriptionis, vt in dictis legibus Regni probatur, & tradit Couarru. in regul. possessor. 2. part. §. 3. de regulis iur. libr. 6. Quamobrem, vt subditorum commodis & expensis Rex Hispaniarum consuleret, & ne passim subditi ipsum sequi cogerentur, & vt commodius Res publica regeretur, plures ac diuersos magistratus creauit, apud quos vnusquisque ius suum consequi posset. In primis enim creauit supremos cõsiliarios regios, qui in prima instãtia cognoscere possent de omnibus, de quibus ipsemet Rex cognoscere poterat, iuxta text. in. l. 1. 11. 22. 35. 36. 37. 44. 45. 47. & 48. tit. 4. lib. 2. Recopil. & in. l. 4. tit. 6. lib. 1. Recopil. & in. l. fin. tit. 1. lib. 2. Recopil. & in. l. 11. titu. 15. libr. 2. Recopil. & in. l. 9. & 10. tit. 7. libr. 5. Recopil. & in. l. 13. tit. 11. libr. 6. Recopilat. exceptis quibusdam casibus, quos sibi Rex reseruauit, de quibus in. l. 10. & 11. & 22. tit. 4. lib. 2. Recop. & in l. 21. & 24. eod. tit. & lib. & in. l. 22. ti. 5. lib. 2.

lib.2.Recopil.& in.l.10.tit.9.lib.3.Recopil.Qui etiam supremi Regij consiliarij per viam appellationis cognoscũt de casibus connumeratis in.l.20.&.32.
16 titu.4.lib.2.Recopil.qui senatores dicũtur, & Senatui Romano adæquantur, lateri regis continuè assistunt, pars que corporis mistici regis reputantur, vt in.l.ius Senatorum.C.de dignit.lib.11.l.quis quis.C.ad.l.iuliam mag.l.1.tit.2.part.7.& inisto consilio supremo sunt sex decim consiliarij, & vnus præses, & fiscalis vnus.Creauit in super in sua curia alios quatuor iudices causarum criminalium, quos vulgò (Alcaldes de casa y corte) dicimus, & vnum fiscalem, qui carceris fiscalis dicitur de quorum iurisdictione agitur in titul.6.libr.2.Recop. Creauit præterea alia Regia prætoria, quæ Audientiæ Regiæ, vel Cancellariæ appellantur: quarum vna residet Vallisoleti, & alia Granatæ, & in earum qualibet sunt sex decim auditores, & singuli præsidentes, & duo fiscales vnus causarum ciuilium, & alter criminalium, qui regij auditores
17 quatuor modis iurisdictionẽ exercent.
18 Primo enim cognoscunt in prima instãtia de casibus, quos vulgo (de corte) dicimus, vt in.l.11.&.21.tit.5.lib.2.Re
19 copi. Nam licèt receptissimum sit neminem posse ad curiam Principis vocari pro lite examinãda, nisi per appellationem trahatur.l.nemo.C.de iurisdictione omnium iudicum.text.in Autentico.vt differentes iudices.§.1.colla.9.& in.l.8.&.9.tit.3.libr.4.Recopil.& in.l.21.tit.5.libr.2.Recopil.sunt tamen
20 nonulli, quibus licet ad curiam principis vocare eos, aduersus quos actiones habẽt, de quibus agitur in.l.5.tit.3.p.3.& in.l.8.9.&.11.tit.3.lib.4.Recopil.& tradit elegãter more suo solito Couar. in practicis quæstionibus.cap.6.&.7.
21 Qui casus Curiæ excedere debent summam decem millium marapetinorum, alioquin de eis prædicti Auditores cognoscere nequeunt, vt probat text.in.l.11.tit.3.lib.4.Recapil.Et modus & forma procedendi ab istis Auditoribus in casibus curiæ in prima instantia præscribitur à Mõterroso in sua practica in Tractat.5.fol.68.cum sequentib.Secundo
22 modo Auditores Cancellariarũ cognoscunt de omnibus causis, per viã appellationis ad se deuolutis.vt probat text.in.l.21.& toto.tit.5.lib.2.Recopi.dummodo causæ excedãt summam decem millium marapetinorum, iuxta text.in l.7.titu.18.libr.4.Recopil.Et modus & forma procedendi in hoc casu à prædictis auditoribus, præscribitur à nobis, in
23 frà.in.6.parte huius primi tomi.Tertio modo prædicti Auditores cognoscunt de vi, & violentia, quæ appellatibus fieri solet per iudices eccleſiasticos, nõ deferentes appellationibus legitimis, vt probatur in.l.36.cũ tribus sequentibus.tit.5.lib.2.Recop.nam Regum officiũ est vi oppressos eripere.c.Regũ.23.q.5.& in cap.filijs.16.q.7.qui text.in hac specie accipi debet, quanuis Panorm.in cap.qualiter de iudicijs.aliter intelligat: & facit tex.in cap.Principes.& in.c.ad ministratores.23.quæst.5.& in.l.13.tit.13.part.2.& ibi notat Grego.Lupus, & est text.in.l.titu.6.lib.1.Recopil.& in terminis ita resoluunt Nauar.in.c.cum contingat.de rescript.rem.1.pag.147.Couar.in practicis quæst.ca.35.num.3.& Didac.Perez in.l.5.tit.1.lib.2.Ordi-
24 namenti.Circa quod animaduertendũ erit, q̃ prouisio Regia, quæ vulgò dicitur La ordinaria, ab istis auditoribus ante grauamen impetranti illatum, conceditur asserenti grauamen iam fuisse sibi illatum, cum tamen tempore impetrationis nondum sententia ab ecclesiastico lata fuisset: quod non videtur rationi cõsonum, & est contra text.in Clement.appellanti.de appell.& nihilominus prædicta praxis substinetur, exeo q̃ hæc rescripta Regia cõceduntur in duplicem euentum vnus est, quòd si grauamen reperiatur illatum, tollatur: alter est, quòd si illatum nondum sit, proces-

sus ad

est, quòd si illatum nõdum sit, processus ad Auditores remittatur, & vterque euentus iustus censetur: ob idq; non iniustè prędicta prouisio ad vtrumq; effectum conceditur ante impletam conditionem. argu. tex. in. l. cum hæres. §. pro
35 parte. ff. de acquir. hęreditat. Non tamẽ Auditores Cancellariæ Vallisoleti cognoscere poterunt de causis ecclesiasticis iã decisis per Auditores Regni Gallæciæ quãdo ad eos per viam violentiæ fuerunt delatæ & post modũ ab eisdem pars læsa appellauit ad prædictos Auditores cancellariæ: nam in hoc casu non est locus appellationi, vt disponit. l. 35. tit. 5. lib. 2. Recop. Et qualiter processus fulminari debeat quando isto tertio modo Auditores cãcellarię cognoscũt de causis ecclesiasticis per viam violentiæ præscribitur à Mõterroso in sua practica Tract. 5. fol. 92. in vers. Sigue se el
36 tercero processo. Quarto modo prędicti Auditores cognoscunt, quando aliquis exterus impetrat aliquod beneficiũ ecclesiasticũ in his Regnis, vel quãdo naturalis impetrat beneficiũ iurispatronatus laicorum, vel iurispatronatus Regis, vel beneficia patrimonialia, quę præuio examine incolis & originarijs in Dioceſi Palentina, Burgensi, ac Calagurritana cõferenda sunt: vel quãdo quis impetrat Canonicatum magistralem, aut doctoralem alicuius ecclesiæ cathedralis, aut collegiatæ: nã in his casibus de predictis causis Auditores cognoscũt iuxta tex. in. l. 34. tit. 5. lib. 2. Recopil. & tunc examinant literas Apostolicas, & suspendunt earum executionẽ, interdicentes impetrãtibus earũ vsum
37 sub grauissimis pœnis & comminationibus: quòd facere posse absq; aliquo timore excõmunicationis, resoluit Palacios Rubios in Tract. de beneficijs vacãtibus in curia. §. 7. & 12. & Couar. in practicis quæst. cap. 36. nnm. 3. & Didacus Perez in. l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordina. in gl. 1. versi. in Hispaniæ: idemq; apud Gallos obseruari testatur Rebuf. in praxi beneficiorum. 3. p. signaturę. versic. nec non iurepatronatus. num. 12. & 35. & Molin. in regu. cancellariæ de infirmis resi-
38 gnantibus. nu. 32. Nam in hisce Regnis cautum est, nullum ausum fore impetrare literas Apostolicas à Papa ad dignitates vel beneficia vacantia, quę sunt Regij iurispatronatus sub grauissimis pœnis, vt constat ex. l. 5. tit. 6. libr. 1. Recopil. nec beneficia patrimonalia Dioceſsis Palentinæ, & Calagurritanę, vt in. l. 21. & 22. titu. 3. lib. 1. Recopi. prohibitumq; esse, quem posse impetrare literas Apostolicas in derogationem iurispatronatus laicorum, & in prędiuditium canonicatuum magistralium, vt constat ex. l. 24. & 25. titul. 3. lib. 1. Recopil.
39 In quibus casibus præmissa prius supplicatione ad summũ Pontificem vsus & executio literarũ apostolicarũ suspenditur per prædictos Regios Auditores. Et praxis quæ in hoc seruatur, præscribitur à. l. 14. & 24. & 25. tit. 3. lib. 1. Recopil. & nos infrà suo loco dicemus. Interim tamẽ aduertendũ erit q̃ supplicatio, quæ ad summũ Pontificẽ in prædictis casibus interponitur cũ effectu legitime prosequẽda est corã Papa, & eius sede Apostolica: alioquin impediẽtes executionẽ literarũ Apostolicarũ, non euadẽt excommunicationem latam in bulla Cœnæ Domini, vt constat in Motu proprio Gregorij. XIII. Summi Põtif. de literis processus fulminati die cœnæ Domini anno. 1575. Rusus idem
40 Rex creauit in qualibet Cãcellaria alios iudices criminum, qui vulgò dicuntur (Alcaldes del crimen) de quorum iurisdictione, & de quibus causis cognoscere possint, agitur in toto titu. 7. lib. 2. Recopil. & in eadẽ Cancellaria alios iu-
41 dices,, qui populariter, (Alcaldes de hijos dalgo) dicuntur, creauit, qui de causis nobilitatis cognoscunt, & de eorum iurisdictione agitur in toto. tit. 22. lib. 2.
42 Recopil. Deinde creauit in Regno Gallæciæ aliam audientiam, cuius iudices (Alcaldes maiores) dicuntur, & cognoscunt

scunt in prima instãtia de omnibus causis illius loci, vbi audientia residet, cum
43 quinq; leucis in circuitu, neq; extra circuitum quinq; leucarum in prima instãcia cognoscere possunt, quamuis partes ex contractu se submisserint eorum iu-
44 risdictioni, iuxta text. in l. 17. titu. 1. lib. 3. Recopil. quæ lex intelligi & limitari hodie debet per quandam Pragmaticã Sanctionem, cuius meminimus in. 4. p.
45 huius primi tomi. ca. 2. nu. 11. Cognoscunt etiam dicti iudices in prima instãtia de omnibus casibus curiæ, vt probatur in l. 3. tit. 1. lib. 3. Recopi. neq; in prædictis casibus curię aliquis vicinus illius Regni cõueniri poterit in prima instantia coram auditoribus Cancellariæ Valli soleti, nisi in certis casibus exceptis in
46 l. 4. tit. 1. lib. 3. Recopil. Cognoscũt præterea per viam appellationis de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus illius Regni, ab eorum tamen sentẽtijs in gradu appellationis latis appellari poterit ad auditores Cancellariæ Vallisoleti, si causæ ciuiles excesserint summã centummille marapetinorum: si verò fuerint minoris summæ, non erit locus prædictæ appellationi, sed ad ipsosmet supplicari poterit, & à sentẽtia, quam in gradu supplicationis tulerint, amplius nequè apellari, nec supplicari poterit, ita determinat. l. 1. titu. 1. lib. 3. Recopil. in causis tamen criminalibus ab eis ad Cancellariam Vallisoleti appellari non potest, præterquam si in sentẽtia pœna moris naturalis appositа fuerit, iuxta text. in l. 9. titu. 1. lib. 3. Recopilationis.
47 Cognoscunt etiam per viam appellationis de sententijs in Regno latis à iudicibus syndicatoribus in causis syndicatus, & a sententijs eorum in gradu appellationis latis appellãdum nõ est ad Cancellariam Vallisoleti, sed ad ipsosmet erit supplicandum, præterquàm si condemnatio in causis ciuilibus excesserit summã centummille marapetinorum, & in criminalibus appositа fuerit pœna mortis naturalis, ita probatur in l. 15. ti-
48 tu. 1. libr. 3. Recopil. Similiter cognoscunt de causis ecclesiasticis per viam violentiæ, sicuti auditores Cancellariarum, vt probat. l. 35. tit. 5. lib. 2. Recopi.
49 Cognoscunt etiam de causis beneficialibus, quando quis petit se defendi, & tueri in possessione beneficij, iuxta tex. in l. 10. tit. 1. lib. 3. Recopil. & in toto illo tit. latè agitur de eorũ iurisdictione.
50 Creauit etiam idem Rex aliam audientiam Hispalis, quæ dicitur Audiencia de los grados de Seuilla, Regente, Iuezes y Alcaldes, de quadra: & de quibus causis cognoscere possint eius auditores, & de eorum iurisdictione agitur in toto tit. 2. lib. 3. Recopil. Qui iudices in
51 prima instantia similiter cogcoscunt de casibus curiæ vicinorum, de los lugares de señorio y abbadengo, que caen en el suelo de Seuilla, vt in l. 43. capit. 10. titu. 2. lib. 3. Recopil. & per viam appellationis cognoscunt de causis ciuilibus, de quibus in prima instantia cognouerant iudices ordinarij illius ciuitatis & sui territorij. l. 1. titu. 2. lib. 3. Recopi. dũ modo causę ciuiles excedant summam
52 decem milliũ marapetinorũ, alioquin si minoris summæ fuerint apud Decuriones illius ciuitatis erunt tractandæ. l. 3. eiusdem tit. & libri. Similiter per viã
53 appellationis cognoscunt de causis pecuniarijs fraternitatis excedẽtibus summã sex millium marapetinorũ. l. 4. eiusdem titu. & libri. & in causis criminalibus fraternitatis appellandum erit ad iudices maiores illius ciuitatis, qui dicuntur Alcaldes maiores, vt in dict. l. 4. dicitur: in causis verò ciuilibus fraternitatis, quæ fuerint minoris quantitatis sex-
millium marapetinorum, appellandũ erit ad eos, quos determinat. l. 49. &
55 50. tit. 13. lib. 8. Recopi. Pari modo per viam appellationis cognoscunt prædicti auditores, de las sentencias de los juezes Alarifes, y de Mesta, y otros juezes de la dicha ciudad y su tierra: las quales solian yr a los Alcaldes mayores de la dicha ciudad, vt probat. l. 5. ti-

tu.2.lib.3.Recopil. Cognoſcunt etiam
56 per viam appellationis de ſententijs latis ab auditoribus audientiæ Canariæ, quando cauſæ ciuiles exceſſerint ſummã trecẽtorum milliũ marapetinorũ, & in criminalibus fuerit inflicta pœna mortis naturalis, vt probatur in.l.42.ti.2.lib.3.Recopillationis iunctis legibus.2.&.3.tit.3.lib.3.Reco. Prẽterea cogno-
57 ſcunt de cauſis eccleſiaſticis, per viam violentiæ ad eos delatis à iudicibus eccleſiaſticis illius ciuitatis, & ſui territorij, non verò ab alijs iudicibus eccleſiaſticis reſidentibus extra ciuitatem Hiſpalenſem, & eius iuriſdictionem, vt probatur in.l.7.titu.2.lib.3.Recopil.& in toto illo titu. latè agitur de eorum iuriſdictione, vbi in.l.43. preſcribitur eis nouus ordo procedendi in cauſis corã
58 eiſdem agitandis. Creauit etiam idem Rex aliam audientiam Canariæ, & in illis ſeptem inſulis adiacentibus, cuius Auditores in prima inſtantia cognoſcunt de caſibus curiæ, & de cauſis eccleſiaſticis per viam violentiæ ad ipſos delatis: & per viã appellationis cognoſcunt de cauſis ciuilibus non excedentibus ſummam trecẽtorũ milliũ marapetinorum, à quorum ſententijs in gradu appellationis latis, non poterit ad audientiam Hiſpalenſem appellari, ſed ad ipſoſmet erit ſupplicãdum: neq; in cauſis criminalibus vbi pœna mortis naturalis inflicta non fuerit ab eis appellandum erit, vt probatur in.l.2.3.4.&.14. cum alijs.titu.3.lib.3.Recopilat. quo in loco agitur de iuriſdictione illius audiẽtię. Creauit idem Rex alios iudices, qui
59 dicuntur Alcaldes maiores de los adelantamientos, de quibus in titu.4.lib.3. Recopilat. & alios, qui dicuntur Alcaldes de ſacas, de quibus in titu.11.libr.3. Recopil. & alios, qui nuncupantur Alcaldes entregadores de las cañadas y meſtas, de quibus in tit.14.lib.3. Recopilat. & alios, qui dicuntur alcaldes de las caſas de la moneda, de quibus in.l.1.&.2.cap.2.&.3.in.l.3.titu.20.libr.5. Recopil. & alios, qui appellantur Alcaldes de las Ataraçanas, de quibus in.l.3. tit.24.lib.9.Recopilat. Sunt & alij iudices, qui nuncupantur Alcaldes de la hermandad, de quibus in tit.13.libr.8. Recopil. Sunt prætereà alij qui dicuntur Aſsiſtentes, Correctores iudices ſyndicatores, Ordinarij, & delegati, de quorum iuriſdictione agitur in tit.5.cũ tribus ſequentibus lib.3.Recopil. Sunt deniq; alij plures magiſtratus, quos recenſere longum eſſet.

60 Extraordinarij iudices dicũtur, Delegati, Arbitri iuris, Executores, & qui ex ſacra iuſsione & forma ſunt dati, de quibus latè agit Alciat. in Rub. extra de officio ordinarij, à num.6. qui iudices propriam iuriſdictionem nõ exercent, ſed ſibi commiſſam ab habente poteſtatem, ideoq; extraordinarij dicuntur.

61 In quibus omnibus magiſtratibus, iudices tam ordinarij quàm extraordinarij creãdi præfulgere debent illis qualitatibus congeſtis à l.3.titu.4.part.5.& l.18.titu.9.par.2. debent eſſe literati, ita vt ad minus per ſpatium decem annorũ operam dederint iuri canonico, aut ciuili, ſintq; ętatis.26.annorũ, iuxtà tex. in.l.2.titu.9.lib.3. Recop. per quam declaratur.l.5.tit.4.par.3.&.l.3.tit.9.li.3. Recopil. quæ requirebãt ætatem viginti annorum tantum, nec leges illas obtinere hodie in nobilibus illiteratis prætoribus deſignandis arbitror, cum illi propter cauſarum experientiam ad magiſtratus eligantur, quæ ex longo tempore acquiritur, ac proinde maior ætas in illis, quàm in viris literatis deſideratur, etſi Gregorius Lupus in dict.l.5. cõtendat.l.illam antiquatam non eſſe, per d.l.2.ti.9.lib.3.Recop. reſpectu nobiliũ illiteratorũ & quod ſpecialiter relegerint leges huius Regni, iuxtà tex. in.l.4.

62 tit.1.lib.2.Recop. Et quod habeãt iuris peritiã, & cauſarum experientiam: in quibuſcunq; enim magiſtratibus gerẽ-

dis,

dis, experientia summè est necessaria, vt in. l. 1. §. sed cum sit necessarium. de Iustiniano. C. confir. & in Authentico, de iudicibus in princ. versic. non enim, collatione. 6. & in. l. 3. titu. 4. part. 3. ibi E que ayan sabiduria para juzgar los pleytos, derechamente por su saber, o
63 por vso de luengo tiempo. Imò iudex, qui non sit nimis iurisperitus magistratui præfici poterit, dummodò causarũ experientiam habeat. vt probat text. in l. certi iuris. C. de iudicijs, & in. l. expertes. C. de decurionibus. lib. 12. & firmat glo. in cap. suscitatus. extrà, de rescript. Bernardus Diaz in tractatu, de doctoribus. q. 12. volum. 6. Diuersorum Doctorum. & Matienzo in dialogo relatoris, 3. part. capit. 9. num. 5. alioquin qui
64 non ita doctus, aut expertus fuerit officium iudicandi ei mãdari non debet, ex fundamentis pro hac parte aductis à Francisc. Hothomano in lib, quæstionum illustrium quęst. 26. nisi secum assessores juris peritos adhibeat, si fuerit iudex maior, vel nisi consilium a iuris peritis exposcat, si fuerit iudex pedaneus, vt Hothomanus vbi suprà resoluit, si aliter munus iudicandi aliquis legum, & iuris imperitus, vel inexpertus susceperit, litem suam faciet, si per imperitiam male iudicauerit, & parti ad interesse tenebitur, vt probat text. in princ. de obligatio. quæ ex quasi delicto, & in. l. si iudex. ff. de varijs & extraordinarijs cog. quibus conuenit. l. 24. titu. 22. part. 3. nisi circa Legem difficilẽ
65 lapsus fuerit, quia tunc à condemnatione interesse excusabitur, vt firmat gloss. in princip. Instit. de obligatio. quę ex quasi delict. verbo, Videbitur. recepta â Bart. in. l. 2. numer. 4. C. de pœna iud. qui malè iudi. & Iaff. in. l. Gallus. in
66 princ. ff. de lib. & posthu. & quando articulus esset valde difficilis & arduus, tunc iudici parcitur, vel saltem minus punitur, secundum Bald. l. mãcipia. C.
67 de seruis fugit. Quinimò si iudex adhibuerit debitam diligentiam, & per se processum examinauerit, nil de necessarijs omittendo, & post modum aliud de iuris subtilitate apparuerit, ad aliquid non tenebitur, secundum Andre. de Isernia, in capit. vnico. de controuersia inter dom. & empt. column. penu. quem sequitur Gregorius Lupus
68 in dict. l. 24. verbo, Daño, aut si defendens uerit, exemplo Casij Iurisconsulti quẽ refert Iulianus in. l. dicere. §. Casius, aliàs Sabinus. ff. de arbitr. Panormita. capit. 1. de postulatione præla. num. 25. & Auiles in c. prætor. c. 1. verb. y fiel. & cap. 20. & 22. Nos tamen, & si laudabile iudicemus discipulũ, defendere opi-
69 nionem sui magistri, tamen ob id censemus, non esse recendendum à communi Doctorũ quando quidẽ hoc lõgè meliùs & tutiùs sit, argum. tex. l. vnica ibi, Crebrior opinio est. ff. de offic. quæst. & in princ. Instit. de heredib. instit. &. c. nouimus de verb. signific. nam minimè sunt mutanda quæ à maioribus nostris tradita sunt. l. minimè. ff. de legib. Bart. l. 2. numer. 5. C. de pœna iud. Silua nuptia. in princ. lib. 5. fol. mihi. 117. & Aui
70 les, vbi suprà. in dict. c. 1. num. 15. Insuper si propter imperitiam protulerit sententiam nullam, ad damna & expẽsas tenebitur secundùm Bartol. in. q. 9. incip. Iudex. & Auiles. d. cap. 1. §. a las partes. num. 15. & Bernard. Diaz in Re-
71 gul. 363. versic. 2. declara. Cæterùm si propter malitiam, vel dolum, præcibus, vel pretio corruptus malè iudicauerit, tenebitur ex maleficio: & in causis cibilibus, vltra infamiam, quàm incurrit amittit potestatem iudicandi, & parti læsæ in tantundem, & ad omnia damna, & expensas, quas prætextu in iustitiæ pars læsa in iudicio iurauerit, tenetur, per text. in. l. final. C. de pœna iudi. qui malè iud. l. si filius fami. §. si iudex. ff. de iud. & in authentic. no-
72 uo iure. C. de pœna iud. & in. l. 52. titul. 14. part. 3. & l. 24. titul. 22. part. 3. in criminalibus causis eandem pœnam,

quam innocentiiimpoſuerit, ſubſtinebit, & confiſcatis ſuis bonis in exilium perpetuum mittetur, iuxta text. in. l. 25. titul. 22. part. 3. & in. l. 5. titul. 9. lib. 3. Recopil. tradit Auiles vbi ſuprà, capit. 1. verb. fiel. n. 10. & Auen. in Tract de mandatis Regis exequendis capit. 2. num. 2. verſic. ſiquidem, & Matien-
73 zo in dialog. 3. par. c. 33. nu. 6. & in foro conſcientiæ iudex dolo, vel culpa malè iudicans tenetur parti læſæ ad totale intereſſe, vt probat text. in cap. ſi quis dixerit. & in cap. qui rectè. & in cap. licèt. 11. q. 3. iuncto text. in c. fin. de iniurijs. & firmat Caietanus in ſumma. verbo, Iudicis peccata. Auguſtin. Beroi. in Rubri. extrà, de appella. num. 91. Sotò lib. 3. de iuſtit. & iur. q. 4. arti. 2. Nauar. in Manua. cap. 25. nume. 12. & Couarr. in reg. peccatum. 2. part. §. 3. num. 1. de regul. iur. in. 6.

74 Aduerte tamen officium iudicandi pluribus prohibitum eſſe, quorum mẽtio fit in. l. cum prætor. §. fin. & in. l. cum furioſus. & in. l. cœcus. & in. l. ſi longius. ff. de iudic. quibus iuribus conuenit de iure regio. l. 4. titul. 4. part. 3. vbi Gregor. lup. & text. in. l. 7. & 8. tit. 9. libr. 3. Recopilat. & tradit Didacus Perez in l. 2. & 3. tit. 15. libr. 2. Ordinamenti.

75 Ex ſuperioribus apparet, plures eſſe iudices, atq; magiſtratus diuerſos: vnde cùm actor ſequi debeat forum rei vt probat text. in. l. iuris ordinem. C. de iuriſdi. omnium iudic. & in cap. cum ſit generale. de foro compet. in. l. 23. titu. 2. part. 3. & in. l. 8. & 9. titul. 3. lib. 4. Re-
76 copilat. (quem forum pluribus modis vnuſquiſque ſortiri poteſt, vel ratione rei ſitæ, quæ petitur, vt in capit. ſanè. de foro compe. vel ratione originis, vel ratione domicilij, vel ratione beneficij, vt in capitul. final. de foro compet. vel ratione contractus, vt in capit. dilecti. de foro compet. vel etiam ratione delicti. vt in capit. cum ſit generale. eodem titul. & latè docet gloſſ. in. l. hæres abſens. §. perinde. verb. Debe-
77 bit. ff. de iudic. & explicat Petrus Rachę incerdis tologia rerum ciuilium. c. 23.) oportebit actori iudicem competentem ipſius rei eligere, coram quo ipſum reum conueniat: qui reus ſi iure communi vel ſpeciali diuerſos iudices habuerit, tunc actor ad actionem intentandam eligere poterit quem maluerit, vt probat tex. & ibi, Doctores in. l. vltim. C. de iuriſd. omnium iudic. & tex. in. l. cum clericis. vbi Bald. in numer. 1. C. de epiſco. & cleric. gloſſ. & Doctores in. l. vltim. C. vbi in rem actio. gloſſ. in cap. cum dilecti. de foro compet. Roman. in cõſil. 412. Matthæus de Afflict. in deciſionibus Neapolit. deciſ. 257. & in conſtit. lib. 1. Rubric. 37. numer. 18.

78 Quo fit quòd intentans remedium. l. diffamari. C. de ingenu. & manumi. adire debeat iudicem ipſius diffamati, vt cum pluribus reſoluit Couarru. libr. 1. Variarum. cap. 18. num. 4. & 5. Tamen
79 ſi plures iudices diffamato competant de iure communi, & coram iudice ab eo electo prædictũ remedium proponat, Actor petere poterit cauſam remitti ad alterum iudicem rei: nam tunc electio actori datur, ex ſuprà reſolutis, & in ſpecie reſoluit Couarru. vbi ſuprà numer. 6.

80 Conſiderabit etiam Actor, an ex aliquo priuilegio ad ſuum proprium forum trahere reum poſsit, vt in Audientia ſcholaſtica Salmantina, & in alijs huiuſmodi: vel, an hoc ius ſibi competat ex conſuetudine, vt in audientia epiſcopali Salmantina, & in ſimilibus, vbi clerici ex conſuetudine præſcripta, laicos conueniunt, quod fieri poteſt, vt probat text. in cap. ſi clericus laicum. de fo-
81 ro comp. Præterea aduertat actor, an caſus ſit ex ijs quorum cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectet, quorum meminimus in procœmio. 2. Tomi huius operis, in. 1. præludio, de quibus iudex eccleſiaſticus cognoſcit: nam tunc eundem eccleſiaſticum adire debebit.

82 Aduertet inſuper actor, an caſus ſuper quo

quo reum cõuenire debet, sit curiæ nec ne,&,an vtilius sit reum corã iudice ordinario inferiori conuenire, vel coram auditoribus regalibus, de quibus casibus curiæ, quos vulgo Casos de corte dicimus, fit mentio in.l.5.titu.3.p.3.& in.l.21.tit.5.lib.2.Recopil.& in.l.8.cũ tribus sequent.tit.3.libr.4.Recop.& in l.11.tit.5.lib.2.Recõpi.& apud Couar. in pract.quæst.c.6. &.7.

83 Deniq; actor conuenire debet reum coram suo iudice competenti, alioquin si ad incompetentem trahat, processus nullus erit, vt probat text.in l.1.C.si à non competente Iudice, & in cap.at si
84 clerici.de iudic. Quæ exceptio nullitatis ex defectu iudicis competentis, quocunq; tempore,& in quacunq; parte litis opponi poterit, secundùm glos.fi.in Clem.1.de sequest. possess. quam sequitur Paulus in.l.4.§.condemnatum.ff.de re iudica. & Hippolyt.in singul.10.& Couar.in pract. quæst.cap.25.num.4.

85 Ex qua resolutione intelliges text.in.l. 2.tit.17.lib.4.Recopil. dum probat nullitatem sententiæ opponendam esse intra sexaginta dies, vt intelligi debeat nisi opponatur exceptio nullitatis ex defectu omnimodæ incõpetentiæ: nam talis exceptio quocunq; tempore opponi poterit, vt suprà diximus, secundum Couar.in practi. quæst.cap.25.n.4.

Ex Secundo Tempore.

SVMMARIA.

1 REVS extraiudicialiter prius ab actore monendus ex Vrbanitate, & non ex iuris necessitate.

2 Interpellatio extraiudicialis efficit, quòd reus condemnetur in expensis primæ citationis, & si compareat, & confiteatur debitum.

3 Limitantur glos. verb. Rationabili. in cap. querela. de procura. & in cap. honoratus. glo. magna. 74. distinct. & in.c.1.de dolo & contum.

4 Filius familias patrem, & quilibet actor quencunq; ascendentem vt cõuenire valeat, à iudice veniam prius petere debet.

5 Filius fam. etiam cum venia iudicis patrem conuenire non potest, nisi in quibusdam casibus, & tunc venia à iudice petita.

6 Filius emancipatus veniam petere debet, vt parentes suos conuenire valeat.

7 Sunt plures personæ quæ absque venia conueniri nequeunt.

8 Gener socrum absque venia conuenire non potest, etiam affinitate dissoluta.

9 Intellectus ad.l.cui eorum. §. affinitate. ff. de postu.

10 Quòd monachus contra abbatem agere valet nulla petita venia contra Archid. verius est.

11 Qui sine venia agere nequeunt, si eam non petant, de iure cõmuni pœna. 50. aureorũ, & de iure regio pœna amissionis causæ puniantur.

12 Qui sine venia agere non potens ea non petita agit, & ante litem contest. pœnitet, vel vocati non comparuerint in uiti, liberatur à pœna.

13 Nulla præcedente partis citatione, venia ad agendum concedi poterit.

14 Forma petendi veniam ad agendum, & aliquem conueniendum.

15 Filius famil. qui aliquẽ extraneum super aduentitijs conuenire vult, patris consensum exigere debet.

16 Quando filiusfamilias agit super aduentitijs cum consensu patris libellus concipiendus erit in eiusdem prtris persona, cum qualitate legitimi administratoris.

17 Vt filiusfam. extraneum conuenire possit super aduentitijs, in quibus pater vsufructu caret, patris consensu opus est, contra Otonem, & alios.

18 Patre absente, filiusfami. maior. 25. annis, absque eius cõsensu in iudicio esse potest.

19 Forma concipiendi libellum, quando filiusfami. aliquid petere, vel aliquẽ super aduentitijs conuenire vult.

20 Filiusfamil. quando super Castrensibus vel quasi, vel super beneficialibus, aut spiritualibus actionem intendere vult, patris consensus necessarius non est: & in propria & non patris persona libellus concipiendus erit.

21 Quia minor curatorem habens in iudicio comparere non potest, libellus in curatoris persona concipiendus erit.

22 Minor absque curatoris, aut patris consensu in iudicio stare potest in beneficialibus, aut spiritualibus, & alijs casibus relatiuè congestis: in quibus si decipiatur, restitui poterit.

23 Si minori desit curator aut tutor: ei à iudice ad litem dandus est alius quem maluerit.

24 Minor qui absque tutore, aut curatore litem intendit, compelli poterit ad partis instantiam tutorem aut curatorem ad litem assumere: alias iudicio repellendus.

25 Minor causatiuè & non præcisè curatorem ad litẽ accipere astringitur.

26 Curator ad litem satisdare debet.

37 Mulier coniugata antequam cõtra aliquem experiatur, veniam & expressam mariti sui licentiam consequi debet, nec tacita sufficiet, cõtra Cisuen. & Gome.

28 Quando ex. l. dispositione alicuius licẽtia ad aliquem actum exigitur, expressa opus est, & non tacita.

29 Licentia mariti, vt mulier agat nunquam ex temporis diuturnitate præsumitur, nisi tantum temporis effluxerit, cuius cõtrarium in mortalium memoriam non cadat.

30 Licentia danda à marito vxori sufficit testibus probari.

31 Licentia præstanda à marito, vt vxor agat ab excõicato non præstanda.

32 Præscriptionem contra cõiugatam matrimonio cõstante currere, substinet autor contra alios.

33 Præstita licẽtia à marito vt vxor agat sufficit vsq; ad executionem sentẽtiæ.

34 Maritus ratum habere potest gestum ab vxore sine licentia in iudicio, si ratificet antequam nullitas ab aduersario opponatur.

35 Maritus ex causa compelli poterit vxori licẽtiam præstare, vt agere valeat.

36 Marito absente, qui non speratur de proximo venire, causæ cognitione præcedente poterit eius vxori à iudice præstari licentia agendi.

37 Vt iudex licentia præstare possit vxori agere volenti propter mariti absentiam, sufficit, quod absit, à loco in quo est agendum, nec opus est absit à territorio contra Auend.

38 Consi-

38 Consideratio ad l. 59. Tauri, quæ est l. 6. tit. 3. lib. 4. Recopil.

39 Iudex potest agendi licentiam vxori præstare eius marito muto, aut furioso existēte, qui loco absentis habetur.

40 Forma petēdi licentiā agēdi ab vxore, agere volente in mariti sui obsentia, aut quando mutus, furiosusue fuerit.

41 Mulier agere volens contra maritum vergentem ad inopiam, nulla licentia eius aut iudicis petita, experiri iudicio poterit.

42 Agens contra maiorem in eius personam, contra minorem habentem tutorem, aut curatorem in eorum, & minoris personas, citationem, & petitionem formare debet.

43 Processus gestus cum minore, absque tutoris, aut curatoris, autoritate nullus est.

44 Minori comparenti in iudicio sine tutore, aut curatore dandus est curator ad litem, qui curator satisdare tenetur.

45 Agere volens contra ciuitatem, capitulum, collegium, aut quācunq; vniuersitatem, in eorum procuratorem tendat actionem & non in singulas personas vniuersitatis.

46 Libellus licet possit concipi cōtra ciuitatem, aut quancunq; vniuersitatem, si ab ea mittatur procurator, aut syndicus responsurus cum eo lis agitari valet.

47 Etiam si solus syndicus vniuersitatis pro ea compareat citatus, valida erit sententia.

48 Si actori competat aliqua actio in aliquem defunctum, antequam agat, petat hæredes defuncti, vel adire, vel hæreditatem repudiare intra definitum aliquod tempus.

49 Forma qua petitur, quod defuncti hæredes, adeant vel hæreditatem repudient.

50 Ad petitionem creditoris defuncti iudex assignat arbitrio suo terminum hæredi defuncti, vt adeat, vel repudiet, qui ter contumacia incusata, habetur pro adeunte, vel repudiante, quod sibi deterius fuerit, & tunc contra ipsum agitur.

51 Hæres contumax in adeundo, vel repudiando habetur pro repudiāte, vel adeunte quo ad creditores, quorum petitionem terminus sibi fuit præfixus, non quo ad alios.

52 Hæredi petenti tēpus iuris sibi dari ad acceptandum, vel repudiandum dari potest annus, si à principe impetretur, & si ab alio nouem menses statuuntur.

53 Tempus nouem mensium iure hæredibus cōcessum vt repudient, vel adeāt coarctari à iudice potest intra tempus centum dierum, & non vltra, ad hoc, vt hæres pro adeūte, vel repudiante habeatur: sed vt hæreditati curator detur ad respondendum creditoribus breuius tempus statui potest.

54 Vnde emanauerit praxis, quòd iudex assignet aliquem terminum, vt quis adeat, vel repudiet, & quod nō adeunte, vel intra terminum non recusante hæreditatem, aduersus eum intententur actiones, & si recusauerit, quòd sequentes in gradu requirātur, & nemine adeunte, curator bonis detur,

contra quem actiones dirigantur.

55 *Quoties maritus hæresue eius aduersus vxorem vel hæredem eius agere intẽtat petat priùs bona quæsita constante matrimonio acceptari, vel repudiari intra breue temporis spatium.*

56 *Si reus conueniendus absens sit in locis remotis, aut captus ab hostibus, suis bonis defensor dãdus est, in quem dentur actiones, præhabita informatione absentiæ, captiuitatis, debiti, & quòd bona illa ad absentem spectent.*

Secundum Tempus,

De præparatorijs ante Citationem.

POST QVAM Actor deliberauerit corã quo iudice suũ aduersariũ conuenire debeat, oportebit, eundem & eius aduocatum sequentia attendere. Primò quòd extraiudicialiter reum admoneat, vt probat text. in.l. quidam Hiberus. ff. de seruitu. Vrbano. prædio. & in. l. debitores. C. de pignor. quæ tamen admonitio de necessitate iudicij non est, sed potiùs ex quadam vrbanitate, secundùm glo. in. c. licèt Heli. verb. Inscriptio, extrà, de simonia. & gloss. in dict. l. debitores. Et hunc esse cõmunem intellectũ dict. l. quidam Hiberus. testãtur Angel. numer. 11. & Iass. numer. 41. in. §. sic itaq;. Instit. de actio. Panorm. & Felin in cap. 2. de accusatio. Quamuis text. ille hoc non probet vt aduertit Duarenus libr. 2. disputa. capit. 28. Hæc tamen interpellatio extraiudicialis vtilis erit, quia ea præcedente reus condemnari poterit in expensis primæ citationis licèt ad iudicium veniens fateatur debitum, quamuis ab actore non petantur, secundum Bald. in. l. non ignoret. C. de fructibus, & lit. expensis. Bald. & Salice. in. l. properandũ. §. sinautẽ. C. de iudic. Iasso. in. l. certi cõdictio. col. 1. ff. si cert. peta. Deci. in. l. qui in alterius. nu. 9. ff. de reg. iur. & Didacus Perez in Rub. tit. 1. lib. 3. Ordinam. quæst. 6. & Rebusus in. 3. Tomo ad leges Gall. titul. de expensis, ex quibus limitantur gloss. in cap. querelam. verb. Rationabili. de procu. & gloss. magna. in ca. honoratus. 74. dist. & glo. in cap. 1. de dolo & contum. asserentes, citatum comparentem in termino, non teneri soluere expẽsas primæ citationis, vt non procedant dictæ glossæ quando prius extraiudicialiter esset interpellatus. Quinimo ex parte actoris præsumitur hanc denunciationem extraiudicialẽ reo factam fuisse, ac proinde reum arctari ad probandum sibi denunciatum non fuisse, aliàs teneri ad expensas vsq; illud tempus factas, ita colligit Romanus ex text. in. l. in fideicõmissi. in princ. versi. Tametsi. ff. de vsuris & fruct. ibi, in notab. 397. & verba illius legis notat Barto. ibi, & Florianus ponderat ad materiam. d. l. quidam Hiberus. & hoc corollarium tenet idem Romanus in singulari. 396. Sequitur Felin. capitul. non est, in fin. capitul. quoniam contra. num. 15. & ibi Decius de probat. Hippolyt. l. patre vel marito. numer. 43. ff. de quæstionibus. Sed in puncto iuris crederem contrariam sententiam veram esse: imò quòd non præsumatur interpellatio, nisi probetur, quæ opinio primo probatur ex iuris regulis quę arctant ad probandam qualitatem deductam. iuxta l. 2. ff. de probat. tradit Hiholyt. in Rubrica. C. de probatio. numero. 337. Secundo facit. l. si ex legati causa. ff. de verborum oblig. ibi si interpellatio, si naturam adiectionis consideremus. Tertio facit, quia resultaret iniquitas

cum

cum reus obligaretur ad probandam negatiuam quòd impoſsibile eſt ſecundùm Felin. c. nouit. de iudi. nec obſtat tex. dict. l. in fideicommiſsi. quia loquitur in actione ex teſtamento in qua nõ eſt neceſſaria interpellatio, & ſic non requiritur probatio denunciationis, ſecundum Bart. l. ſi hæres. ff. dè eo ꝙ cert. loco. Iaſ. §. actionum. Inſtitut. de actio.

4 Secundo aduertat Actor, ſi ſit filius familias, & conuenire velit patrem, matrem, vel alios aſcendentes vtriuſque ſexus in infinitũ, ꝙ imprimis veniam à

5 iudice petat: licèt enim filius famil. non poſsit etiam cum venia ſuos parentes conuenire, vt probat text. in l. lis nulla. 4. ff. de iudic. & in l. fi. C. de in ius voca. & in l. 2. tit. 2. part. 3. & in l. 11. titul. 17. part. 4. Tamen in pluribus caſibus congeſtis per glo. in d. l. lis nulla. & gloſ. in cap. fi. verbo, Regulariter. de iudic. lib. 6. & Grego. Lupum. in dict. l. 2. & 3. tit. 2. part. 3. bene poterit eos conuenire, dummodo priùs veniam à iudice petat, iuxta glo. in §. pœnales. verb. Cum hic. Inſtitu. de actio. & glo. in l. adoptiuum. verbo, Vocari. ff. de in ius vocan. quarum opinionem dicit communem Iaſſ. in d. §. pœnales. nu. 87. Quinimo

6 filius emancipatus eandem veniam petere tenebitur quoties ſuos parẽtes cõuenire voluerit, vt probat text. in l. 4. verſi. prætor. & in l. adoptiuum. §. 1. ff. de in ius vocan. & in l. fi. C. de in ius vo-

ca. & in l. 3. tit. 2. p. 3. & in l. 4. tit. 3. p. 3. & ita pro regula conſtituit cum pluribus ampliationibus, & limitationibus Socin. in regul. 244. Hipol. in ſing. 613. Roderi. Suarez. in l. 9. tit. 11. libr. 1. For. Horoſc. in l. quique litigandi. num. 3. ff. de in ius voca. & Petrus Dueñas in Re-

7 gul. 351. Sunt plures alij, qui abſq; prædicta venia conueniri nequeunt, quorũ meminit text. in l. 4. §. prætor ait. ff. de in ius voca. & alijs legib. illius tit. & in l. 2. tit. 2. part. 3.

8 Præterea ſocer, & ſocrus à genero cõueniri non poſſunt ſine dicta venia, ſecundum gloſſ. receptam communiter ex Alex. ibi. num. 1. in l. generaliter. ff. de in ius voc. vbi Alexand. firmat idem obſeruandum eſſe, etiam affinitate diſſoluta, per text. in l. penult. C. de iure doti. Cui opinioni non obſtat text. in l.

9 cui eorum. §. affinitate. ff. de poſtul. qua tenus probat affinitate finita, eius effectus cenſeri finitos: nam illud procedit, quando effectus cõſiſteret in aliqua vtilitate abſq; reuerentia: cæterùm ſi in aliqua reuerẽtia conſiſteret, affinitate diſſoluta, eius effectus nõ ceſſarent, ſecundum Ange. & Alexand. in dict. l. generaliter. Nouercam etiam ſine venia cõueniri non poſſe à priuigno firmat glo. in d. l. generaliter in fine, dum allegat text. in §. Socrum. Inſtit. de nupt. Ioan. Andr. poſt Speculatorẽ in tit. de actore. §. 1. n. 21. verſi. generaliter, quam opinionẽ dicit cõiter probari Curtius Iunior in l. 1. n. 3. & 7. C. de in ius vocand. Cõtrariã ſentẽtiam, imo abſq; venia poſſe nouercam conueniri tenent Fulgoſius, Alex. col. 2. Socin. quæſt. 10. & Iaſ. in d. l. generaliter. & hanc dicit magis communem deciſio Pedamontanea. 31. numero. 20. in. fi. quo in loco latè diſputat iſtum articulum.

10 Rurſus monachus ſuum Abbatem conuenire non poterit, niſi petita prius venia, vt firmat Archid. in cap. cum paſtoris. 2. q. 7. in hoc tamen caſu verior opinio eſt, veniam non eſſe neceſſariam, vt docet Innocent. in cap. cum. P. de accuſat. & ſequitur Panorm. in cap. ex parte. n. 6. de accuſat.

11 Et aduerte, ꝙ ſi aliquis ex ſupradictis, qui veniam tenentur petere conuenerit aliquem in iudicio, erit puniẽdus de iure communi pœna quinquaginta aureorum, vt probat text. in l. in eum. ff. de in ius vocan. & §. fin. Inſtit. de pœ. temere litig. & not. gloſſ. in §. pœnales. Inſt. de act. verb. In eum. & ibi Miſinge rius à nu. 29. & Iaſſ. à. n. 43. & de iure regio punitur pœna amiſsionis cauſæ, vt in l. 14. titu. 2. p. 3. à qua pœna liberabi-

12 tur, si ante litem contestatam pœnituerit, & ab instantia recesserit: vel vocati non inuiti comparuerint, nil opponendo contra vocantem, ita tenet glos. in dict. §. pœnales. verbo, In ius vocasset, & ibi Iass. nu. 85. per tex. in, l. quanuis. ff. de in ius vocand. vel si in primo actu iudiciali non fuerit opposita exceptio veniæ non petitæ: nã tunc censetur remissa necessitas petẽdi veniam secundum Barto. n. 2. Angel. in fi. Alex. col. 2. versic. vltimo nota in. l. quanuis. ff. de in ius vocand. & cõmuniter omnes ex decisione Pedamontana. 31. n. 21. Vnde tu reus cauebis q̃ quando tibi cõpetat prædicta exceptio veniæ non petitæ, eam opponas in primo actu iudiciali.

13 Aduerte insuper, quòd ad hanc veniam concedendam citatio partis non requiritur, vt docet Bald. in. l. ea quæ. C. quomodo, & quando iud. colum. fi. & in. l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de in ius vocand. & Maranta de ordine iudic. 6. part. memb. 1. in num. 8. sed erit perenda modo, & forma sequenti in principio libelli.

Illustre Señor.

24 FVlano, *con licencia que ante todas cosas a V. m. pido, y siendo me concedida, o injustamente denegada, como mas aya lugar de derecho parezco ante V. m. y pongo demanda contra fulano mi padre, legitimo: y contando el caso della, Digo que essi es. &c.*

Et ita erit de reliquis dicendum mutatis mutandis.

15 Cæterùm si filiusfamilias conuenire velit alium extraneum, non parentem super bonis aduentitijs, in quibus pater vsumfructum habet, non poterit in iudicio esse absq; consensu patris, vt in. l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ liber. & in. l. 7. tit. 2. part. 3. & ibi Gregor. Lupus in glo. 1. & Socinus in Regul. 195. ideoq; tunc libellus erit concipiendus in persona patris cum qualitate legiti-
16 mi administratoris. Quinimo si extraneus esset conueniendus à filiofamiliàs super bonis aduentijs, in quibus pater non habet vsumfructũ, vt in specie tex. Authen. excipitur, & Authen. idem. C.
17 de bonis quæ liber. absque consensu patris non posset filius in iudicio esse, secundum glo. in. l. fin. versi. Necessitate. C. de bonis quæ lib. verbo, Imponenda. quam dicũt communiter receptam Barto. & Bald. num. 9. ibi, & veriorem & tutiorem appellat Ioan. de Imol. l. fi. §. 1. ff. de verb. oblig. & Asinius in praxi. §. 18. capit. 1. num. 3. Pro qua opinione facit text. in. c. fi. §. huiusmodi. de iudic. libr. 6. & l. 7. tit. 2. part. 3. dum illa iura indistinctè requirunt patris cõsensum. Et ita existimo tenendum esse, & si oppositam sententiam, imò consensum patris nõ esse necessarium, asserat Oto Doctor antiquus, relatus à glo. dict. l. fi. verb. Imponenda. C. de bonis quæ libe. Bart. vbi Angelus dicit hanc esse veriorem opinionem: & communem testatur Curcius in. l. 1. C. qui admitti. num. 38. & Zucardus. num. 68. & Sebastianus Bantius in Tract. de null. processus. in Rubric. ex defectu inhabilitatis. nu-
18 mero. 41. Quod tamen verum est nisi pater absens esset: nam tunc filiusfamiliàs maior vigintiquinque annis poterit in iudicio esse, iuxta text. in. l. 7. titul. 2. part. 3. Ex qua resolutione cõstat, quòd in prædictis casibus libellus erit formãdus in persona patris, adiecta qualitate legitimi administratoris, quæ qualitas adijci debet, vt consuluit Bartol. in. l. 1. n. 2. C. de bonis maternis. & Felin. in. c. cum olim. col. 4. de testib. Et forma libelli erit in hunc modum.

Illustre

Illustre Señor.

19 *FVlano, como padre y legitimo administrador que soy de la persona, y bienes de fulano mi hyo legitimo, como mas aya lugar de derecho parezco ante. V. m. &c.*

20 Sed si filiusfamiliàs velit extraneum conuenire super bonis castrẽsibus, vel quasi, vel beneficialibus, aut spiritualibus, tunc patris consensus non requiritur, & libellus in propria persona erit cõcipiendus, iuxta tex. in. l. 2. ff. ad Senatus consul. Macedon. l. 1. §. 1. ff. de castrens. pecul. l. filiusfam. in princ. ff. de procur. l. si longius. §. 1. ff. de iud. & text. cap. fin. de iudi. in. 6. & tradit Greg. Lup. in. l. 2. tit. 2. part. 3. & in. l. 7. tit. 2. par. 3. in glos. 1. & Sebastianus Bantius in Tract. de nullitate proces. n. 41. Rubric. ex defectu inhabilitatis. vbi à. nu. 4. cum multis, plures personas, quæ in iudicio stare non possunt, congerit quẽ require quãdo casus occurerit.

21 Tertio aduertat actor, quòd si sit impubes, vel pubes minor. 25. ann. & tutorem, vel curatorem habeat, quòd libellus & petitio cõcipiatur nomine tutoris, vel curatoris: nam minor. 25. annis, non habet personam legitimã standi in iudicio, vt probat text. in. l. 1. & 2. C. qui personam legitim. & l. 7. & 11.

22 titu. 2. part. 3. nisi pro rebus beneficialibus, vel spiritualibus voluerit comparere, quia tunc maior putatur, & super illis absq; cõsensu patris, & tutoris, vel curatoris in iudicio experiri poterit, vt in cap. fin. de iudic. in. 6. & etiam in alijs casibus, quos congerit Panor. in cap. ex parte de restit. spol. Et si in eisdem casibus decipiatur bene restitui poterit, vt docet Panorm. in dict. capi. ex parte. n.

23 16. & sequitur Couar. libr. 1. Variarum resolut. cap. 5. nu. 8. sic intelligens text. dict. cap. fi. de iud. lib. 6. At vero si tutorem, vel curatorem actor minor non habuerit, petere debebit à iudice, vt sibi detur tutor, vel curator ad lites, qui ei dandus erit, quem ipse voluerit, vt probat text. in. l. qui habent. §. si pupillus. & ibi gl. ff. de tutellis. & in. l. 13. tit. 16. p. 6.

24 Quinimo si absq; tutore, vel curatore in iudicio experiatur, & aduersarius petat, vt tutor, vel curator ad lites ei detur, compellendus erit etiam inuitus tutorem, vel curatorem accipere, alioquin non erit audiendus, cùm non habeat personam legitimam standi iniudicio, & processus & sententia contra eum lata esset nulla, vt probat text. in l. non ideo minus. C. de procurat. & firmat gloss. fin. in. l. si longius. §. fin. ff. de iudi. ibi. putò quòd. vbi eam sequũtur Bart. Bald. & Paul. & Bancius, tracta. de nullit. ex defectu inhabilitatis. n. 42. & Ange. in. §. 1. num. 4. Instit. de curat. pro cuius opinione est. l. 13. titu. 16.

25 p. 6. Vnde constat, hunc minorem causatiuè & non præcisè cogẽdum esse, tutorem vel curatorẽ suscipere, hoc est, q̃ si velit audiri in iudicio, tutorem vel curatorem accipiat, aliàs non audiatur: in quem sensum est accipiendus text. in l. 3. §. si pupillus. ff. de tutellis. qui sibi vi

26 debatur contradicere. Qui curator satisdare debet, vt resoluimus infrà in isto tempore in versi. Quinto aduerte.

27 Quarto attendat actor, quòd si sit mulier coniugata, & contra aliquem voluerit in iudicio experiri, tenetur prius veniam à marito impetrare, quia absq; licẽtia mariti in iudicio esse non potest, vt probat tex. in. l. 55. Tauri. quæ habetur in. l. 2. tit. 3. libr. 5. Recopil. alioquin processus, & omnia acta essent nullius momenti: quæ licentia expressè à marito præstanda erit, nec sufficiet tacita: vt putà si maritus præsens esset, tempore quo mulier in iudicio ageret, nec

28 maritus contradiceret: Nam quoties ex. l. dispositione licentia alicuius in aliquo

quo actu requiritur, expressè & non tacitè erit præstanda, secundùm Bart. Angelum, Roma. & Imol. in l. 2. §. voluntatem. ff. soluto matri. Archid. & Ioan. Andr. in capit. Abbatem. de electione. lib. 6. & est cõmunis opinio, teste Corseto, in singulari suo, in parte, Licentiæ. Decio in consilio. 38. & eandem tenẽt plures alij relati ab Anto. Gomez in d. l. 55. nu. 5. & ab Auend. quos ipse ibi sequitur in declaratione. l. 4. &. 5. titul. de las exceptiones, libr. 3 Ordin. num. 39. quanuis Cisuen. in dict. l. 55. quæst. 14. & Anto. Gomez, ibi. nu. 5. opposita sentẽtiam teneãt, nempè tacitam licen
29 tiam sufficere. Nec talis licentia præsumitur, si actus reperiatur gestus à muliere coniugata, etiam ex diuturnitate temporis, nisi tantum tempus elapsum esset, cuius memoria hominum in contrarium non esset, vt resoluit Auenda.
30 vbi suprà, num. 41. &. 42. Non tamen requiritur, quod prædicta licẽtia in scriptis detur, sed sufficit testibus probari, vt tenet Montaluus in l. 41. Tauri. verbo, De la licencia. nam per epistolam, vel nuntiũ maritus hanc licentiam vxori dare potest, vt colligitur ex gloss. l. si cum dotem. §. si patri. verbo; Oportet. ff. soluto matrimo. text. l. honores. ff. de decurio. Barto. l. si filius famil. in fi. ff. de donat. notat Speculator in titu. de Actore. §. 1. col. 14. Bart. in l. fi. §. necessitate. in fi. C. de bonis quæ liberis. quos sequitur Cisuent. in dict. l. 55. Tauri. quæst. 9. & Roderic. Suarez in l. 13. titul. De las deudas. lib. 3. Fori. versi. Quæritur vlte
31 rius. Nec sufficit si à marito excommunicato præstetur talis licentia, vt tenet Bald. in l. 1. col. fin. C. de iuris & facti ignorantia.
32 Ex quibus sequitur, quòd cum mulier coniugata sit impedita agere, quòd matrimonio constante, cõtra eam non currat præscriptio in suis bonis, etiam non dotalibus, per tex. in l. in rebus. §. fi. C. de iure dotium. & facit Regula quòd non valẽti agere nõ currit præscriptio, vt in l. 1. §. fin. C. de annali exceptione. & in Authen. nisi tricennale. C. de bonis maternis. vbi Pinelus à nu. 42. prædictam regulam explicat, & pluribus ornat. Nihilominus tamen Ioan. Faber in l. 1. col. 2. C. de bonis maternis, oppositam sententiam tenet argum. text. in cap. constitutus. de in integr. restit. præsertim quòd in cũria ecclesiastica potuit agere, & impedito currit tempus si non fecit diligentias de tollendo impedimento, vt in cap. fin. de electione. Cisuentes tamen in dict. l. 55. in fin. distinguit in hunc modum, videlicet, quòd contra talem mulierem in rebus dotalibus non currat præscriptio, & ita intelligit text. in dict. l. in rebus. §. fi. glo. 3. & Docto. in cap. cum non liceat. de præscrip. & conuenit. l. 8. titul. 29. part. 3. & idem esse in rebus donatis propter nuptias, quæ hodie Arrhæ dicuntur, resoluit Rodericus Suarez in titul. de las arrhas. lib. 3. Fori. in. 1. l. & eũ refert Gregor. Lupus. dict. l. 8. verbo, En dote. In rebus verò non dotalibus, inquit Cisuentes quòd præscriptio contra eam currat, per text. l. velles necne. C. de reuocand. donat. Nec obstat tex. in dict. l. 1. §. fi. C. de annali excep. nam respondeo, quòd mulier in præsenti potuit agere cũ licentia mariti, ad quã præstandã erit compellẽdus, vt in l. 56. &. 57. Tauri. cæterùm in dict. l. 1. §. filiusfamilias non potuit agere impediente patria potestate. Sed quia congrua ratio differentiæ reddi non potest inter coniugatam, & filiumfamilias, cùm filius possit agere de licentia patris, & compellere patrem ad dandam sibi licentiam, vt in. l. fin. § necessitate. C. de bon. quæ lib. ideo ipse Cisuentes hoc reliquit cogitandum. Vnde Palatius Rubeus in dict. l. 55. Tauri. numero. 21. & ibidem Doct. Castellus in glo. fin. versic. Adde mulier. existimant, præscriptionẽ non currere contra talem mulierem, tam in bonis dotalibus, quàm in alijs quibuscunq;, tum quia est impedita agere constante

cõstãte matrimonio, tum etiam quia ex alio capite contra cõiugatã ptæscriptio non currit, ex eo quod est prohibita cõtrahere, & alienare, vt probatur in.d.l. 55. Tauri. & contra prohibitum alienare præscriptio non currit: nam in alienationis verbo præscriptio continetur, vt in.l. Alienationis verbũ. 28. ff. de verborũ signific. & ita firmant glos. & docto. in.l. 1. C. si aduersus vsucapio.

Soluto Mihi autem magis placet opinio Ioannis Fabri, cui libenter adhæreo, existimãs in praxi tanquam veriorem, & receptiorem admittendam fore, ex eo q̃ qui de facili impedimentum remouere potest adeundo iudicem, vel alio modo, impeditus dici non potest, vt probat tex. in.l. qui potest. 135. ff. de regu. iur. & ibi notãt. gl. & Decius. tex. & ibi. Panorm. in.c. fin. de elect. optimus tex. in.l. quibus diebus. ff. de cond. & demõstra. ex quo idem colligunt Alberic. & Bald. ibi. Felin. Rubeus. & alij plures, quos refert & sequitur Pinelus in Authenti. nisi tricennale. nu. 48. C. de bon. mater. & ad idẽ est text. melior in.l. sed & si. §. hæc clausulæ. ff. ex qui cau. maio. sed mulier coniugata de licẽtia mariti, vel eo recusante adeundo iudicem, vt maritum compellat ad præstandã sibi licentiam, potest esse in iudicio, & sic illud impedimentum remouere, iuxta text. in. 55. Tau. cum duabus sequent. quarum decisio innouata est. in.l. 2. 3. & 4. tit. 3. lib. 5. Recopil. Ergo aduersus eam bene poterit præscriptio currere in bonis non dotalibus, nec arrhalibus, cum possit facili negotio impedimentum remouere. sic etiam contra filium familiàs currit præscriptio in illis bonis, in quibus pater non habet vsumfructum, vel illi renũciauit, quia licèt absq; licentia patris non possit agere tamen cum illud impedimentum de facili potuit remouere per iudicis aditũ, vt patrem compelleret ad dandam sibi licẽtiam iuxta speciem text. in.l. fi. §. necessitate. C. de bonis, quæ liber. ideo contra filiumfamiliàs in illis bonis præscriptio currit viuo patre, secundum Bald. in dict. Authen. nisi tricennale. ante numerum. 1. Bald. in.l. 1. nume. 21. C. qui admitti. Balb. Tractatu de præscrip. 1. p. 6. partis. nu. 15. in princ. & plures alios, quos refert & sequitur Pinelus, vbi suprà. num. 33. Vnde cõstat, lapsum fuisse Cifuentem in dict.l. 55. Tauri. in fin. dum asseruit, rationem differentiæ cõstitui non posse inter mulierem coniugatam, & filiumfamiliàs, quasi voluerit contra filium familias non posse præscriptionẽ currere in bonis, in quibus vsusfructus patri non quæritur, etiam si de licẽtia eius possit agere, & iudicem adire, vt patrem compellat, cum tamen oppositum verum sit, vt suprà resoluimus. Nec huic nostræ veræ opinioni obstabit dicere contra reuerẽtiam marito, vel patri debitam videri, quòd iudicem adeant, vt maritum vel patrem cõpellat, iuxta ea, quæ notat Pinel. vbi suprà. n. 45. in fi. nam respondeo, quòd vxor & filius familias hoc facere possunt ex permissu legis, atq; ideo eis licitum, & honestũ est, argum. l. Grachus. C. de adult. Non etiam refragatur argumentum adductum ex dict. l. alienationis verbũ, Nam respondetur, oppositã sententiam veriorem esse, imò prohibita alienatione, non censeri prohibitam præscriptionem, seu vsucapionem, secundùm Barto. in.l. filius fam. §. diui. num. 22. de leg. 1. cuius opinionem veriorem testatur Pinel. vbi suprà. nu. 25. & opinioni Ioann. Febri reiectis eius fundamentis expresè se subscribit per plura fundamenta Roder. Xuar. in.l. 3. tit. de las deudas. lib. 3. Fori. versi. Quæro vlterius, vtrum. quo in loco satisfacit tex. in.l. 1. §. ne autem. C. de anna. excep. quem etiam aliter, & nouè intelligit Pine. vbi suprà. nu. 45. consensit satis huic opinioni Grego. Lup. in.l. 8. tit. 29. part. 3. in gl. verb. En dote. dum quærẽs, an in bonis non dotalibus, nec arrhalibus mulieri cõiugatæ præscriptio currat, se

rat, ſe remittit ad Ioan. Fabr. & ad Panor. in c. 2. de cõce. præb. vbi Panor. firmat impedimentũ non excuſare eum, qui per aditum iudicis illud remouere potuit: hanc tamen opinionem Fabri limitat Roder. vbi ſuprà. d. l. 3. quãdo maritus eſſet ita ſæuus, & auſterus, quòd præſumeretur manus violentas in vxorem inijcere, ſi eum ad iudicium traheret: cuius doctrinã ego intelligo veram, quando maritus ſolitus eſſet mulierem male tractare, & minas in executionem ponere, ex his quæ nos infra reſoluimus in. 3. tomo. c. 5. §. 4. nu. 6.

33 Aduerte tamen, quòd ſi maritus in initio litis præſtitit prædictam licẽtiam vxori, non requiritur alia licentia, nec nouus cõſenſus mariti ad prolationem ſententiæ, vel executionem eius, vt reſoluit Ciſuẽt, in dict. l. 55. Tauri. quæſt. 15. per ea quæ notant glo. & Docto. in dict. l. fi. §. neceſsitate.

34 Aduerte etiam, quòd maritus poterit ratum habere omne actum in iudicio per eius coniugem abſque licentia, & validum erit, vt probat text. in l. 58. Tauri, quæ habetur in l. 5. titu. 3. libr. 5. recopil. Quod intellige verum ſi ratificatio interueniat anteaquam exceptio nullitatis oppoſita eſſet per aduerſariũ. vt tenet Ciſuẽtes in. d. l. 58. in. 2. dubio.

35 Aduerte inſuper, ℔ ſi neceſsitas exegerit, & maritus noluerit præſtare vxori licentiam ad agendum, quòd poterit per iudicem compelli præcedẽte cauſæ cognitione, vt dictam licentiam præſtet, iuxta text. in l. 57. Tau. quæ habetur in l. 4. tit. 3. lib. 5. Recopil.

36 Rurſus aduerte, ℔ ſi maritus ſit abſens, & non ſperetur de proximo venire, tunc iudex poterit prædictam licentiam vxori dare præcedente cauſæ cognitione, vt in l. 59. Tauri. quæ habetur

37 in l. 6. titu. 3. libr. §. Recop. & ſufficit, ℔ maritus ſit abſens à loco in quo erit agẽdum, argũm. text. in l. abſentem, & in l. collegarum. §. 1. & in l. mulierum. §. fi. ff. de verb. ſignific. Nec erit neceſſe, ℔ abſit à territorio iudicis, vt aſſerebat Auend. in declaratione. l. 4. & 5. titu. de las exceptiones. lib. 3. Ordina. num. 43.

38 verſi. Quãdo: quia prædicta lex. 59. ſolum modò conſiderat, ℔ non ſperetur maritum de proximo venire, & ita ſi intra territorium ſit impeditus tali impedimento quòd non ſperetur de proximo venire iudex cum cognitione cauſæ legitimæ neceſsitatis, vel vtilitatis poterit prædictam licentiam concedere. nec ſatisfacit dicere, intra territorium poſſe à iudice compelli: nam propter reuerentiam maritalem rationi conſonum eſt, quòd mulier contra maritum non agat.

39 Aduerte præterea eandem licẽtiam poſſe iudicem coniugatæ concedere, quando maritus eſſet mutus, licèt præſens eſſet: vel quãdo eſſet furioſus: nam tunc loco abſentis habetur, vt in l. ſed ſi vnus. §. filiofamilias. ff. de iniurijs. & ita reſoluit Auend. vbi ſuprà. n. 41. & in his caſibus, quando iudex licentiam concedere poteſt, petitio erit formanda modo ſequenti.

Illuſtre Señor.

40 *YVlana, muger legitima de fulano, digo que yo tengo neceſsidad de mouer y tratar ciertos pleytos en juyzio contra fulano, y el dicho mi marido eſta auſente deſte lugar, y no eſpero que vendra tan preſto: por ende a V. m. pido que auida informacion de la auſencia del dicho mi marido, y de la neceſsidad que tengo de mouer los dichos pleytos, me mande dar licencia para los poder mouer y eſtar en juyzio, y hazer los demas autos neceſſarios para ſu buena expedicion: ſobre que pido juſticia, y el officio de V. m. imploro, y juro en forma de derecho. &c. que eſto no pido de malicia.*

41 Cæterùm

41 Cæterùm si mulier coniugata velit agere cõtra suum maritum ad inopiam vergentem pro dote sibi restituẽda, vel pro alimentis, aut alia causa bene poterit in iudicio experiri, sine licentia mariti, vel iudicis, argum. eorum quæ notat glo. in l. fi. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis. & in spetie firmat Alberic. quem sequitur Palac. Rubeus in Repe. cap. per vestras. §. 27. num. 1. & 2. de donatio. inter vir. Segura in Repet. l. 1. §. si vir vxori. col. 2. ff. de adquir. possess. & Cifuentes in dict. l. 55. Taur. q. 16. & ibi Anto. Gomez. n. 3.

42 Quintò aduertat actor, an experiri debeat cum maiori, vel minori. 25. annis: nã si maior fuerit reus, cõtra ipsum citatio & petitio erit formanda, si verò fuerit minor, habens tutorem, vel curatorem, tunc contra tutorem, vel curatorem, & ipsum minorem erit intentandum, iuxta tex. in l. 1. §. sufficit. ff. de adminis. tuto. vbi Bart. & Imol. in l. cõtra pupillum. ff. de re iudi. & probatur in. c. sua. & ibi not. Decius, de appell. num. 1.

43 alioquin processus gestus cum minore absque autoritate tutoris, vel curatoris nullus esset, vt probat text. in l. clarum. C. de auto. præst. & in l. acta. §. fi. & in l.

44 contra pupillum. ff. de re iudi. & tũc debet dicere: Pongo demanda a Fulano, y a fulano su tutor, o curador, vel sic: A fulano como actor, o curador que es de la persona y bienes de fulano. Cæterũ si minor cõtra quem actor velit agere, tutorem, vel curatorem non habuerit, citandus erit ad instantiam actoris, vt legitimè cõpareat responsurus actori: & si cõparuerit sine tutore, vel curatore, tunc actor petere debet, vt sibi detur curator ad litem, quo casu dabitur etiã inuito, vt probat text. in §. item inuiti. Instit. de curatoribus. & in l. qui habent. §. si pupillus. ff. de tutellis. & in l. 7. tit. 2. p. 3. & l. 13. tit. 16. p. 6. Qui curator ad litem datus statim debet satisdare, vt docet Bar. in l. & si species. ff. rem pupilli. & Neuiza. in consi. 17. n. 64. Alex. in cũ sil. 122. tomo. 1. & Menoc. lib. 2. de arbitra. cent. 2. casu. 50. n. 25.

45 Sexto aduertat actor, q̃ si agere velit contra ciuitatem, Villam, Oppidum, Capitulum, Conuentum, Collegium, q̃ conueniat procuratorẽ, siue syndicũ ipsius ciuitatis, Villæ, Oppidi, capituli, conuentus, vel vniuersitatis, non tñ singulares personas, vt probat tex. de iure cõi, in l. in tãtum. §. vniuersitatis. & ibi, Doct. ff. de rerũ diuis. & in l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. & de iure regio, in l. 13. titu. 2. p. 3. Benè

46 tamen verum est, libellum posse conci pi contra ciuitatem, & villam, Oppidũ, capitulum, vniuersitatem, vel conuentum, & si ab eis mittatur syndicus respõsurus, poterit cum eo processus agitari, secũdùm Ioan. Pla. in l. 1. C. de iure reipubl. libr. 11. afferentem quod si solus

47 syndicus citaretur, & compareret, sententia valeret, pro cuius opinione facit dict. l. 13.

48 Septimo aduertat actor, an actio quã velit intendere, cõpetat sibi contra aliquem defunctum, qui decesserit relictis hæredibus, quia tunc prius debet à iudice petere mandatum contrahæredes ad adeundam, vel repudiandam hereditatem intra certum tempus: nam omnes heredes debẽt requiri, prius quã curator detur bonis, vt docet Barto. in l. 1. nu. 3. ff. de curatore bonis dãdo. quo casu petitio modo sequẽti formabitur.

Illustre Señor.

49 *FVlano como mas aya lugar de derecho parezco ante v.m. y digo que fulano me esta obligado a dar tal cosa, y es difuncto, y passado desta presente vida, y dexo por sus hijos y herederos legitimos a fulano, y a fulano: A v m. pido mande dar su manda-*

miento

miento, en que mande a los dichos sus herederos, que dentro de vn breue tiempo parezcan ante v. m. legitimamente a acceptar o repudiar la dicha herencia, sobre que pido justicia, y el officio de v. m. imploro, y juro en forma de derecho. &c.

50 Tunc iudex præcipit, quòd intra tres dies compareant ad acceptandam, vel repudiandam hæreditatem, vel intra alium terminum à iudice præfigendũ, secundum distãtiam loci: & si in illo termino non comparuerint, actor incusabit eis contumaciam, & iudex præcipiet, ꝙ intra alios tres dies compareat, ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem: & isto secũdo termino elapso, actor incusabit secundã contumaciam: & tunc iudex assignabit tertium terminum aliorum trium dierum, asserens, quòd si non comparuerit, habebit eos pro acceptãtibus, vel repudiãtibus, prout actor maluerit. Intentabitq; actor aduersus eos tãquam in hæredes acceptantes: nam elapso tempore per iudicem concesso ad deliberandũ, hæredes habentur pro acceptantibus, vel repudiãtibus, quod deterius eis fuerit, vt ꝓbat tex. iuncta glos. verb. Deliberationem. in. l. scimus. §. sinautem. C. de iure delib. & tradit Pala. Rubr. in repe. Rubricę. §. 66. n. 3. de donat. inter vir. & vxorem. Explicat Mãtica in lib. 12. de coniectu.

51 vlti. volunt. tit. 13. à princ. Quod tamẽ intellige verum quo ad creditores, ad quorum instantiam terminus fuit præfixus, quia solum eis prodest, non alijs, argum. l. de ætate. §. qui tacuit. & in. l. fi. ff. de interrogat. act. docet Bald. in Rubric. C. de success. ædict. à nemine reprehensus secundùm Greg. Lupum. in. l. 2.

52 tit. 6. part. 6. verb. Cient dias. Sed hæredes si in aliqua ex illis dilationibus, comparuerint, petendo tempus iuris sibi assignari ad deliberandum, an adire, vel repudiare debeant hæreditatem, tunc tempus iuris poterit assignari, quòd est vnius anni, si à principe impetretur, & si ab alio iudice est nouem mẽsium, vt probat text. in. d. l. scimus. §. hæc quidẽ.

53 cui conuenit. l. 2. tit. 6. p. 6. vbi dicitur, tempus nouem mẽsium posse coarctari arbitrio iudicis, dummodo non sit tẽpus minus centum dierum: quod procedit ad hoc vt hæres habeatur pro adeunte, vel repudiante. Tamen quo ad hoc vt curator bonis detur ad respondendum creditoribus, breuius tempus præfigi poterit à iudice, vt probatur in l. 1. §. sanè. ff. de success. ædict. & in. l. si curatoris. C. de iure delib. & firmant cõmuniter doct. ex Alexan. Ias. & Deci. in Rubr. C. de success. ædict. & notatur in glo. c. ex parte. 1. de verborum signific.

54 Et hinc praxis orta fuit, quod iudex assignat decẽ, vel viginti dies hæredibus ad acceptandam vel repudiandam hæreditatẽ defuncti, secũdùm Palac. Rub. vbi suprà. sed si intra terminum eis præfixũ adierint hæreditatem, vel nec adierint, nec recusauerint (quo casu pro adeuntibus habentur, vt supra diximus) aduersus eos actio erit intentanda: at verò si hæreditatem recusauerint, requirendi erũt quibus causa successionis cõtingit, secundùm Bart. in. l. 1. nu. 3. ff. de curat. bonis dand. & Greg. Lup. in. l. 12. tit. 2. p. 3. in glo. verb. Sin herederos. Et si in gradu sequẽtes se abstinuerint, tũc actor petet, curatorẽ, vel defensorem bonis dari, qui dãdus erit, vt in. d. l. 1. ff. de cura. bon. dand. nam perinde erit, ac si sine hęrede defunctus decederet, quo casu curator bonis datur, vt probat tex. in. l. si diu. ff. quibus ex causis in posses. eatur. & in. l. 12. tit. 2. part. 3. not. Ange. & Imol. in. l. si seruus hæreditarius. ff. de stipulat. seruorum. & Iass. in. l. cum debitoris. C. de iudic. & notat Menochius in lib. 2. de arbitrijs. centu. 2. casu. 150. à n. 1. & curatore, vel defensore dato, ad

55 uersus eum erit intentandum. Similiter quoties maritus, vel eius hęres, aut quilibet

libet alius creditor voluerit conuenire vxorem, aut eius hæredem, prius debebit petere à iudice, quod præcipiat, vt intra breue tempus vxor vel eius hæres acceptet, vel repudiet lucra quæsita cõstãte matrimonio, vt docet Palac. Rub. in dict. Rubr. §. 66. &c.

56 Octauo aduertat Actor, an reus conueniendus, sit absens, in partibus remotis, vel sit captiuus, ita q̃ de proximo non speretur venire, quia tunc prius debebit comparere coram iudice asserẽs, aduersarium suum sibi debere certam quantitatem pecuniæ, absentemq̃ esse in partibus remotis, & bona reliquisse, opusque esse defensorem illis bonis dari, aduersus quem ipse actionem intendat, quo casu iudex (recepta informatione absentiæ, debiti, & quòd illa bona spectant ad absentem,) præcipit bona sequestrari, & defensorem eis dat, aduersus quem actor pro suo debito aget: quod procedit per text. in l. ab hostibus, iuncta glo. ibi. ff. ex quibus causis maiores. & in l. 12. tit. 2. part. 3. & notat Menochius libr. 2. de arbit. centu. 2. casu. 150. à nu. 15. & processus fulminabitur, vt dicimus infrà, in. 5. part. huius primi tomi.

Ex Tertio Tempore.

SVMMARIA.

1 *Citatio quid sit?*
2 *Iudicium propriè non incipit à citatione, sed impropriè.*
3 *Citatio necessaria, vt iudiciũ inchoetur.*
4 *Defensio à iure naturali prouenit.*
5 *Defensio nemini deneganda est.*
6 *Iudex pro absente defensiones supplere debet.*
7 *Citatio omni iure introducta.*
8 *Iudicium sine citatione etiã coram principe actum nullum omnino est.*
9 *Si detur commissio procedendi, nullo iuris ordine seruato, intelligenda est de alio ordine, quàm citationis.*
10 *Intellectus. l. 10. tit. 7. lib. 4. Recopil.*
11 *Citatio ab omni iure descẽdit, modus tamen & eius forma à iure tantum positiuo qui variari potest, & alterari, per. l. aut principem.*
12 *Prima citatio ad iudicium est de iure naturali, reliquæ inductæ ad præparationem sententiæ de iure positiuo, & ab eo tolli possunt.*
13 *Multi sunt casus, quibus proceditur absq; citatione, quia defensio in eis nõ competit reo.*
14 *Citatio altera realis, altera verbalis.*
15 *Realis citatio quæ sit.*
16 *Citatio verbalis quæ sit.*
17 *Citatio verbalis vna iuris, altera hominis est.*
18 *Citatio verbalis iuris quæ sit.*
19 *Citatio verbalis hominis in plures species scinditur.*
20 *Citatio fit per edictum.*
21 *Citatio fit etiã per literas, seu epistolã.*
22 *Citatio regulariter fit per scripturam.*
23 *Citacio fit per vocem præconis.*
24 *Citatio aliquãdo proprio iudicis ore fit quæ vim peremptorij obtinet.*
25 *Citatio per nuntium, apparitorem, aut executorem fit.*
26 *Nuntius aliquẽ citare non potest absq; iudicis mandato.*
27 *Citatio quæ extra locum vbi sit iudex est faciẽda, licèt intra eius territoriũ, mandatum in scriptis exigit.*
28 *Nuntius debet de iudicis mandato reũ etiã in criminalibus citare, quòd de in re*

re communi, & Castellæ procedit.

29 Si nuncius nullo iudicis præcedẽte præcepto aliquem capiat qui delictum cõfiteatur, nulla erit eius confessio.

30 Nuntius in quatuor casibus absque iudicis mandato poterit aliquem capere realiter.

31 Nuntio asserenti se aliquẽ citasse credendum est.

32 Nuntio dicenti, sibi iniuriam illatam, nulla fides adhibenda, nisi testibus probet.

33 Nuntio vt credatur aliquem citasse, requiruntur duo testes de iure Castellæ, si ille sit nuntius iudicis inferioris, si regis vnus testis sufficit.

34 Iudicibus curiæ Regis asserentibus, aliquem citasse datur fides absque vllo teste.

35 Citatio etiam fit per tabellionem intimantẽ libellũ de mandato iudicis,

36 Libelli oblatio vim citationis non habet, tamen eius notificatio de iudicis mandato vim citationis obtinet.

37 Citatio fit etiam per partẽ aduersam.

38 Citantur aliquando aliqui per tubam, aut campanam.

39 Citandi sunt omnes de quorum præjudicio principaliter & non secundario tractatur.

40 Is in quem petitio dirigitur præcipuè citandus est.

41 Citatio debet emanare à iudice iurisdictionem habente.

42 Citatus à iudice incompetenti coram eo comparere debet, suum priuilegium allegaturus, nisi notoriè & clarè de incompetentia eius constet.

43 Citatio ad partis instantiam decernenda est.

44 Citationem ad partis instantiam decernendam esse non probatur in capi. 1. de iudi. contra Panorm.

45 Citatio decernenda absque partis petitione quando iudex ex officio procedit.

46 Citatio in actis processus descripta, parte petente, & ex iudicis præcepto decreta præsumitur in dubio.

47 Intellectus ad l. 3. tit. 3. lib. 4. Recop. & apud Lusitanos libr. 3. tit. 1. §. 1.

48 Plura de citatione remissiuè.

Tertium Tempus,

De Citatione.

1 OMnis institutio processuũ ab ipsa citatione exordiũ sumit, quæ nihil aliud est, q̃ iuridica vocatio ad iudicis cõspectũ, estq; fundamentũ, & principiũ ordinis iudiciarij, seu caput substantiale ordinũ iudiciorum, vt colligatur ex §. fi. Instit. de pœna temerè litigãt. & ex glo. Rubr. ff. & C. de inius vocand. glo. in Clem. 1. verbo, Citationes. de iudicijs. & ex l. 1. tit. 7. part. 3. & ita definit. Alciat. in practi. 1. part. fol. 13. cui subscribit Didac. Perez in l. 1. tit. 2. libr. 3. Ordinam. col. mihi. 813. & nemine relato consentit Damhauderius in praxi. cap. 54. num. 1.

2 &. 2. Nec intelligas inde propriè iudicium incipere à citatione, sed potiùs impropriè, vt suprà resoluisti in fine primę

3 annotationis: Nihilominus tamẽ ex superioribus constat, citationem omnino necessariam esse ad iudicia inchoanda, cum defensionem respiciat, quæ à iure prouenit naturali, vt in. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & in. l. 1. §. cum atietes. ff. si quadrup. paup. fecis. dicat? quæ nemi

4 ni deneganda est, vt in. l. defensionis fa-

5 cultas.

cultas. & ibi Bart. C. de iure fisci. lib. 10. & in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst. & in cap. cum inter. extra de exceptionibus. Ideoq; iudex nõ solũm illam tollere, imò, pro absente defensiones supplere debebit, vt in l. si non defendãtur. ff. de pœnis. & l. ampliorem. C. de appellat.

7 Omniq; iure introducta est: nã Deus omnipotens volens exemplum iudicibus seculi præstare, vt inquit text. in c. Deus omnipotens. 2. q. 1. vsus fuit hac citatione, priùs quàm Adam iudicaret dicens, Adam Vbi es? vt cõstat Genes. c. 3. Et de iure naturali inuentã fuisse cõstat ex Clem. pastoralis. §. cæterũ. de re iud. ad effectũ vt vnusquisq; se defenderet, vt in l. de vnoquoq;. ff. de re iud. & l. nam ita diuus. ff. de adop. quæ defensio de iure naturali est in d. l. vt vim. de iure canonico & ciuili necessariam esse constat ex text. in c. inter quatuor. de maior. & obed. & in l. Arrianus. ff. de iure fisci. & docet Bart. in Extrauag. ad reprimendũ. verb. Sine figura. & Imol. in

8 Clem. sæpe. de verb. signi. In tantum ℘ omissio citationis reddit nullum omne iudiciũ, etiã si coram Principe ventiletur, vt probatur in d. Clem. pastoralis. §. cæterũ. & in. ca. 1. de causa possess. & propriet. quod intellige vt per Couar. in pract. quæstionib. c. 23. nu. 6. versic.

9 Tertio. Quo fit, ℘ si in aliqua cõmissione dicatur, vt procedatur non seruato iuris ordine, illud intelligi debet de alio ordine, puta de conclusione, iuramento calumniæ, libelli oblatione, & de alijs, non tamen de citatione, quia hæc omitti non debet, nec per principem, nec per legem, vt probatur in. d. Clem. pastoralis. §. cæterũ. & in. d. Clemen. sæpe. & in d. cap. 1. de caus. poss. & prop. & tradit. Marãt. de ordine iud. 6. p. mẽbro. 1. nu. 3. Assinius. in praxi. §. 1. c. 1. n. 28. & Bantius de nullit. proces. in Rubr. de nullit. ex defectu citationis. n. 8. nisi in aliquibus casib', quos notat Couar. in pract. questionib. c. 23. n. 6. vers.

Primũ. Et iuxta hanc resolutionem intelliges text. in l. 10. titu. 7. lib. 4. Reco-

10 pila. vt dum disponit, processum valere non seruato iuris ordine, sed tantum constito de veritate, procedat & intelligatur de alio ordine, non verò de citatione, cum tolli nequeat, nec per principem, nec per legem.

11 Aduerte tñ, ℘ licèt hæc citatio descẽdat à iure diuino, & naturali, omniq; iure sit approbata, tñ modus & forma citandi introducta sunt à iure positiuo, ac ideò modus poterit variari, & alterari per principem, vel legem; vt not. Bald. in l. 1. nu. 7. C. quomodo & quando iudex. Felin. in c. dilecti. col. 5. de except. & Alexand. consi. 225. col. 2. tomo. 6.

12 Hinc est, ℘ prima citatio, per quam potest quis se defendere, dicitur de iure natarali, & ℘ à principe non potest tolli, reliquę tamẽ citationes, quæ inductę sunt ad præparationem sententiæ, de iure positiuo dicuntur institutæ, & à principe tolli possunt, secundùm Bald. in. c. cum sit Romana. col. fi. de appellat. Decium in. l. militis. n. 12. ff. de testamento milit. & Matthæum de Afflict. in decis. Neapoli. 283. & Couar. vbi suprà versi. primum.

13 Hinc fit, ℘ in multis casibus absq; citatione proceditur, quia defensio reo non competit, quos cõgerit Marianus Socinus in Rubr. de dilationibus. artic. 7. principali, & Antonius Micellus. in cõcordat. glo. iuris ciuilis, & canon. cõcordãtia. 52. Ias. in l. nec quicquã. §. vbi decretum. ff. de officio procõsulis. Hippolyt. in singu. 175. Marant. vbi suprà, à nu. 5. & Bantius de nullit. ex defectu citationis. n. 21. & Couar. in pract. quæst. c. 23. nu. 6. versi. 2.

14 Est aduertendum, citationem duplicem esse, nempe realem, & verbalem:

15 realis est', quæ fit per detentionem, seu captionem personæ, de qua loquitur text. in l. neminem. C. de exhibẽd. reis. & in cap. si clericos. de sentent. excom. in. 6. tradit. Bart. per tex. ibi. in l. pleriq;.

ff.de in ius vocand. Ioan. Andr. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro com
16 pet. libr. 6. Verbalis autem citatio est, quæ tantùm verbis fit: & has duas species citationis colliges ex text.in.l. consentaneum, & ibi gloss. verb. Cogendum. C. quomodo & quando iud. tradit Socinus in Tract. de citatione, ar-
17 ti. 3. Rursus citatio verbalis est duplex;
18 vna iuris & altera hominis: citatio iuris dicitur illa quæ à lege fit, de qua in.c. 1. &.cap.cupientes.de electione,in.6.&in cap. quanuis de offic.ordin.in.6. & in.l. fi.C.de dolo. &differentiam inter vtrãq; refert Didac.Perez in.l.1.tit.2.libr.3.
19 Ordinam.versic.Differt tamen. Præterea citatio verbalis hominis subdiuidi-
20 tur in plures species. Prima est, quæ fit per edictum, de qua agit text.in cap.gratũ.de officio deleg.cap.fi. de dolo & cõtũma. & tradit Bart. in Extrauag. ad reprimẽdum.verb.per ædictũ. &.l. 3. ti-
21 tul. 10.lib 4.Recopilat. Secuda est, quæ fit, per literas seu epistolã, de qua agit tex.in.l.sed intrepollatur.§. fi arbiter.ff. de receptis arbit. & in cap. quoniã contra. de probat.& Bar.in. d. Extrauag. ad reprimendũ.verb. Per literas. & in.l.3.
22 tit.3.lib.4. Recop. regulariter tamen citatio in scriptis fit,vt pro regula constituit Dueñas in regul. 93. Tertia est,
23 quæ fit per vocem præconis. vt in Authen.qui semel.C. quomodo & quando iud.& in.l.fi.C. de ferijs.& in.l.7.titul.6.lib.2. Recop.& in.l.3.tit 10.lib.4.
24 Recop. Quarta est,quæ fit proprio ore iudicis, de qua agit text in. l. 2. C. quomodo & quando iud, & ista habet vim peremptorij, vt notat Mathesilanus in singul.131. Corsetus in singulari citatio. 2. Barbac. in Clem.1.de exceptio. col.12. & Iaſ.in.l. si procurator. not.1.
25 ff.de verbor.obliga. Quinta quæ fit per nuntium, apparitorẽ, seu executorem, vt in cap. prudentiam. 1. resp. de offic. deleg. & cap. cum parati. de appellat.& in.l.magis. versic. Illud. ff. de rebus eorum. & tradit Barto. in dict. Extrauag.
26 ad reprimend. verb. Per nuntium. Iste tamen nuntius destinatus ad citandum non poterit citare absq; commissione, & mandato iudicis, vt probatur in.l. cum clericis, & ibi Bald. C. de episcop. & cleri. & in.l. sed si hac. §. prætor ait. ff. de inius vocãd. firmat Bar. vbi suprà verb.Per nũtiũ.& probatur in.l.1.tit.7. p.3.l.2.ti.29.p.7.&.in.l.3.ti.3.lib.4. Re
27 copil. Quinimò si citatio fieri debeat extra locum iudicis, tamen intra eius territorium, necessarium erit mandatũ iudicis in scriptis redactũ, vt probat text. in. d. l. 3. lib.4.Recop.& apud Lusitanos lib. 3. Ordina. tit. 1. §. 1. vbi dicitur, quòd si citatio fieri debeat intra ciuitatem, quòd nuntius porerit citare absque licentia iudicis, & eius mãdato.
28 Et quòd de mandato iudicis nuntius debeat citare de iure communi, & de iure huius Regni Castellæ, in causis criminalibus etiã procedit, vt probat text. dict.l.neminem.C.de exhibend.reis. & in.l.6.titu.4.lib.3.Recopila.&.l.7.titul. 23.libr.4. Recopilat. alioquin si asque
29 mandato iudicis nuntius personaliter caperet aliquem. & confiteretur delictum, talis confessio esset nulla, nec ex ea delinquẽs posset puniri: ita cum Ancharra.& cõmuni firmat Alexand. in.l. qui in aliena.§.Celsus.col.fi.ff. de acqui
30 rend.hæred.In quatuor tamen casibus, absque mandato iudicis nuntius poterit realiter capere, quorum meminit text.in.l.2.tit.29.part.7. & tradit Didacus Perez in.l.1.tit.2.libr.3.Ordin.col. mihi.819.
31 Aduerte etiam, ꝙ nuntio asserenti, se aliquem citasse plena fides adhibẽda erit,secundũ glo.in.c.cum paratis verb. nuntius de appell, & plures alios quos refert & sequitur Decius ibi.n.10.asserens hanc esse magis cõmunem,& Menochius lib.2.de arbitrar.centuria.2.casu.112.n.1.& tenẽt cõmuniter omnes, teste Niconitio in repet. c. quoniam cõtra fal.de probat.vers.Citationes.n.99. At tamen glo.in.d.c. quoniam, verbo,

Cita-

Citationes. & gloss. in cap. 9. sicut. verbi Vocatos de elect. & plures alij relati à Tiraquello de retractu. §. 8. glo. 9. num. 3. firmant soli nuncio asserenti se aliquē citasse, fidem non esse adhibendam, sed debere secum duos testes adhibere, coram quibus citationem faciat, quorum opinio iure nostro regio comprobatur, ex iuribus infra referendis. Cæterùm Hostien. Panor. & plures alij in d. cap. cum parati. & Menochius vbi supra, num. 8. dicunt hoc relinquendum esse arbitrio iudicis, qui qualitatem personarum, & negocij considerans, & nil contra nuncium vrgere præuidens, probabit eius fidem, & si aliquam causam iustam viderit ob quam à fide nuntij recedere debeat, vtiq; recedet. Non tamē erit credendum Nuntio asserenti, sibi fuisse iniuriam illatam à citato, nisi testibus probetur, secundùm glo. in cap. venerabilibus, verb. Iudicio. de sententiâ excommunicationis, in. 6. tradit Segura in. l. si ex legati causa. nu. 58. ff. de verborum. & resolut Menoch. vbi suprà. num. 12.

32 33 At verò de iure huius regni ad hoc vt fides adhibeatur Nuntio asserenti, se aliquem citasse, requiruntur duo testes, si nuntius fuerit iudicum inferiorū, si verò fuerit nuntius regis, vnus testis

34 sufficiet. Iudici regiæ curiæ asserenti, se aliquem citasse, creditur absque aliquo teste, ita disponit. l. 1. titu. 7. par. 3. & firmat Montaluus, in. l. 6. tit. 3. libr. 2. Fori. verbo, Suome. & Rebuf. de citatione. artic. 1. glo. 4. n. 14. & Didacus Perez in l. 1. tit. 9. lib. 2. Ordina. col. mihi. 1120. & in. l. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin. glos. 1. q. 23.

35 Sexta citatio est, quæ fit per tabellionem cum intimatione libelli de mandato iudicis. argum. text. in cap. circumciliones. 23. quæst. 5. ibi. Sed illorum notarijs. & probatur in. l. 3. tit. 3. lib. 4. Recopila. tradit Damhauderius in praxi.

36 cap. 54. num. 6. Nam licèt libelli oblatio vim citationis nō habeat, vt firmat, glo. in. l. 1. ff. de in ius vocand. per text. in. l. libertus. ff. eod. tit. tamen libelli notificatio per tabellionem de mandato iudicis vim citationis habet: nam si per nuntium fieri potest, à fortiori per tabellionem.

37 Septima citatio est, quæ fit per partem aduersam, de qua agit. l. 1. ff. de seruis fugit. & l. eum qui. §. si epistola. ff. de furt. & not. Ias. in. §. quadrupli. num. 32. Instit. de act. & Montaluus in. l. 6. titu. 3. lib. 2. Fori. verb. Suome.

38 Octaua citatio est, quæ fit per tubam vel campanam, de qua agit glo. in Clemen. grauis. verbo, Voce præconia. de senten. excommuni. tradit Socin. Tracta. de citatione. art. 3. & Montal. vbi suprà. Et ita in ecclesia cathedrali Salmantina tempore interdicti canonici per tubam ad horas canonicas citātur: & nos in hac vniuersitate Salmantina per campanam citamur, vt in capella Beatæ Barbaræ congregemur ad examen priuatum subeundum per aliquem licentiandum.

39 Aduerte insuper, quòd omnes sunt citandi, de quorum præiudicio principaliter non secundario agitur, vt probat text. in. l. nam ita diuus. ff. de adoptionibus. l. 1. §. denūtiari. ff. de ventre inspiciendo. quem text. ad hoc allegat Bald. in. l. iubemus. col. 2. C. ad Trebel. & in Rubr. in fin. C. de succeſſ. edict. ad idem est text. in. l. de vnoquoq;. ff. de re

40 iud. Et præcipuè est citandus is contra quem petitio dirigitur, vt probatur in cap. fi. de maior. & obed. & tradit Bald. in. l. ab eo. in fin. C. quomodo, & quando iud. Felin. in ca. fi. de maior. & obed. col. 2. Alexand. consil. 86. tomo. 2. Decius. 445. libr. 4. col. 8. Marianus Socinus in Tract. de citatione. artic. 5. quæst. 1. & Miles in repertorio. verbo, Citari oportet.

41 Rursus aduerte, quòd citatio decerni debet à iudice competenti, iurisdictionem habente, iuxta text. in Clem. 2. vt lite pendēn. iuncta gl. ibi. verb. Competenti. quam testantur communiter receptam Perusinus. nu. 17. Decius. nu. 6.

in cap. si duobus extra, de appell. & Doct. communiter in l. si quis ex aliena. ff. de iud. & est communis opinio secundùm Ias. in l. more. num. 6. ff. de iurisd. omnium iudic. Nihilominus tamẽ
42 si quis citetur à iudice incompetenti tenebitur comparere ad allegandum suũ priuilegium, secundùm glo. in dict. cap. si duobus. verbo, Tenebit. per text. in d. l. si quis. & in l. ex quacunque. & ibi Ias. num. 37. ff. si quis vocatus in ius non ierit. & in l. 2. titu. 7. part. 3. Quòd intellige verum, quando de iurisdictione iudicis dubitaretur: cæterùm si notorium esset iudicem incompetentem esse, citatus non teneretur comparere etiam ad allegandum priuilegium, secundùm glo. capi. si episcopus. verb. Conuocarit 3. quæst. 4. glo. capit. conuenior. verbo, Congrueret. 23. quæst. 8. & glo. fin. cap. veniens, de accusat. & ibi remissiuè tradit Socinus. num. 286.

43 Præterea aduerte, quòd vt citatio firma sit decerni debet per iudicem ad instantiam partis, vt probat text. in capit. proposuisti. ibi, ad petitionem cuiusdã aduersarij. de foro compet. & in l. properandum. §. & si quidam. C. de iudic. ibi, requirente aduersario. & ita firmat Panorm. capit. 1. de iudic. & Socinus in Tractat. de citatione, artic. 6. num. 1. & plures alij, quos refert & sequitur Duenas in Regul. 96. Hæc opinio licèt vera
44 sit, non tamen probatur in dict. cap. 1. de iud. quidquid ibi dicat Panorm. quia ibi tantùm series facti ponitur, vt benè aduertit Decius ibi. num. 7. intelligetamẽ prædictam opinionem veram esse, nisi
45 iudex procederet ex officio, vt notat Panorm. in dict. cap. proposuisti. not. 2. Alexand. l. 4. §. Iulianus. ff. de iud. & Ripa in cap. 1. num. 2. extra de iudic. At ve-
46 rò quoties citatio in actis processus descripta inueniretur, ex mandato iudicis, parte petente in dubio præsumeretur decreta, ita tenent Doct. communiter, teste Barbatia, nu. 13. & Ripa. num. 20. in dict. cap. 1. de iud. & Curtio. nu. 5. in l. ad peremptorium. ff. de iud. quãuis Augustinus Beroius in dict. capit. 1. nu. 49. incautè dicat oppositam sententiam receptiorem esse.

47 Ex quibus intelliges text. in l. 3. titul. 3. lib. 4. Recopi. & text. apud Lusitanos lib. 3. Ordin. titu. 1. §. 1. vbi dum ibi dicitur, Nuntium non posse aliquem citare extra ciuitatem in loco territorij sine iussu iudicis, alioquin puniri posse pœna, de qua ibi, & citationem nullam ipsò iure esse, intelligantur, illud verum esse, nisi in actis processus reperiatur citatio descripta, quo casu præsumitur de mandato iudicis facta fuisse, nisi cõtrarium probaretur, &c.

48 Et hæc sufficiant de citatione, à nobis dicta pro instructione, plura alia materiam citationis tangentia require apud Socinum in illo Tract. de citatione, & Sebastianum Banci. in Tract. de nullit. proces. Rubr. de nullit. ex defectu citationis, & in tit. 7. p. 3. & ibi Grego. Lup. & in. it. 3. lib. 4. Recopi. & apud Lusitanos. lib. 3. Ordi. tit. 1. & tradit Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 3. Ordin.

Postquam reus citatus fuerit, & comparere noluerit, vel iam quòd comparuit à iudicio recessit, sine iudicis licentia, tunc actori tria remedia de iure prodita sunt, in quibus erit procedendũ modo & forma à nobis assignata infrà in. 2. par. huius. 1. tomi. Si verò comparuerit reus legitimè, nec recesserit, tunc si actor non compareat, puniendus erit, iuxta text. in l. 5. titul. 3. libr. 4. Recopil. cæterùm si compareat actor in iudicio, offeret suum libellum petitionis, ideò de quarto tẽpore oblationis libelli erit dicendum.

Ex Quarto Tẽpore.

SVMMARIA.

1 *Libelli diffinitio scribitur.*
2 *Libellus de iure communi in scriptis*

ptis

ptis offerendus est.

3 Libellus in scriptis offerri debeat necne, iudicis arbitrio relinquitur de iure huius regni, dum tamen aliqualis petitio apud acta interueniat super qua iudex sententiã fundare ualeat.

4 Libellus in scriptis offerendus apud regia tribunalia, & auditoria.

5 Libellum cõcipiat aduocatus iuxta stylum regionis, ubi causa agitanda sit.

6 Libellus qualis debet esse.

7 Libellus compendiose & multiloquio contempto componendus est.

8 Libellus breuiter, & in summa quid cõtinere debeat, traditur.

6 Libellus nomen actoris seu accusatoris contineat.

10 Libellus nomen actoris aut accusatoris debet continere, si ipsemet compareat, si uerò eius procurator tunc eius nomen apponendum in libello erit.

11 Si constituto procuratore, constituens personaliter uult comparere ad aliquid petẽdum, debet in libello adjci, No reuocando mis procuradores, aliàs suos procuratores reuocare uisus erit.

12 Clausula libello solita apponi, Como mejor aya lugar de derecho. quos effectus operetur.

13 Clausula, Y me querello y pongo demanda. quam utilitatem afferat de iure communi, quæ nullam affert de iure regio.

14 Libellus absque conclusione sustinetur de iure regio.

15 Libellus etiam rei nomen contineat.

16 Libellus rem petitam continere debet.

17 Libellus constat ex facti narratione, causa facti, & conclusione.

18 Narratio facti in libello qualis esse debeat.

19 Petitio, & narratio obscura de iure regio non admittitur, quam etiam ex officio iudici repellere fas est.

20 Petitio generalis de iure regio in quibusdam casibus admittitur.

21 Petitio generalis libello concepta non repellebatur de iure communi parte non opponente.

22 Libellus continere debet causam, & ius sufficiens, ex quibus conclusio sequatur, nomen tamen actionis proponere opus non est.

23 In actionibus tam realibus quàm personalibus dupliciter causam reperiri constat, propinqua & remota.

24 Causa propinqua in realibus est dominium, aut ius reale: remota autem est causa, ex qua id fuit causatum.

25 Causa propinqua in personalibus actionibus ipsa obligatio est: remota uerò contractus ex quo ea ortum habuit.

26 In libello, in quo actione personali agitur, causa remotæ actionis exprimenda est: si uerò reali propinquam causam exprimere sat erit.

27 Clausula, Y pueſto que por mi ha sido requerido. &c. operatur, quòd per eam cõstet interpellationẽ extraiudicialem præcessisse: ut reus in expẽsis condemnetur.

28 Clausula, Porque pido a V. m. que auida mi relacion por uerdadera en quãto, &c. Quid opetur in libello posita.

29 Plura libello petens omnia astringitur probare.

30 Per clausulam, Por su sentencia diffinitiua, o por otra tal que en tal caso, &c. inducitur libelli conclusio, quæ nunquam omittenda est.

31 Si in libello narratio facti, & conclusio interueniant, cõclusioni standum erit, nisi apponatur clausula, Peto iustitiam: quia tunc narratis etiam erit standum.

32 Plures casus in quibus cõclusione opus non est in libello, remissiuè.

33 Clausula, Y assi condemnado, a ello le compella y apremie, &c. qualiter intelligatur.

34 Libellus in quo præposteratur ordo illorum verborum, Le compela y apremie y condene substinetur.

35 Clausula, Sobre lo qual todo, pido cumplimiento de justicia, Plures effectus habet, & nunquam omittenda tam ex parte actoris quàm rei.

36 Clausula, Y el officio de. v. m. imploro. operatur quòd iudex possit officium suum ad vtilitatem petentis concedere, licèt aliàs ad vtilitatem priuatam illud impartiri nequeat.

37 Clausula, Y las costas protesto. operatur quòd iudex victum in expensis condemnet, quem alias condemnare non potest parte non petente.

38 Iudex parte etiam non petente victum in expensis condemnare poterit, quæ factæ fuerint post litis cõtestationem.

39 Iuramẽtum malitiæ ante & post litem contest semel & pluries, quoties contra aliquem adest præsumptio, quòd aliquid malitiosè proponit, debet præstari, tam in secularibus quàm in ecclesiasticis causis.

40 Iuramentum calumniæ in secularibus tribunalibus regni Castellæ vsu receptum non est.

41 Iuramentum calumniæ de iure commun ad omnia, quæ accederent post litẽ contestatam præstandum est, ne quid in lite calumniosè fiat.

42 Aduocati regni Hispaniarum in libello actionis & in alijs petitionibus vtũtur iuramento malitiæ loco iuramenti calumniæ.

43 Si petitur à parte ipsa cum iuramento malitiæ aliquid, iuramentum qualiter præstandum.

44 Quando aliquid petitur à procuratore, tunc iuramentum malitiæ meius animam, & domini præstari debet, etiã si alia iuramenta in animam sui domini duntaxat præstet.

45 Clausula apponi solita in libello: juro a Dios y a esta Cruz, &c. necessaria non est.

46 Iuramentum calumniæ, parte aduersa non petente non est de substantia iudicij, & ideo nullitatem processus nõ inducit, & si omittatur tacitè.

47 Iuramento calumniæ tacitè renuntiari potest, non verò expressè.

48 In libello nomẽ iudicis apponendũ est cũ titulo qui suæ dignitati conueniat.

49 Nomen iudicis in libello omittitur de consuetudine, nisi in negotijs curiæ Romanæ.

50 Libellus inscribendus cum titulo conuenienti iudici coram quo porrigitur.

51 Exprimuntur tituli quidam, & inscriptiones, quæ in libellis, diuersis iudicibus apponi solent.

52 Libellus debet esse subscriptus manu aduo-

aduocati.

53 *Forma libelli in actione de constituta, Hispanè concepti.*

54 *Actio de constituta pecunia competit, si debitum præcedat.*

55 *Constitutor post debitum contractum, fideiussor ante, & post interuenire potest.*

56 *Actione de constituta obligatur quis nudo pacto.*

57 *Vt actio de constituta competat primũ debitum, non debet posse elidi exceptione de iure prætorio introducta.*

58 *Volens intentionem suam instrumentis probare, cũ libello actionis ea producere debet, & iurare ea vera & non falsa esse, aliàs post non admitteretur, nisi iuret de nouo instrumenta reperisse.*

59 *L. 1. tit. 2. lib. 4. Recopil. quomodo intelligenda.*

60 *Libelli ab actore oblati reo copia dãda est, vt cedat vel contendat.*

61 *Reus libello ab actore oblato, intra nouem dies de iure regio respondere debet.*

62 *Reus in causis gabellarum intra tres dies libello respondere tenetur.*

63 *Dilatio viginti dierum dabatur reo de iure communi, vt libello actoris responderet.*

64 *Si reus intra terminum iuris non compareat respondens libello actoris, tũc actor vno ex tribus remedijs vti potest.*

65 *Si reus compareat & cõfiteatur, quod in libello continetur iudicium finietur.*

66 *Si reus conuentus compareat negans, opponat dilatoriam aut fori exceptionem declinatoriam ante litis contestationem.*

Quartum Tempus,

oblationis libelli.

1 LIbellus varijs modis definitur, vt constat ex glos. in capitul. 1. de libelli oblatione, Speculat. in tit. de libellorum cõceptione. §. 1. Gofred. de libellorum forma, in principio, Alberi. tradit in suo dictionario. verb. Libellus pract. Papi. in form. lib. in. act. real. glos. 1. & Alciat. in sua practic. fol. 101. col. 2. Imol. & Ancar. in Clemen. sæpè. de verborum signi. asserentibus, libellum esse scripturam breuem continentem claram intentionem actoris. Et licèt libellus de iure communi in scriptis essẽt offerendus, vt probat text. in Authẽ. offeratur. C. de litis contestatione. & in cap. 1. de libell. oblatione. & ibi gloss. verb. Necessario. & Gratus consil. 75. nume. 22. & de iure Lusitan. idem esset dispositum. libr. 3. Ordina. tit. 19. in tantum quòd erat de substantia ordinis iudiciarij. vt not. gloss. in summa. 2. quæst. 1. & glos. in cap. de causis. de officio delegat. & gloss. in cap. 1. de libell. oblat. & gl. in. cap. quoniam contra falsam. verb. petitiones. de probat. Ias. in. §. tripli. numer. 35. Institut. de act. Tamen de iure huius regni relinquitur arbitrio iudicis, an libellus inscriptis sit offerendus necne? vt extat decisum in. l. 10. titul. 17. libr. 4. Recopilat. & explicat. Auendanius in suis responsis in responso. 1. à numer. 15. Quod verum est, dum modo interueniat aliqualis petitio in scriptis redacta apud acta processus per notarium, vel per viuam vocem petentis, super qua iudex possit suam sententiam fundare, vt not. glo. in dict. Clemẽ. sæpè verb. Necessario. Orosc. in. l. actione nu. 41.

nu. 41. ff. de edendo. & Auend. in dict. responso. 1. num. 17. At verò in regijs
4 Auditorijs, & supremis tribunalibus libellus in scriptis est offerendus, vt probat text. in l. 1. tit. 2. lib. 4. Recopi. & resoluit Ioannes Matiençó in dialogo relator. 3. part. cap. 43. num. 1.

5 Quando autem libellus inscriptis offerendus sit, aduocatus debet illum cõcipere secũdum stylum illius regionis, vbi causa agitanda erit, vt firmat glo. in Authen. offeratur. verb. Prædictis. Speculator in tit. de libellorum cõceptione. §. iam nunc. Socinus in cap. 1. col. fi.
6 de libell. obl. Debetq; libellus esse clarus, certus, & concludens petitionem agentis, per quem demõstretur species futuræ litis sine incertitudine, vt probat text. in l. 1. ff. de edend. & in cap. fi. de libell. oblatione. Iaff. in. §. omnium, num. 125. Instit. de act. Oroscius vbi suprà. n. 34. & probat text. in l. 4. tit. 2. libr. 4. Recopil. Et debet componi compen
7 diosè sub verbis breuibus absq; multiloquio verborum, vt probatur in. l. am pliorẽ. §. in refutatorijs. C. de appellat. & l. fin. C. de precibus imperat. offeren.
8 Et in summa quid libellus cõtinere debeat, tradit Speculator vbi suprà, sub quibusdam versibus, quos refert glos. in cap. 1. de libelli. oblatione. & Iaf. dict. §. omnium. num. 139. &. 144. Maranta. de ordi. iud. in dict. 6. par. memb. 3. n. 4. & versus sic se habent, *Quis, quid, coram quo, quo iure habetur, Et à quo rectè compositus quisq; libellus habet.* quòd etiam de iure regio probatur in. l. 40. tit. 2. part. 3. vnde operæpretium erit videre explicationem vniuscuiusq; clausulæ dicti libelli.

9 Primo in libello requiritur, quòd apponatur, Quis, nam nomẽ actoris, vel accusatoris, semper apponi debet, vt probat text. in. l. libellorum. in prin. ff. de accusat. ca. per scripta. §. libellorum. 2. q. 8. c. forus de verborum signifi. in. l. 4. titul. 2. part. 3. Et in isto regno formatur hoc modo, & si actor personaliter in iudicio compareat, nomen eius erit
10 apponendum, vt putà, Fulano vezino de tal lugar. &c. si verò per procuratorem compareat, tunc nomen procuratoris erit apponendum, forma sequẽti, Fulano en nõbre y como procurador de fulano, de cuyo poder hago presen-
11 tacion, &c. Et quia sæpissime contingit, & postquàm aliquis constituit procuratorem ad aliquã causam, ipsemet vult comparere personaliter in iudicio ad aliquid petendum in illa causa, vel alia, tunc post nomen eius in libello apposito, erit adijcienda sequens clausula, Fulano vezino de tal lugar (no reuocãdo mis procuradores) parezco ante. v. m. alioquin si prædicta clausula nõ adijceretur, per illam comparitionem visus esset, suum procuratorem reuocasse, vt probat text. in cap. si quem. de procurat. lib. 6. & not. glo. & Docto. in cap. non iniustè. extra de procurat. Bart. & omnes in. l. mutari. num. 5. ff. de procurato. Cepola in cautela. 119. Post nomen actoris solet adijci alia clausula,
12 scilicet. Como mejor aya lugar de derecho. quæ licèt non sit necessaria, est tamẽ vtilis, & habet hunc effectum, & si duo remedia proposita sint in libello, vnum aptũ, & aliud ineptum: vel aduocatus sit dubius de remedio cõpetenti, virtute dictæ clausulæ sustinetur libellus eo modo quo melius de iure valere possit, vt notat Imol. in. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de lega. 2. & in. l. nemo potest. in princ. ff. de leg. 1. Panor. & Belam. in. c. exhibita. de iudic. Et prædictæ clausulæ plures effectus cõgerit Decius in cap. cum super. n. 12. de offi. delegat. Iaff. in. §. omnium. n. 149. & nu. 151. Instit. de act. Marant. de ordi. iud. 6. part. memb. 3. n. 10. Hippolyt. in singul. 36.
13 Post prædictas clausulas solet apponi alia, scilicet, Y me querello y pongo demanda. quæ clausula licèt vtilis esset attento iure communi, cum per eam suppleretur defectus conclusionis, vt not. Bald. in. l. edita. numero. 6. C. de edend. & gloss. 1. capit. quia præsulatus.

1.q.4.& Iass.in.l.1.n.1.ff.de edend. iure tamen regio non est necessaria: quia absque conclusione libellus substinetur, dũ modo aliqualis petitio in scriptis redacta interueniat, ex qua colligi possit, quid actor petere velit, quamuis ineptè sit cõposita, vt probat text.in.l.10.tit.17.lib.4. Recop. Et idem dispositum est apud Lusitanos libr.3.Ordinat.titul.49. in principio.& notat Auend.in.1.responso.numero.18.& Matienço in dialogo relat.3.pa. cap.43.num.2.

14

15 Secundò in libello requiritur, quòd apponatur, A quo: quia nomen rei apponi debet, vt in dicta.l.libellorum in princip. & in dict.c.forus.& tradit Speculator in tit.de libelli conceptione.§.quid libellus, & concipitur hoc modo, Y pongo demãda contra fulano, &c.

16 Tertiò, in libello requiritur quòd apponatur, Quid: quia id, quòd petitur apponi debet, narrando factum per hanc clausulam, Y contando el caso de mi demanda, digo que assi es, vt probat text. in. l.si in rem.& in l.officium.ff.de rei vend.& ibi notat. Bart.& Porcæ.in.§.curare. Instit.de action. nã libellus ex tribus cõstat nempè ex facti narratione, causa facti, & conclusione, secundum Bar.in.l.si prius. num.3.ff.de noui operis.nũt.Ias.in.§.omnium, nu.115.Inst.de act. Quæ facti narratio debet esse breuis, clara, certa, & specifica per quam res petita suis limitibus, & qualitatibus exprimatur, & animus petentis constet, vt reus facilius deliberet, an cedere vel contendere debeat.ita probat text.in.c.2.de libelli oblatione.& expressius in.l.4.tit.2.lib.4.Recop. Petitio enim & narratio generalis, & obscura nõ admittitur de iure regio, imò & si nõ opnatur à parte, iudex ex officio repellere poterit petitionem generalem, & obscuram, vt probat tex.in.d.l.4.tit.2.lib.4.Reco.iũcta.l.10.tit.17.lib.4.Reco.& in specie not.Auẽ.d.respõso.1.n.19.& Matiẽço dialogo relat.3.p.c.43.n.3.&.4.nisi in quibusdã casib⁹ exceptis in.d.l.4.vbi narratio generalis admittitur, quãuis de iure

17

18

19

20

12 cõi libellus generalis non repellebatur, nisi parte opponẽte, vt not. Alex.cõsi.32.libr.4.cõsi.n.7.&.8.Marãt.de ord.iud.6.p. memb.3.n.16.Auend.in.d.responso.1.n. 19.& Matienço.vbi suprà.n.9.

22 Quartò, in libello requiritur, ꝙ apponatur, Quo: nã apponi debet quo iure, causa, vel actione petatur, nõ tamẽ necessariũ erit nomẽ actionis proponere, sed sufficit causam sufficientẽ ponere, ex qua cõclusio sequatur, secũdũ Barto.in.l.edita. C.de edẽd. Panor.& Feli.c.dilecti.de iudic.& cõiter oẽs ex Ias.in.§.omniũ.n.165 Instit.de act.& de iure regio probatur in l.40.tit.2.p.3.& latius resoluimus, infrà in.3.tomo in Initio. nu.7. circa quod est aduertendum, ꝙ in actionibus tam realibus, quam personalibus duplex causa reperitur, ꝓpinqua, scilicet, & remota, propinqua verò in realibus est dominiũ, seu ius reale: remota autem est causa illa, ex qua illud dominiũ fuit causatum. Cæterùm in actionibus personalibus causa propinqua est ipsa obligatio, remota verò cõtractus, ex quo oritur ipsa obligatio, ita docet Bart.in.l.& an eadem.§.actiones. nu.19.ff.de except.rei iud. Oroscius.n.18. & reliqui moderni in.l.1.ff.de except.rei iudi. His sic constitutis, resoluẽdum erit, quòd in actione personali est exprimẽda causa remota, & nõ sufficit propinquam exprimere, verbi gratia, si mihi debes decem ratione mutui, non sufficit dicere, peto decẽ, quia mihi ad illa es obligatus, sed requirit dicere, quia illa mihi debes ratione mutui: at verò in actione reali sufficit causã ꝓpinquã exprimere, nec necessum est remotã exprimere, vt putà, peto domum, quia ad me pertinet ratione dominij, vel quasi, nec opus est dicere, quia dominium ad me spectat ratione legati, vel alicuius contractus, ita firmat glos.in l.1.in principio.ff.de edend.recepta communiter ibi per Doct.& glo.in.c.2.de libelli oblatione.& hanc testãtur communem opinionem Panor.n.14.& Decius. n.9.in.c.dilecti de iudi.&c.

23

24

25

26

27 Post prædictam clausulã apponi solet clausu-

clausula sequens. Y puesto q̃ por mi ha sido requerido, no lo ha querido ni quiere hazer sin cõtienda de juyzio. vt per eã cõstet de interpellatione extraiudiciali, & reus veniat in expensis condemnandus, vt resoluisti suprà. 2. Tempore. n. 2.

28 Statim subsequitur alia clausula. s. Por q̃ pido a. v. m. q̃ auida mi relaciõ por verdadera, en quãto baste para el vẽcimiẽto desta causa, &c. quæ operatur hunc effe-

29 ctũ, quòd licèt plura in libello cumulãs ea oia adstringatur probare, vt docet Archi. in. c. 2. de testibus. in. 6. tñ per prædictã clausulã solũmodo adstringitur probare id, quod ad victoriã illius causę sufficiat: quæ clausula succesit in locũ clausulæ antiquæ. s. No mẽ obligando a prouar mas de lo necessario. de qua agit Panor. in. c. ex parte. 1. n. 8. de rescript. & in. c. examinata. de iud. & Gometius in. §. omniũ. col. 5. Instit. de act. & Angel. in Tract. de

30 malef. verb. In porticũ ecclesiæ. Post modũ subsequitur alia clausula, nẽpè, Por su sentẽcia diffinitiua, o por otra q̃ en tal caso lugar aya, condẽne al dicho fulano, a q̃ mẽ de y pague. &c. per quam inducitur cõclusio libelli, & nunquã omitti debet, quia vis libellorũ in ea consistit: nã non attẽditur q d narretur sed quid cõcludatur, secũdùm gl. 1. in. c. hæc quippe. 3. q. 6. Innoc. c. super literis. de rescrip. & Ias. in. l. 1. in prin. ff. de edẽdo. & in. d. §. oĩum. n. 135. Et licèt de iure regio cõclusio non sit necessaria, vt diximus suprà. nu. 14. aliqualis tamẽ petitio in actis redacta requiritur, ex qua colligi possit, quid actor intẽdat, vt ibi resoluimus. Si tñ in libello nar

31 ratio facti cõtraria vel diuersa à cõclusione interuenerit, standũ erit conclusioni, nõ verò narrationi, secũdùm Deciũ. cõs. 8. col. 2. n. 3. vol. 1. post Ant. de Butr. & Panor. in. c. ex parte. B. de foro cõpetent. per tex. ibi, nisi apponatur clausula, Peto iustitiã, quia tũc etiã narratis standũ erit, ita cũ Corneo, & alijs resoluit Auend. in

32 d. 1. respon. n. 18. Sunt tamen de iure cõmuni plures casus, in quibus cõclusio nõ est necessaria, quos congerit Ias. in dict. l. 1. nu. 17. ff. de edend.

33 Subsequitur alia clausula, scilicet, Y assi cõdemnado a ello le cõpela y apremie por todo remedio y rigor de derecho. de qua agit Bald. in. l. vinu. ff. si cert. pet. & Ias. in. d. §. omniũ. à nu. 189. & est

34 clausula executiua. & licèt ordo præposteretur, dicẽdo: Pido le compela y apremie y cõdene, tñ libellus sustinebitur, secundùm Bart. in. l. 1. C. de executione rei iudicat. & l. si cùm nulla. ff. de re iud. & Ias. d. §. omniũ. n. 144. & facit text. in. c. 1. de offi. ord, vbi Doct. cõiter idẽ resoluũt.

35 Alia clausula sequitur. s. Sobre lo qual todo, pido cumplimiẽto de iusticia, &c. quæ clausula saluatoris appellatur, & nunquã omittẽda erit tã ex parte actoris, quã ex parte rei: nã plures effectus operatur, multiq; defectus per eam supplentur, vt videre est per Anto. Butri. in. c. 2. de libelli obl. Panor. & omnes in. c. cũ dilectus. de ordi. cog. Panor. Deci. & Felin. in. c. 1. de offi. deleg. & Ias. in. d. §. omniũ. à num. 147. Et aliom effectũ huius clausulæ ponit Didac. Perez in. l. fi. tit. 4. lib. 3. Ordin. in glo. pen. in fine. Quem tamen tu improba ex ijs, quæ notasti infrà in. 7. tempore, in fine libelli replicationis actoris.

36 Sequitur alia clausula. s. Y el officio de y. m. imploro. &c. qa iudex officiũ suũ ad vtilitatẽ priuata impartiri nequit, vt l. 4. §. hoc autẽ iudicium. ff. de damn. infect. vbi Bar. & omnes, Innoc. & Panor. c. ad nostrã. 2. de iure iur. tamen per prædictã clausulam iudex poterit officium suum ad vtilitatem priuatã impartiri in omnibus sibi necessarijs.

37 Alia clausula sequitur, scilicet, Y las costas protesto. nã licèt victus condemnandus sit victori in expẽsis, vt in. l. properã dũ. §. siue autẽ alterutra. C. de iud. & in. c. calũniã extra de pœnis. c. olim. 2. de priuil. c. finẽ litibus. de dolo, & cõtu. & in. l. 8. ti. 3. & l. 7. tit. 22. p. 3. nõ tamẽ iudex tenetur hãc condẽnationem expẽsarum facere, nisi à parte petitæ fuerint, secũdùm gl. in. c. fi. de rescript. receptã cõmuniter à Panor. Imol. & Belam. ibi, Bart. Alex. & Ias.

& Iaſ.d.l.properandũ. §. ſiue aũt.& Couar.in pract.quæſt.c.27.n.5. vbi per totum caput agit de his expẽſis,& earum condemnatione. Et ſi omiſſa fuerit expenſarum condemnatio, poterit appellare victor iuxta glo.2.in. c. ſignificaue runt de exceptionibus. & ibi notant Panor.à nu.7. Felin. à nu.1. & Rebufus in 3.tomo cõſtitut.tract. de expẽſis.art.3. glo.vlt.nu.15.& in tract.de appellat.ar-
38 tic.9.glo.vnica.nu.27.Ideoq; in libello prædicta clauſula ponitur: iudex tñ, ſi voluerit,bene poterit condemnare victum victori in expenſis factis poſt litis conteſtationem, quãuis à parte non fuerint petitæ,ſecundũ glo.in.d.c.finem litibus.Barto.& alios in.l.4.§.hoc autem iudiciũ. ff. de damn. infecto. & Couar. vbi. ſuprà.

39 ✠ Vltimo ſubſequitur alia clauſula, ſcilicet, Y juro a Dios y a eſta + que eſta demanda no põgo de malicia, &c. Licèt hoc iuramentum malitiæ præſtari debeat ſuper exceptionibus, vel quando aliquid loco exceptionis proponitur,ſemel & pluries, quoties præſumptio eſt cõtra aliquem, ꝙ malitioſè proponat, & ita ante & poſt litem conteſtatam, tã in profanis quã in eccleſiaſticis cauſis, vt in.l. Theſaurus. ff. ad exhibẽdum.c. cum dilecti.de electione. ca.paſtoralis. de except.c.præſentiũ.de teſtibus,in.6. & docet Speculat.tit.de iuramento. §.1. n.6.& Hoſt. in ſumma de iur.calum. §. & in quibus.in fi.Et etiam in cauſis beneficialibus reſoluit Bantius tractatu. de nullit.tit.de nullit. ex defect. proceſſ. n.29.& Menoc.lib.1.de arbitrar. q.20. nu.3. reſoluens hoc iuramentũ calumniæ de iure diuino inductũ eſſe, vt probatur Exod.c.22. ac ideo nec conſuetudine,nec ſtatuto effici poſſe,ꝙ in cauſis
40 pertractandis in iudicio omittatur. Tamẽ quia in tribunalibus ſecularibus huius regni iuramẽtum calumniæ de conſuetudine obſeruatur (vt reſolues infrà
41 in fine ſeptimi Temporis) ꝙ iuramentum calumniæ de iure præſtãdum erat poſt litem conteſtatam,in cauſa principali, ad omnia quę accederẽt vel emergerent , ne quid calũnioſè in tota lite fieret,vt probatur in Authen.hoc ſacramentum.C.de iure iur.propter calum.
42 c.1.de iuramẽto calũniæ in.6. ideò aduocati huius regni paſsim vtuntur iuramẽto malitiæ in libello principali actionis, & in quibuſcũq; alijs petitionibus, oppoſitionibus exceptionum , accu-
43 ſationibus,& denuntiationibus. Vnde cum aduocati ob prædictam rationem vtantur iuramento malitiæ in locum iuramenti calumniæ,ſi id, ꝙ petitur, vel proponitur ab ipſa parte principali proponatur,præſtandum erit ſub forma in iſta clauſula contenta: ſi vero proponatur à procuratore,aliter erit dicendum,
44 nempè, Y juro a Dios y a eſta + en anima de mi parte,y la mia:nam licèt procurator debeat præſtare alia iuramenta in animam ſui dñi, vt probat text. in.c. procurator.38.de electiõe.libr.6.tamẽ quãdo iuratur de calũnia , erit iuramentũ præſtandum à procuratore in animã ſuã,& animã dñi, iuxta text.in.c.2.§.1. & ibi gloſ.verb. Ab ipſis. de iuramento calum.in.6.glo.in Authen.principales. verb.Migrauerit.C.de iure iur.propter calum.& not.Ange.in.§.nũc admonendi.nu.6.Inſtit.de pœna temerè litig.reſoluit cũ pluribus Didacus Perez in.l.1. tit.4.lib.3.Ordin.glo.4.verſi. Dubitari
45 poterit. Et ob eandem rationem dicendum erit, hanc clauſulam neceſſariam
46 non eſſe:nam etiam iuramẽtum calumniæ non eſt de ſubſtantia iudicij,niſi par-
47 te aduerſa petente, ideoq; tacitè omitti poteſt, nec inducit nullitatem proceſſus, quanuis expreſsè renũtiari non poſſit,iuxta text.capit.1.§.1. de iuramento calum.in.6. cæterum parte aduerſa petẽte de ſubſtãtia iudicij eſt,præſtandũq; erit,alioquin proceſſus erit nullus,iuxta text. dict. ca.1.§.1. de iuramento calum.in.6.& not. Sebaſt. Bantius. Tractat. de nullitatibus proceſ.ſub.titul.de nullitate ex defectu proceſſus. nu.29.

Et Me-

Et Menoc. vbi suprà. n. 5. & Alexander Sciaticus in sua praxi iudiciali. c. 20. nu. 94. qui à nu. 95. disputat an tacitè possit à partibus remiti, expẽdens text. in. l. 2. §. sed qa veremur. C. de iur. iur. propter calum. de iure tamen huius regni processus erit nullus quãdo non fuerit præstitum, si à parte petitum fuerit, & à iudice bis mandatum præstari, iuxta text. in. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopi. in finalibus verbis. & tradit Didac. Perez in. l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. glos. 4. versic. dubitatur. 4. Praxis verò hanc clausulam recipit, vt suprà dictum est, non tamen inde processus erit nullus si omittatur.

48 Quinto requiritur q̃ in libello apponatur corã quo: nam nomen iudicis apponi debet cum titulo cõgruenti suæ dignitati, vt probat text. d. l. libellorum. & in. l. 40. titu. 2. p. 3. & not. Speculator in tit. de libellorũ cõcept. §. 4. & Alciat. in
49 sua practica. fol. 102. col. 2. Hodie tamẽ consuetudine introductũ est, q̃ nomen iudicis non apponatur nisi negotijs Curiæ Romanæ secundum Gomez. in. c. statutum. §. 1. in princ. de rescriptis. in. 6. quia tabelliones libello oblato in actis statim redigunt, libellum fuisse protectum tali die coram tali iudice.

50 Aduerte præterea q̃ in libello & in quacunque petitione inscriptio apponi debet cũ titulo congruẽti dignitati iudicis secũdùm stylum regionis: apud nos
51 verò si petitio porrigẽda sit ipsi regi, ponitur titulus. S. C. R. M. si porrigẽda sit in aliquo ex cõsilijs supremis, vel in audientijs regalibus, titulus erit: Muy poderoso señor. Y por escripto llaman los Alteza: Y de palabra en las salas llaman los Señoria. Si vero porrigatur alicui Præsidi, Episcopo, vel Archiepiscopo, titulus erit, Illustrissimo señor. Si alicui auditori titulus hodie est, Muy Illustre señor. A los de mas juezes inferiores no ay poner regla, segun en esto de la cortesia el dia de hoy ay abusiõ, si no es q̃ cadavno trate al otro segũ lo ha menester, y la necesidad q̃ del tẽga, hasta que venga alguna pragmatica de reformacion. Insuper aduerte, q̃ libellus
52 (attento iure huius regni) debet esse subscriptus manu aduocati cogniti, vt proba text. in. l. 4. tit. 16. lib. 2. Recopil.

Et, vt facilius tirones aduocati instruãtur, & perfectiùs omnia supradicta intelligant, libellus in actione de constituta pecunia erit formandus cum omnibus prædictis clausulis, cũ quo hæc tela iudicij ordinarij erit ordienda, & contexenda, modo & forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE de constituta pecunia.

Illustre Señor.

53 *PEdro vezino de Salamanca, como mas aya lugar de derecho, parezco ante v. m. y me querello y pongo demanda a Hieronymo, vezino desta ciudad de çamora, y contando el caso della, Digo que assi es, que Iuan vezino desta dicha ciudad me esta obligado a dar y pagar cien ducados, que me auia prometido, y sabiendo lo, y entendiendolo el dicho aduerso, vino a mi sin le dezir yo ni pedir cosa alguna, y se me constituyo por pagador y deudor principal de la dicha deuda: prometiendo me de me dar y pagar los dichos cien ducados, y assi quedo obligado a me los dar: y puesto caso que por mi ha sido requerido muchas y diuersas vezes, a que me los de y pague, no lo ha querido hazer sin contienda de juyzio. Porque pido a v. m. que auida mi relacion por verdadera en quanto baste para el vencimiento desta causa por*

ſa, por ſu ſentencia diffinitiua, o otra que en tal caſo lugar aya condemne al dicho Hieronymo, a que me de y pague los dichos cien ducados, y aſsi condemnado a ello le compela y apremie por todo rigor y remedio de derecho, ſobre que pido cumplimiento de juſticia, y las coſtas proteſto, y el officio de. V. m imploro: y juro en forma de derecho, q̃ eſta demanda no pongo de malicia, ſino porque aſsi cumple a mi derecho y juſticia.

Expoſitio huius Libelli.

54 Diximus, *Vnoeſta obligado a pagar cien ducados*, quia ad hoc vt actio de conſtituta pecunia alicui competat, præcedere debet aliquod debitum, vt probat text. in.l.1.§.debitum.ff.de conſtit.pecun. Et hinc deducitur aliud requiſitum ad hoc vt actio iſta competat, ſcilicet, quòd cõſtitutor ſe obliget poſt debitum contractum, & hoc diſcrimen conſtituitur inter conſtitutorem, & fideiuſſorem,
55 quia fideiuſſor ante & poſt obligationem interuenire poteſt, conſtitutor verò poſt obligationem tantùm, iuxta gl. in Authent. de fideiuſſ. §. ſi quis. verbo, Fideiuſſorem. collatione. 1. ideò in libello dicitur, *Yſabiendo lo. &c.*

56 Diximus, *sin le pedir yoceſa alguna*, quia ad hoc vt competat actio de conſtituta, requiritur quòd cõſtitutor nudo pacto promittat alioquin ſtipulatione interueniente ex ſtipulatu agendum eſſet, vt probat text.in.§.de conſtituta. Inſtit.
57 de actio. Deinde requiritur, q̃ illud primum debitum elidi non poſsit per exceptionem introductam de iure pretorio. iuxta text. in. l. q̃ ſi maritus. 3. ff. de conſtitu. pecun. Et eſt aduertendum, q̃
58 ſi intentionẽ ſuam actor per inſtrumenta probare habuerit, tenebitur illa ſimul cũ libello actionis corã iudice producere, iurans ſe eis vti velle tanquam veris, & authẽticis, nec falſa vel ſimulate concepta eſſe aliàs ſi ſimul cum ſuo libello non produxerit, poſtmodum admittenda non erũt, nec eis vti poterit, niſi cum iuramento dixerit de nouo reperta fuiſſe, & antea in eius notitiam nõ veniſſe: nam tunc in quacunq; parte litis producere actor poterit. iuxta. l. 1. ti-
59 tu. 2. lib. 4. Recopil. quæ licèt loquatur in litibus agitandis in cancellarijs, & audientijs regijs, etiam idem obſeruandũ erit in tribunalibus inferioribus, cùm prædicta lex ſituata ſit ſub Rubri. titul. agentis de actionibus intentandis, tã in audiẽtijs regijs, quam alijs tribunalibus, & quia ratio illius legis generaliſ eſt, rurſus quando princeps ſcribit alicui præſidi, omnibus ſcribere cenſetur, niſi aliqua ſpetiali ratione ductus illi ſcriberet, vt docet Bartol. in. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdic. & relegat. Iaſſ. in. l. 1. numero. 7. ff. de conſtit. princip.

60 Poſtquam libellus actionis intentatæ iudici ab actore porrectus fuerit, iudex, inquit, ſe illud pro oblato habere. precipitque reo intimari, & quòd ſibi de illo copia detur, vt veniat reſponſurus ita firmat gloſſ. in. l. de pupillo. §. meminiſſe. verb. Cum. ff. de noui operis nuntia. & gloſſ. fina. in cap. ex parte. 1. de verb. ſignificat. & ibi notat. Panor. & Felin. in cap. qualiter. §. licèt. nume. 13. de accuſat. Alex. & Iaſ. dict. §. meminiſſe. Copia enim libelli aduerſario dari debet, vt videat an cedere vel contendere debeat, ſecundum Ar. gel. in. l. 1. §. edere. ff. de eden. per tex. in Authent. offeratur. C. de litis conteſt. & in. l. 40. tit. 2. p. 3. & copia iſtius primi libelli expenſis actoris danda erit reo, ſecundum gloſſ. verb. Oblatos. in Cle. 2. de appel. Et glo. in Clem. cauſam. verb. Porecto de elect. & gl. in Clem. Sæpè. verb. Pronunciatio, de verb. ſignif. tenet Bartol. in auth. Offeratur. C. de litis conteſta. &

in. l. 2

in.l.2.ff. de re iud. Vtrobiq; asserens in hoc obseruandam fore cõsuetudinem cuiusq; loci: ac proinde iudices cũ primum ingrediuntur locum magistratus sibi commiss curare debent animum suum informare de stylo illius audientiæ vt in.l.3.§. testes. ff. de testibus, & ibi Pomates ad Bartol. quem stylum à tabellionibus & à procuratoribus inquirere debet secundum Syluam nuptialem in.lib.3.num.32. Sed meliùs requiret à peritis & antiquis fui fori aduocatis, quos ad se vocatos summariè poterit examinare in his quæ pertinẽt ad litis ordinationem, vt per Barto.in.l. de quibus.numer.22. ff. de legibus: & tũc tabellio inscriptis redigit hanc præsentationem libelli, & responsum iudicis cum duobus testibus si de stylo audientiæ soleant testes in actis processus apponi; iuxta ea quæ resoluimus, suprà, in annotatione vlti. ad totum opus. num. 26. & iste actus erit scribendus modo quo diximus in.1.par.2.tomi. capit.5. num.31. Qui reus respondere debet de iure regio intra nouem dies connumerandos à die intimationis, iuxta text. in d.l.1.tit.2.lib.4.Recop. preterquã in causis gabellarum, in quibus intra tres dies tenetur respõdere. iuxta tex.in.l.5.tit.7. lib.6.Recopil. Licèt de iure communi dilatio viginti dierum dabatur, vt probat text. in Authẽt. offeratur. C. de litis conteſt. Et si intra prædictum terminũ reus non comparuerit, actor poterit vti vno extribus remedijs relatis suprà in fine tertij Temporis: sed si cõparuerit in termino prædicto, confitendo id, qđ in libello continetur iudicium finietur cum confitens pro condemnato habeatur, & nullæ sint partes iudicis, iuxt. tex. l.1. C. de confessis. tamen si in libello contenta negauerit, & habuerit aliquã exceptionem dilatoriam, vel declinatoriam fori, tenebitur illam opponere ante litis cõtestationẽ, vt probat tex.in. l.fi. C. de excep. & in cap. inter monasterium. de re iud. & in.l.1. titul. 5. libr. 4. Recopilat. ob idque opportune erit dicendum de Quinto tempore.

Ex Quinto Tempore.

SVMMARIA.

1 *EXceptio est actionis aut intẽtionis exclusio.*

2 *Actio & exceptio, sicut pater & filius, ita sunt correlatiua, vt sine actione consistere non possit exceptio.*

3 *Exceptio actionis exclusio dicitur, intentionis autem repulsio, proprie defensio appellatur.*

4 *Criminis exceptio aduersus spoliatum opponi nequit.*

5 *Inimicus illegitimus est ad accusandum.*

6 *Non valentibus accusare licitum est excipere.*

7 *Qui excipiendo crimen obijcit, criminaliter agere non videtur*

8 *Pendentia accusationis accusatum infamen reddit, & restitutionem retardat.*

9 *Nouo iure præiudicialis, seu peremptoria exceptio opponi potest, post litis cõtestationem, dummodo intra viginti dies, & non vltra fuerit opposita.*

10 *Defensio, seu intentionis repulsio vltrà viginti dierum terminum opponi poterit.*

11 *Exceptiones aliæ peremptoriæ, aliæ dilatoriæ dicuntur, aliæ secundum Doctor. mistæ appellantur.*

12 *Dilatoriæ exceptiones sunt quæ differunt, non autem causam finiunt.*

13 *Exceptiones dilatoriæ intres diuiduntur*

tur ſpecies, Quædam enim iudicis perſonam reſpiciunt, quædam litigantis perſonam, aliæ verò ad totam cauſam reſpiciendam ſunt adinuentæ.

14 Poſt litis conteſtationem non poſſunt dilatoriæ exceptiones à litigantibus opponi.

15 Prædicta regula limitanda eſt. ex cap. paſtoralis. de exceptio. cum alijs.

16 Exceptiones dilatoriæ intra nouem dies iure regio ſunt opponendæ, qui à fine vltimi termini ad comparendum in citatione aſſignati, connumerari debent.

17 Dilatoriarum terminus iure cõmuni arbitrio iudicis, & reſtringi, & ampliari poterat.

18 Terminus à lege regia conceſſus, ſcilicet, nouem dierum per iudicẽ abbreuiari nequit.

19 Verius eſt terminum nouem dierum à iudice abbreuiari poſſe.

20 Omnem dilationem à lege conceſſam iudex ex cauſa reſtringere poteſt.

21 Recuſatio iudicis ſuſpecti ante omnes alias dilatorias exceptiones opponenda eſt.

22 Exceptio fori declinatoria ante alias dilatorias opponenda eſt.

23 Qui poſt aliam exceptionem dilatoriã, fori declinatoriam opponit, iudicis nõ ſui iuriſdictionẽ conſenſu tacitè prorogare videtur.

24 Coram iudice nullã habẽte iuriſdictionem conuentus, in quacunq; litis parte fori exceptionem obijcere poteſt.

25 Qui omnino iuriſdictione caret ex ſolo priuatorum conſenſu iudex fieri non poteſt.

26 Cum errantis nullus ſit cõſenſus, ſi per errorem quis coram iudice non ſuo cõpareat, poterit fori exceptionem quã docunq; opponere.

27 Interrogatus an velit coram tali iudice litigare, ſi ſe velle reſponderit, non poterit poſtea iudicem recuſare.

28 Reus reſpondens, ſe velle coram tali iudice litigare, ſaluis ſuis exceptionibus, poterit iudici recuſationem opponere.

29 Libellus Hiſpano ſermone confectus.

30 Expoſitio ſupradicti libelli.

31 In cõpetentia iudicis in libelli initio opponenda eſt, ea proteſtatione præhabita, quòd reus non intendit iuriſdictionem aliquam iudici tribuere, niſi eã quæ ſibi iure competit.

32 Recuſatio ſicut quælibet alia dilatoria exceptio intra nouem dies proponi debet, intra quos & reus litem conteſtari tenetur.

33 Intra terminum aſſignatum reus litem non conteſtans habetur pro cõfeſſo.

34 Litis conteſtationis effectus eſt, viam exceptiones dilatorias opponendi præcludere.

35 Actor forum rei ſequi debet.

36 Summariè debet iudex de exceptione iudicij declinatoria cognoſcere, & ſuper ea pronuntiare.

37 Si iudex iuriſdictionem ſuam ignorãs pronuntiet proceſſus & ſententia eſt ipſo iure nulla.

38 Exceptiones aliæ dilateriæ poſt declinatoriam poſſunt in eodem libello cumulari.

39 Libellus Hiſpano ſermone cõpoſitus.

40 Excommunicatus in iudicio cõparere

non potest.

41 Publica autoritas iudicio debita obseruanda est.

42 Excommunicatus aduersario in iudicio respondere cogendus est.

43 Non debet excommunicatus ex delicto suo commodum reportare.

44 Permmissum est excommunicato ad iudicium venire compulso, excipere, defendere, & appellare.

45 Frangenda non est lex naturæ, quæ omnibus defensionem pollicetur.

46 Diuino iure probitum est, cum excommunicatis communicare.

47 In actibus diuinis participatio cum excommunicatis diuino iure prohibita est, at verò in actibus humanis non nisi positiuo.

48 Romanus Pontifex ius diuinum interpretari ex causa potest.

49 Per procuratorem tenetur excommunicatus in iudicio respondere.

50 In causis arduis non compellitur quis procuratorem constituere.

51 Excommunicatus in arduis causis personaliter in iudicio comparere potest.

52 Verbum, Debet, necessitatem interdum, voluntatem tamen aliquando importat.

53 Personaliter etiam in causis arduis excommunicatus respondere non potest sed procuratorem constituere compellendus est.

54 Excommunicato exceptiones competentes per procuratorem opponũtur.

55 Quoties propter delictũ non potest quis in iudicio comparere etiam in causis arduis procuratorem constituere cõpellendus erit.

56 Excõmunicatus per procuratorẽ excipere, se defendere, & appellare debet.

57 Excommunicato in iudicio agenti exceptio abijci potest.

58 Exceptio quæ excommunicatis obijcitur cum dilatoria sit, ante litem contestatam opponenda est.

59 Excommunicationis exceptio in quacunque litis parte opponi potest.

60 Cum excõmunicatis participãs peccat.

61 Loci non tuti exceptio, iudici in quacũque litis parte obijci potest.

62 Inter exceptionem loci non tuti & excommunicationis maxima versatur differentia.

63 Excommunicationis exceptionem obijciens, exprimere tenetur, an sit maior vel minor excommunicatio, & nomen excommunicatoris declarare debet.

64 Quoties mentio fit excommunicationis de maiori in dubio intelligitur.

65 Pena in dubio de minori intelligẽda est.

66 Excommunicatione nulla pœna in ecclesia maior.

67 Ante dispositionem. c. penult. de sententia excommu. excommunicatio in dubio pro minori accipiebatur.

68 Minor excommunicatio sufficiens nõ est ad contumaces refrenandos. Quæ nihil vltra peccatũ mortale operatur.

69 Interdicta ciuitate suburbia interdicta non videntur.

70 Iure veteri eo ipso quòd constabat excommunicatum aliquem esse, is statim vitandus erat.

71 Excommunicatus vitari nòn debet ante publicationem, & excommunicationis denuntiationem.

72 In-

72 *Interpretatur Extrauagans ad euitãda scandala, Martini quinti.*

73 *Quamuis testibus duobus excommunicatio probetur, nihilominus tamen ante denuntiationem excommunicatus vitari nequit, etiam si publica fama testaretur.*

74 *Hodie excommunicatum occultum, etiam occultè vitare non tenemur ante denuntiationem.*

75 *Excommunicatus etiam nominatim & specialiter non est vitandus ante denuntiationem.*

76 *Nominatim aliquid dicitur cum ex æquipollentibus id cognoscitur.*

77 *Si excommunicatus ita sit notorius, vt nulla excusatione celari possit, etiã ante denuntiationem & publicationem vitandus est.*

78 *Securius est omnes notorios excommunicatos etiam ante denuntiationem vitare.*

79 *Excommunicatus notorius necessario denuntiandus non est.*

80 *Ante denuntiationem & publicationem excommunicatus vitari nequit, nisi ita sit notorius, vt nulla valeat tergiuersatione celari.*

81 *Litis pendentiæ exceptio cum dilatoria sit, ante litis contestationem obijcienda est.*

82 *Mistæ seu anomalæ exceptiones quia aliarum naturam non imittantur in quacunq; litis parte opponi poterunt.*

83 *Excommunicationis, aut non numeratæ pecuniæ vel dotis, exceptio ante & post litis contestationem obijci possunt, sicut exceptio rei iudicatæ, iusiurandi, & transactionis, quæ iudicantur secundum formam & modum eas opponendi.*

84 *De exceptionibus dilatorijs summariè ante definitiuam sententiam cognoscitur, & super ipsis pronuntiatur.*

85 *Reus cui nulla dilatoria exceptio competit, intra nouem dies litem contestari tenetur.*

Quintum tempus,

Proponendarum exceptionum dilatoriarum.

1 EXceptio est Actionis, vel intentionis excluſio. Ita deducit Panorm. in Rubric. extra de except. ex text. in l. 2. ff. de excep. & hanc definitionem præsensit. glo. in dict. l. 2. verb. Intentionem. & eam explicat Socinus in Rubr. ff. de excep. & Rebufus in Tract. de except. num. 2. Sed aduersus hãc

2 definitionem obijcitur, quòd actio & exceptio sunt correlatiua, vt pater & filius, maritus, & vxor, vt in. l. si quidem. C. de exceptio. & notat Bald. in. l. in rebus. num. 12. C. de iure dot. ergo quamuis exceptio sit actionis excluſio, tamen non potest esse intentionis repulſio; cùm actio deficiat cui opponatur, & quam exceptio præmittit. Rursus contra Panormitanum facit glo. in. c. 1. de litis conſt. in. 6. asserens, exceptionẽ

3 propriè dici actionis excluſionem: defensionem autem esse intentionis repulsam, cuius opinionem probant ibi Dominicus & Francus, & commune testatur Socinus in Rubri. ff. de except. Didacus Perez in l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. in glo. 1. versic. videtur tamen. Et hinc Azo. in Summa. C. de except. & Speculator, in tit. de exceptionibus. §. 1. nu. 9. & glo. in. c. ex parte de foro comp. verb.

Soluũ

exceptionibus. in. fin. & glos. in. c. dudum. 2. de elect. verb. Irritari aliter definiunt, & dicunt exceptionem propriè esse actionis exclusionem, non verò intentionis. quam opinionem contra Panorm. probat Decius in Rubr. num. 4. extra de except. dicens eam cõem, & ibi Mantua. num. 10. & Parisius. num. 29. & Couar. in Regula possessor. in initio prioris partis. num. 4. & Didacus Perez. vbi suprà, & Asinius in praxi. §. 13. cap. 1. num. 2. Nec huic opinioni refragatur text. in. d. l. 2. Imo ei suffragatur: nam in hunc sensum verba eius accipiuntur, quòd exceptio opponitur actioni ad excludendum id quod in intentionem deductum est, id est, ad excludendum id, quòd per eam actionem actor intendit: non tamen ex hoc probat text. ille, exceptionẽ dici, cùm quid opponitur ad exclusionem intentionis in iudicium deductæ absque actione, secundùm Couarr. vbi suprà, ex prædicta resolutione plura inferentem. Et vltra ab eo illata, infero ex prædicta resolutione notabilem intellectum ad text. in. c. item cum quis. de restitutione spoliatorum. dum text. ille probat, exceptionem criminis
4 contra spoliatum obijci non posse, nec impedire restitutionẽ: alioquin sequeretur spoliatorem criminaliter agere posse contra spoliatum: quod tamen text. ille negat, ex eo quòd spoliator inimicus spoliati præsumitur, sed inimi-
5 cus ad accusandum non admittitur, vt probat text. c. cùm. P. Manconela. c. meminimus. c. repellantur. cap. cùm oporteat. de accusat. meritò ergo exceptio criminis contra spoliatum non admittitur, ita illum text. intellexerunt Docto. communiter ibi, & in. c. 1. de iudic. Panormit. & Decius. in cap. cùm super. de officio deleg. Felin. & Anania. cap. cùm oporteat. de accusat. Alex. in. l. 3. ff. testibus. & Hippolyt. in. l. 1. §. præterea. nu. 42. de quæstionibus. Cui tamen intellectui videbatur obstare, quod in illo tex. videtur actum fuisse via exceptionis de crimine aduersus spoliatum: dicitur enim ibi crimen obiectum fuisse ab aduersario, vt spoliatum remoueret à sua
6 intentione: sed prohibitis accusare licitum est excipere, iuxta text. in cap. cùm
7 inter. de except. præsertim quia qui via exceptionis crimen obijcit, non dicitur criminaliter agere, vt in. c. super his. de accusat. ergo inepta videtur ratio pontificis in dict. cap. item cum quis. assignata, dum ad repellendum spoliatorem excipientem de crimine, inquit, Quoniam criminaliter aduersus eum agere non potest, ac ideò text. ille difficillimus reputatur. Vnde (omissis intellectibus relatis, & assignatis ab Augustino Beroio in cap. 1. extra, de accusat. reiectoq; alio intellectu assignato à Mantua in cap. 1. num. 15. de iudic. asserente, exceptionem criminis in dict. cap. item cum quis. ideo non fuisse admissam, quia de mente ipsius text. constat, præsumi obiectam fuisse fraudulenter, qui tamen intellectus ex eo confunditur, quòd Mantua diuersam rationem à Pontificis ratione retulit, contra doctrinam text. in cap. ne innitaris. de constitut.) ex præhabita resolutione facilè intelligitur text. ille, scilicèt, q̃ ibi spoliator egit via accusationis, eo prætextu, vt suspenderetur restitutio
8 possessionis: Pendentia enim accusationis accusatum infamat, & restitutionẽ retardat, vt in cap. accedens. c. omnipotens. de accusat. cap. constitutis. de appellat. Nec huic intellectui obstant verba illa in text. præscripta, scilicet, Vt eum à sua intentione repellat, &c. Imò suffragãtur, quia non sunt exceptionis, nam exceptio non est intentionis repulsio, vt suprà diximus: & ideò pontifex ibi dixit, vt eum à sua intentione repellat, vt ostenderet alia via, quàm via exceptionis aduersarium intentasse, impedire restitutionem spoliato. Sic iuxta hunc sensum litera illius text. clara remanet, & ratio Pontificis nõ inepta, alia q̃; plura argumenta soluuntur.

Rursus

Rursus ex prædicta resolutione Didacus Perez in.l.1.tit.8.lib.3.Ordina. gl.1.vers. Suaderi potest inferebat intellectum ad illam legem, quæ hodie habetur in.l.1.tit.5.lib.4. Recopilat. vt
9 dum illa.l.determinat exceptiones præiudiciales,& peremptorias,obijci posse, post litis cõtestationem,intra terminum tamen viginti dierum, & non vltra, non habeat locum, quando exceptio opponeretur ad excludendam intentionem, & factum actoris agentis absque actione, quia talis non est exceptio,sed potius defensio, iuxta prædi-
10 ctam resolutionem,ac ideo defensio facti & intentionis elapso termino viginti dierum obijci poterit, quia illa legẽ includuntur. Sed hæc interpretatio confunditur ex litera illius tex.ibi, Defensiones.quo verbo constat,etiam defensionem comprehendi in.d.l.1.quia defensio propriè dicitur intentionis repulsio,iuxta glo.cap.1.de litis contestatione.in.6. ideò reijcienda erit opinio Didaci Perez. Et summã diuisionẽ exceptionum ad duo genera reducit Iurisc cõsultus in.l.2.§.fi.& in.l.3.ff.de excep. & imperator in.§.appellantur. Insti. de excep.dũ inquit, Appellãtur exceptiones,aliæ perpetuæ, & perẽptoriæ, aliæ tẽporales,& dilatoriæ. Et hæc duo genera alijs nominibus extitisse iure primæuo apparet ex Fauio Victorino lib. 2. Rhetori. Ciceronis, de actionibus translationis.& ex Alciato li. de singulari certamine.c.17.n.1. nempè peremptorias rescriptiones, dilatorias translationes. Postmodum autem Doctores nostri prædictis duobus generibus aliã speciẽ exceptionum addiderunt, scilicèt,anomalas,siue mistas,iuxta glos. in cap.2.3.quæstio.6. & in cap. pastoralis, & in capit.exceptionem.de except.tradit Maran.de ordine iud. 6. par. membro.9.c.de exceptionibus. & Rebufus
11 in Tract.de excep.num.2.& ita sunt hodie tres species exceptionum, nẽpè peremptoriæ, quæ alio nomine incidentes appellantur,dilatoriæ, quæ alio nomine emergentes dicuntur, secundũm glo.1.in dict.c.exceptionem & ibi Panorm.col.pen.Imol.n.6.& Butri.n. 10.
12 & mistæ.de peremptorijs suo loco erit dicendum : dilatoriæ autem sunt quæ differunt, non tamen extinguunt negotium secundum Guidonem Papam in consil.24.Casaneum consil.2.num.73 & Marantam vbi suprà,Iacob. Menoc. lib.2.de arbitrarijs Centuria.3.cas.240.
13 & harum dilatoriarum tres sunt species, quædam enim iudicis personam respiciunt,vt exceptio declinatoria fori, seu incompetentiæ,aut recusationis: quædam verò respiciunt personam litigantis,& dicuntur excepciones legitimationis personæ, vt si pupillus sine tutore, minor sine curatore, filius familiàs sine consensu patris,vxor sine licentia mariti,vt in toto tit.C. qui legitimam personam habeant standi in iudicio: quædam autem exceptiones respiciunt totã causam, vt exceptio inepti, vel obscuri libelli,vel exceptio malè agis, quia ante diem agis, vt.l. 1. ff. quando dies legati cedat.
14 Omnesq; exceptiones dilatoriæ opponendæ sunt ante litis contestationẽ, iuxta tex.in.c.inter monasterium.de re iud.l.fi.C.de excep.& expressius probatur in.l.exceptionẽ.C.de prob.& in.l.9. ti.3.part.3.& in.l.1.ti.5.lib.4.Recopila. apud Lusitanos libr.3.ordin.ti.37.§.1. & notat glo.1.in cap. exceptionem. de except. Alexand.in.l.ita demum. C.de procurato.Felin.dict.ca.exceptionem. num.2.Iaso.l.si arrogator.ff.de adoptionibus.n.59.& Carolus Ruinus in cõsil. 71.num.5.volu.5.& Rebuf. Tracta.de except.num.9. Quam tamen regulam
15 limitabis ex text.in capit.Pastoralis.de except.& eam cum septem ampliationibus, & viginti limitationibus ponit Asinius in praxi.§.13.cap.2. & Dueñas
16 in regul. 263. iureq; regio sunt opponendæ intra nouem dies connumerandos à fine vltimi termini assignati in ci-

tatione ad comparendum, & respondendum, intra quem reus tenetur illas probare, iuxta tex.in.l.1.tit.5.libr.4.Recopil.& licèt de iure communi termi-
17 nus dilatoriarum arbitrio iudicis poterat restringi,& abbreuiari, secundum Bart.in.l.2.num.4.ff.de re iud. per tex. dict.cap.pastoralis.& Ias.dict.l.2.n.23. &.36.& latè vtranq; partem refert Didacus Perez in.l.1.titu.4.lib.3. Ordina.
18 verb. Da la ley. tamen de iure regio terminus nouem dierum, qui datur ad litem contestandam,& intra quem dilatoriæ sunt opponendæ, Iuxta text.d.l.1. titu.5.libr.4.Recopil. non potest per iudicem abbreuiari, quia est terminus à lege concessus, absq; ministerio iudicis, secundum Didacum Perez vbi suprà, & in.l.1.tit.3.lib.3.Ordinam. in glos.5.
19 quæstio.4. Egō verò existimo, etiam de iure regio talem terminū ex causa bre-
20 uiari posse à iudice: quia omnem dilationem à lege concessam, siue cum ministerio iudicis, siue absq; illo ex causa iudex breuiare potest, Secundùm Bar. vbi suprà,& ibi Alexand.num.5.& Vincent.num.27.& Anto.num.12. Panor. num.10.Felin.num.1.& Deci.num.13. in capit.cum sit Romana.de appella.& hanc testatur communem opinionem August.Beroius.nu.61.& si oppositam sententiam teneat glo.in cap.indultum de reg.iur.in.6.& eius opinionem dicat communiorem Ias.dict.l.2.nu.24. & ibi Cuman.num.4.& Ripa.nu.14.& Didacus Perez vbi suprà.

Considera tamen inter omnes exceptiones dilatorias, primo loco ex-
21 ceptionem recusationis opponendam esse, vt probatur in.l. apertissimi. C. de iud. Auth. offeratur. C. de litis contest. cap.cum speciali.de appellat.& probat text.ab ordine literæ in.c. quoniã contra falsam.de probat.firmat glo.1.c. exceptionem.de except.glos.in cap. inter monasterium verb. Subeundo. de re iud.& ibi Felin.nu.4.Bart. Paul. Alex. & Ias.l.si cõuenerit.ff. de iurisdict. om. iud.& Couarr.in pract. quæstion. capi. 26.n.2.& ita disponit ordinatio Lusitanorum.lib.3.titu.22.§.2.&.tit.37.§.1.& de hac recusatione iudicis infrà latius dicendum erit in isto. 1. Tomo. in.10. Tempore.

22 Deinde exceptio declinatoria fori, seu incompetentiæ, ante alias exceptiones dilatorias, erit opponenda, iuxta tex.in.l.fi.C.de except.nam si alia exceptio prius opponeretur, videretur opponens interpellare iudicem, vt super
23 illa pronuntiaret,& per consequens in iudicem non suum consentire, suamq; iurisdictionē prorogare, vt probat tex. in.l.sed & si susceperit.ff.de iudic. & notat glo.2.d.c.inter monasterium.Bart. Imol.Alex.& omnes in.l.quidam consulebat.ff. de reiud. tradunt Marant. de ordine iud.6.part.memb.9.nume.1.& Asinius in praxi.§.13.cap.8.& ita disponit.l.1.tit.5.lib.4,Recopilat.& ordinatio Lusitanorum.lib.3.tit.37.§.2. Dueñas in regula.379.in fin. Quōd tamen
24 erit limitandum, quando quis conueniretur coram iudice omnino incompetenti nullam iurisdictionem habenti, tunc enim in quacunq; parte litis exceptio declinatoria fori opponi pote-
25 rit, quia quis nō potest effici iudex ex solo consensu tacito, vel expresso partiū, vt probat text.in.l.priuatorum consensus.C.de iurisd.omn.iud.ca.si diligenti. de foro comp. vbi enim quis principiū iurisdictionis non habet, nec prorogationem habere poterit, ideoquè in quacūq; parte litis, talis exceptio omnimodæ incompetētiæ poterit opponi iuxta gl.in Clem.vnica.verb. Non obstante. de sequestratione poss.& fruct.quam sequitur Decius in.l.hoc ædictum. §. hæc autem verba.nu.5.ff.ep quisq; iuris. Romanus consi.42.Areti.consi.68.col.3. Alex.in.l.de pupillo.§.qui opus.num.9 ff.de noui operis nunt. Rodericus Suarez.in.l.post rem iudicatam.ff.de reiud. in declaratione.l.2.titu.De los emplazamiētos.lib.2.Fori.§.sed attende.nu.47.

& Co-

& Couarr.in pract.quæst.cap.25.nu.4. qui illam glos. intelligit in omnimoda incompetentia. Secundo prædicta resolutio erit limitanda, quando quis ignorãter,& per errorem comparet coram iudice non suo, alias habenti iurisdictionem: nam tunc etiam in quacunq; litis parte exceptio incompetentiæ opponi poterit,quia errantis nullus est consensus ad inducẽdam prorogationem, iuxta text. in.l. si per errorem. ff. de iurisd. omni.iud. tradit Petrus de Bela pertica in.l.ex quacunq;.numer.12.ff.si quis in ius vocatus nõ ierit.Greg.Lup.l.15.tit. 22.p.3.verbo,Las partes erraren.Dueñas in regul.257.

27 Optima tamen cautela erit ad hoc vt reus obijcere non possit exceptionem declinatoriam fori,scilicet,vt ab actore interrogetur coram iudice, an velit ibi litigare, & si responderit quod sic, non poterit deinde opponere declinatoriã, secundum Cepolam in cautel.120.receptũ à Sebast.Bancio de nullit.proces. pag.356.n.58. & hæc cautela procedit ex tex.in.l.est receptũ. ff.de iurisd.omni. iud.& ex notatis à Ias.in.l.si. cõuenerit. nu.18.ff.eod. tit. Cui cautelæ datur contra cautela, scilicet, quòd reus cõstituat procuratorem ad respondendum,quia per responsum procuratoris non præiudicatur domino, quin possit obijcere declinatoriam.ita tenẽt Doct.& ibi Ripa.in cap.1.de iud. Secũdum Rebuff.in Tract.de except.nu.10. Sed cum ratio discriminis cõstitui non possit inter dominum, & procuratorem, prædictam contra cautelam non esse totam existi-

28 mat.Ias.vbi suprà. Quamobrem tutior contra cautela erit, quòd reus interrogatus respondeat,se velle coram illo iudice litigare, saluis suis exceptionibus, iuxta glo.in cap. exposuit. verb. Saluis. de dilat.& quando exceptio declinatoria fuerit proponenda, libellus erit formandus modo sequenti. &c.

LIBELLVS EXCEPTIONIS declinatoriæ Fori.

Illustre Señor.

29 *Hieronymo Vezino de la ciudad de çamora, con protestacion que ante todas cosas hago, que por auto o autos que ante V. m. haga de no le atribuyr mas jurisdicion de la que en tal caso de derecho le competa, y essa no declinable:parezco ante. V. m. y digo,que Pedro Vezino desta ciudad de Salamanca,me tiene puesta cierta demanda, en que en effecto me pide le pagne cien ducados, que dize le estoy obligado a pagar por causa que deuiendo se los Iuan, Vezino desta ciudad, yo me constituy por pagador de la dicha deuda,segun y que mas largamente en la dicha su demanda se contiene:cuyo tenor auido aqui por repetido,y a el me referiẽdo hablando con el acatamiento deuido. V. m. no deue conoscer desta causa. Y caso no confessado, que el conoscimiento della le competa,me deue absoluer y dar por libre de la dicha demanda, condemnando en costas al dicho aduerso. Lo qual assi pido y. V. m. deue hazer por lo siguiente: Lo primero,por todo lo general que he aqui por expresso,y por que la dicha demanda no esta puesta por parte,ni contra parte: en tiempo ni en forma,ni ante juez competente carece de relacion Verdadera:y assi la niego en todo y por todo segun y como enella se con-*

tiene, con animo de la conteſtar ſiendo de conteſtacion digna. Lo otro, porque el dicho aduerſo es actor, è yo reo, Vezino y morador de la ciudad de çamora donde tengo mi proprio fuero y domicilio, y juez competente: Y aſsi caſo negado que deua pagar al dicho aduerſo lo que menos bien me pide, deuo ſer conuenido ante mi proprio juez que reſide en la dicha ciudad de çamora, a quien compete el conoſcimiento deſta cauſa, y no a. V. m. Porque pido a V. m. que auida ſummaria informacion de lo dicho en eſte articulo. V. m. ſe pronuncie por no juez deſta cauſa, y remita el conocimiento della a quien de derecho le compete: ſobre que pido cumplimiento de juſticia y las coſtas proteſto y el officio de V. m. imploro: y ſobre eſte articulo de la declinatoria pido ante todas coſas deuido pronunciamiento, y juro a Dios y a eſta Cruz † que la dicha excepcion no pongo de malicia, &c.

Expoſitio ſupra dicti Libelli.

30 DIximus (*Con proteſtacio que ante todas eſtas hago*) &c. quia exceptio incompetentiæ in initio libelli proponēda eſt
31 cum proteſtatione, quod reus non intēdit tribuere iudici iuriſdictionē aliquā, niſi ſolūmodò eam, quę de iure ſibi cōpetat, vt poſtmodum allegatio exceptionum dilatoriarum non obſtet reo, ita docet Innocētius in cap. cumana. de electione. Præpoſitus in. c. ſolicitudinem. num. 71. &. 72. de appellationibus. Rubeus in repetitione. l. non ſolùm. §. morte. num. 234. ff. de noui operis nūtiatione. Hippolytus. in. l. ſi quis ne quæſtio. num. 27. ff. de quęſtionibus. & Decius in cap. cum M. Ferrarienſis. num. 29. &. 30. de conſtitu. vbi reſoluit, vtile eſſe hanc proteſtationem repeti.

Diximus, (*Niegola en todo y protodo, con*
32 *animo de la conteſtar*:) quia exceptio declinatoria, & alia quæuis dilatoria, probari debet intra nouem dies connumerandos à fine vltimi termini aſsignati in citatione ad comparendum, & reſpondendum: & intra illam dilationem nouem dierum tenetur reus litem conteſtari, vt probat text. in. l. 1. titul. 5. libr. 4.
33 Recopilat. ac ideò prędicta clauſula cōteſtationis apponitur, ne poſtea ſi exceptionem declinatoriam non probet reus habeatur pro confeſſo, ex eo quòd in termino non fuit litem conteſtatus, vt probat text. in. l. 1. titul. 4. libr. 4. Recopila. Quo circa aduocatus debet eſſe cautus, vt in libello exceptionis declinatoriæ litem conteſtetur, vel faciat intra illos nouem dies conteſtari. Nec in-
34 telligas per hanc clauſulam præcludi viam opponendi exceptiones dilatorias, nam licèt effectus litis conteſtationis ſit præcludere viam obijciendi exceptiones dilatorias, iuxta text. in cap. inter monaſteriū, de re iudi. & in. l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurato. & tradit Panorm. in cap. ſi clericus. num. 17. de foro competen. tamen in hac ſpetie per prædictam clauſulam, non inducitur iſte effectus, quia principalis intentus fuit declinare iuriſdictionem non ſui iudicis, vt conſtat ex verbis libelli, ibi, (*Y ſobre eſte articulo de la declinatoria pido ante todas coſas deuido pronūciamiento*), &c. at verò prædicta clauſula conteſtationis fuit appoſita ad ſupradictam cautelā, ſcilicet, ne reus haberetur pro confeſſo, ſi intra nouem dies non probaret declinatoriam, nec litem conteſtaretur. ita colliges ex Montaluo in ſuo repertorio ad Abb. verbo, Lis. verſic. 5.

Nam

Nam in vnaquaq; re attendi debet, q̃ principaliter fit, vt docet. text. in. l. 1. ff. de autorit. tutor. l. nunquã. ff. de priuat. delict. nec actus agentis vltra eius intentionem operari debet iuxta text. l. non ois in princ. ff. si cærtum petatur. l. obligationis substẽtia. §. 1. ff. de act. & oblig.

35 Diximus, (*Lo otro porque yo soy Vezino y morador,*) &c. per hanc clausulam fori declinatio inducitur, quia actor tenetur reũ conuenire coram iudice competenti in loco domicilij ipsius rei, vt probat text. in. l. iuris ordinem. C. de iurisdict. omniũ iudic. c. cum sit generale. de foro cõpet. l. 32. tit. 2. p. 3. l. 9. tit. 3. lib. 4. Reco. Quam regulã prosequitur Socinus in Tract. fallent. regul. 10. & Specul. in tit. de cõpetẽte iud. adit. § generaliter. à. n. 1.

36 Diximus, (*Que auida informaciõ summaria de lo en este articulo contenido se pronuncie por no juez, &c.*) quia index summariè debet cognoscere de hac exceptione declinatoria, & super ea pronuntiare, vt docent Paulus Castrensis, & omnes cõmuniter in. l. 1. C. de ordine iud. nu. 9. alioquin si absq; pronuntiatione ad vlteriora procederet, processus tanquam à iudice suã iurisdictionẽ ignorante factus, esset nullus vt voluit Calcaneus consil. 115. n. 4. Bart. l. multum. ff. de condi. & demõstr. Paulus Castrensis vbi suprà, & Asinius in praxi. §. 13. cap. 8. num. 2.

37

38 Cæterùm si aliæ exceptiones dilatoriæ reo cõpeterent, in supradicto libello post declinatoriam cumulari possent: & si declinatoria nõ cõpeteret, & alias dilatorias haberet reus, illas poterit opponere formãdo libellũ modo sequẽti.

LIBELLVS ALIARVM dilatoriarum.

Illustre Señor.

39 *Hieronymo, Vezino de la ciudad de çamora parezco ante. V. m. respondiendo a vna demanda contra mi puesta por parte de Pedro Vezino desta ciudad de Salamanca sobre tal cosa, cuya forma auida aqui por inserta y a ella me refiriendo, Digo que no soy obligado a responder a ella por lo siguiente. Lo primero por lo general que he aqui por expresso, y porq̃ no es puesta por parte incõtra parte, en tiẽpo, ni en forma, y carece de relaciõ verdadera: y assi la niego en todo y por todo, cõ animo de la cõtestar siẽ od de cõtestaciõ digna. Lo otro porque el dicho Pedro es actor, y no puede estar en juyzio estando como esta descomulgado de excommunion mayor, agrauado, y reagraua do, y denunciado por tal descomulgado por el prouisor desta ciudad a pedimiento de fu lano, sobre que le deue ciertos dineros, y se los pide: Lo otro porque caso negado que cessara lo susodicho, q̃ no cessa. V. m. sabra, q̃ sobre este negocio ay pleyto pendiẽte ante los señores presidẽte, è oydores de la real chancilleria de Valladolid, y sobre vna misma c osa no deue vno ser molestado en diuersos tribunales. Lo otro porq̃ el dicho ad uerso es hijo familias, y assi no es persona legitima para poder estar en juyzio y deue ser repelido. Lo otro porq̃ caso negado q̃ lo susodicho cessara, q̃ no cessa, la demanda puesta por la parte cõtraria es incierta è inepta y deue ser repelida del processo. Lo otro porq̃ caso no cõfessado, que no le obstaran las dichas excepciones, no deue ser oydo, porque si*

algo le debo, no ha llegado el plaço, y assi pide antes de tiempo y ha incurrido en las penas del derecho. Por las quales razones y por la que mas en mi fauor haga, a. V. m. pido que auida informacion de lo susodicho, declare al dicho aduerso obstarle las dichas excepciones, y sobre ellas ante todas cosas pido deuido pronunciamiento y ser dado por libre de la dicha demanda, y para ello el officio de. V. m. imploro, y las costas protesto, y pido cumplimiento de justicia, y juro a Dios y a esta Cruz † que estas excepciones no alego de malicia. &c.

Expositio supradicti Libelli.

40 DIximus (*Estando como esta descomulgado.*) &c. nam excõmunicato maiori excõmunicatione potestas standi in iudicio interdicta est, vt in cap. intelleximus. de iudic. capit. excommunicamus. 1. §. credentes. de hæreticis. in cap. à nobis. c. cũ inter. c. dilecti. c. exceptionem de except. cap. 1. de except. in. 6. l. 4. tit. 10. lib. 2. fori. ex eo quòd nedum prohibitus est participatione sacramentorum, verùm etiam cõmunione fidelium, vt in cap. audi deniq;. cap. cum excõmunicato. 11. quæst. 3. cap. inter alia. de sententia excommunic. cap. 1. de sentẽtia excommunicationis. in. 6. Ideoq; in iudicio agere non potest propter periculum participationis cũ alijs, & in pœ-
41 nam suæ contumatiæ, & vt publica auto-
ritas iudicio debita obseruetur, vt in
42 cap. 1. de except. in. 6. Cæterùm cogendus erit excommunicatus suis aduersarijs respondere, & ab omnibus conueniri poterit, iuxta text. in dict. cap. intelleximus. & in. d. §. credẽtes. & in cap. si verè. de sententia excommunicationis. & hoc inductum est in pœnam sui delicti, & ne aliquod præiudicium irrogaretur non agenti contra excommunicatum,
43 & vt ex suo delicto nõ reportaret commodum excõmunicatus, vt colligitur ex text. dict. cap. si verè. & ex cap. 1. de excep. in. 6. & resoluunt Socinus in reg. 132. Dueñas in regul. 268. Felin. in. d. cap. intelleximus. à num. 7. & Anto. Gabriel. libr. 4. conclu. 1. tom. 2. communi. Ex quibus deducitur, quòd excommunicatus ad iudicium spontè veniens erit repellẽdus, si verò coactus venerit, vt alijs respondeat, erit audiẽdus in pœnam sui delicti, & vt agenti consulatur,
44 & ipse vtilitatem non reportet. Quo fit, excõmunicato in iudicio venire compulso premissum esse excipere, se defendere, & appellare, iuxta tex. in dict. cap.
45 cum inter. de except. alioquin compulsus venire omni auxilio destitutus, contra legem condemnari posset, & lex naturæ infringeretur, si contingeret q̃ innocens condemnaretur, ex eo quòd suas exceptiones non allegauerit. Et vt dicta lex naturæ non infringeretur, si innocens condemnaretur, excommunicato in iudicium venire compulso conceditur, vt possit excipere, se defendere, & appellare, quatenus hæc omnia ad ius naturale spectant, argumento Clemen. Pastoralis §. Cęterùm. de re iudi. & l. vt vim. ff. de iusti. & iure. & tradit Iacobus Menochius. libr. 1. de
46 arbitrarijs. quæst. 77. num. 4. Nec supra dictis oberit, si obijcias, participationẽ cum excommunicatis iure diuino prohibitam esse, vt constat ex illo Matthæi cap. 18. si ecclesiam non audierit, sit tibi tãquam ethnicus, & publicanus. &c. & ex illo Pauli. 1. ad Corinthios. c. 5. cum eiusmodi nec cibum sumere. &c. Ioan. 2. c. 1. nolite eum recipere in domum, nec, Aue, ei dixeritis, &c. & habetur in c. excõmunicatos. 11. quæst. 3. & in cap.

nu-

nuper de sententia excommunicat. Et per prædicta fundamenta ita firmat cõmunis opinio, secundum Felinum in capit. nulli. de sententia excommunica. Syluestrum, verb. Excommunicatio. 5 nu. 10. & Cosmam in pragmatica sanctione. tit. de excommunicatis non vitandis. verb. Nisi. ergo videtur q. Summus Pontifex non potest statuere, q. excommunicatus compulsus ad iudicium venire, possit excipere, se defendere, & appellare: Nam respondeo, participatio
47 nem cum excommunicato prohibitã esse de iure diuino, in actibus diuinis, cæterum in actibus humanis de iure positiuo tantum esse prohibitam, secundum Sanct. Thom. in additionibus ad tertiam Partem, quæst. 23. artic. 3. Ioann. Maio. in. 4. distinctione. 18. quæst. 4. Driedonẽ de libertate Christiana. pag. 137. & Couarr. in. c. alma mater. 1. part. §. 1. nu. 2. de sententia excommunic. in. 6. & Soto in. 4. distin. 22. quæst. 1. arti. 4. in casu. 5. Ac ideo constat prohibitionem participationis in iudicialibus esse de iure positiuo, ob idq; Pontificem propter supradictas rationes posse constituere, vt excommunicatus possit excipere, se defendere, & appellare. (Etsi fateremur, prædictam participationẽ etiam in actibus humanis prohibitam esse de iure diuino: adhuc erit dicendum, Pontificem ob prædictas causas potuisse interpretari illud ius diuinum, concedendo excõmunicato, vt excuperet, & se defenderet, sicut interpretatus fuit, non peccare participantem cum excommunicato in casibus. c. quoniam multos. 11. q. 3. & c. si verè de sententia excommunic.
49 Rursus non obstat, q. excõmunicatus non compellitur personaliter in iudicio respondere, benetamen per procuratorem, iuxta text. dict. capi. intellexi-
50 mus. sed in causis arduis non cõpellitur quis procuratorem cõstituere, vt in ca. 2. de procurator. Ergo excommunicatus super causa ardua conueniri nõ po-
51 terit: Nã respõdeo, q. in causis arduis excõmunicatus personaliter poterit cõparere, cum procuratorẽ constituere cõpelli nõ possit, secũdũ gl. in dict. c. intelleximus. & ibi Host. Anchar. & Imo. & dicit communiter receptam Panor. n. 5. Barbac. num. 27. & Feli. n. 3. ibidem. quam etiam dicit communem Marian. Socinus in. c. sacris. n. 392. de sent. excõmunicationis, quo in loco. n. 395. testatur hanc opinionem sibi placere. cui in-
52 tellectui non obstat verbum eiusdẽ tex. ibi, Debet. nã licèt ex sui natura importet necessitatem, secundum glo. in Clemen. attendentes. verbo, Debeant. de statu monachorum, quam sequuntur Doct. ibi, & Panor. Francus, & Decius. n. 5. in. c. proposuit. de appellat. & alij plures relati à Tiraquelo de retractu. §. 1. glo. 15. n. fi. tamẽ iuxta subiectam materiam in dict. c. intelleximus. verbum, Debet, exponi debet de debito honestatis: nam verbum, debet, aliquando honestatem importat iuxta dict. gl. in dict. Clem. attendentes, & probat tex. iuncta gl. fi. in. c. 1. de despons. impub. gl. c. 1. 25. q. 1. resultaret enim absurditas, & iniquitas, si in dict. c. intelleximus, verbum, debet, accipiendum esset, ex necessitate, quia contingeret, q. excommunicatus esset inops, vel q. nullum, vel minus idoneum procuratorem inueniret, & sibi sic legitima defensio subtraheretur, cõtra tex. in. c. cum inter. de excep. ac proinde tex. ille intelligi debet, de debito honestatis, & ita de honestate excommunicatus tenetur procuratorem con-
53 stituere ad respondendum. Sed etsi ista sit communis interpretatio ad illum text. tamen opposita sententia verior, & receptior est, imò quòd excommunicatus etiam in arduis debeat procuratorem constituere ad respondendum, quam probat glos. in capit. pastoralis. de iudic, Calderinus, Aretinus, numer. 21. in dict. capit. intelleximus. vbi Decius. num. 7. & Alciat. num. 13. eam dicunt communem & veriorem esse & Parisius in. cap. cum inter. de excep. n.

1. can-

1.eandem dicit communē. Marian. Socin.in.d.c.sacris.n.393.& ista communis opinio habetur in.1.tom. communium opin.lib.3.tit.4.nu.7. Et suadetur hæc interpretatio ex tex.in dict. c. inteleximus. vbi expresse dicitur excōmunicatum debere non personaliter, sed per procuratorem respōdere. facit etiā text.in cap.per tuas.de sentētia excom. vbi excomunicatus nō prosequitur appellationem, nisi prius absoluatur, ad
54 idem est text.in.d.c.cum inter. vbi exceptiones ab excommunicato admittūtur per eius procuratorē oppositæ. Nec huic veriori interpretationi obstat tex. in dict.cap.2.de procurat.vbi in arduis
55 non compellitur quis procuratorem constituere: nam respondeo illud non procedere quoties quis propter delictū prohibitus esset personaliter in iudicio comparere, argumento text.in.l.Papinianus exuli.ff.de minor.quem tex. ad hoc expendunt Aretinus, Decius, Alciatus, & Parisius vbi suprà, ac ideo cū excommunicatus in pœnam sui delicti prohibitus sit personaliter in iudicio esse, compellendus erit etiam in causis arduis procuratorem constituere: & hinc est, q licèt excommunicato permittatur excipere, se defendere & appellare,
56 fieri hoc debet per procuratorem: & ita obseruandum erit. Et hāc opinionem testatur communem, contrariam verò communiter refelli Parisius in capi. significauerunt. & in.cap. vlt. num. 8. de except. Ex quibus manifestè constat,
57 genti, exceptionem excommunicationis obijci posse ad repellendum illū à iudicio: vnde cum sit exceptio dilatoria, & inter dilatorias connumeretur, vt probatur in.c. exceptionē. extrà de excep.in.c.1.eod.tit.lib.6.in Clem.vnica.
58 de excep.gl.in.d.c.exceptionē.quā explicant ibi Panor.Fel.& Parisius. n. 10. & 13. & Rebuffus in Tract. de except. nu.3.tradit Maranta de ordine indiciorum.6.p.membro.9.n.4. & Asinius.in praxi.§.13.c.2.in limitatione.2.principali, ideoq; ante litem contestatam erit opponenda, sicuti reliquæ dilatoriæ, vt in.c.insinuante.de officio delegat. c.in-
59 ter monasterium.de reiud. Nihilominus tamen dicendum erit, hāc exceptionem excommunicationis in quacunq; parte litis opponi posse, etiam si sciēter à reo fuerit omissa. iuxta text.in dict.ca. exceptionem.& in.c.1.de except.in.6. & in.d.Clem.vnica.eod.tit. nā hæc exceptio hoc speciale habet, vt inquit tex. in.d.c.exceptionē. reddens rationē specialitatis, scilicet, ne inuitus in animæ pe-
60 riculum cum excōmunicato communicet: communicans enim cum excommunicato peccat saltim venialiter, & in aliquibus casibus mortaliter secundum Host.in summa de sent.excōmunicationis.§. fi. Ioā.And.in.c.sacris de hijs quæ vi metusue.& cōmuniter oēs ex Naua. in Manuali.c.27.n.28.& Couar.in.dict. c.Alma mater.in initio.1.p.n.7. vt in.c. illud.iūcta gl.verb.Vitari.de clerico.excommunicato.Panor.c.si quis presbyter.n.9.eodem tit.& in.d.c.exceptionē. n.28.Diuus Anto.3.p.tit.25.c.2.§.2.& Nauar.in.c.cū cōtingat.pag.169. versi. sexto.de rescript. quod tamen periculū animæ durat per totam litē, ideo in qua cūq; eius parte opponi poterit, vt in di-
61 ctis iuribus dicitur. Nec his obstat, quòd nonnulli Doct.asserunt, scilicet, exceptionē loci non tuti opponi posse, quoties quis à iudice vocatus esset ad locū nō tutū, quia illud periculū semper durat, iuxta tex.in.c.ex parte.47. de appellat.& in.c.cum olim. de testibus. ergo non est illud solummodò speciale in exceptione excommunicationis, vt propter periculum animæ in quacunque
62 parte litis opponi possit. Nam respondeo quòd etsi exceptio loci non tuti inducat ius illud speciale, non inde sequitur detrahendam esse specialitatem concessam exceptioni excōmunicationis, quia dicendum est duos esse casus speciales fundatos in vna & eadem ratione. Rursus & secundò respondetur, discrimen esse

esse inter exceptionem loci non tuti, & exceptionem excõmunicationis: licèt enim exceptio loci non tuti competat quotiescũq; iudex vocet aliquem ad locum non tutũ, tamen si vocatus noluerit ea vti, non poterit post modũ illã opponere, quia videtur illi renũtiasse: atverò exceptio excõicationis sciẽter & malitiosè omissa, post modum opponi poterit, in quacunque parte litis, vt dicitur in dict. capit. exceptionem. cum similibus.

63 Diximus, (*De excommunion mayor por el prouisor de Salamanca, &c.*) nam obijciens exceptionem excõmunicationis ad repellendum aliquem à iudicio tenetur exprimere speciem excõicationis, an sit maior, vel minor: & etiam nomẽ excõmunicatoris iuxta text. in c. 1. de except. in. 6. Sed videtur hoc non esse ne-

64 cessarium, sed satis esse dicere, Estando como esta descomulgado, &c. nã quoties fit mẽtio excõicationis intelligitur de maiori, vt probat text. in. c. penulti. extra, de sentẽtia excõicationis: Nihilominus tamen erit dicendum necessariò exprimẽdam esse speciem excõicationis, vt inquit tex. d. c. 1. idq; Pontificem statuisse, ne excipiẽs vagetur, & illudat iudici, actori, & iudicio, & vt finis litibus imponatur. ita resoluit Couar. in capit. alma mater. §. 8. num. 5. 1. par. de sententia excõmunicationis in. 6. Vel, aliter tex. in. d. c. 1. intelligit Egidius relatus à Dominico. nu. 10. in fin. in. d. ca. 1. & per speciẽ ibi intelligatur casus, vel factum, propter quòd lata fuit excommunicatio, nam & nos vulgariter appellamus casum, docti appellãt speciem, vt annotauit Budæus in Pandect. in. l. 1. ff. de iust. & iur. fol. 7. pag. 2. Prior tamẽ intellectus verior, & receptior est: cæterùm in alio quocunq; actu, & dispositione, appellatione excõmunicationis venit excõmunicatio maior, vt probat

65 tex. d. c. penult. Nec obstat huic resolutioni, & in pœnis in dubio de minori est intelligendum, vt in. l. si præses. l. interpretatione. ff. de pœnis. & in. cap. in pœ

66 nis. de regul. iuris. in. 6. sed excommunicatio est maior pœna quàm sit in ecclesia, vt in cap. corripiantur. 24. quæst. 3. cap. per venerabilem. qui filij sint legitimi. cap. sacro. versic. cumque. & ibi glo. verbo, Pœnam. de sententia excõmunic. ergo videbatur, quòd appellatione excommunicationis, in dubio veniret minor: Nam omissis solutionibus relatis, & reiectis à Couarr. in dict. cap. alma. 1. part. §. 8. num. 5. omissaque alia Ancharrani, quam sequitur Couar. vbi suprà, ex eo quòd non tollit difficultatem ex dict. cap. in pœnis. cum simili-

67 bus, existimo rectiùs dicendum esse, sci licet, quòd ante dispositionem text. in dict. ca. penult. si fieret mentio excommunicationis, in dubio intelligendũ esset de minori, iuxta dictam regulam, in

68 pœnis: tamen Gregorius. IX. Pontifex (Præuidens, minorem excommunicationem non esse congruens remedium ad compescendos contumaces, minoremque excõicationem nil vltra peccatum mortale operari, & facilè contemni posse iudicum ecclesiasticorum mandata) illam decretalem condidit contra illud iuris principium, quòd in pœnis minimum est sequendum: Nec id mirum est, cùm multoties legislatores aliqua ratione ducti multa contra ius principia statuerũt: & hoc est quòd ipsi dicunt contra strictam rationem disputandi multa esse in iure admissa, vt in. l. ita vulneratus. in fi. ff. ad. l. Aqui. l. si quis seruo. C. de furtis. text. in capit. cum vniuersorum. de rerum permutatione, cap. si beneficia. de prẽbend. in. 6. facit text. in capit. si ciuitas. de sententia excommunicationis. libr. 6. dum dicit,

69 quòd licèt secundum iuris principium interdicta ciuitate suburbia non contineantur, cum appellatione ciuitatis suburbia non veniant, tamen ne sententia interdicti vilipendi valeat, statuitur, vt interdicta ciuitate suburbia etiam interdicta censeantur.

70 Dixi.

70 Diximus, Agrauado y reagrauado, y denunciado, &c. nam licèt de iure veteri excommunicatus vitandus erat statim quòd constabat eum esse excommunicatum, iuxta text. & ibi glo. in. c. cum non ab homine, de sententia excommunicationis. de cuius vera resolutione concertatio fuerat apud Doct. hodie tamen hanc cõcertationem dissoluit Extrauagans Martini. V. incipiens; Ad vitandum scandala, &c. qua
71 statuitur excommunicatum non esse vitandum ante publicationem, & de-
72 nunciationem excommunicationis. Et quia magna controuersia est inter Doctores, circa veram literam illius Extrauagantis nondum typis excussam, libuit mihi eam in præsenti inserere, iuxta veram & tenendam literam concilij Basilien sis, vt ita facili negocio percipi possit quem excommunicatum vitare teneamur: litera sic se habet.

Ad vitandum scandala, & multa pericula subueniendum, conscientys timoratis, statuit etiã, quòd nemo deinceps à communione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut alys quibuscunque diuinis, vel extra, prætextu cuiuscunque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel à iure generaliter promulgatæ, teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in vel contra personam, collegium, Vniuersitatem, ecclesiam, aut locum certum, aut certam, à iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expressè: aut si aliquam ita notoriè excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excusari: nam à communione illius abstinere vult, iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet suffragari.

Hactenus litera prædictæ Extrauagantis. Ex qua colligitur, excommunicatũ hodie non esse vitandum, donec esset publicatus, & denuntiatus à iudice: vel nisi ita notoriè excommunicationem incurreret, q̃ nulla excusatione celari posset. Et iuxta prędictam literam eam referunt & sequuntur Pan. in Clem. 2. de sent. excõmu. in suis recollectis. Felinus in c. Rodulphus. nu. 39. de rescript. Diuus Antoninus. 3. p. tit. 25. c. 3. & Nicolaus de Ausmo in supplemẽto Pisanelæ, verbo, Clericus. 3. asserens se hãc extrauagantem iuxta prædictam literam extraxisse de libro domini Iuliani Cardinalis, qui præfuit dicto concilio Basilien si, & sibi ostendit hãc constitutionem in sua camera. Et eandem literam agnouerunt pragmatica Sanctio Galicana. tit. de non vitandis excommunicatis in principio, Syluester in summa verb. Excõmunicatio. 5. notabili. 4. Rebuf. in concordata. verb. de excõmunicatis non vitandis. pag. 687. Nauar. in c. 1. §. laboret. nu. 10. de pœnit. dist. 6. & in Manuali Hispano, & Latino. c. 27. n. 35. subdens iuxta prædictam literam fuisse illam Extrauagantem confirmatam in concilio Bituricen si, & in cõcilio Lateranen si sub Leone. X. sessione 11. Couar. in. d. c. alma. 1. p. §. 2. num. 7.

73 Vnde primo consequitur, verã esse opinionem Innoc. & sequatium in. c. inquisitioni. de sent. excõmu. asserentis, ante denuntiationem non esse vitandũ excõmunicatum, quanuis eius excõmunicatio duobus testibus probari possit: quicquid oppositum velint Panor. Henrricus & Felin. in. c. cum nõ ab homine.

mine.de senten.excom. Quæ doctrina Innoc.procedit etiam si excõmunicatio per famam publicam probaretur:& ita iam est sublata responsio text. in.ca. cùm desideres, ibi secundæ quæstioni de senten.excommuni.secundum Couar.d.capit.alma mater. 1.p.§.2.nu.7.

74 Consequitur Secundo sublatam esse distinctionẽ tex.in.c.cùm non ab homine.de senten.excom.qui disponebat excommunicatum publicum publicè vitandum esse, occultum verò occultè: nam ante denuntiationem nõ tenemur hodie vitare occultum,etiam occultè.

75 Tertiò consequitur, ante denuntiationem non esse vitandum excõmunicatũ,etiam nominatim, & specialiter:

76 vt putà si nomine proprio, vel signis æquipollentibus esset excõicatus, tunc esset nominatim excõmunicatus,argumento.l.1.&.2.ff.de liber.& posthu.l.si nominatim.ff.de cond. & demõst.glo. in.c.cum & plãtare.§.excõicatos. verb. nominatim.de priui.Et hoc corollariũ probat Cosmas in pragm.sanctio.tit.de excõmunicatis nõ vitãd.verb.Generaliter. cui consentit Nauar.c.1.§.laboret. n.22.de pœnit.dis.6.& in Manuali Hispano,c.27.n.36.& in Latino.n. 35. & subscribit Couar.in.d.c.alma.1.p.§.2.n. 7.vers.4.asserés vsum & cõmunẽ interpretationẽ Christiani orbis prędictã Extrauagãtẽ ita accepisse, & si contradicat Adrianus in.4.Tract.de Eucharistia.c. viso de impedimentis. versi. quantum ad tertiũ & in tract. de confessione,dubio.9.Felin.in.c.Rodulphus.nu. 39.de rescript.& Medina in. C.de Pœnitẽtia. Tract.2.c.de confessione : qui omnes fundãtur in.d.Extrauagãti,ibi Generaliter,&c.ergo videturq; si nominatim & specialiter quis esset excõmunicatus, q ante denuntiationem esset vitãdus: Nã illo verbo,& fundamento nõ obstante, existimo priorẽ opinionem veriorem, & tenendam esse quia verba illius Extrauagantis aptissima sunt ad excusandos participantes cum excommunicato, tam generaliter, quàm nominatim, qui intellectus suadetur ex verbis eiusdem Extrauagantis,ibi.cuiuscunq;.

77 Quarto consequitur ex.d.litera Extrauagantis, vitandum esse quemlibet excommunicatum, ita notorium quòd nulla possit excusatione celari, etiam ante quàm esset publicatus, & denunciatus: nam legendo eam, pro vt supra retulimus, debemus hodie vitare excommunicatum denuntiatum, & excommunicatum ita notorium, quod nulla tergiuersatione celari posset, & si nondum denunciatus esset. & ita hoc corollarium probant Doctores suprà citati, qui prædictam literam sequuntur. Alij verò ex concilio Constantiensi aliter legunt prædictam Extrauagantem:nam loco illorum verborum, *Aut si aliquam ita notorie excommunicationis sententiam constiterit incidisse, quod nulla possit tergiuersatione celari &c.* substituũt hęc verba, *saluo si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum sententiam latam à Canone, adeò notoriè constiterit incidisse.* Iuxta quam literam prædictam Extrauagantem refert Diuus Antoninus.3.par. titul.25. cap.3.sequitur Angelus de Clauasio in summ.verb.Excommunicatio.8.§.63. Maior in.4.distinctio.18.quæstio.3. Caietanus in summa.verb.Excommunicatio minor. Driedonius de libert. Christ. pagin.88. Ledesma in secundam.4.quæst.25.artic.1. & Soto in.4. distinct.1.quæst.5.artic.6.& distin.22. quæst.1.artic.4. dicens iuxta hãc literã vsu ecclesiæ hanc Extrauagantem receptam esse. idem firmat Victoria in tract. de excòmunic.n.10. Ex quibus lecturis constat, maximum discrimen esse, nam iuxta primam literam concilij Basilienses, quilibet notoriè excommunicatus, ita quòd nulla excusatione celari possit, vitandus erit ante denuntiationem: at verò secundùm literam posteriorem concilij Constantiensis solummodò sunt vitandi notorij percussores clericorum

ante

ante denũtiationem: reliqui autem notorij excõmunicati ante denũciationẽ nõ erunt vitandi. Sed proculdubio recedendũ non esse existimo à litera cõcilij Basilienſis, tum quia inter acta concilij Basilienſis illa Extrauagans reperitur iuxta primam literã: at verò inter acta Cõstãtienſis nõ reperitur, nec ſecundũ hanc, nec illam literam. Tum etiã quia cõcilium Basilienſe fuit celebratũ post conciliũ Constantienſe, & quæ in concilio Basilienſi decreta fuerũt circa cẽſuras, approbata postea fuerũt per Martinum. V. & Nicolaũ. V. Summos Pontifices, vt ex eorum bullis contentis in volumine cõciliorum cõstat, vt refert Couarr. in. d. §. 2. n. 7. verſi. quædam verò in fin. qui etſi vacilet in iſto artic. in hanc tamẽ partẽ magis ſe inclinat. Facit etiam pro hac ſententia & ſecurius eſt,

78 vt omnes notorios excommunicatos vitemus, cùm prædicta Extrauagans veniat ad ſubueniendum conſcientijs timoratis, vt in principio eius dicitur: & ex hoc nullum inconueniens reſultat, quòd tamen reſultaret ex litera concilij Conſtantienſis. Inſuper facit, quia notorius excommunicatus neceſſario

79 non eſt denuntiandus, ſecundum Panorm. & Deci. in. c. peruenit. 1. de appellat. & Dominic. in. c. cum ſecũdum leges. de hæret. in. 6. & Felin. in. c. Rodulphus. nu. 39. de reſcript. Et hac conſideratione vtitur Nauar. in. d. c. 1. §. laboret. n. 18. per text. in. c. quoniam. de filijs præsbyte. & ſi diſpliceat Couar. d. §. 2. n. 7. Stat igitur concluſio, quod hodie excõmunicatus nõn eſt repellẽdus à iu-

80 dicio, nec ab alia cõmunione ante denũtiationem, niſi eſſet ita notoriè excõmunicatus, & nulla tergiuerſatione celari poſsit, ideoque in libello dictum fuit, Y denunciado.

81 Diximus in. d. libello, (*Ayplotopendiente.*) nam exceptio litis pendentiæ eſt dilatoria, & ante litis conteſtationẽ erit obijciẽda ſecũdum Bald. in. l. perẽptorias. n. 40. C. ſent. reſcind. nõ poſſe. Feli. d. c. exceptionẽ. n. 32. Matth. de Affl. in deciſ. 130. nu. 5. lib. 4. & Aſinium in praxi. §. 13. cap. 2. nu. 3.

Reliquæ verò exceptiões in dicto libello appoſitæ ſunt dilatoriæ, vt in principio huius temporis reſoluimus, de quibus quando caſus occurrerit conſulendus erit Speculator in titul. de excep. & replicat. §. nunc videndum reſtat. Felin. dict. cap. exceptionem, à num. 7. & ibi Pariſ. num. 4. Alex. & Iaſ. in. l. ita demum. n. C. de procurator. Dueñas in regul. 263. & latius Aſinius in praxi. §. 13. cap. 2. per totum.

82 Reſtat vt videamus de exceptionibus mixtis ſeu anomalis: & exceptiones mixtæ dicuntur quæ naturam aliarum exceptionum non ſequuntur, propterea quòd ante, & poſt litem conteſtatã opponi poſſunt, vt putà exceptio excommunicationis, quæ in quacunq; parte litis obijci poteſt. vt dict. capit. exceptionem. de excep. & in cap. 1. eod.

83 tit. in. 6. & exceptio non numeratæ dotis, vel pecuniæ, ſecundum Speculat. tit. de excep. in princ. nu. 7. verſi. anomalæ verò. Aſinium in praxi. §. 13. cap. 7. n. 2. item exceptiones rei iudicatæ, iuſiurandi, & tranſactionis, quia in vim dilatoriarum opponuntur ad proceſſum, & etiam in vim perẽptoriarum, & ita iudicantur à forma & modo opponendi illas, ſecundum Lancelotum Corradum in ſua pract. lib. 1. cap. 9. de prætore, §. 2. de officio prætoris in cauſis ciuilibus. ti. de incidẽtibus, & emergẽtibus. n. 2. Beroium. c. ſuper literis. nu. 76. de reſcript. ſimiliter exceptio tu nõ es procurator, quã probat. l. licèt. & ibi Alex. C. de procur. & Dueñas in Regu. 264. vel exceptio, tu es filius familias, vel es ſeruus, vel es minor, vel pupillus: nã licèt iſtæ exceptiones ſint dilatoriæ, tamen quia proceſſus redditur nullus ex actis geſtis ab eis, quandocunq; opponi poſſunt, etiam poſt litem conteſtatã: ac ideò anomalæ dicuntur, ſecundum Aſinium in praxi. §. 13. cap. 2. limitatione

ne.8. præiudiciales etiam dicuntur, vt resoluit. Didac. Perez in. l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordi. col. mihi. 1007.

Et de isto libello exceptionum dilatoriarum, vel emergentium datur co-
84 pia actori, & summariè de eis cognoscitur, & in eis ante diffinitiuam expressa, vel tacita pronuntiatio, procedendo ad vlteriora processus, requiritur, secundum gloss. in cap. 1. de ord. cognit. & ibi Panorm. num. 22. & communiter omnes ex Imol. ibi num. 6. Cinus, & Paulus Castr. num. 9. in l. 1. C. de ord. iudi.

Cæterùm si reo nulla exceptio dilatoria, seu emergens competat, statim post oblationem, & intimationem libelli actoris eidem reo factã, intra nouem dies tenetur litem cõtestari de iu-
85 re huius regni, iuxta text. in. l. 1. titu. 4. lib. 4. Recopil. at verò apud Lusitanos reus tenetur litem contestari intra terminum à iudice assignandum, iuxta ordinat. Lusitan. libr. 3. titu. 39. in princ. ideoq; opportunè erit dicèdum de Sexto Tempore, &c.

Ex Sexto Tempore.

SVMMARIA.

1 *LIS contestatio nihil aliud est, quã principalis causæ narratio, & ad eam apud iudicem competentem sequuta responsio.*

2 *Litis cõtestatione omissa processus erit nullus.*

3 *Litis contestatio est lapis angularis, & iudicij fundamentum.*

4 *A partibus remitti non potest litis contestatio.*

5 *Potest reus à iudice compelli litem contestari.*

6 *Reus litem non contestans pro confesso habetur.*

7 *Litis contestatio in causis summarijs necessaria non est, nisi iure regio.*

8 *In quibusdam casibus litis contestatio non requiritur, remissiuè traditur.*

9 *Litis contestatio præcludit viam dilatorias exceptiones opponendi.*

10 *Personalis actio post litis contestationem vsq; ad. 40. annos perpetuatur.*

11 *Inualida litis contestatio actionẽ non perpetuat.*

12 *De dolo actio per litis contestationem non perpetuatur.*

13 *Quamlibet præscriptionem litis contestatio (etiam coram arbitro facta) interrumpit.*

14 *Per litis contestationem aduersarius in mala fide constituitur.*

15 *Per litis contestationem in mora quis constituitur.*

16 *Procurator lite contestata dominus litis efficitur, nec reuocari potest nisi in certis casibus.*

17 *Potest procurator post litem contestatam, vtpotè dominus litis alium procuratorem substituere.*

18 *Post litis contestationem delegatus ab alijs quàm à principe potest alijs causam committere.*

19 *Lite non contestata non potest procedi ad testium receptionem, vel ad iuramentum calumniæ, aut ad sentẽtiam diffinitiuam. & n. 20.*

21 *Post litem contestatã reus iudici subijcitur & actori obligatur.*

22 *Post litis contestationem causa vsuraria efficitur.*

23 *Litis contestatio fieri debet post libellum porrectũ, & post viginti dierũ dilationẽ ad deliberãdum concessam.*

24 Iure regio intra nouem dies lis contestanda est alias reus pro confesso habetur.

25 Contumax nemo dicitur ante contumatiæ incusationem.

26 Terminus nouem dierum ad contestandum assignatus non potest per iudicẽ restringi secundum communem Docto. tamen autor tenet contrarium.

27 Quotiescunq; ipso iure aliqua lege pœna imponitur, sententia prius declaratoria requiritur.

28 Reo ante iudicis declarationem mortuo, pœna non transit ad hæredes.

29 Reus intra nouem dies litem non contestans, potest nihilominus intra dies viginti peremptorias exceptiones obijcere.

30 Reus intra nouem dies litem non contestans videtur confirmare petitionẽ aduersarij.

31 Nouem dies ad contestandam à lege cõcessi, sunt continui & non vtiles.

32 Contestatio non solum die feriata, sed etiam actore absente fieri potest.

33 Si reus pe Viam reconuentionis aliquid ab actore petierit, etiam si actor intra nouem dies petitionem non fuerit cõtestatus nõ habebitur pro confesso.

34 Si dominus non fuerit citatus, vel procurator specialiter ad eam causam nõ fuerit constitutus, procuratoris contumacia in non respondendo, domino nocere non potest.

35 Si reus compareat, & postea sine iudicis licentia recedat, lis pro contestata habetur.

36 Lex. 1. tit. 4 lib. 4. Recopilat. non habet locũ in causis criminalibus, etiam ciuiliter intentatis.

37 Reus libello inepto non respondens pro confesso, vel contumace, iure communi non habebatur.

38 Etiam si petitio inepta sit, dum talis inueniatur, ex qua intentio actoris cognosci possit, reus intra nouem dies non respondens habetur pro confesso, regio iure.

39 Reus intra nouem dies litem non contestans, si postea onus probandi, quod actori incũbebat, in se suscipiat, etiã termino elapso excusatur, & appellare potest à sententia iudicis declaratoria.

40 Contumax non auditur appellans.

41 Fictus contumax appellare potest.

42 Aduersus lapsum termini minor restituitur.

43 Minor aduersus veram cõfessionem restitui potest.

44 Lex. 1. tit. 4. lib. 4. Recopi. non seruatur apud regios supremosq; iudices.

45 Inferiores iudices non possunt recedere ab obseruantia legis, etiam durissimæ.

46 In causis gabellarum lis contestanda est, infra trium dierum spatium, aliàs reus pro confesso habendus est

47 Contestatio antiquitus per diuersa, & plura uerba fiebat.

48 Regio iure contestatio fit per verbum, Nego, aut per verbum, Confiteor.

49 Contestatio litis fieri debet intra nouem dies iudice, actore, & tabellione præsentibus.

50 Si actor inueniri, aut iudex nõ possint, litis contestatio absente actore fieri poterit, in eo loco, in quo iudex inueniri possit.

51 Libellus litis contestationis Hispano sermone

sermone compositus.

52 *Per hæc verba, Nego in totum petitionem, sicut in ipsa continetur, litis contestatio inducitur.*

53 *Verba, Cum animo petitionem contestandi, non sunt necessaria.*

54 *Litis contestatio super inepto libello facta est ipso iure nulla.*

55 *Reus habet viginti dies ad opponendas exceptiones peremptorias post litis contestationem.*

56 *Quando bene fundatum est ius litigantis in ipsa litis contestatione potest peremptorias opponere.*

57 *Iuri suo potest quilibet renuntiare.*

Sextum Tempus,

Litis contestationis.

1 Litis contestatio est principalis negotij apud iudicem competentem facta narratio, & ad eam secuta responsio, ita colligitur ex c. vnico iuncta glo. extrà, de litis contestatione, ex capit. dudum. secundo. de electione, ex l. rem non nouam. §. Patroni. C. de iud. conuenit. l. 19. titu. 4. & l. 2. & 3. titu. 10. par. 3. l. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. & ordinatio Lusitan. lib. 3. titu. 19. in prin. tradit Tiraquel. de retractu. lib. 1. §. 15. glos. 2. num. 1. Damhauderius in praxi cap. 120. num. 1. & cap. 140. num. 1. & Maranta de ord. iud. 6. part. memb. 10. num. 3. & Ioan. Parladorius in lib. rerũ quotidian. c. 14. nu. 3. quo in loco. nu. 1. & 2. tradit cur litis contestatio ita dicatur, reiecta etymologia Pompeij & Tiraqueli.

2 Quæ litis contestatio est actus substantialis iudicij, & processus, adeò q̃ si omittatur, processus erit nullus, secundum glo. dict. cap. dudum. verb. Irritũ duximus. & glos. in l. prolatam. C. de sent. & interloq. omni. iudic. & ibi Bart. & omnes. glo. cap. vnico. de litis contestatione. in fin. & glo. in c. quoniam. de probat. verb. responsiones, & de iure regio hæc opinio probatur in l. 7. ti. 3. p. 3. & in l. 2. tit. 16. part. 3. & in l. 8. & 9. ti. 22. p. 3. & resoluit Auend. in. 1. responso num. 4. Vnde Bald. in cap. 1. extrà de litis contesta. inquit, quòd contestatio litis est lapis angularis, & fundamẽtum iudicij, not. Ias. in l. si is qui. num. 7. ff. de iure iur. Sebast. Bantius de nullit. process. pag. 298. num. 28. in tantum quòd à partibus contestatio litis remitti non potest, secundum glo. in cap. de causis. de officio delegati. quam ibi testantur communiter receptam Decius, & Socinus in cap. 1. de litis contest. Gregor. Lup. in l. fin. tit. 10. partit. 3. verbo, Lo que no se podria. & Didac. Perez in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordi. col. mihi. 862. vbi in quæst. 4. concludit, reum posse præcisse à iudice cõpelli litem contestari, per tex. in l. 10. tit. 3. p. 3. & ante eum idem resoluit Maranta. vbi suprà, nume. 8. & Asinius in praxi. §. 17. cap. 5. Tametsi Bologninus in repet. l. si finita. §. Iulianus. num. 78. ff. de dam. infect. duas opiniones communes contrarias adducat. Cæterùm si reus noluerit litem contestari, processus gestus absq; litis cõtestatione validus erit, secundũ Bart. in l. nõ videtur defendere. ff. de regul. iur. Et Auend. in dict. responso. 1. nume. 21. inquit, hodie processum sine contestatione valere, cùm reus non contestando pro confesso habeatur, & condemnari possit, vt probatur in l. 1. titu. 4. libr. 4. Recopil. Sed hoc est falsum, nã ibi non deficit litis contestatio, cũ illa ficta confessio pro contestatione habeatur, vt infrà dicemus in sexto intellectu. dict. l. 1.

7 In causis vero summarijs de iure communi litis contestatio non requiritur, vt probat tex. in Clem. sæpe. de verbo-

ad materiam litis contestationis v. Vancium de nullitate ex defectu processus n. 28. fol. mihi 632

rum signifi. & ibi firmant Card. & Bonifa. nam in eis loco litis contestatæ habetur ille primus actus qui in iudicijs ordinarijs solet sequi post litem contestatam, vt putà dilatio ad probandum. ita resoluũt Didacus Perez vbi suprà, col. 861. & Asinius in praxi. in princ. cap. 8. num. 116. tamen de iure regio etiam in causis summarijs litis contestatio necessaria est, vt probat text. in l. 20. titul. 17. lib. 4. Recopil. ibi, Desque los pleytos son contestados. nam ibi dicitur, q̃ attenta veritate procedatur, etiam si omissa fuerit aliqua solennitas ordinis iudiciarij: ergo supponit quod in causis summarijs litis cõtestatio interueniat. probatur etiã in l. 5. tit. 7. lib. 9. Recopilat. vbi dicitur, quod in causis gabellarũ, in quibus summariè proceditur, litis cõ
8 testatio fiat. Et octuaginta & duos casus, in quibus litis contestatio non requiritur congerit Socinus in cap. quoniam frequenter. à. n. 9. vt lite non constet.

9 Litis tamen contestatio operatur effectus sequentes. 1. enim præcludit viam opponendi exceptiones dilatorias, nec post eam opponi potest declinatoria fori, vt in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procurat.

10 Secundò post litem contestatam omnis personalis actio perpetuatur vsque ad. 40. annos, vt in l. sæpe. C. de præscript. 30. vel. 40. ann. & in l. 11 C. de annali exceptione. tradit latè Alexan. in l. si quis eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Rebuf. in constit. regal. Galliæ. 2. tomo. Tract. de recisione contractus. glos. 19. num. 24. Quæ tamen opi-
11 nio vera est in contestatione valida, nam contestatio inualida nõ perpetuat actionem secundum Paul. Castr. in l. si quis. §. quod si quis. num. 2. ff. de iniust. rupt. & latè Tiraquelus de vtroque retract. lib. 1. §. 1. glos. 9. num. 83. & Didacus Perez in l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinam.

12 Pari modo actio de dolo non perpetuatur per litis contestationem, vt probat. l. vltima. C. de dolo.

13 Tertiò, Litis contestatio interrumpit quamlibet præscriptionem, vt probat text. in l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. & l. more. C. de rei. vend. etiam si facta fuerit coram arbitro, vt probat text. in l. penult. C. de recept. arbitris.

14 Quarto, Per contestationem aduersarius constituitur in mala fide quantum ad fructus, vt probat text. in l. certum. & in l. more. C. de rei vend.

15 Quinto, Contestatio litis constituit partem aduersam in mora, secundum Alex. in consil. 48. lib. 4. col. fin. præsertim in ijs, quæ debentur officio iudicis, vt in l. cum postulassem. ff. de damno infect.

16 Sexto, Per litis contestationem procurator constitutus efficitur dominus litis, nec reuocari potest, nisi in certis casibus, vt in l. post litem. cum l. sequent. ff. de procurato.

17 Septimo, Procurator post litem cõtestatam potest alios substituere tanquàm dominus litis, vt in l. neque. C. de procurat.

18 Octauo, Post litem contestatam delegatus ab alio, quàm à principe potest alijs causam committere, iuxta gloss. in l. & quia. verbo, Nec ipsa lex. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. & glo. in l. fi. verb. Nec habent. C. vbi, & apud quem. Speculator in titu. de litis contestatione. verfic. effectus. Quæ opinio iure regio approbata est per text. in l. 19. tit. 4. part. 4. de iure tamen communi contraria opinio verior est, quam firmat glo. in cap. cum Bartoldus. verb. Committentibus. de re iud. & glo. capit. 1. de procurat. in 6. glo. in l. à iudice. C. de iudic. tradũt Bar. num. 11. Iaff. & Zasius. nu. 36. in l. more. ff. de iurisd. omn. iud.

19 Nono, Facta litis contestatione iuratur de calumnia, & testes recipiuntur: quod tamen antea fieri nequit, vt in toto titu. vt lite non contesta.

20 Decimo, Ad diffinitiuam sentẽtiam proceditur post litem contestatam, ad

quam

quam sine litis contestatione procedi non potest, vt in Authen. de exhibend. reis. §. si verò collatione. 5.

21 Vndecimo, Per litis contestationem clauditur via multis malitijs, & reus iudici subijcitur, & obligatur actori, secũdum Specula. tit. de litis contestatione. versic. effectus. in fine.

22 Duodecimo, Post litem contestatã causa fit vsuraria, quæ prius non erat, vt probat tex. in. l. lite. ff. de vsuris. Alios plures effectus congerit Speculator in titu. de litis contest. versi. effectus. Bonifacius in sua Peregrina. verb. litis contestatio. quæst. 3. Marant. de ordi. iud. 6. part. membro. 10. num. 15. & Damhauderius. in praxi. cap. 120. & cap. 140. & septuaginta & quinque effectus litis contestationis congerit Rebufus in tractatu de effectibus litis contestationis.

23 Hæc litis contestatio de iure communi fieri debet post exhibitum, & porrectum libellum ab actore, & post dilationem viginti dierum concessam ad deliberandum, vt in Authen. offeratur. C. de litis contesta. & in cap. inducix. versic. offeratur. 3. quæst. 3. at verò de iure regio lis contestari debet intra nouem dies continuos connumerandos à

24 die, quo libellus porrectus ab actore fuit intimatus reo, vel eius procuratori: alioquin reus si non fuerit contestatus litem in dicto termino habetur ipso iure pro cõfesso, ob eius contumaciam, absq; eo quòd iudex super isto articulo sententiam condemnatoriam proferat. ita expresse disponit. l. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil. Cuius tamẽ legis. 1. dispositionẽ intelligo procedere primò, quãdo reus fuit citatus personaliter, & recepit copiam libelli: secus verò quando nõ comparuit, nec recepit copiam libelli, nam tunc vigore citationis aduersus citatum proceditur ad missionem. ex. 1. & 2. de creto, vel alijs remedijs, vt resoluisti, in frà. 2. part. huius. 1. tomi. Et ita. d. l. 1. intelligit Didac. Perez in. l. 1. titu. 3. lib. 3. Ordi. col. mihi. 873. ¶ Secundò intelligo dispositionem. d. l. 1. procedere etiã si accusatio contumaciæ ab actore non fiat: adhuc enim reus pro confesso haberetur vt probat. d. l. 1. in illis verbis. Si assi no respondiere, sea auido por confesso por su rebeldia: & firmat Bald. in. l. si tutor. C. de interdict. lectu. 1. num. 1. refert Didacus Perez in addit. ad Seguram in. l. 3. §. fi. de lib. & posthu. nu. 82. Nihilominus tamen oppositam sententiam praxis recepit, imò incusationem cõtumaciæ præcedere debere ab actore, ad hoc, vt reus pro confesso habeatur. quam opinionem firmat Innocen. in cap. calũniam. de pœnis. & ibi Ioan. Andr. & Ancharr. consi. 97. col. 2. in fi. quistylus tanquam lex obseruãdus erit secundùm Matthæum de Afflict. decisione. 135. num. 3. Decium in cap. ex literis. num. 6. de constit. & satis. probat

25 ipsa. l. 1. ibi, Por su rebeldia. quia contumax non dicitur ante incusationem contumaciæ, vt probat. l. properandũ. §. 1. de iudic. & ibi Bald. num. 4. & hoc modo procedit ordinatio Lusitanorũ. lib. 3. tit. 39. in prin. ibi, A a sua reueria o julgador cõteste por ele. ¶ Tertiò declarationem dict. l. 1. intelligo procedere

26 dummodo terminus nouem dierum non restringatur à iudice: nam iudex etiam ex aliqua causa non potest illum perstringere, cùm sit à lege concessus, argum. text. in cap. indultum. de regul. iur. in. 6. & firmat Iacobus de Arec. relatus à Bart. in. l. 2. num. 4. ff. de re iud. vbi hanc opinionem testatur communem Ias. num. 22. Ripa. nu. 14. & Decius in Rubr. C. de succeff. edict. num. 4. Oppositam tamen sententiam verior est, vt cõstat ex his quæ supra resoluimus in. 5. tẽpore. n. 18. ¶ Quartò intelligo. d. declarationem text. in. d. l. 1. quòd licèt per lapsum nouẽ dierum ipso iure, sine aliquo processu, & sententia, reus habeatur pro confesso, vt probat. d. l. 1. tamen requiritur sententia interloqutoria hoc

27 declarans. nam quando ipso iure est imposita aliqua pœna, semper requiritur

sententia declaratoria, secundum Bar. in. l. eius qui. ff. de iure fisci. Bald. l. iubemus. §. sanè. C. de sacrosanct. eccles. Roma. consi. 211. col. 3. & probatur in cap. cum secundum leges de hæret. in 6, & probat. gloss. in cap. quam sit. verb. Ipso. de electione. in. 6. glo. in. c. licet canon. verb. Iusto impedimento. eod. tit. & lib. & hanc dicit veriorem & magis communem opin. Augustt. Beroius, in cap. 1. de constit. num. 137. Tiraquel. in l. si vnquam. verb. Reuertatur. nume. 400. C. de reuocand. donat. Couarru. cap. cum esses. num. 6. de testamen. & in. 4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 8. nu. 10. & in regula peccatum. 2. part. §. 5. nu. 6. & §. 8. num. 4. Soto lib. 1. de Iust. & iur.

28 q. 6. artic. 6. ¶ Quintò intelligo quod si reus moriatur antequàm à iudice declaretur pro confesso, quòd pœna huius. l. 1. ad hæredes non transit secundùm Bar. in. l. 1. §. sed & constitutio. num. 4. ff. de calum. facit text. in. l. eius qui de latorem, & ibi Bart. & in. l. ex iudiciorũ. ff. de accusat. Nec huic intellectui obstat quòd cum ista pœna imposita sit à lege, per consequẽs deberet ad hæredes transire. Secundum gloss. in. l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. & firmat Panorm. in capi. vlti. n. 11. de iuramento calum. nam illud est verum, quando sententia declaratoria iudicis præcesserit. Secundum Didac. Perez. in. l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordin. ¶ Sextò intelligo, quod li-

29 cèt reus non contestando litem intra nouem dies habeatur pro confesso, nõ tamen prohibetur postea intra viginti dies obijcere exceptiones perẽptorias ad repellendam intentionem aduersarij super principali quæstione, vt putà si opponat exceptionem pacti de non petendo, iureiurando, præscriptionis, vel similis: nam per prædictam. l. 1. hoc non est prohibitum, imò permittitur,

30 quia per hanc fictam confessionem litis contestatio inducitur confirmando petitionem actoris: negando enim vel confitendo litis contestatio fit, vt probat. d. l. 1. & infrà dicemus, ergo post hanc contestationem exceptiones peremptoriæ obijci poterunt à reo intra viginti dies à iure assignatos ad illas opponendas, iuxta text. l. 1. titu. 5. lib. 4. Re-

31 copila. ¶ Septimo intelligo, quod nouem dies à. l. 1. assignati ad contestandam litem, sunt continui, & non vtiles, & ita currunt de momento ad momentum, vt constat ex verbis eiusdem. l. ibi, Continuos. & de tempore continuo loquitur text. in cap. quia diuersitatem. de cõcessione præb. & tex. in Clemen. vnica. de restitutione in integ. & ibi, glo. verbo, Continuũ. Tiraquelus de vtroque retract. libr. 1. §. 35. gloss. 4. ac ideo vt reus habeatur pro confesso, requiri-

32 tur, quòd totus terminus nouem dierum sit elapsus. Et hinc est, contestationẽ fieri posse die feriata, vt probat text. in. l. 2. titulo. 4. libr. 4. Recopilat. Potest etiam fieri actore absente, vt probatur in dict. l. 2. titu. 4. lib. 4. Recopila. & si de iure communi actore præsente fieri debeat secundum Bald. in. l. 1. versicul. 3. quæro. numero. 4. C. de litis contestatione. Marant. de ordine iudic. 6. part. membr. 10. num. 7. & Asinium in praxi. §. 17. capit. 3. ¶ Octauo intelligo di-

33 ctam. l. 1. non procedere quando reus per viam reconuentionis aliquid petierit in libello responsorio: nam licèt actor litem non contestetur, non habebitur pro confesso, vt probat text. in. l. fin. titu. 4. lib. 4. Recopil. ¶ Nono intelligo dict. l. 1. quod dum inquit, quòd si petitio actoris intimata fuerit reo, vel eius procuratori, & neuter intra terminum contestationem fecerit, quòd

34 reus habebitur pro confesso, intelligi debet, quando dominus citatus fuerit, vel procurator specialiter fuerit constitutus ad illam causam, alioquin contumacia procuratoris in non respondendo nõ nocebit domino, ex doctrina Barto. in. l. 1. §. si procurator. num. 1. ff. si quis ius dicent. communiter recepta ex Socino. ibi. num. 5. & ita intelligit

git Didacus Perez in.l. 1. titu. 3. libr. 3. Ordi. col. 868. ¶ Decimo intelligo. d. l. 1. habere locum in casu. l. 1. titu. 11. lib. 4. Recop. vt putà quando quis personaliter fuit citatus. & noluit compa-
35 rere, vel iam quòd comparuit illicentiatus recessit, tunc enim lis habetur
36 pro contestata. ¶ Vndecimo intelligo dict. l. 1. non habere locum in causis criminalibus, etiam ciuiliter intentatis, & idem obseruandum esse in causa iniurarum criminaliter, vel ciuiliter intentata. Secundum Didacum Perez. l. 1. titu. 3. lib. 3. Ordinam. gloss. verbo, Maguer que diga que el procurador. Intelligè tamen hoc obtinere quo ad incurrendam pœnam huius. l. nempè, q̃ delinquens non contestans habeatur pro cõfesso, nõ vero, q̃ in causis criminalibus litis contestatio non sit necessaria: quia imo necessaria est secundum communem opinionem ex Socino. c. qualiter & quando, el. 2. num. 960. nam per responsionẽ accusationi factã, vel inquisitioni, ad interrogationẽ iudicis lis contestata dicitur, & ita praxis obseruat teste Bart. in. l. is qui reus. num. 4. ff. de pũblic. iudic. & Iulio Claro lib. 5. Sentent. §. fin. quæst. 45. num. 2. & probatur in. l.
16. tit. 1. part. 7. & ibi Grego. Lupus. ver
37 bo, Si o non. ¶ Duodecimo intelligo. d. l. 1. quòd licèt de iure cõmuni reus non respondens libello inepto, non habeatur pro confesso, vel contumace, quia iudicium est nullum, vt not. Barto. in. l. filius familias. ff. de interrogat. act. Paul. Cast. l. fideiussor. numer. 2. ff. de nego. gest. hodie tamen quauis petitio sit inepta, dummodo sit talis qualis, ex qua colligi possit quid actor petere velit,
38 reus non contestando litem intra terminum pro cõfesso habebitur, vel contumace, cùm hodie iam qualis talis petitio sufficiat. Hæc colliges ex ijs quæ resoluisti suprà in. 4. tempore. num. 5. & 16. & in specie firmat Auẽdanius in responso. 1. nu. 21. versi. hodie tamen si petitio. quauis ipse perperàm citet Doct.
39 pro sua opinione. ¶ Decimotertio intelligo. d. l. 1. quòd licèt reus pro confesso habeatur non contestãdo litem, tamen si voluerit in se assumere onus probãdi suã innocentiã, & contrariũ eius quod sibi petitur admittẽdus, erit, & excusabitur argumẽto tex. in. l. 2. C. qui testamẽta facere poss. vbi Angel. Paul. Salicet. Alexand. & Ias. num. 6. & Bald. in. l. ita demum. C. de procurat. facit text. in. l. fi. §. fin. ff. de bonis eorum qui ante sentẽtiam mortem, &c. poterit etiam reus appellare à sententia iudicis, quia eum pro confesso declarauit, licèt enim cõ-
40 tumax, non audiatur appellans. l. properandum. §. fin autẽ. & ibi Bald. n. 5. C. de iud. id intelligi debet in vero contuma-
41 ce, secus tamen est in ficto, secundùm Bald. vbi suprà, & ibi Alexand. nu. 17. & Hippolytum in singul. 87. Deinde si reus minor. 25. ann. fuerit, in integrũ
42 restitutionem petere poterit aduersus lapsum tẽporis, præsertim quia aduersus cõfessionem verã minor restituitur, secundum Bart. in. l. auxilium. §. in delic-
43 tis. nume. 2. ff. de minor. Alexand. & Ias. in. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iure iurand. Decium. in. l. nil consensui. §. non capitur. ff. de regul. iur. & Hippolyt. in. l. 1. §. fin. num. 70. ff. de quæstio-
44 nibus. ¶ Decimo quarto intelligo rigorem. d. l. 1. quòd reus habeatur pro confesso non contestando litem intra terminum, non seruari apud regios & supremos iudices secundum Matiençũ in dialogo relatoris. 3. part. cap. 44. nu. 6. Couarr. in lib. 1. Variarum resol. cap. 1. num. 8. & Auendanium in responso. 1. num. 21. Cæterùm apud Iudices inferiores rigor illius. l. obseruandus erit,
45 quia iudices inferiores recedere non debent ab obseruatione legum quãtumcunq; duræ sint. ¶ Vltimo etiam intelligo. d. l. 1. vt dum disponit litem contestandam esse intra nouem dies, non pro-
46 cedere in causis gabellarum: nam in eis lis contestanda est intra tres dies connumerandos à die intimationis libelli

factæ reo, alioquin reus non conteſtando intra illum terminum, pro confeſſo habebitur. ita diſponit. l. 5. tit. 7. lib. 9. Recopila.

47 Rurſus hæc litis conteſtatio de iure cõmuni fiebat pluribus & diuerſis verbis, vt notat Socinus in cap. 1. de litis cõ
48 teſtatione. à. num. 77. Marant. de ordine iudic. 6. part. membro. 10. num. 4. de iure tamen regio lis planè & clarè eſt conteſtanda per verbum, Nego, vel Cõfiteor, vt probat expreſsè text. in. d. l. 1. tit. 4. lib. 4. Recopil.

49 Inſuper litis conteſtatio fieri debet intra nouẽ dies continuos, præſentibus iudice, actore, & tabellione cauſæ, ſi inueniri poſsint, alioquin fieri poterit die feriata, præſente, vel abſente actore, in
50 loco vbi iudex inueniri poſsit, domi ſuæ, vel vbi pro tribunali ſedere ſolet, coram tabellione cauſæ, quãdo petitio eſſet in ſcriptis oblata, vel corã alio tabellione illius loci, & teſtibus, quãdo nõ eſſet in ſcriptis redacta apud tabellionem, coram quo petitio fuiſſet producta: & ſi abſente actore fuerit lis conteſtata, reus tenebitur conteſtationem coram iudice oſtendere, & actori dicere cum primùm in iudicio actor comparuerit, aliàs incurret pœnas. l. 2. tit. 4. libr. 4. Recopil. vbi prædicta forma præſcribitur, & conteſtatio erit formanda modo ſequenti.

Illuſtre Señor.

51 *Geronymo, vezino de la ciudad de çamora reſpondiendo a vna demanda contra mi pueſta a pedimiento de Pedro, vezino deſta ciudad de Salamanca, en que en effecto me pide tal coſa, cuya forma auida aqui por inſerta, Digo que la dicha demanda no es pueſta por parte, ni contra parte, en tiempo, ni en forma, ni ſegun y como de derecho deuia: y aſsi la niego en todo y por todo ſegun y como enella ſe contiene, con animo de la conteſtar ſiendo de conteſtacion digna: y proteſto de allegar mis excepciones y defenſiones dentro del termino de la ley, ſobre que pido juſticia, y el officio de v. m. imploro y las coſtas proteſto, y pido lo por teſtimonio.*

Expoſitio ſupradicti Libelli.

52 Diximus (*Niego la en todo y por todo como en ella ſe cõtiene, &c.*) per hæc verba communis practica conteſtatur litem ſecundum Marantam de ordine iud. 6. part. membro. 10. num. 4. Aſinium in praxi. §. 17. cap. 2. verſi. fin. Practicam Ferrariæ in forma reſponſionis rei, verſic. Maranta. & de iure regio probatur in. l. 3. tit. 10. part. 3. vbi Gregorius Lupus verb. Non ſon. defendit hanc formam conteſtandi procedere etiam ſtãte. d. l. 1. tit. 4. lib. 4. Recop. diſponente, conteſtationem fieri debere per verbum, Nego. vel, Confiteor: & prædicta verba ſunt magni effectus: nam ob ea reus ita reſpondens euitabit pœnas impoſitas aduerſus negantes, de quibus in l. fi. ff. de rei vendi. l. contra negantem. C. de lege Aquilia. quas tamen incurreret ſi ſimpliciter negaret, ſecũdùm Barto. in. l. ſi dubitetur. §. ita demum. ff. de fideiuſſ. receptum à Marãta, & Aſinio in locis ſupra proximè citatis.

53 Diximus. *Con animo de la conteſtar, &c.* nam licèt hæc verba non ſint neceſſaria, vt diſpoſitum eſt in Rota. 2. titul. de litis conteſt. in nouis & in antiquis, deciſ. 472. tradit Specul. titul. de litis conteſt. §. 1. num. 16. & 17. & 12. & Gregorius Lupus. l. 3. tit. 10. p. 3. verb. Non tamen

men cõis stylus vtitur in contestatione dictis verbis: & quãdo fuerit talis cõsuetudo obseruanda erit, secundum Socinum. c. 1. n. 68. de litis contest. Et facit quia requiritur animus & voluntas contestandi litem: nam humanæ aures nostra verba iudicant qualia foris sonant. vt in cap. humanæ aures. 22. q. 5.

54 Diximus, *Siendo de contestacion digna, &c.* quia si super inepto libello fieret contestatio, esset nulla: tamen quia poterat esse aliqualis petitio, ex qua cõstaret quid actor petebat, in dubio illa verba apponũtur, vt si postea apparuerit, libellum non fuisse ineptum, reus non habeatur pro confesso, non contestando litem.

55 Diximus, *Y protesto de alegar mis excepciones, &c.* quia post hãc cõtestationẽ reus habet alios viginti dies ad obijciendas suas exceptiones peremptorias, vt in. l. 1. tit. 5. lib. 4. Recop. & licèt hanc protestationem reus non apponeret, nõ ideo amitteret ius opponendi illas, nihilominus tamen est vtile hanc protestationẽ subijcere, argumento ex. cap. cum. M. iuncta glo. verb. Sine prejudicio de constitut.

56 Aduertẽdum est, prædictam formã contestationis simpliciter fieri absq; allegatione exceptionum peremptoriarum in causis arduis, vel quando dubitaretur de iure rei cõuenti: cæterùm in causis paruis, vel quãdo reus vellet, aut suus aduocatus intelligeret suum ius bene fundatum esse, statim in ipsa litis cõtestatione, post illam clausulam, Y assi la niego, &c. exceptiones peremptoriæ erunt allegandæ, quinimò hoc casu re-
57 spondendum erit absq; allegatione dilatoriarum, & renũtiandum erit termi nis litis contestationis, & exceptionum peremptoriarum: quòd fieri poterit, cũ iuri pro se inducto quis renuntiare valeat, vt capit. ad Apostolicam de regul. Vnde cum post litis cõtestationem opponendæ sint exceptiones peremptoriæ, videndum erit de Septimo Tempore.

Ex Septimo Tempore

SVMMARIA. 31

1 *PEremptoria exceptio appellatur quæ ius actoris perimit.*

2 *Peremptoriarum exceptionum quædã sunt litis finitæ, vt puta iuris iurandi, trãsactionis, & rei iudicatæ.*

3 *Exceptiones litis finitæ si ante litem cõtestatam oppositæ fuerint, litis ingressum impediunt.*

4 *Si post litem contestatam fuerint oppositæ exceptiones litis finitæ, censentur obijci ad merita causæ, vt ius agẽtis perimant, & iudex cognoscit de eis in diffinitiua sententia.*

5 *Si exceptiones litis finitæ altiorem indaginem requirant, tum temporis non impediunt litis ingressum, sed reseruandæ sunt, vt de eis postea cognoscatur.*

6 *Libellus opponendi excep. peremp. sermone Hispano formatus.*

7 *Si reus exceptiones litis finitæ in vim dilatoriarum ante litem contestatam opposuerit, & in earum probatione defecerit, poterit post litem contestatam easdem in modum peremptoriarum obijcere, & per alios testes probare.*

8 *Peremptoria exceptio non potest post diffinitiuam sententiam opponi.*

9 *Aliquæ exceptiones peremptoriæ etiam post sententiam opponi possunt.*

10 *In regno Lusitaniæ tenetur reus post litem contestatam peremptorias ex-*

ceptiones obijcere, & intra decẽ dies illas probare debet.

11 Reus exceptiones non probans in expensis condemnatur.

12 Reus intra viginti dies actorem si velit reconuenire tenetur.

13 Si exceptiones probari debeant per instrumenta, reus tenetur ea porrigere simul cum exceptionibus, aut reconuentionibus.

14 Si per testes sunt probandæ exceptiones, reus cum eas opponit, iurare debet, se habere testes ad id probandum.

15 Si quis intra viginti dies peremptorias exceptiones non opposuerit, poterit restitutionẽ impetrare si talis sit persona, cui restitutio competat.

16 Restitutio non nisi semel peti potest.

17 Libellus responsorius Rei ad petitionem Actoris, Hispano sermone compositus.

18 In libello responsorio nomen Actoris, & Rei debet adscribi.

19 Reus in exceptionibus actor reputatur.

20 Quod licet Actori, non debet Reo non licere.

21 Narratio Rei summariè fieri debet.

22 Ex narratione simplici facti colligitur exceptio quæ competit reo.

23 Exceptio non est in genere, sed in specie ponenda.

24 Posito vno ex correlatiuis reliquum positum censetur.

25 Præscriptione. 30. vel. 40. annorum reus securus est.

26 Petitionis libellus qui causam non continet reijcitur.

27 Debitum præcedere requiritur vt cõstitutum locum habere possit.

28 Si debitũ aliqua possit exceptione prætoria elidi constitui non potest.

29 Reconuentio intra dies. 20. opponenda est.

30 In actoris & rei libello oportet, vt adsit clausula conclusionis.

31 Actori libelli responsorij Rei copia exhibenda est.

32 Sex dies Actori cõceduntur ad respondendum libello responsorio Rei, à die notificationis libelli cõnumerandos.

33 Si actor iurauerit instrumenta se de nouo inuenisse vltra sex dies audiri debet.

34 Si actor reconueniatur habebit nouem dies ad respondendum reconuentioni cum exceptionibus.

35 Libellus replicationis actoris Hispano sermone confectus.

36 Clausula quæ apponitur in libello, scilicet, No son dichas por parte ni cõtra parte, en tiempo y forma. hodie potest esse magni momenti & vtilitatis.

37 Copia libelli replicationis præbẽda est reo.

38 Reus intra sex dies tenetur respondere libello replicationis.

39 Reus iurans se instrumenta de nouo inuenisse auditur etiam vltra sex dies.

40 Copia simplex sine die, & mense, & anno vnicuiq; parti est præstanda.

41 Libellus duplicationis Rei Hispano sermone confectus.

42 Per clausulam, Nouatione cessante negando lo prejudicial, &c. Videtur quis recedere à qualibet erronea confessione.

43 Iure

43 *Iure communi concessa erat triplicati & quadruplicatio.*

44 *Regio iure duplicatio tantum permissa est.*

45 *Post duplicationem porrectam, ipso iure, absque partium petitione concluſum censetur in causa.*

Septimum Tempus,

Obijciendi exceptiones peremptorias.

1 EXceptio peremptoria seu incidens dicitur illa, quæ ius actoris in totum perimit iuxta text.in.§.appellantur. Instit. de except.& secundū Guidonem Papam, consi.24.num.4.Cassaneum consil.9. num.73. Lancelotum in sua practica.cap.9.de prætore.§.2.de officio prætoris in causis ciuil. Rubrica de exceptione.num.11. Marantam de ordine iud.6.part.membro.9.num.11. Damhauderium.capit.136.in praxi & Rebuffum in Tract. de exceptionibus. num.25.& est ordinatio Lusitanorum

2 lib.3.tit.38.in princ.Et ex his exceptionibus tres appellantur litis finitæ, nempè, exceptio iurisiurandi, transactionis, & rei iudicatæ: dicunturque litis finitæ, quia inductæ sunt ad hoc, vt finem litibus imponant secundum Docto.communiter in.l.fratris, & ibi Riminald.n.1.C.de transact. Et de exceptione iuris iurandi, loquitur text.in.l.1.ff. de iure iur. de exceptione vero transactionis loquitur text.in dict.l.fratris.& ibi Decius.num.1. Et de exceptione rei iudi. agit text.in.l.1.ff.de re iud.& tradit Barto.in.l.nam & postea.ff.de iureiurand. Doct.in.c.1.de litis contestatione.in.6. Et his tribus exceptionibus litis finitæ addit quartam Maranta vbi suprà, nempè exceptionem præscriptionis, de qua in.l.fi.& ibi. Barto.ff.pro suo. Alias sex addit Bald.in.l. postquā liti. C. de pact.

3 Quæ exceptiones litis finitæ dupliciter consueuerunt obijci, propterea quod dilatoriæ & peremptoriæ sunt, & ita aliquando opponuntur in vim dilatoriarum, vt putà cum opponuntur ante litem contestatam, quo casu litis ingressum & processum impediunt, vt probat text.in capit.1.de litis contestatione.in.6.& tradit Ioannes de Amicis consil.48.num.1.6.8.&.12.& consil. 63.num.2.Cumanus consi.39.num.5.

4 aliquando verò opponuntur in vim peremptoriarum, vt putà cum post litem contestatam opponuntur, & tunc ad merita causæ obijci censentur, vt ius agentis perimánt: & de eis cognoscit iudex, non tamen super eis pronunciat: quia virtualiter censetur de eis pronunciasse, pronunciando super causa principali in diffinitiua sententia, secundum glo.magistram in cap.1.de ordine cognit.Bald.in dict.l. postquam liti. col.2. Alexand.& omnes in dict.l.nam & postea.Ripam in.l.si insulam. num.79.ff. de verborum oblig. Quæ exceptiones quoties requiruntaltiorem indaginem, nempè quando non sunt liquidæ, nec de facili liquidari possunt, vt declarant Bald.& Alexand.in.l.4.§. condemnatum.ff.de re iud.si opponantur ante li-

5 tem cōtestatam non impediunt ingressum litis, sed iudex eas reseruat ad merita causæ,& ad vlteriora procedit, nisi opponens offerat se incontinenti probaturum eas: nam tunc impeditur litis ingressus, secundum Barto.in.l.ille à quo. §.si de testamento.ff.ad Trebel.& libellus in opponendis peremptorijs ante litis contestationem ad impediendum ingressum erit formandus modo sequenti.

Illustre

Illustre Señor.

6 *GEronymo, vezino de la ciudad de çamora, parezco ante V. m. y digo, que no estoy obligado a responder a la demanda contra mi puesta por parte de Pedro vezino desta ciudad, en que en effecto me pide tal cosa: cuyo tenor auido por inserto, digo que la dicha demanda no es puesta por parte, ni contra parte: en tiempo, ni en forma: caresce de relacion verdadera, y que V. m. me deue dar por libre. Porque al dicho aduerso le obsta la excepcion de transaction sobre esta misma causa, la qual le opõgo in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ, como mas aya lugar de derecho, para impedir el ingresso y progresso desta causa, y para hazer cessar el ordẽ deste juyzio, y me offrezco luego in continenti a probar la dicha excepcion, no me offresciendo a superflua probança, porque pido a V. m que auida summaria informacion de lo dicho, me absuelua deste juyzio condemnando en costas al dicho aduerso, sobre que pido justicia y costas, y el officio de V. m imploro: y ante todas cosas pido deuido pronunciamiento sobre este articulo, y juro en forma de derecho que esta excepcion no pido de malicia, &c.*

7 ET intellige, quòd quando reus opponit exceptionem peremptoriam in vim dilatoriarum ante litem contestatam, ad impediendum litis ingressum, & super ea recipiuntur testes, & in ea succubuit, quòd poterit post litem contestatam eandem opponere in vim peremptoriæ ad merita causæ, & nouos testes super ea producere, iuxta text. in cap. veniens. 2. de testibus.

8 Quando verò prædictæ tres exceptiones litis finitæ, & reliquæ, quarum exempla subnectit Asinius in praxi. §. 13. capit. 6. & Maranta. 6. part. membro. 9. num. 11. opponuntur in vim peremptoriarum ad merita causæ, obijci debent post litem contestatam vsque ad sententiam diffinitiuam, & non pòst, vt probatur in. l. peremptorias. vbi Bald. & alij. C. sentent. rescindi non poss. & Bertrandus consilio. 75. num. 4. volum. 1. Decius in Rubric. C. de edendo. num. 6. Imola & omnes in capit. exceptionem, extra, de excep.

9 Sunt tamen aliquæ exceptiones peremptoriæ quæ post diffinitiuam opponi possunt, de quibus agit Maranta in dict. membro. 9. numer. 17. & nos dicemus

10 infrà in Duodecimo Tempore: in Lusitania verò reus tenetur opponere exceptiones peremptorias post litem contestatam, & intra decem dies illas probare, vt in libro. 3. Ordinationum. titulo. 38. in princip. De iure huius regni debet eas opponere reus post litem contestatam intra viginti dies, vt probat text. in. l. 1. titulo. 5. libr. 4. Recopil. quo termino elapso reus non poterit eas opponere, nisi cum iuramento asserat, eas de nouo emersisse, vel nouiter ad suam notitiam venisse, & simul iudex determinet admittendas esse: & si reus non probauerit dictas exceptiones intra terminum ei à iudice concessum ad eas probandas, in expensis condemnandus erit arbitrio iudicis. vt probat dict. l. 1. Quæ tamen limitanda erit ex traditis per Rodericum Suarez in. l. post rem iudicatam. in declaratione. l. regni. §. pro euidentia. nu.

12 40. ff. de re iud. Rursus si reus viderit aliquod ius sibi competere aduersus actorem, tenebitur intra dictos viginti dies

propo-

proponere reconuentionem, vel mu-
13 tuã petitionem: & si exceptiones aliæ, vel reconuentiones fuerint eius qualitatis, quòd probari debeant per instrumenta, debebit illa porrigere simul cũ exceptionibus, & reconuentionibus: si verò per testes sint probandæ, iurare de-
14 ber, se testes ad hoc habere. Cæterùm si dixerit, probandas esse per testes, & instrumenta, tenebitur producere instrumenta intra dictos viginti dies: quibus transactis, non debent per iudicem admitti, nisi reus iurauerit solemniter, instrumenta de nouo fuisse reperta, nec anteà se potuisse illa producere. Hæc praxis præscribitur à. d. l. 1. titu. 5. libr. 4.
15 Recop. cæterùm si obijciens exceptiones peremptorias fuerit minor, ciuitas, ecclesia, collegium, vel vniuersitas, vel alia quæcunq; persona, cui de iure competat restitutio in integrum, transactis illis. 20. diebus poterit hanc restitutionem petere, & sibi erit concedenda semel cum denegatione alterius restitutionis concedendæ, dummodo illam petat ante conclusionem causæ ad diffi-
16 nitiuam. Si verò fuerit persona, cui prędicta restitutio non competat, publicatis attestationibus non poterit obijcere aliam exceptionem in prima instantia, ad hoc vt super ea probatio admittatur, nisi per confessionem partis aduersæ velit eam probare. ita disponit. l. 5. titu. 5. lib. 4. Recop. & in. l. 6. eiusdem tit. & libr. præscribitur pœna contra minorem petentem restitutionem, ad obijciendas nouas exceptiones, publicatis attestationibus, si eas non probauerit. Et quando reus obijcit prædictas exceptiones peremptorias respondet directè ad petitionem principalem actoris, modo & forma sequenti.

LIBELLVS RESPONSORIVS REI ad repetitionem actoris, cum exceptionibus peremptorijs, & reconuentione.

Illustre Señor.

17 *Hieronymo vezino de la ciudad de çamora, como mejor aya lugar de derecho parezco ante v. m. respondiendo a vna demanda contra mi puesta por parte de Pedro vezino desta ciudad de Salamanca, en que en effecto me pide cien ducados, que dize le estoy obligado a pagar, por razon de que deuiendo se los vn Iuan, vezino desta dicha ciudad, yo me le constituy por pagador de la dicha deuda segun y que mas largamente en su demanda se contiene, cuyo tenor auido aqui por repetido y a el me refiriendo, Digo que justicia mediante. v. m. me deue absoluer y dar por libre de la dicha demanda y de lo enella contenido, condẽnando en costas a la parte contraria. Lo qual assi pido y v. m. deue hazer por lo siguiente. Lo primero por todo lo general q̃ se suele dezir y alegar q̃ he aqui por expresso: y porque la dicha demanda no es puesta por parte, ni contra parte, tiempo, y forma, carescе de relacion verdadera en todo y por todo: y por tal la niego affirmando me en la contestacion por mi fecha. Lo otro porque niego estar yo obligado a pagar al dicho aduerso los dichos cien ducados, ni tal con verdad se prouara. Lo otro porque el dicho Ioan, al tiempo que el dicho aduerso dize me constituy por su pagador no le debia cosa alguna, y si algo le deuio fue mucho tiempo despues de quando dize que yo me constituy por su pagador, y assi no le compete a la*

parte

parte contraria la action que menos bien ha intentado. Lo otro porque caso no confessado que lo susodicho cessara, que no cessa. V. m. sabra que el dicho aduerso auia hecho pacto y concierto con el dicho Ioan de no le pedir la dicha deuda, y assi le obsta la excepcion pacti de non petendo, y por el consiguiente a mi en su nombre, la qual pongo al dicho aduerso in vim peremptoriæ. Lo otro por que aũque no huuiera lugar lo arriba dicho que si ha, el dicho aduerso me esta obligado a pagar dozientos ducados que le preste, de los quales me hizo escriptura de obligacion, y el plazo de la paga es passado, como consta desta escriptura publica de obligacion, de la qual hago presentacion en lo que haze, o hazer puede en mi fauor, y no en mas ni aliende, con el juramento y solennidad necessario, &c. los quales le pongo por reconuencion mutua peticion, o nueua demanda, o como mas aya lugar de derecho. A V. m. pido que por su sentencia que en tal caso lugar aya, le condenne a que me los de y pague por todo remedio y via executiua. Por lo qual, y lo que mas en mi fauor haga pido a V. m. segun y como le suso pedido tengo, y en lo necessario el officio de V. m. imploro, pido cumplimiento de justicia, y las costas protesto, y juro a Dios y a esta Cruz + que estas excepciones y reconuencion no pongo de malicia, &c.

C Cumple de reconuencion y mutua demanda

Expositio huius libelli responsorij.

18 DIximus, (*Hieronyme, &c.*) quia in
isto libello responsorio nomen
actoris & rei apponi debet, sicut in libel
lo principali actoris, diximus supra in
19 Quarto tẽpore: nam in obijciendis ex-
ceptionibus efficitur actor, iuxta text.
in.l.1.&.2.ff.de excep. quod enim licet
20 actori, licet reo, vt in.l. non debet. ff. de
regul. iur. in. 6.

Diximus, (*Respondiendo a vna demanda en*
21 *que en effecto dize, &c.*) Ista clausula conti-
net narrationem petitionis actoris: quę
narratio fieri debet summariè ad peti-
tionem actoris se referendo per illa ver
ba, Segun è que mas largamente, &c.
22 ex narratione enim simpliciter facti
resultat exceptio competens reo, secun
dum Bart. num. 5. &. 6. in. l. 1. ff. de ex-
23 cept. vbi. n. 7. cõcludit, exceptionẽ non
in genere, sed in specie proponendã esse. idẽ firmat Felinus in. c. pastoralis. co.
5. de excep. & in. c. cũ ordinem. de resc.
col. 7. vers. Prima declaratio. & versic.
Sexta declaratio.

Diximus (*No es puesta por parte,*) &c. quia petitio forsan proposita fuit ab aliquo nõ habente legitimã personã stãdi in iudicio, vt putà à procuratore nõ habente mãdatũ, vt in. l. procuratoré. ff. de proc. l. 3. ti. 2. li. 4 Rec. vel ab alijs, de quibus diximus in Quinto Tẽpore. n. 13. &. 83.

Diximus (*N. contra parte,*) &c. nã si peti
24 tio non fuit proposita à parte, sequitur,
q nec cõtra partẽ, cũ sint correlatiua, &
ex vi correlatiui posito vno, reliquũ cẽ
setur positũ, vt inquit gl. in Cle. 1. verb.
AEternaliter. de summa Trinit.

Diximus (*En riempo,*) &c. ratione præs-
criptionis, quę tutus esset reus, vt in titu.
25 C. de prescr. 30. vel. 40. ann. & plures ca
sus præscriptionis cõgerit Mõtaluus. in
l. 7. ti. 11. li. 2. For. in gl. 1. & vide per Cõ
uarr. in regula possessor. de reg. iur. in. 6.
Apponitur etiã ista clausula ad excludẽ
dã intentionẽ actoris, si forsan ante tem
pus intẽtauit actionẽ cõtra tex. in. §. plus
autẽ. Inst. de act. & in. c. vni. de plus peti.

Diximus (*N. en forma,*) &c. quia si libel-
26 lus petitionis non contineat causam,
vel in eo deficiat aliquid ex substantia-
libus,

libus, de quibus diximus in quarto Tẽpore, reijciendus erit. Et omnes supradictæ clausulæ frequẽter & semper apponuntur in quolibet libello responsorio: deinde in spetie adijciuntur exceptiones reo competentes aduersus actorem per illa verba, (*Lo otro, &c.*) Et in præsenti libello exempli gratia, appo-
27 suimus illam exceptionem, q̃ debitum non præcesserat: quia ad hoc vt actio de cõstituta competat, requiritur quòd post debitum contractum constitutor se obliget, vt in l. 1 §. debitum. &. §. fin. ff. de const. pecu. Deinde fuit apposita alia exceptio pacti de non petendo facti ab actore in fauorem primi debitoris: ad hoc enim vt actio de constituta
28 pecunia competat, primum debitum elidi non debet aliqua exceptione à iure prætorio nducta, vt probat text. in l. quod si maritus. & ibi glos. ff. de const. pecun. Fuit prætera apposita alia clausula, scilicet, (*Como consta de esta escriptura de que hago presentacion en lo que haze, o hazer puede en mi fauor, y no en mas ni allende:*) quoniam contra producentem instrumentũ verba eius sunt interprætanda iuxta text. capit. cum olim. de censibus. not. glo. in ca. præsentium. verb. Protestatus. de testibus. Tradunt Decius in cap. cum venerabilis. num. 22. de except. & Barba. in consil. 53. fol. 104. col. 7. ac proinde ponitur prædicta clausula, cum per illã fiat protestatio, quòd producens instrumentum intendit illud producere solummodo in partibus pro se facientibus in quo casu supradicta cõclusio cessat, secũdum Doctores relatos à Decio vbi suprà, quo in loco ponit contra cautelam, ad hoc. vt prædicta clausula non prosit ponenti illam, nempè, quòd aduersarius dicat se velle vti prædicto instrumento, non obstante protestatione producẽtis, Optima tamen cautela est ex parte producentis. vt semper producat instrumentum cum prædicta clausula protestationis, & ita quotidie in praxi fit quoties instrumẽtum aliquod producitur, sit etiam cautus ille contra quẽ producitur, vt contradicat protestatio-
29 ni. Fuit etiam apposita clausula reconuentionis, quæ quando reo competit, intra illos. 20. dies apponi debet. vt in l. 1. tit. 5. lib. 4. Recop. Et plura de reconuentione inuenies apud Marantam de ord. iud. 4. p. in. 6. dist. iudiciorum.

Diximus, (*Por todo lo qual, &c.*) quia per
30 hæc verba ponitur clausula conclusionis, quæ sicut in libello actoris requiritur, ita & in libello rei, secundum gl. in l. 1. verb. Videtur. ff. de except. & notat ibi Bart. nu. 5. & etiam praxis obseruat, tametsi Bart. & alij in dict. l. 1. ff. de except. oppositum teneant.

31 Postquam iste libellus responsorius productus fuerit à reo, iudex mandat copiam eius actori exhiberi, vt firmat Bart. l. 1 §. 1. num. 7. ff. de edend. & nos diximus supra in. 4. Tempore. n. 60. &
32 tunc actor habet sex dies connumerandos à die notificationis illius libelli, ad respondendum exceptionibus in dicto libello contentis, & ad replicandum, & producenda sua instrumenta super il-
33 lis. Quibus sex diebus transactis, Actor amplius non poterit sua instrumẽta producere, nisi cum iuramento, quòd de nouo venerunt in eius notitiam: quo casu actor poterit illa producere vsq; ad sententiam interlocutoriam probatio-
34 nis. Et si in libello responsorio rei, fuerit apposita reconuentio aduersus actorẽ, tunc actor habebit nouem dies ad respondendum, & obijciendas suas exceptiones, & producenda sua instrumenta. Ita disponitur in l. 2. titu. 5. lib. 4. Recopila. quam dispositionem Stylus forensis non recepit, sed in quacunque parte litis vsq; ad conclusionem causæ instrumenta, tã ab Actore, quàm à Reo producta admittit, iuxta dispositionem iuris cõmunis in. c. cum dilectus, extra, de fide instru. quam praxim & stylum refert Couarru. in pract. quæst. cap. 20. num. 8. imo ex iusta causa post conclusionem admittit, vt resoluit Marant. de

ord.

ord.iud.p.act.n.27. Dummodo produ cès iuret nouissimè fuisse reperta, nec antea in eius notitiã veniſſe, ita cũ Bart. & communi resoluit Couar. vbi suprà asserés apud regia tribunalia nil frequẽ tius recipi, quàm hanc cõmunem Bart. admonet tamen ipse iudices q̃ cautè in strumenta admittant post conclusionẽ in causa, asserens facilius posse admitti, quando cõclusum esset in causa in qua post illam sententiam, non esset locus appellationi, vel supplicationi, ego vero crederem quòd si in foro seculari in quo leges Regiæ sunt obseruandæ opposita fuerit exceptio de.l.1.tit.2.&.l.2, tit.5.lib.4. Recop. in quibus intra certũ terminum statuitur instrumenta esse producenda, & non vltra, tũc pars producens tenebitur articulare, & probare stylum hunc contrarium illis legibus per decennium esse inductũ, aliàs prædictæ leges Regiæ nouæ Recopilationis essent obseruandæ iuxta notata ab Imola & Felin. in c.1. de tregua & pace: nam qui stylum contrarium allegat illum probare debet ex notatis à nobis suprà in.5.annot.n.32. Et hinc est quòd quãdo instrumẽta producuntur ab alia parte, iudex respõdet q̃ habet pro productis, & q̃ in processu ponantur (Saluo iure impertinentium, & non admittendorum, &c.) vel dicit, (Admitan se en quanto ha lugar de derecho) Et ita semper iudex respondere debet, vt ius saluum partibus remaneat opponendi dictam exceptionem: & iuxta hanc resolutionem sunt intelligenda quæ diximus supra, in.4. Tempore. nu.58. & in isto tempore.n.14. & supradicta replicatio actoris est per quam resoluitur exceptio, & ius Rei, vt probatur in princ. Instit. de replicat. & in.l.1. & l. antepen. ff. de excep. & notant. Ioann. Andr. & omnes in c.1. de excep. in lib.6. Et libellum replicationis ab actore producendum formabis modo sequenti.

LIBELLVS REPLICATIONIS Actoris ad libellum Rei.

Illustre Señor.

35 PEdro vezino desta ciudad, en la causa con Hieronymo, respõdiendo a vn escripto de excepciones presentado por la parte aduersa, en que en effecto dize no estar obligado a dar me cosa alguna, por quanto al tiempo que se me constituyo por pagador de la dicha deuda el dicho Ioan no me deuia nada: y porq̃ entre mi y el dicho Ioan auia auido pacto y concierto de que no le pediria cosa alguna, antes dize deuer le yo a el dozientos ducados que me empresto, y dellos me pone reconuencion segun y que mas largamente se contiene en el dicho su escripto, cuyo tenor auido aqui por inserto y a el me refiriendo, Digo que sin embargo de las excepciones y defensiones por el dicho aduerso alegadas. V. m. deue hazer segun y como por mi es pedido, assi por lo por mi dicho y alegado, como por lo siguiẽte. Lo primero porque las dichas excepciones, no son dichas por parte, en tiempo, y forma, no consisten en hecho, ni han lugar de derecho, son friuolas y no verdaderas y tales que no deuen ser admitidas, y assi las niego. Lo otro porque niego que el dicho Ioan no estuuiesse obligado a pagarme los dichos cien ducados antes y al tiempo que el dicho aduerso se me constituyo por pagador dellos: porque V. m. sabra, que yo empreste al dicho Ioan los dichos cien ducados por el mes de Março proximo

ximo passado deste presente año, y el dicho aduerso se me constituyo por pagador dellos a principio del mes de Mayo proximo passado deste dicho año. Lo otro niego el pacto y concierto que alega, y si algun cõcierto vuo seria sobre otros cien ducados que el dicho Ioan me deuia de vna heredad que le vendi. Lo otro niego que yo deua al dicho aduerso los doziẽtos ducados, que pone por recõuencion: porque caso que me los empreſtasse, se los tengo pagados y recebida carta de pago del, como consta desta escriptura publica de que hago presentacion, con el juramento y solennidad necessaria, &c. Por lo qual, y lo que mas en fauor mio haga a v. m. pido segun y como pedido tengo, y en lo necessario el officio de. v. m. &c. y pido justicia y costas, y negando lo prejudicial nouatione cessante concluyo, &c.

36 CIrca supradictum libellum est aduertendum, quòd illa clausula, *No son dichas por parte, ni contra parte, en tiempo ni en forma, &c.* hodie potest esse magni momenti attenta dispositione. l. 10. tit. 17. lib. 2. Recop. qua statuitur causas terminandas esse sola veritate attenta, nec processus esse annullandos quanuis substantialia ordinis iudiciarij fuerint omissa: nisi à parte aduersa fuerit opposita exceptio ordinis iudiciarij non seruati, & petitum fuerit, quòd ordo iudiciarius seruetur: nam si exceptiones non fuerint oppositæ tempore debito, & in eis opponendis non fuerit seruatus ordo iudicij à legibus huius regni requisitus, videtur quòd veniant annullandæ, cum per prædictã clausulam implicitè opposita exceptio ordinis nõ seruati cẽseatur, ità in simili resoluit Didacus Perez in l. fi. tit. 4. lib. 3. Ordin. in gloss. penult. loquẽs de clausulã. (Peto iustitiã.) Ego verò existimo, per prædictas clausulas non esse annullãdos processus ex eo quòd substantialia ordinis iudiciarij in eis fuerũt omissa, nã non sufficit à parte prædictã exceptionẽ opponi, & peti implicitè, sed necesse est, quòd explicitè, & expressè pars petat nominatim, in quibus substantialia iudicij debeant obseruari, vt constat ex verbis. d. l. 10. ibi, Declarando las, &c.

37 Postquam iste libellus replicationis actoris fuerit oblatus iudici, copia eius exhibenda est reo: qui habet alios sex 38 dies à die notificationis ad respondendũ huic libello replicationis, & ad duplicandũ super exceptionibus ab actore in illo libello allegatis, & ad producenda sua instrumenta, super sua duplicatione. Et trãsactis illis sex diebus, reus deinceps non poterit producere sua in- 39 strumenta, nisi cum iuramento affirmet de nouo in suam notitiam peruenisse, quo casu reus vsque ad sententiam diffinitiuam poterit sua instrumenta producere, hanc praxim prescribit. d. l. 2. tit. 5. libr. 4. Recopil. Et est aduertendum quod eodem die, quo instrumenta fuerint producta, tam ab actore, quã 40 à reo, temporibus sibi permissis, copia simplex sine die, mense, & anno vnicuique parti erit danda, nisi aliqua ex partibus cum iuramento asserat, se velle instrumenta partis aduersæ de falso redarguere: nã tunc originaliter secundũ Specul. tit. de instru. editione. §. vidẽ dũ. n. 13. & Bart. l. 1. §. 1. n. 6. ff. de eden. erunt sibi ostendenda. Idem firmat gl. in. §. item verborum. verbo, Toto die. Instit. de inutilibus stipulat. & Salicet. num. 4. & Bald. num. 2. in l. fi. C. de fide instrum. & ita disponit. l. 3. tit. 5. libr. 4. Recopil. & libellus duplicationis Rei concipiendus erit forma sequenti.

LIBELLVS DVPLICATIONIS Rei ad replicationem actoris.

Illustre Señor.

64 DIximus. *Preguntas por parte, &c.* Ponitur enim in quolibet interrogatorio caput eius per prædicta verba, vt iudex & tabellio intelligant interrogatorium illud esse ad instructionem testium super tali re, & causa, & inter quas personas, vt colligitur ex text. in capitul. 2. iuncta glo. verb. Interrogatoria. de testibus. in. 6.

65 Diximus in Primo Articulo, *sean preguntados por el conoscimiento de las partes, &c.* quia testes debent cognoscere personas litigantium, à quibus, & cõtra quas producuntur, alioquin congruè testificari non poterunt, secundum glos. in capit. cum causam. verbo, De causis. extra, de testibus. & gloss. in capitul. 2. verbo, Interrogatoria. eodem titul. in libr. 6. Panormi. dict. capit. cum causam num. 16.

66 Quòd verum intellige quando factum super quo testis deponere debet, sumit effectum ex parte vtriusq; litigantis: si verò effectum suscipiat ex parte vnius, tunc sufficiet illum cognoscere, secundùm Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. titul. de test. §. 1. num. 55. in litera. M. Et idem est quando esset testificandum super actione reali, cuius oppositum obseruãdum esset qñ super actione personali esset testificandũ: tunc enim necesse erit quod vtrunq; cognoscat, secundum glo. in l. 3. §. 1. verb. Quanta fides.

ff. de testibus. & Ioan. Andr. sequuntur Panor. num. 16. & Feli. num. 2. in dict. capit. cum causam. & Ias. in l. fi. in princ. num. 5. C. de iure deliberan.

67 Secundus & Tertius Articulus appositi fuerunt, quia ad hoc vt competat actio de cõstituta requiritur vt aliquod debitũ præcedat, vt resoluisti in quarto Tempore. in libello petitionis actoris.

Quartus & Quintus Articulus appositi fuerunt ad excludendam exceptionem rei asserentis, exceptionem pacti de non petendo competere priori debitori, & per consequens actionem de
68 constituta per illud elidi: nam ad hoc vt competat actio de constituta necesse est, debitum non posse elidi per aliquam exceptionem à prætore inductã, iuxta text. in l. quod si maritus. ff. de cõstituta pecunia. & in dicto Quinto articulo fuit adiecta illa clausula, (y si se incluyeran los testigos lo supieran y no pudiera ser menos por hauerse hallado præsentes) ad denotandum quòd testis deponẽs de negatiua tenetur reddere rationem, etiam non interrogatus, videlicèt, quòd non potuisset talis actus fieri quin ipse vidisset, & audiuisset. iuxta glo. in authent. de hæred. & falc. §. hinc nobis verb. & vidisse. collat. 1. quia q̃ nõ est nõ cadit in sensu, ideò rationis redditione opus est, secũdum Baldũ in l. 2. C. de rescin. vend. & in istis proprijs terminis resoluit Thomas Grãmati. in decis. Neapolit. decis. 73. num. 24.

Sextus Articulus fuit appositus ad excludendam reconuentionem, quam reus allegauerat.

69 Vltimus Articulus fuit positus, nam licèt fama publica de per se non inducat plenam probationem, sed semiplenam, secundùm glo. in c. 1. verb. Fama. extra, de appellationibus. per text. in ca. præterea. extra, de testibus. & idem firmat glo. in capit. veniens. 1. de testibus. & gloss. in l. 3. §. eiusdem. verb. Confirmat. ff. de testibus. & communiter omnes ex Decio in. d. c. 1. n. 11. in fin. extra, de appellationibus. tradit Bart. in l. de minore. §. plurimum. nu. 30. ff. de quæstionibus. & ibi Hippolyt. num. 27. Socin. in reg. 144. & Felin. in dict. cap. veniens. 1. & approbatur. l. 3. tit. 30. p. 7. tñ
70 fama publica cum vno teste, & alijs adminiculis plenã probationem inducit secundùm gl. & Doct. communiter. in d. c. 1. ac ideo hodie communis obseruãtia habet generaliter capitulare de fama publica in fine articulorum, secundum Panormit. in cap. inter dilectos num. 2. de fide instr. per illũ text. vbi postquam fuerant multa allegata, & articulata, in fine capitulatur de fama publica.

Diximus in fine interrogatorij, Los quales articulos pongo por positiones
71 al dicho Hieronymo, &c. positio enim est pars intentionis continens id, super quo quis petit ab aduersario responderi, secundum Bald. in l. generaliter. §. sed iuramento. C. de rebus creditis. vnde positio recipit solam cõfessionem partis aduersæ, & fit per verbum, Ponit, ad effectum, vt ponens releuetur ab onere probandi, si pars aduersa confiteatur, iuxta text. in capitul. statuimus. de confessis. libr. 6. & tradit Speculator. titu. de positionibus. §. 2. & differt ab articulo:
72 quia articulus fit per verbum, Probare intẽdit, respicitq; probationes faciẽdas per testes vel scripturas in casu quo positiones negentur. Quo fit vt prius positiones fiant, & ad eas producendas detur vnus terminus, & deinde detur terminus ad producẽdos articulos, secundum Cardin. in Clementina sæpè. §. & quia. in. q. 6. & 7. de verb. signi. & Bald. in l. 2. §. quod obseruari, circa finẽ. C. de iure iuran. propter calumniam dando. & probatur ex his quæ tradit Speculator in tit. de teste. §. nunc videdũ. col. 1. & colligitur ex verbis Alex. in l. inter stipulãtẽ. in princ. ff. de verb. Nihilominus tamen, vt circuitus euitetur, & bre-
73 uiùs causa expediatur, iam hodie praxis recipit, quod simùl articuli, & positiones cõcipiantur: ideoq; prædicta clausula adie-

la adiecta fuit in fine interrogatorij ad effectum, quod si pars aduersa ei respondendo aliquid confiteatur, ponens liberetur ab onere probādi illud, iuxta text. in.d. Clem. sæpè. §. & quia. & not. glo. 1. in.c. 1. de confessis, in. 6. Quo casu, scilicet,
74 quando pars aduersa confitetur aliquid ex eo quod articulatum est tales articuli succedunt loco positionum: si verò neget, tunc succedunt loco articulorū, vt super eis testes examinari possint, secundùm Cardin. in.d. §. & quia, & Speculatorem in tit. de teste. §. nunc
75 videndum. post principium positionibus: quàm positis ab vna parte alteri, iudex præcipit eidem ꝙ iuramentum calumniæ præstet, & positionibus respondeat, vt probatur in. l. 1. tit. 6. lib. 4. recopil. quod iuramentum appellatur calūniæ in tit. 7. libr. 4. Recopil. quod tamen re vera est de veritate dicēda, vt aduertit Didac. Perez in. l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordi. glo. 4. in fin. Quocirca pars cui positiones ponuntur, tenetur eis respondere simpliciter & sine plica, per verbum, Nego. vel, Cōfiteor talem positionem, iuxta text. in. l. 2. titul. 7. lib. 4. Recopil.
76 Et est ratio, quia responsio debet esse clara, vt probat text. in. l. de ætate. §. quod autem. & ibi Barto. ff. de interrogatorijs actionibus. & Alciatus in. l. 1. §. si quis simpliciter. num. 24. ff. de verborum. Nec poterit respondere per ver-
77 bum, Credo, vel, Non credo, iuxta tex. in dict. l. 2. titu. 7. lib. 4. Recop. & est ratio, quia cùm positiones fiant ad certam probationem inducendam. Quæ tamen induci non potest per verbum,
78 Credo, vel, Non credo, quod dubitatiuum est, nec regulariter probat secundum gloss. in. l. testium verb. Præsto. C. de testibus. & in capit. quoties, extra de testibus. gloss. in. l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. Cardi. in capitul. sacris. notabili. 6. de his, quæ vi. & Hippoly. in. l. ex libero. num. 14. ff. de quæstionibus. Ideoq; text. in dict. l. 2. titul. 7. lib. 4. Recopil. Determinat, positionibus responderi non posse per verbum, Credo, vel, Non credo. per quam l. 2. in hoc corrigitur. l. 1. eiusdem tituli, & libri, disponens positionibus posse responderi per verbum, Credo, vel, Non
79 credo. Rursus positionibus responderi non poterit, Nego narrata, prout narrantur, vt probat text. in dict. l. 2. titul. 7. libr. 4. Recopilationis. Sed requiritur responsio simplex & clara, vt ibi disponitur, & docet Boerius in decis. 234. num. 12. & 13. Alcia. vbi suprà nu
80 mer. 29. Vnde si iussus à iudice positionibus respondere, clarè, & sine plica eis non respondeat, pro confesso habebitur, iuxta text. in cap. 2. de confessis. lib. 6. & in dict. l. 1. & 2. titul. 7. lib. 4. Recopil. vbi præscribitur forma qualiter positionibus respondendum sit, & sub qua pœna: Ideoq; in prædicta clausula dictum fuit, Los jure, absuelua, y declare conforme a la ley, y so la pena della, &c. & in foro ecclesiastico loco illorū verborum subrogantur verba sequentia, Los jure, y declare conforme a derecho, y so la pena del, &c. Quæ tamen
81 pœna solummodo locum habet in causis ciuilibus, non verò in criminalibus, neque vbi de dolo agitur, secundùm Bar. in. l. 1. C. de pœna iudicis qui malè
82 iudicauit. Contra quam tamen fictam confessionem probatio in contrarium admittitur, secūdùm Angel. Paul. Cast. numer. 5. in l. si is qui. C. qui testamenta facere possunt. & consentiunt Ant. de Butrio in capitul. ex parte. de confessis. Aret. consi. 146. nu. 5. & Alex. consi. 145. n. 4. lib. 6. Nec obstat, ꝙ si probatio in contrarium admitteretur, videretur
83 pœna prędicta de nihilo seruire ac. l. illam impositam verbis fuisse, cōtra tex. in l. omne verbum C. cōmunia delegatis. & in. c. commissa. de electione in. 6.
84 Nam respondeo adhuc prædictam confessionem fictam magni effectus esse, cùm ob eam onus probandi quod incūbebat actori positiones ponenti, transferatur in eum cui positiones ponun-

85 tur. Aduerte tamen quod ad hoc vt no lens positionibus respondere habeatur pro confesso, necesse est, ꝙ ab ipso iudice personaliter coram tabellione interrogetur, vt respõdeat, iuxta text. in c. 2. de confessis. in. 6. ibi interrogatus, iussusq; à iudice. & in l. 2. tit. 7. lib. 4. Recopil. ibi, en presencia del juez. Quo fit ta-
86 lẽ pro cõfesso nõ haberi, si à notario ex iudicis cõmissione interrogetur, & positionibus nolit, veluti debet, respõdere, vt expresse probãt prædicta iura & firmat glos. in d. c. 2. verb. Iussus. & sequitur ibi Anch. col. 2. quod est memoriæ tradendum secundùm Didac. Perez in l. 1. titul. 4. lib. 3. Ordin. col. mihi. 935. Et de his positionibus erit videndus Cinus. in l. 2. §. quod obseruari. n. 12. C. de iure iur. propter calumniam. & Speculator in tit. de positionibus. & glo. 1. c. 1. de cõfessis, in. 6. Lanfrãcus de Oriano, & Curtius in tractatu de positionibus. & Maranta de ordine iudiciorum. 6. p. 4. act. de positione seu articulorum vbi, num. 6. cum pluribus resoluit discrimen esse inter positiones & articu-
87 los: nam qui ponit, cẽsetur fateri illud, quod ponit, vt firmat gloss. in dict. cap. 1. de confessis, in. 6. Alex. in consil. 71.
88 col. 1. volum. 3. Qui verò articulos facit, non censetur fateri id quod dicit in articulis, vt notat Panor. in. c. cum venerabilis de excep. Ioan. Andr. in cap. fi. de iure iur. in. 6. Ant. de Butrio, & Doct. in cap. fi. de cõfessis. Bart. in. d. l. 2. §. quod obseruari. & Alex. in consi. 70. col. pen. versi. præterea. volu. 2. Quo fit, ꝙ licèt non videatur quis confiteri ea, quæ in
89 articulis, vel in interrogatorio cõtinentur, tamen quando interrogatorium, & articuli ponuntur pro positionibus bene videtur ea confiteri, secundùm Bar. in l. vbicunq;. num. 2. ff. de interrogatorijs actionibus. & Anto. Gomez tertio Tomo Variarum. c. 12. num. 14. Quo circa aduocatus aduertere debet, ne in interrogatorio, vel articulis ponat aliquid quod eius parti præiudicet: quod verum est, nisi pars aduersa positiones neget: nam tunc ex eis iuuari non poterit, argum. text. in cap. ex eo. de reg. iur. lib. 6. & in capi. cum olim. de censibus. glo. in cap. cum veniissent. de eo qui mittitur. Bart. in. l. post legatum. num. 2. ff. de his, quibus vt indignis. & Alexand.
90 consi. 92. num. 5. Quibus positionibus hodie interrogatus de iure huius regni tenetur respondere statim absq; vlla termini præfixione, & sine consilio sui aduocati, vt disponitur in dict. l. 2. titul. 7. lib. 4. Recop. Quod tamen limitat Hostiens. in capit. dilecti. de iudicijs. quem refert & sequitur Socinus in repet. l. 1. col. 4. ff. de vulgari. & Marant. de ordine iudiciorum. 6. part. dicto actu. 4. nu. 16. in rustico, vel idiota, qui quando examinatur in suo examine poterit interesse eius aduocatus, vel procurator, ne ob eius simplicitatẽ decipiatur, qđ æquum est, & adde, quòd licèt Maranta, vbi suprà num. 17. firmet, quod si principalis cum iuramento respondendo posi-
91 tionibus falsum deponat, de periurio puniẽdus non erit, sed solùm Deum habebit vltorem: tamen de iure huius regni per dict. l. 2. tit. 7. lib. 4. Recopi. si ta-
92 liter positionibus respondens de periurio ex actis ipsius processus apertè conuictus fuerit, ita quòd appareat scienter falsum dixisse, vltra aliàs pœnas erit puniendus, si fuerit actor in amissione causæ, si verò fuerit reus, quòd pro confesso habeatur. Et quis ordo seruetur in articulis & positionibus faciendis in Lusitania, vide Ordi. Lusitanorum. lib. 3. titu. 40. cum suis. §§.

Porrecto interrogatorio articulorũ iudex illud recipit, dicendo, que se admita: y ponga en el processo, Saluo iure impertinentium, & non admittendorum. &c. præcipitq; per illud testes exa-
93 minari: nam ad hunc effectum articuli dantur, vt per eos testes examinẽtur secundùm glo. 1. in Clem. 1. de officio de-
94 legat. Et aduerte quòd licèt de iure, copia articulorum (quos nos sermone Hispano

spano appellamus, Interrogatorio de preguntas) dari debeat parti aduersæ, ad effectum præsentãdi interrogatoria contra testes partis aduersæ, ad veritatem indagandam, & ad faciendos illos variare, vt probat Panorm. in capit. per tuas. col. fi. de testibus. & Bald. in. l. 2. C. vt lite pendente per text. & ibi glo. verbo, Interrogatoria. in cap. 2. de testibus. libr. 6. & tradit Maranta in dict. actu. 4. num. 19. non verò copia interrogatorio-
95 rum, quæ nos sermone vernaculo dici-mus, Repreguntas, secũdum Innocen- & Panorm. num. 2. in capit. per tuas. extra, de testibus. gl. in. c. 2. verbo, Interrogatoria. de testibus. in. 6. Alex. in. l. 2. C. de edendo. Ias. in. l. 1. §. de edenda. n. 9. ff. de edendo. Marãta in. d. actu. 4. n. 21. & in actu. 7. nu. 3. Dueñas in Regula. 5. n. 5. Tamen hisce regnis apud tribuna-
96 lia secularia iam praxis obtinuit, quod nec copia articulorũ, ideſt, del interrogatorio de preguntas: nec copia interrogatoriorum, ideſt, de repregũtas, danda sit parti aduersæ. In quo articulo consulendus erit stylus cuiuslibet tribunalis: Salmanticæ enim apud iudicia secularia nullatenus copia articulorum, ideſt del interrogatorio de preguntas, parti aduersæ datur: in foro tamen ecclesiastico Episcopi Salmantini copia articulorum parti aduersæ exhibetur in causis beneficialibus, iuris patronatus, matrimonialibus, decimalibus, & criminalibus, in alijs verò de stylo non datur. In tribunali autem iudicis Metropolitani in ciuitate Salmantina residentis indistinctè, in omnibus causis copia articulorum parti aduersæ datur. Cæterùm copia interrogatoriorum, id est, de repreguntas, in nullo tribunali concedi-tur, quod de iure procedit per tex. & gl. in capitu. 2. verbo, Interrogatoria. de testibus. in. 6. & tradunt Innoc. & Panor.
97 in dict. capit. per tuas. Deinde vnaquęq; pars suos testes producit: nam ad hoc vt testis idoneus reputetur, & fides ei adhibeatur, requiritur quod à parte sit productus in causis ciuilibus, & in criminalibus agitatis ad instantiam partis: vel ꝙ à iudice sit citatus in causis, in quibus ex officio procedit: Quinimo precibus partis testis produci poterit, iuxta text. in capit. cum in tua. ibi, offeruntur. de sponsalibus. & ibi Panorm. n. 2. Imol. Panor. Felin. & Decius in. c. 1. extra, de testibus: Poterit etiam pars testem instruere de ijs quæ dicturus est, secundũ Bald. in dict. l. data opera. num. 47. C. de his qui accusare non possunt. & in. l. 8. tit. 6. lib. 4. Recopilationis. & nos etiam in isto Tempore in expositione sententiæ interlocutoriæ, in versic. Recibio a prueua, &c. Latius resoluimus.

Aduerte ꝙ in causis etiam ciuilibus,
98 testes coram ipso iudice produci debent, & coram eodem iurare, & abeodem examinari, iuxta text. in. l. 3. §. Diuus. ff. de testib. & in. l. solam. iuncta gl. C. de testibus. gl. in. l. iubemus. 1. C. de liberali causa. gl. in. l. hac consultissima. §. fina. verbo, Depositiones. C. qui test. facere poss. & gloss. in. l. curent. ff. de te-
99 stibus. Et est ratio, quia probatio fieri debet iudici, & non notario, iuxta text. in. l. quinquaginta. ff. de probationibus & ita pro Regula ponit Bald. in capitul. si quis testium. in princ. extra, de testibus. & latè prosequitur Felinus in cap. cum causam. n. 26. de testibus. Couar. libr. 2. Variarum. ca. 13. nu. 10. & Menochius in Tract. de Recup. poss. Remedio. 15. quæst. 26. n. 344. & in consil. 100. n. 43. vbi prædictam regulam limitãt, nisi iudex expressè hanc facultatem committat notario causæ, interueniente aliqua
100 iusta, & speciali causa, vt probatur in dict. capit. si qui testium. & in capit. 2. de iud. libr. 6. & in. l. ad egregias. ff. de iure iur. & in. l. 22. tit. 11. par. 3. Et regulariter hæc commissio fit ex generali impedimento multitudinis negotiorum secundum Salicetũ in Authen. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. & Felin. d. c. cũ causam. n. 28. Couarr. & Menoch. vbi suprà. Et ita in praxi quotidie obser-

uatur, q̃ pars producens testes, coram iudice petit eorum iuramentum, receptionem, & examen tabellioni cõmitti: quam commissionem iudex facit, &
101 de ea in processu cõstare debebit, alioquin nullitas actus induceretur, vt docet Menochius in. d. consil. 100. Limitant etiam prædictam regulam, quãdo testes essent in loco remoto à loco iudi-
102 cij: nam tunc iudex hanc cõmissionẽ faceret iudici illius loci, vel si iusto impedimento testes detinerentur, ita q̃ ad iudicem venire non possent, iuxta text. in.l. iudices. C. de fide instrumẽ. & in. d. ca. cum causam. & ibi Felin. num. 27. & 31. Menochius in. d. Remed. 15. q. 26. numer. 346. Pari modo si probatio per
103 instrumenta fieri debeat, producenda erunt coram iudice, nec sufficiet coram notario, iuxta text. in. l. adoptio. ff. de adopt. & in cap. accepimus. cap. contingit. & ibi gl. & Felin. de fide instrum. & latè Felinus in cap. quoniam contra. nu. 39. de probat. & Couar. lib. 1. Variarũ. c. 1. num. 5. Quinimo si instrumẽta fuerint producta ante litem contestatam, post modum debent reproduci in isto Tempore coram eodem iudice secundum Felin. c. 1. nume. 28. de prob. & Couar. dict. lib. 1. cap. 1. nume. 5. Post modum
104 testes iurare debent, alioquin eorum depositio non valebit, iuxta text. in. l. iusiurãdi. & in. l. si quando. C. de testibus. & in capitul. de testibus. & in capit. fraternitatis, & in. c. tuis quæstionibus. extra, de testibus. & in dict. l. 23. titul. 16. partit. 3. Speculator in titul. de teste. §. sequitur numer. 1, Ias. in. l. admonendi. numer. 216. ff. de iureiur. Nisi à partibus iuramentũ remittatur testibus, vel nisi matrona aliqua super inspectione ventris deponat: nam tunc de veritate non iurat, quanuis de credulitate iurare debeat, secundum gloss. l. iusiurandi. C. de test. & in. l. 1. ff. de ventre inspi. & ibi cõmuniter omnes. text. tamen. d. l. 23. non requirit iuramentum à matrona deponente de credulitate, quanuis Gregor. Lup. ibi, in gloss. 4. ad hoc non quærat. Quinimo satis non erit, si testis prius de
105 ponat, & deinde iuret, nã necesse est, q̃ iuramentũ præcedat, secundũ Panor. nu. 8. & Doct. in. d. c. de testibus. & Boerium, in decis. 259. & pbatur in. l. 3. & 23. tit. 16. p. 3. & tradit Abedarius in respõso. 1. n. 12. post Couar. lib. 2. Variarum.
106 c. 13. nu. 2. Quod tamẽ intelligo verũ, nisi testis in continenti absq; vllo intervallo post depositionem iuramẽtũ præstet, secundum Bald. in. l. iurisiurandi. C. de testibus. & Ita q. de retract. §. 14. glo. 5. numer. 8. Quod iuramentum testis
107 præstare nõ poterit per procuratorem, iuxta text. in cap. licet ex quadam. verbo, Proprio, extra, de testibus. & ibi Felin. col. 2. testatur hãc esse cõmunem opinionem. Et formam iuramenti præstandi à teste præscribitur à text. in Authen. sed iudex iuncta glo. fin. ibi, & iuncta. l. presbyteri. C. de Episco. & cleric. & ibi ponit expresse Bald. nu. 4. & de iure regio ponitur in. l. 24. titul. 16. part. 3. scilicet, Que poniendo su mano derecha sobre vna señal de Cruz, diga que iura a Dios, y a aquella Cruz, y a Sancta Maria, y a los sanctos, y a las palabras de los sanctos Euangelios, que dira verdad de lo que supiere en razon de aquel pleyto en que es presentado por testigo, assi por la vna parte como por la otra: y que no mezclara falsedad, ni por amor, ni odio, ni miedo, ni cosa que le sea dada ni prometida: y que ni por daño ni prouecho, que entienda le ha de venir, no dexara de dezir verdad, ni la encubrira: y que todo lo que supiere de aquel pleyto lo dira, aunque no sea preguntado dello. Et hoc vltimum dicit Gregorius Lupus ibi in glo. 4. optimam practicã esse. ad quam non solent aduertere iudices, quãdo sumũt iuramentum à testibus: nam per eam non poterit obijci testi, q̃ deposuit extra articulum super quo non fuit interrogatus, nec iuratus. Ac ideo tu iudex ad istam practicam aduerte & fac, q̃ testis iuret,

stis iuret, ꝙ dicet omne id, qđ de illo negocio scit, quamuis de eo non interrogetur. Et isto iuramẽto præstito à testibus ipsi respondere debent, (que assi lo juran) & tunc iudex iterum eis dicit: Si assi lo hizieredes, Dios os ayude, y sino el os lo demande mal y caramente: & testes respondent, (Amen.) & ferè eandem formam refert Simancas de institu. catho. tit. 64. numer. 8. Et in hac re velim iudices admonitos esse, vt per seipsos, & non per tabellionem hoc iuramentum testibus deferant, illos admonendo quòd veritatem dicant.

Postea testes erunt examinandi intra terminum probatorium à iudice præfixum, de quo iam suprà in isto Tempo-
108 re diximus. Qui testes secretè & siguillatim sunt examinandi, ita ꝙ vnus non sciat quid alter dicat, nec ipsa pars intelligat: ita probat tex. cap. venerabili. de test. c. inquisitionis. §. 1. de accus. l. nullum. C. de testi. docet Speculator. in tit. de teste. §. nunc tractãdum. in prin. glos. in. c. 2. de testibus. verb. Audire. & Rojas in singul. 188. & examinator obseruare debebit omnia tradita ab Speculatore, in. d. §. nunc tractandũ. & si in primo termino continenti tres dilationes testes non fuerint iurati, & examinati, peti poterit cum iuramento secunda di-
109 latio, quæ Quarto plazo dicitur, quã iudex suo arbitrio assignabit, & si eam absque causa deneget, pars poterit appellare, iuxta text. in cap. significauerunt. de testibus. & glo. in cap. in causis. eod. titu. receptam cõiter à Panor. ibi.
110 Poterit deinde peti prorogatio Quarti plazi cũ iuramẽto, dummodo petatur antea quàm finiatur terminus ille, aliâs
111 non esset prorogatio, vt in. l. sed etsi manente. ff. de precar. & in. l. bonorum & ibi. Barto. ff. rem ratam haberi. Panor. in cap. de causis. nume. 7. de officio delegat. & Didacus Perez in. l. 1. titulo. 4. lib. 3. Ordi. glos. 1. vers. Vlterius. Quæ tamen prorogatio in foro Ecclesiastico
112 nno datur, vt suprà resoluimus. Et elapsis terminis probatorijs, amplius non poterunt testes produci: nam hunc effectũ operatur præfixio termini, vt in c. licèt causam de probat. & l. 34. tit. 16. par. 3. & firmat gl. 1. in. l. si ea. C. qui accusare non possunt: & nos resoluimus supra in isto Tempore, in expositione sententiæ interlocutoriæ in fine secũdi
113 articuli. Cæterùm si aliqua pars ex litigantibus fuerit minor. 25. annis vel alia persona, cui de iure cõpetat beneficium restitutionis in integrum aduersus omissam probationem, & lapsum termini probatorij, restitutio erit petẽda, sibiq; concedenda, & à iudice assignabitur alius terminus ꝓbatorius, iuxta text. & ibi Panor. in cap. auditis. de in integrũ restitutione, & probat text. in. l. minor. 25. annis. ff. de minoribus. & l. 3. titu. 19. p. 6. Bart. notat in. l. nã postea. §. si minor. ff. de iureiur. Ias. in. l. 1. §. nouatio. ff. de operis noui nunt. Felin. in cap. fraternitatis. nume. 6. versic. tertiò
114 in quantum. de testibus. Minor tamen non erit restituẽdus aduersus omissam allegationem, vel probationem contra reum criminaliter accusatum, secundũ Alex. in. l. 1. §. nuntiatio. num. 34. & ibi Ias. nu. 10. versi. secũdo. ff de noui ope. nuntia. & Ant. Gomez. 3. tom. Variar. cap. 1. num. 7. post glos. penul. in Clem. non potest. de procurator. in fin. iuxta quam doctrinam est limitanda supradicta resolutio, & Regia. l. 3. titu. 8. lib. 4.
115 Recop. Pari modo erit limitanda in minore iurisperito, cui restitutio denegat aduersus omissam allegationem, & probationem, secũdum glos. quam ibi seq. dicens eam singularem Ioann. de Plat. & vnicam & singularem reputat Anto. Gomez. in secundo tom. Varia. cap. 14. num. 5. versi. Decimo. in fine. & ordinariam appellat, plures eam sequentes referendo, Dominus Franciscus à Sarmiẽto. libr. 3. Selectarum. capit. 12. num. 1. vbi ipse cõtrariam opinionem optimis fundamentis nititur defendere per totum illud caput gloss. inquam, est in. l.

professio. C. de muneribus patrimoniorum. lib. 10. Et illius gl. quàm plures sequaces refert, & sequitur Rolandus à Valle in tract. de confect. inuentarij. 2. p. quæst. 6. & Auiles in capitibus prætorum. c. 33. glo. in verb. A menos costa. nu. 4. Insuper erit limitanda quando peteretur restitutio post publicatas attestationes ad probãdam aliquam exceptionem dilatoriam, vel declinatoriã: nam tunc deneganda erit secundum Innoc. in. c. corã de in integrum restitu. & plures alios, quos refert Couar. in practic. quæst. capit. 26. nu. 4. versic. Quinto & Alex. l. 1. §. nouatio. num. 33. ff. de oper. noui nuntia. Et tradit Marant. 6. par. tit. de Appellatione in secundo actu principali. num. 83. De iure regio terminus iste probatorius per viam restitutionis concedendus, excedere non debet dimidietatem termini probatorij in causa principali assignati: & in sententia, in qua restitutio conceditur erit deneganda alia restitutio petẽti, iuxta tex. in. l. 3. 116 tit. 8. lib. 4. Recopilationis. Aduerte etiã quòd aduersarius maior poterit vti termino probatorio concesso minori ad probationem faciendam iuxta prædictam l. Regiam, quæ opinio comprobatur ex text. in. l. pen. C. de temp. in integrum restit. petend. & ibi not. Bart. Bal. & Paul. & tenet Anto. Gomez. in dict. 2. Tom. c. 14. nu. 5. versi. Decimo infertur in fin. Et quia frequenter casus iste in causis occurrit, vt iuuenes instruantur, petitio restitutionis & eius concessio erit formanda modo sequenti.

Petitio restitutionis aduersus omissam probationem.

FVlano curador adlitem de fulano mi menor, digo que por negligencia y descuydo de sus fatores y procuradores se le ha passado el termino probatorio, que fue concedido en la causa que trata con fulano, y ha dexado de alegar y prouar lo que a su derecho le conuenia: y por ser menor de. 25. años como por su aspecto paresce, y en lo susodicho auer sido enormemente leso y damnificado, de derecho le compete el beneficio de la restitucion in integrum aduersus omissam allegationem & probationem. Porende a V. m. pido le mande cõceder y conceda la dicha restitucion in integrum aduersus omissam probationem & lapsum termini, sobre que pido justicia y costas, y el officio de V. m. imploro, y juro a Dios ya esta Cruz † en anima de mi menor, y la mia, que esta Restitucion no pido demalicia, &c.

Expositio supradictæ petitionis.

117 DIximus, *Fulano curador ad litem, &c.* ad denotandum quod minori non datur procurator, sed curator, vt in §. inuiti. Instit. de curatoribus. & in. l. 2. C. de in litẽ dando tutore, vel curatore.

118 Diximus, *Por negligencia y descuydo, de sus fatores, &c.* ad denotandũ quod propter hanc causam minor restituitur, vt in. l. minor. 25. annis. ff. de minoribus. & in l. 3. tit. 19. part. 6. Barto. in. l. nã & postea. §. quod si minor. ff. de minor. & Iaſ. in l. 1. §. nuntiatis. ff. de noui operis.

119 Diximus, *Enormemente leso, &c.* ad denotandum, quòd pro modica lesione non conceditur restitutio, vt notat glo. communiter approbata in. c. 1. de in integrum restitutione.

120 Diximus, *Le compete el beneficio, &c.* ad deno-

denotandum q̃ restitutio minori conceditur de iure speciali, non vero de iure ordinario, vt probatur in. l. in causæ. la segunda. in princ. ff. de minor.

121 Diximus, *Vel officio de v. m. &c.* ad denotandum q̃ restitutio officio iudicis nobili conceditur, vt probat tex. in cap. 2. de offi. iud.

Et oblata prædicta petitione restitutionis tũc summariè probatur, petentẽ restitutionẽ minorẽ esse. 25. annis, nec probatio læsionis ad hanc restitutionẽ
122 concedẽdam requiritur, quia eo ipso minor censetur læsus per ipsum actum omissionis. quo casu minor restituitur absque probatione læsionis, vt probat text. in. l. si minor. 36. §. 1. ff. de minoribus. & tradit Panor. in. c. auditis. n. 7. de in integrum restit. & Aug. Beroius. in. c. 1. nu. 6. eodem tit. & Rodericus Suarez in allegatione. 20. nu. 8. Licèt enim ad
123 concedendam restitutionem in integrum probari debeat, petentem minorem, & lęsum esse ex tali actu, iuxta tex. in. l. q̃ si minor. §. non semper. & in. l. ait prætor. §. non solùm. 1. versi. mihi autẽ. & in. l. non oĩa. ff. de minoribus. & in. l. nã postea. §. si minor. ff. de iure iur. & in. l. minoribus. 1. C. de in integrum restitu. & in. l. 1. 2. & 6. tit. fi. part. 6. & vt robiq̃; Doct. notant. & Anto. Gomez. 2. Tom. Varia. c. 14. n. 5. versi. quæro tamen. Tamen vbicũq̃; minor facit actum, ex quo
124 nulla vtilitas sibi prouenit, sed potuit sibi damnum inferri, eo ipso censetur lęsus, & dãda erit sibi restitutio abq; eo q̃ læsionem probet, ita probat text. in. l. interdum. 20. ibi. hoc enim ipso. ff. de minor. & text. sic intelligendus secundum glo. ibi in. d. l. si minor. §. 1. & in. l. si quis patrem. versic. proinde. ff. ad Macedo. tex. sic intelligendus. in. l. 1. C. de in integr. restit. secundũ Panor. Beroium, & Rodericũ Suarez vbi supra, & Dominũ Frãciscũ à Sarmiẽto. libr. 3. Select. c. 13. nu. 2. Vnde cũ ex solo actu omissionis, allegationis, & probationis, minor cẽseatur lęsus, cũ ex eo nulla vtilitas sibi proueniat, sed dãnum possit inferri, nimirũ si restitutio sit ei dãda absq; probatione læsionis, secũdum Beroiũ vbi suprà, Aufreriũ in addit. decis. ad Capell. Tolos. decis. 53. n. 4. Rebuffum. 2. Tomo. Tract. de restit. art. 1. glo. 3. n. 16. & plures alios quos refert Decisio Pedemõtana. 158. n. 5. & si ipse ibi. n. 13. cõtrariũ dicat verius & receptius esse. Cuius tamen resolutionem arbitror veram esse, quãdo actus ex sui natura læsionem non includeret: tunc enim probatio læsionis necessaria esset secundum supradictos Doctores, & Capitium decis. 109 num. 8. Et hæc restitutio peti debet de
125 iure regio, elapso termino probatorio in causa principali concesso, vel facta publicatione testium intra. 15. dies, alioquin si restitutio petatur post quindecim dies connumerãdos à die publicationis, deneganda erit, iuxta text. in l. 3. titul. 8, libr. 4. Recopil. Et quam pœnam incurrit minor petens restitutionẽ post publicationem ad probandam nouam exceptionem in prima Instantia, si eam non probauerit, determinat. l. fi. tit. 5. lib. 4. Recopila. & interrogatoriũ ad probandam minorem ætatem modo sequenti formatur.

Interrogatorio sobre el Articulo de la Restitucion.

126 *PReguntas por parte de fulano en la causa que trata con fulano, sobre el articulo de la restitucion.*

j Primeramẽte sean pregũtados los testigos por el conoscimiẽto de las partes, litigãtes, y si

tiene noticia desta causa, &c.

ij *Item si saben que el dicho fulano antes y al tiempo que se concedio el termino probatorio en la causa que trata con el dicho fulano, y al presente era y es menor de. 25. años, y tal por su aspecto paresce. Digan y declaren los testigos lo que saben, &c.*

iij *Item si saben que lo susodicho es la verdad, y dello es fama publica, y comun opinion, &c.*

Los quales articulos põgo por posiciones a la parte aduersa: pido que los jure y declare conforme a la ley, y sola pena della y para ello, &c.

127 Et si pars aduersa has positiones negauerit, duo testes erunt producẽdi, & examinandi ex parte petẽtis restitutionem super prædictis articulis, & qualiter sit ætas probanda docet Barto. in. l. de ætate. ff. de minor. Et tunc iudex profert sententiam restitutionis per viam actus forma sequenti.

Sententia Restitutionis.

128 *EN Salamanca a. 20. dias del mes de Iulio de. 1581. años ante mi el presente escriuano, y testigos de yuso escriptos, el dicho señor Alcalde mayor dixo, que deuia cõceder y concedio la restitucio pedida por parte del dicho fulano menor, con plazo y termino de tantos dias comunes a ambas las partes, para que alegue y pruene lo que le conuenga, con denegacion de otro termino: y que si dentro del dicho termino no prouare, que incurra en pena de seys mil maraue dis, la mitad para la camara de su Magestad, y la otra mitad para gastos de justicia, y lo firmo de su nombre, testigos fulano y fulano.*

Quæ sententia restitutionis procedit ex dispositione. l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopil. Et trãsacto isto termino probatorio, in prædicta restitutione concesso, vel elapsis terminis probatorijs, quando restitutio non fuit petita, expletis q; omnibus, quæ ad probationem iurium partium spectant, & sunt necessaria, iudex poterit interrogare partes, an aliquid amplius velint facere, & actitare? & si aliqua ex partibus dixerit, se velle aliquos actus facere, tunc iudex aduertat, an sint elapsa omnia tẽpora probatoria, & si elapsa fuerint, videat an illa quæ dixit pars velle facere, sint talia, quæ extra terminum probatorium fieri possint, veluti si per inspectionem oculorum iudicis velit pars aliquid probare de sua intentione, quia talis probatio nunquam censetur excluſa, & superat omnem speciem probationis, secũdum Azonem in summa. C. de lege Aquilia. & Bald. in. l. contra negantem. num. 7. C. de lege Aquilia: sunt alia plura, quæ fieri possunt extra terminum probatorium quæ congerit Maranta de ordi. iudi. 6. part. actu. 15. à num. 2. & tunc iudex assignabit aliam dilationem ad illum actum expediẽdum cum comminatione quòd illa dilatione transacta, amplius non audietur, quia iudex tenetur curare, vt quam citius fieri possit causa expediatur, vt in. l. properãdum. in princ. C. de iudic. capit. finem litibus. de dolo & contum. Hanc tamen interrogationem & diligentiam iudex aliquando facit elapsis terminis probatorijs, aliquando verò post publicationem testium factam: & si ante publicationem exhibuerit, vel ea non exhibita transacti fuerint termini probatorij, tunc aliqua ex partibus litigãtibus com-

paret

paret coram iudice petendo quod publicationem testium faciat, ac ideo pauca de publicatione testium annotanda erunt.

De publicatione testium, & probationum, facienda.

ELapsis itaque terminis probatorijs publicatio testium, & probationũ fieri debet ad petitionem vnius ex litigantibus, quæ petitio ex mandato iudicis intimatur parti aduersæ, & præcipitur ei, vt ad primam audiẽtiam veniat ad videndum publicationem testium fieri, vel ad allegandum, quare fieri nõ debeat publicatio: quæ citatio de iure præcedere debet, iuxta text.in.l.gesta. cum ibi notatis. C. de re iudicata. & in c.consuluit.de offic.deleg.& in.l.37.tit. 16.p.3. & ibi Gregorius Lupus in gl. 1. 129

Ad quam publicationem vnica tãtum citatio sufficit, nec requiritur trina vel peremptoria, vt cum Ioan.Andr.resol- 130
uit Grego.Lupus vbi suprà. Et si in termino citationis pars citata non compa- 131
ruerit, altera pars publicationem petens debet incusare contumaciam partis citatæ, per tex. vbi notat Bald.in.l.properãdum.§.& siquidem.C.de iudicijs.& tũc iudex iubet publicationem testium fieri per sententiam interlocutoriam pronuntiando depositiones testium esse publicatas & apertas, & quod ipse eas pro publicatis habet, præcipitq; copiam attestationũ partibus litigantibus exhiberi, vt disputent & allegẽt supẽr eis intra terminum sex dierum, vt disponit.l.1. tit.8.lib.4.Recop. Et forma huius publicationis faciẽdæ de iure communi traditur à Bart.in Authen. at qui semel. C. de probationibus. & à Bald.in.d.l.gesta. C.de re iud.nu.17. de iure autem huius regni & de stylo fit forma sequenti.

Forma publicationis testium.

132 *YDespues de lo susodicho en la dicha ciudad de Salamanca, a tantos dias de tal mes y de tal año, ante el dicho señor alcalde mayor, y en presencia de mi el dicho escriuano, y testigos de yuso escriptos paresscio presente el dicho Pedro, y dixo, que la parte contraria auia lleuado termino para venir diziendo contra la publicacion de testigos por el pedida, y porque no deuia ser fecha: el qual no auia dicho cosa alguna contra ella, y le acusaua la rebeldia, y pedia y pidio a su merced mandasse hazer la dicha publicacion, y pidio justicia, &c. Testigos fulano, y fulano.*

E luego el dicho señor Alcalde mayor dixo, que mandaua y mãdo hazer la dicha publicacion de testigos con termino de seys dias primeros siguientes: y mando dar traslado de las prouanças a ambas las partes. Testigos dichos. &c.

Quæ publicatio testiũ fit ad effectũ, vt partes possint recipere copiã examinis 133
testiũ, & tũc cẽsetur præclusa via producendorũ testiũ: nã regula est, quod publicatis attestationibus testes nõ recipiãtur super eisdẽ articulis, vel directò cõtrarijs, iuxta text. in Auth. at qui semel. C. de probatio. & in.c.intimauit.c. fraternitatis. de testibus. Clem.2.eod.tit.l. 36.tit.16.p.3. & tradit pro Regula. Ioã. Matienzo in Dialogo Relatoris. c.46. nu.1. nisi in casibus congestis à Barto. in Authen. at qui semel. C. de probationibus. Panor. & Doct. in cap. fraternitatis. de testi-

de testibus. & à Ioan. Matienzo vbi suprà: & eandem Regulam cum nonnullis fallentijs ponit Rojas in singul. 203. & Alex. Stiaticus in pract. iud. c. 18. à. n. 40. nec attento iure communi est de or-
134 dine substantiali iudicij, ideoque eius omissio non reddit processum nullum, secundùm Barto. Bald. nu. 19. & Alex. in l. prolatam. C. de sententijs, & interlocutionibus. Guidonem Papã. q. 586. n. 1. & Capel. Tolo. q. 416. per tex. in. c. cum I. & A. extrà, de re iud. vbi tradit Panor. & Menoc. lib. 1. de arbitra. q. 33. & Alex. Stiatic. in. d. c. 18. â. n. 28. Quod
135 est verum nisi à parte publicatio petatur: nam tunc si iudex illam non faciat, erit de substãtia iudicij, & processus nullus iudicabitur, secundum glo. in. c. fin. versic. cessante de hæreticis. in. 6. verb. Iudicijs. Quod intelligi debet dummodo à tali denegatione appelletur, vt cũ pluribus resoluit Sebastianus Bantius in tract. nullitatum, sub tit. de nullitate ex defectu processus. n. 40. & testatur communem Ioan. Asinius in praxi. §. 3. c. 10. nu. 4. ita componẽs glossam in Extraua ganti, ad reprimendum verbo, Figura. Et glossam in. d. l. prolatam. cum glo. in d. c. fi. de hæreticis. in. 6. & idem testatur Didacus Perez in Rubr. tit. 11. lib. 3. Ordin. col. 1155. Hæc tamen resolutio Bãtij, Asinij, & Didac. Perez mihi displiceret, ac ex eorum dictis cõstat publicationem attestationum non esse de substantia ordinis iudiciarij, quanuis petita esset, & à iudice denegata, & à denegatione appellatum: nam si tunc esset de substantia iudicij, eius omissio esset nulla, nec denegatio indigeret appellatione, vt probat. l. 1. ff. quæ senten. sine appel. rescind. & in. c. 1. de senten. & re iud. quia tunc cõtra ius legũ & cõstitutionũ esset denegatio. Vnde cum supradicti Doct. à tali denegatiõe publicationis appellationẽ requirãt, sequitur inde publicationẽ non esse de substãtia iudicij, sed potiùs respicere ius. & iustitiã partis, & ab ea appellãdum fore, alioquin in auto
ritatem rei iudicatæ transire, & partem volentem impugnare sententiam & processum ex defectu publicationis nõ fore audiẽdam iuxta tex. in. d. c. cũ I. & A. quem ita intelligunt ibi Innoc. Panor. n. 10. & Felin. n. 1. & pro hac opinione vrget text. sic intelligendus in l. cũ prolatis. ff. de re iud. vbi sententia lata cõtra legem valet, & appellationem requirit: quia lex illa cõtra quam lata fuit sentẽtia respiciebat merita causæ, id est, ius litigatoris, vt notãt ibi Imol. n. 1. Alex. n. 10. & Zasius. n. 11. & eodẽ modo intelligitur text. qui pro nostra opinione etiã facit in l. Præses. ff. de re iud. vbi probatur sententiam latam contra legem valere, & appellationẽ requirere: quoniam lex illa, contra quam lata fuit ibi sentẽtia, respiciebat ius litigatoris, licèt ex actis processus constaret notorium errorẽ interueniss̃e, ita intelligũt Alex. n. 2. Zasius. n. 1. in. d. l. Præses. & Matth. de Afflict. Decis. 28. nu. 8. Ergo constat publicationem non esse de substantia, nec eius omissionem processum reddere nullum, cum ius petentis eam respi-
136 ciat. At verò de iure regio hãc publicationem esse de substantia processus existimo per tex. in. l. 1. tit. 8. lib. 4. Recopi. ibi, Hecha publicacion de los testigos, &c. quæ verba cum sint ablatiui absolu-
137 ti, conditionem planè inducunt, iuxta tex. in. l. à testatore. & ibi Bart. ff. de con-
138 ditionibus. & demonst. Sed cõditio inducit formã, vt in. l. qui hæredi. & in. l. Mænius. ff. de cõd. & demonst. omissio
139 autẽ formę reddit actũ nullũ, vt probat tex. in. c. cũ dilecta. de rescript. & in. l. diligenter. ff. mãdati. ergo constat, de iure regio publicationẽ testium esse de substantia iudicij, præsertim si à parte petita fuerit, iuxta text. in. l. 10. tit. 17. libr. 4. Recopil. vel poterit etiam dict. l. 1. tit. 8. libr. 4. Recopila. intelligi iuxta supradictam resolutionem communem, nem-
140 pè quod tũc demùm omissio publicationis inducat nullitatẽ processus, quãdo ab eius denegatione fuerit appellatum:

tum : non verò quando ab ea appellatum non sit : quanuis hæc interpretatio nimis restringat prædictam. l. 1. generaliter loquẽtẽ, maximè, quia stylus hanc publicationem testium diu iam rece-
141 pit. In causis criminalibus nulli dubium est, publicationem testium de substantia iudicij esse, eiusq; omissionem nullitatem processus inducere, vt eleganter resoluit Iulius Clarus libr. 5. receptarum sententiarum. §. fin. quæst. 49. n. 1. & Auendanius in responso. 1. numer. 8. & post primam editionem huius operis inueni Ioannem Segura Daualos in suo directorio iudicum ecclesiasticor. c. 14. num. 8. resoluẽtem eãdem opinionem, per quam publicationem concluditur, & renũtiatur productioni testium, nec partes amplius admittuntur ad aliquid probandum in negocio principali, nam didicitis testificatis alij testes nõ sunt recipiẽdi. iuxta tex. in. c. fraternitatis. de testib⁹. & firmat gl. in Clem. 2. de testibus. & in dict. Authẽ. atqui semel. & in. l. 34. 37. & 39. tit. 16. part. 3. & ordinatio Lusitanorum libr. 3. titu. 4. in princ. Quanuis aliquando iudices præcipiant, testes
142 productos in termino probatorio examinari intra illos sex dies publicationis, secundum Monterrosum in sua practica ciuili. Tract. 2. fol. 11. col. 2. in fin. Intellige rursus, viam probationis præclusam esse per publicationem testium, quando probatio facienda esset per testes : Cæterùm si per instrumenta esset probatio facienda, non censeretur præclusa via probationis : nam instrumenta vsq; ad conclusionem causæ produ-
143 ci possunt, iuxta text. in cap. cum dilectus. de fide instrum. & in. l. 34. in fi. tit. 16. part. 3. & ibi Gregorius Lup. in glo. fin. dummodo pars producens cum iu-
144 ramento asserat instrumenta de nouo fuisse reperta, vel in eius notitiam venisse : alioquin instrumenta Actor tenetur producere ante sententiam interlocutoriam probationis. reus verò vsq; ad diffinitiuã. l. 2. tit. 5. libr. 4. Recop. & suprà resoluimus in isto. 4. Tempore. nu. 58. & in. 7. Tempore. n. 14. qđ tamẽ erit intelligendum iuxta resolutionem quã tradidimus suprà, in. d. 7. Tempore. nu. 34. nam cum. l. 2. tit. 5. libr. 4. Recop. Sit posteriori loco situata obseruanda erit & per eam erit intelligenda. l. 1. titul. 2. & l. 1. titul. 5. libr 4. Recop. vbi statuitur ꝙ in quacunq; parte litis instrumenta recipiantur cum iuramento producentis, ꝙ de nouo in eius notitiã venerunt, & ꝙ non potuit antea producere, nisi stylum quem ibi retulimus fundemus in illis duabus legibus primis, & ꝙ sint obseruandæ tanquam maiori æquitate nitentes licèt primo loco sint situatæ, ac ideo dictæ legi. 2. tit. 5. lib. 4. Reco. situatæ posteriori loco præferri debeant iuxta à nobis notata, suprà, in. 5. Annotatione. n. 29. & æquitas illarum. ll. consistit in hoc, ne veritas & ius partis pereat, si instrumẽta nõ fuissent admissa. & iuxta hãc declarationem est intelligenda. l. 1. & 2. tit. 9. lib. 4. Recopil. & comprobatur ex. l. 3. eiusdem tit. & lib. vbi dicitur ꝙ in secunda Instãtia instrumenta possint produci cum iuramento producentis, ꝙ in eius notitiam noviter venerũt, & reperta fuerunt, & stylus suprà relatus, in. 7. Tempore sic debet intelligi, vt cum prædicto iuramento instrumenta recipiantur.

145 Insuper intellige, viam probationis præclusam esse per publicationem testium, nisi aliqua pars ex litigãtibus fuerit minor. 25. annis, ecclesia, vel alia persona priuilegiata, quæ beneficio restitutionis gaudere debeat : nam tunc etiam post publicationem testium intra 15. dies restituitur ad probationem faciẽdã, vt supra resoluimus in isto. 8. Tẽpore. n. 148. & 161. ꝙ tamẽ limitari debet prout ibi resoluisti in num. 149. & 150. & alias limitationes huius restitutionis colliges ex Alexan. de Imol. in. l. 1. §. nuntiatio. numer. 32. & Ias. col. pen. ff. de noui operis nuntia. asserentibus in hoc mulierem vel rusticum non esse restituen-

stituendos, quorum resolutio comprobatur ex his quæ notat Rolandus a Valle in tract. de cõfectione inuẽtar. 2. par. quæst. 8. & quæst. 10. & idẽ tenet Mari. Soci. in Repet. cap. fraternitatis. nu. 32. de test. & Alciat. d. §. nuntiatio, intelligẽtes illud verum esse quando læsio causaretur ex sola fragilitate mulieris, vel rusticitate, secus verò si ex probabili ignorantia: nam tunc ex clausula generali. si qua mihi iusta causa videbitur, restitutio concederetur, & idem resoluit Felin. capit. intimauit. de test. nu. 4. Salicet. in l. 1. col. 4. C. de iuris & fact. igno. Barbac. in repetitione cap. Raynaldus. col. 50. in fin. & col. 152. in fine secundæ limitationis. & Rolandus in dict. quæst. 10. quo in loco intelligit hanc probabilem ignorantiam, quando rusticus. vel mulier non potuit consulere peritiores, quia erat in remotis partibus. vbi cum difficultate poterat eos consulere, secus si esset in loco vbi copia peritorũ esset, tunc enim non restitueretur ex illa clausula generali, secundum Decium in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. Tiraquel. in tract. de retract. §. 4. glo. 7. nu. 20. asserentem onus probandi incumbere asserenti, rusticum, vel mulierem potuisse consulere peritiores, idem sequitur Rolãdus in. d. quæst. 10. in fine. & aliam limitationem ad hoc, vt non restituatur minor, vel ecclesia ponit Alexan. Stiaticus in pract. iud. cap. 18. num. 47. quo in loco alias limitationes adducit ad supra dictam Regulam, quòd publicatis atestationibus amplius non admittuntur testes, quas colligit ex Iaſ. l. qui per salutẽ. ff. de iure iur. & Felin. in. d. c. fraternitatis. nu. 5. & Bald. in. c. vltra tertiã. n. 4. & 5. de test. & ex Anto. de Butr. c. ad petitionem de accus. num. 14. ex Panorm. in capit. iurauit. de prob. Felin. & alijs in cap. Series. de test. limitantibus dictam Regulam in causa matrimoniali, & tu collige octo declarationes huius regulæ congestas per Menochium libr. 1. de arbitrar. quæst. 34. à num. 5. & alias. 40. limitationes ad prædictam Regulam ex Matienzo vbi suprà, qui in dict. 3. p. Dialogic. cap. 51. num. 7. tractat. an prædictæ limitationes locũ habeant stante

146 l. Regia. 3. tit. 8. libr. 3. Recopil. Deniq; intellige, hanc publicationem faciendam esse per iudicem, qui de causa principali cognouit: vnde quando ipse iudex commisit, seu delegauit alteri receptionem, & examen testium, delegatus ille non poterit hanc publicationem

147 facere, sed tenetur examẽ testium clausum remittere ad delegantem, coram quo publicatio erit facienda, secundum Bart. in l. cum ab initio. in fine. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. & Marant. de ordine iudiciorum. 6. part. actu. 2. num. 6. & plura de hac publicatione attestationum vltra Docto. in supradictis locis citatos. Vide apud Bald. in l. per hanc. C. de tempor. appell. col. pen. Ripam. l. 2. à nume. 30. C. de eden. & Alexand. Stiaticum in sua pract. iud. cap. 18. à nume. 16. & Couar. in practic. quæstio. capit. 18. num. 6. versic. Sexto. Quæ publicatio, vt suprà diximus, fit ad effectum, vt copia testium partibus

148 detur, & partes opponere possint contra personas, & dicta testium, & super eis disputare, & de iure allegare, iuxta tex. in. c. 2. de testibus. in. 6. & in Auth. si testis productus. C. de testibus. & in extrauagãti, ad reprimẽdũ. iũcta gl. verbo, Figura iudicij. Quod partes facere debent de iure regio intra terminũ sex die

149 rum in ipsamet publicatione præfixũ, vt probat tex. in. l. 1. tit. 8. lib. 4. Recopil. Ideoq; opportunè vidẽdum erit de. 9. Tempore.

Ex Nono Tempore

SVMMARIA.

1 A Duocatus vtriusque partis quæ attendere debeat publicatione testium facta, ad allegationem & disputa-

disputationem faciendam, traditur.

2 Aduocatus vtriusque partis diligenter inspicere debet mandatum aduersarij, an sit sufficiens, quando per procuratorem litiganit aduersarius.

3 Si aduocatus videret aliquem articulũ probatum, debet eum signare in margine cum aliquo charactere.

4 Testium contrarietas, omnino vitanda est.

5 Fides vnius testis supplet fidem alterius minus idonei.

6 Aduocatus debet restitutionem petere aduersus omissam probationem, si pro tali persona patrocinium præstet, cui restitutio competit.

7 Repulsæ seu exceptiones sunt opponendæ intra sex dies connumerandos à die intimationis processus partibus factæ repulsæ cõtra testes productos in prima instãtia, quali er & quando possint opponi in causa appellationis repulsæ in causa matrimoniali, cõtra testes primæ instantiæ obijciuntur in qualibet instantia.

8 Etiam si sit persona, quæ de iure restitui possit, nihilominus tamen non poterit restitui aduersus termini lapsum ad opponendas testibus repulsas concessi.

9 Iudex cui de inhabilitate testium constat, potest eos absque partium petitione, ex officio repellere.

10 Quando inhabilitas testis respicit non solùm odium eius, verùm etiam fauorẽ partis, iudex non potest eũ ex officio repellere.

11 Testium infamia non sufficit aduocatum generaliter allegare.

12 Pars porrigere debet libellum disputationis, qui vulgo appellatur, Escripto de bien prouado.

13 Libellus disputationis, qui vulgo dicitur, Escripto de bien prouado, concipitur sermone Hispano.

14 Si pars non habeat repulsas aduersus testes, non addit clausulam illam in libello, per quam exceptiones testibus obijcit.

15 Libellus disputationis sermone Hispano conceptus explicatur: & iure probãtur singulæ eius clausulæ.

16 Conteſtes debent esse testes, vt admittantur.

17 Testis non debet de auditu deponere.

18 In antiquis factis fidem faciunt testes de auditu deponentes.

19 Testis de vana credulitate deponens non facit fidem.

20 Testis dictum non concludens, non facit fidem.

21 Solam testium depositionem non sufficere palam est.

22 Repulsæ sunt testibus obijciendæ cum protestatione, quòd nõ obijciũtur animo eos iniuriandi.

23 Si repulsæ intra sex dies testibus oppositæ à iudice non admittantur, pars appellare potest.

24 In detestabilibus criminibus non admittuntur testium repulsæ.

25 In summarijs causis non admittitur testis repulsa.

26 Adducens aliquem testem pro se, non potest eum contra se repellere.

27 Per solam testis productionem videtur testis approbatus à producente, quamuis

quanuis eo non vtatur.

28 Si noua repulsa testibus superuenerit, potest pro se eos producens, contra se postea reprobare.

29 Dicta testium bene potest quis contra se reprobare, quãuis eosdem pro se antea produxerit.

30 Testes quibus probantur testium exceptiones, reprobari non possunt.

31 Infinitas est vitanda.

32 Ad probandas repulsas testium pars admitti non debet, nisi elapsis quindecim diebus post publicationem.

33 Iudex debet admittere partes ad exceptionum probationem.

34 & 35. Sententia per quam partes recipiuntur ad probãdas repulsas testiũ, Sermone Hispano composita.

36 Interrogatorium super repulsis testium sermone Hispano cõpositum.

37 Testes producti ad probandas repulsas testium, iurare, & examinari debent, sicut testes in negotio principali producti, & eorũ publicatio fieri debet.

38 Repulsæ contra testes probantes repulsas testium causæ principalis, admitti non debent.

39 Repulsis testium planè probatis, iudex curare non debet de generali probatione facta super bonitate testium reprobatorum, nisi specifice bonitas probaretur, & repulsæ excluderẽtur coarctando negatiuam loco & tẽpore.

40 Quilibet præsumitur bonus, nisi contrarium probetur.

41 Testis de crimine emendatus, ad testificandum admittitur.

42 Omnibus conclusis, vtraq; pars conclusionem causæ petere debet.

Nonum Tempus

Disputationis & Allegationis.

1 Acta testiũ publicatione, aduocatus vtriusq; partis diligẽter processum videat, considereto; allegationes & probationes vtriusq; partis, & super eis disputet, & alleget: in primis considerando an eius Clientulus sit actor, vel reus, & an pars aduersa per procura-
2 torem litigauerit: quo casu videre debet mãdatũ, vtrum sit sufficiens, nec ne: & an pars aduersa habeat personam legitimam standi in iudicio. Deinde inspiciat probationes sui clientuli, & an articuli eius positi fuerint propositionibus parti aduersæ: videat; an pars aduersa fuerit cõfessa prædictos articulos. Post modum videat attestationes in articulis principalibus actionis, vel exceptio-
3 nis, & si inuenerit aliquem articulũ probatum, illum in margine signet aliquo charactere: & si testes suæ partis in aliquo articulo discordẽt, curet eos com-
4 ponere, quia contrarietas testiũ omnino vitanda est, iuxta text. & ibi Doct. in c. cum tamen. de testibus. Similiter aduertat, & si in fauorem sui clientuli fuerit productus aliquis testis minus idoneus cũ alio teste omni exceptione maiori, concordante cum depositione il-
5 lius testis minus idonei, quod tũc fides vnius supplet defectum alterius, secundum Hippolytũ in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstionibus. col. 2. in fin. per doctrinam Bald. & Ang. in l. si quis ex argẽtarijs. §. 1. ff. de eden. & idem firmat Ias. in l. dictantibus. colu. 2. C. de testamentis. & Curtius in tract. de test. col. 1. Deinde aduertat aduocatus, an pars eius sit persona quæ beneficio restitu-
6 tionis gaudere debeat, nam si eius intentio ple-

tio plenè probata non fuerit, debet tũc restitutionẽ petere aduersus omissam probationem, vt suprà resoluimus in fine octaui Temporis. Postmodum aduocatus recurrat ad inspectionem probationis partis aduersæ, & si inuenerit intentionem suam probatam, curet eã destruere obijciendo repulsas contra personas, & attestationes suorũ testiũ: quæ repulsæ opponendæ sunt de iure huius Regni intra sex dies publicationis, connumerandos à die intimationis factæ partibus, vel eorum procuratoribus, tã in prima quàm in secunda instantia: alioquin elapsis illis sex diebus repulsæ non sunt admittendæ, & si iudex viderit esse tales, quæ debeant admitti, sententiam interlocutoriam proferre debebit qua partes ad earum probationem suscipiet, assignãdo terminum peremptorium non excedentem dimidietatem termini probatorij concessi in negotio principali, intra quem prædictæ repulsæ erunt probandæ, iuxta tex. in l. 1. titul. 8. libr. 4. Recopil. De iure tamen communi, opponendæ erãt ante publicationem testium iuxta formam præscriptam in capi. præsentiũ. de testibus. tradunt Panorm. num. 3. Decius. nu. 2. & Mantua. num. 9. in capi. 1. de except. post glo. 1. ibi. quam dicit communiter receptam Lanfrancus de Oriano, tract. de testib. num. 65. vol. 5. tract. diuersor. doct. & Maranta de Ordine iudic. 3. p. actu. 13. num. 8. & erant probandæ ante sententiam, id est, ante conclusionem in causa vt probatur in cap. 1. de excep. cap. cum dilectus de fide instrum. notant Panor. & omnes dict. cap. 1. & Covar. in Pract. quæst. capi. 18. num. 5. quo in loco disputat an in secunda instantia appellationis possint obijci repulsæ contra testes productos in prima instantia, & in ea fuerunt omissæ, & in partem negatiuam magis se inclinat, certò certiùs affirmans in secunda instantia appellationis, non posse opponi obiectiones cõtra testes in prima instantia ante sententiam productos, si velit quis eas obijcere intra terminum concessum in secunda instantia ad reprobandos testes productos in illa secunda instantia, nam illa dilatio datur tantũ ad illos testes productos in secunda instantia reprobandos, & non ad reprobãdos testes primæ instantiæ, & ibi refert stylum Granatensis prætorij, qui in hoc obseruatur. Asserens in libello, quo, coram iudice appellationis grauamina proponuntur, & allegantur aduersus sententiam iudicis inferioris, posse obijci repulsas contra testes productos in prima instãtia, vt probari possint, intra dilationem datam ad probanda ipsa grauamina sentẽtiæ, per iudicem appellationis, sicque praxim Granatensis prætorij obseruare, & ad eam praxim reduces opinionem gloss. in. c. 1. de except. verb. Post sententiam. receptam à Panorm. num. 8. Decio. n. 5. Parisio. nu. 5. & Mantua. num. 22. ibi. Matthæo de Afflict. in const. Neapolit. lib. 2. constit. vltim. n. 13. & à Guidone Papæ in decisione Delphinatus. q. 500. dum prædicta glos. & eius sequaces probant repulsas contra testes productos in prima instantia posse obijci in causa appellationis, quæ opinio obtinet, & in praxi debet recipi, quando statim in libello grauaminum opponuntur. Cæterùm si repulsæ opponerentur contra testes productos in prima instantia, intra terminum concessum in secũda instantia ad reprobandos testes productos in eadem secunda instãtia, tunc non erunt admittendæ à iudice appellationis, & ad hanc speciem reduces opinionem glo. in cap. 2. verb. Ad Kalendas. de testibus in. 6. Andreæ de Isernia in constit. Neapol. lib. 2. constit. vltim. nu. 6. Aretini in cap. ex parte. A. num. 31. de testibus. Guidonis Papæ vbi suprà. Cornei consil. 319. num. 18. libr. 1. asserentium repulsas in testes productos in prima instantia non posse opponi in causa appellationis, quam opinionem in Neapolitano prætorio fuisse receptam asseue-

rat Matthæus de Afflict. in decis. Neapol. decis. 266. & in praxi seruari firmat Marãta de ordine iudic. 6. part. acto. 13. num. 13. & veriorem esse testatur Couar. vbi suprà & tenendam fore credit Didac. Perez in l. 11. titul. 4. libr. 3. Ordinam. col. 943. vers. dubitatur. quã proculdubio in praxi recipere poteris, quãdo quis vellet repulsas contra testes productos in prima instantia obijcere in secunda instantia intra terminum datum ad reprobandos testes productos in illa secunda instantia. At verò in causa matrimoniali exceptio falsitatis contra testes post sententiã, & in infinitum posse obijci firmat glo. in dict. cap. 1. de exceptio. verb. Post sententiam. cum appareat, falsitate probata, ecclesiam fuisse deceptam, ac proinde sententia erit retractanda iuxta text. in l. lator. cap. consanguinei. de re iudic. firmant Panorm. num. 10. Decius. n. 4. & Mantua. nu. 16. in dict. cap. 1. imo exceptiones & repulsas in personas testium in causa matrimoniali posse obijci post sententiam, etiam à qua non fuit appellatum, tenet Panorm. n. 10. in d. ca. 1. cõtra Decium ibi. n. 4. & opinio Panorm. verior videtur non ex ratione, qua ipse vtitur, scilicet, quòd in causa matrimoniali sententia nunquam transijt in authoritatem rei iudicatæ, vt communiter omnes resoluunt in dict. capit. lator. post glo. ibi. verb. Permanere: Nam verius est sententiam latam in causa matrimoniali à qua non fuit appellatum transire in authoritatem rei iudicatæ, quia sententia dicitur transire in authoritatem rei iudicatæ à qua post decem dies non potest appellari, iuxta text. in cap. quo ad consultationem. de senten. & re iud. sed à sentẽtia lata in causa matrimoniali post decem dies nõ potest appellari, nec per viam appellationis potest retractari, secundum Panorm. num. 10. Felin. nu. 4. in dict. cap. lator. & alij plures quos refert & sequitur Couar. in. 4. Decretal. 2. part. cap. 8. §. 12. n. 12. Sed noua querela, nouoque libello proposito agendum est de retractatione prædictæ sententiæ, vt argumento eorum quæ notat glo. in cap. ad reprimendum. de officio ordin. firmant Panor. Felin. & Couar. vbi suprà, ex quibus constat infirmam esse rationem Panorm. in dict. cap. 1. n. 10. ac proinde alia ratione dicendũ est, exceptiones in personas testium in causa matrimoniali admittendas esse post sentẽtiam, etiã à qua non fuit appellatũ, scilicet, quia tale vitium est irremissibile consensu partium, cum matrimoniũ benè contractum dissoluere nequeant, iuxta illud Matth. capit. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet, & habetur in ca. licet ex quadam in fi. de testib. idcirco nouo iudicio inchoato, coram eodem iudice post sententiam agendũ erit de exceptionibus in personas testiũ, vt probatur in dict. cap. lator. cap. consanguinei. & resoluit Couar. in. 4. 2. par. c. 8. §. 12. n. 12. & ita est obseruãdũ, quãuis glo. in dict. cap. 1. de except. verbo, Post sententiam, aliter teneat. Regulariter tamen repulsæ in dicta, & personas testium, obijci debent, vt suprà resoluimus. 8 Quinimò minor. 25. annis, ecclesia, vel alia quęcunque persona priuilegiata non poterit restitutionem petere aduersus terminum illum elapsum concessum ad probandas repulsas testium, nec talis restitutio eis danda erit, vt firmat Capella Tolosana decisione. 53. & Palatius Rubeus in Repet. cap. per vestras. §. 26. num. 13. de donationibus inter virum & vxor. & Boerius in decisione. 245. n. 7. 9 Tamen si ex actis ipsius processus iudici constet de inhabilitate testium, iudex ipse ex officio poterit testes repellere, quanuis repulsæ à parte non fuerint oppositæ, secundùm Felin. & omnes in ca. intimauit. de testibus. & Ias. in repetitione. l. admonendi. nu. 14. ff. de iure iurand. Quod intellige verũ esse, quando inhabilitas testis concerneret solummodo odium eius, vt putà quia infamis, ebrius, furiosus, vel alium similem

similem defectum pateretur: secus esset
10 quando inhabilitas concerneret non tam odium testis, quàm fauorem partis aduersæ obijcientis repulsas, vt quia inimicus, familiaris, vel alium similem defectum haberet, tunc enim iudex ex officio non repellet illum, secundùm Bald. in. l. si quis testibus. num. 7. C. de testibus. & Antonium de Butrio in cap. bonæ. de electione. column. 6. Insuper aduocatus aduertat, non sufficere repulsas testium in genere obijcere, vt pu
11 tà dicendo, testem esse criminosum, infamem, periurum, aut excommunicatum: sed requiritur, quòd in specie exprimat & declaret delictum, & causam, ex qua sequuta fuit infamia vel excommunicatio, & in quo negotio falsum testimonium dixit, iuxta text. in cap. præsentium. versic. 1. tamen de testibus. in 6. & tradunt communiter Doct. secundùm Decium in capitul. 1. num. 6. de exceptionibus. Boerium in decis. 321. Marantam de ordine iudic. 6. part. actu. 13 nume. 3. Expresse de iure regio probatur in. l. 2. titul. 8. libr. 4. Recopilationis. vbi præscribitur qualiter repulsæ testium sint obijciendæ. Et omnibus suprà dictis, & alijs per aduocatos partiũ
12 consideratis, tunc vtraque pars porrigit libellum disputationis, seu allegationis super suis probationibus: quẽ libellum vulgò appellamus, Escripto de biẽ prouado, & erit formandus modo seqẽnti mutatis mutandis.

ESCRIPTO DE BIEN prouado.

Illustre Señor.

13 PEdro en la causa con Geronymo, Digo que siendo visto por vuestra merced el presente processo hallara mi intencion y demanda bien, y cumplidamente prouada con escripturas authenticas, y con mucho numero de testigos mayores de toda excepcion: y èn particular prueuo q̃ Ioan me deuia cien ducados q̃ por el mes de Março proximo passado deste presente añ̃o le empreste, y el se me obligo de me los boluer y pagar, como cõsta de lo q̃ los testigos por mi presentados respõden a la segunda pregũta de mi interrogatorio. Prueuo tãbien como al principio del mes de Mayo proximo passado deste presente añ̃o vino a mi el dicho Geronymo y se me constituyo pro deudor y pagador de los dichos cien ducados que me deuia el dicho Ioan, y dixo que los queria pagar por el y yo lo acepte, como consta de lo que los testigos por mi presentados responden a la tercera pregunta del dicho interrogatorio. Y assi mismo prueuo, que el dicho Ioan, de mas de los dichos cien ducados, me deuia otros dozientos ducados, por razon de vna heredad que le vendi: los quales le perdone y remiti por cierto pacto y conuenencia y me quedo deuiendo los cien ducados del dicho empestido, como declaran los testigos por mi presentados respondiendo a la quarta y quinta preguntas de mi interrogatorio. Otrosi prueuo, que pague al dicho Geronymo los dozientos ducados que me empresto, y agora menos bien me pide por reconuencion, como consta de lo que declaran mis testigos respondiendo a la sexta pregunta de mi interrogatorio. De lo qual consta ser mi intencion y demanda bien y cũplidamente prouada. A lo qual no obsta ni pre-

ni prejudica lo que la parte contraria pretendio prouar, que no prouo: porque sus testigos son varios y singulares, deponen de oydas y vanas creencias, no concluyen ni dan razon de sus dichos, son parientes, criados, familiares, y paniaguados, y intimos amigos del dicho aduerso, y como tales no hazen fee ni prueua: y assi los tacho y contradigo. Y en particular no me daña ni prejudica el dicho de fulano, porque es mi enemigo capital, por auer reñido cõmigo por tal cosa, y me quiere mal de muerte, y se presume q̃ apassio nadamẽte dixo cõtra mi su dicho: y assi lo tacho y cõtradigo, con juramẽto, y protestaciõ que ante todas cosas hago, q̃ la dicha tacha ni las de mas que pusiere cõtra los de mas testigos, no las pongo con animo de injuriar a alguno dellos, sino porque assi cumple a mi justicia. Tampoco me daña el dicho de fulano, porque se perjuro en tal causa y por tal fue acusado y dado por perjuro: y assi le tacho y contradigo, porque se presume auer dicho en esta causa lo contrario de la verdad. Item no me daña el dicho de fulano, porque al tiempo que lo dixo estaua descomulgado de excommunion mayor por tal juez, en tal causa, a pedimiento de fulano, y assi lo tacho. Otro si no me prejudica el dicho de fulano, por ser infame y frequẽta las tauernas, y se suele y acostumbra a embriagar: y finalmente no me daña el dicho de fulano, porque es solo y singular en su dicho y por tal lo tacho y contradigo. Y hallara. v. m. que los testigos por mi presentados son fidedignos y legales, de mucha authoridad, fee, y credito, muy buenos Christianos, temerosos de Dios y de sus consciencias, personas graues, y honradas, y tales que debaxo de juramento no diran ni depondran lo contrario de la verdad. Porque pido a. v. m. haga segũ y como en mi demanda pedido tengo, sobre que pido cumplimiento de justicia, y el officio de v. m. imploro, y las costas protesto, y pido ser recebido a la prueua de tachas de los testigos contrarios, y abonos de los mios, y juro a Dios y a esta Cruz † que las dichas tachas no pongo de malicia, ni por injuriar a alguno de los dichos testigos. &c.

14 QVando autem pars non habet aliquas repulsas contra personas testium, & eorum dicta in specie, tunc non ponitur supradicta clausula, per quam obijciuntur repulsæ testibus, sed statim ponitur alia clausula, nempè, Y negando lo preiudicial concluyo para sententia diffinitiua, &c. De qua clausula dictum fuit suprà, in septimo Tempore, in libello duplicationis Actoris. Et si aliqua pars ex litigãtibus iudicẽ suspectum habuerit, aliquando eum recusat in fine supradicti libelli, forma sequenti.

OTro si hablando con el acatamiento deuido, Digo que para la determinacion desta causa tengo a. v. m. por sospechoso, y a las de mas justicias seglares desta ciudad, y a fulano, y a fulano letrados, y por tales los recuso y pido que. v. m. se acompañe conforme a la ley, donde no lo contrario haziendo protesto la nullidad dello, y lo que en tal caso protestar me conuiene, y pido lo por testimonio. &c.

DE qua recusatione erit resoluendum infra decimo Tempore vbi latius erit dicendum. Sed si pars habuerit repulsas aduersus personas & dicta testium,

testium, libellus erit concipiendus modo supradicto cum prædicta protestatione. qui erit explicandus modo sequenti.

Expositio libelli de bien prouado.

25 DIximus, Son varios y singulares, &c. Hæc repulsa probatur in capit. licet causam. & in cap. tam literis.
26 & ibi omnes, extrà de testibus. & in. l. ob carmen. §. fina. & in. l. qui falsa. ff. de testibus. tradit Boerius in decisione. 342. post Barto. in. l. eos. ff. ad. l. Cornel. de fals. & Bald. l. testium. C. de test.

27 Diximus, Deponen de oydas, &c. Et hæc repulsa probatur in. l. testium. & ibi glos. C. de testibus. in cap. tam literis, capit. licet ex quadam. de test. & in. l. 28. tit. 16. part. 3. vbi dicitur, quòd testis deponere debet de visu, & de ijs quæ in eius præsentia facta sunt, & quæ aliquo sensu corporeo percepit, vt tradit Maranta de ordine iudiciorũ. 6. par. act. 6.
28 à num. 9. & actu. 12. num. 3. In factis autem antiquis testis de auditu fidem facit, secũdum glo. in. l. si arbiter. ff. de probationibus. quam ibi testatur communiter receptam Florian. n. 5. Deci. consil. 148. n. 5. 1. part. & in consil. 321. n. 8. 2. part. Alexan. consil. 116. nu. 8. vol. 5. & probatur in. l. 29. tit. 16. partit. 3. & ibi notat Greg. Lup. Et ad hunc casum rediguntur plures alij, quos congerit Speculat. tit. de teste. §. 1. nu. 54. secundum Gregor. Lup. dict. l. 29. in glos. 3. Quod tamen intellige verum, si fama & alia adminicula concurrant cum testibus deponentibus de auditu, vt probatur in cap. cum causam de probat. & firmant Hosc. & Ioan. And. dict. c. licet ex quadam vbi hãc testatur communem opinionem Aret. col. 3. sequitur Greg. Lup. in. d. l. 29. in gloss. 2. & ibi ite intellectus probatur. Molineus tamen in Consuet. Parisiensibus. titu. 1. §. 5. nume. 63. hanc communem interpretationem admittit, quando solum modo agitur de probando aliquid, cuius initij memoria hominum non est in contrarium: tunc testimonium de auditu cum alijs adminiculis admittẽdum erit, non sic quando ageretur de probando aliquo actu minus antiquo. benè verum est q̃ testis de auditu facit aliqualem præsumptionem secundùm Archid. in capit. hoc videtur. 22. quæst. 5. columna. 1. seq. Alexand. consil. 77. volum. 1. numer. 4. & Gregor. Lup. in. l. 28. titulo. 16. part. 3. gloss. 1.

29 Diximus, *Vanas creencias, &c.* Et hæc repulsa probatur in. c. tertio loco de præsumptionibus. de qua erunt videndi Panor. Areti. & Feli. in capit. quoties. de testibus. Ias. in Rubri. ff. de iure iur. Bossius Tract. causarum crim. in ca. de oppositionibus contra testes. nume. 42. & Vibius libr. 1. commun. opinion. opinione. 372. q̃d est verum nisi deponens de credulitate concludẽtem rationem reddat, quia tũc benè probat, vt in. l. 1. §. 1. ff. de vent. inspic. capit. literis. de præsump. tradit Anto. de Butr. dict. ca. quoties. col. penult. Et hinc est q̃ licet testis de credulitate admittatur ad probandã innocentiam alicuius, vt resoluit Decius consil. 469. num. 8. partit. 4. consil. id tamen verum est si rationem concludentem reddat, ex Alex. consilio. 76. in fin. & consil. 109. numero octauo. volumine. 1.

20 Diximus, *No concluyen, &c.* Et hæc repulsa probatur in capitul. in præsentia, & ibi Felin. num. 13. & Aug. Beroius. num. 13. extrà, de probat.

21 Diximus, *Ni dan razon de sus dichos, &c.* Hæc repulsa probatur in capitul. cum causam. & ibi gloss. verb. De causis. extra de testibus. & in. capit. sicut. de re iudicata

dicata.& in.l.26.&.28.tit.16.part.3.& tradit latè Felin.in dict.capitul. sicut.& in.dict.capitul.cum causam.

Diximus (Y en particular no me daña,)&c. De his repulsis specialiter oppositis erit videndus totus titul. 16.p.3. & ibi Grego.Lup.& apud Lusitanos titul.44.libr.3.& Simancas de catholicis institutionibus.sub.titul.84.de testibus. nu.76.quæ repulsæ in specie opponen-
22 dæ sunt cum iuramento & protestatione, quòd non animo testibus iniuriam inferendi illas opponit, vt in prædicto libello diximus,ibi,(Cõ iuramẽto y protestaciõ que ante todas cosas hago, &c. & ita tradit Socinus in consil.118.colu. 3&.4.vol.1.& Maranta.de ord.iud.6. par.act.13.num.3.&.13.nam licet obijciens repulsam criminis.vel infamiæ testi,& non probans, actione iniuriarum non teneatur, secundũ Bald.& Angel. in.l.ho.ff.quod quisque iuris.& ibi Zasium lect.1.num.5.& Didacum Perez in.l.1.tit.4.lib.3.ordin.col.939.versic. tertio nam. tamen plures alij relati atq; recepti à Felin.in.capitul.1.num.18.de except.& Didac.Perez, vbi suprà.colu. 938.contrarium tenẽt: ac ideo optima cautela erit, q; repulsæ semper obijciantur,cum prædicto iuramento,& protestatione,secũdum Bald.& Didac.Perez vbi suprà colũ.942. præsertim quando crimen obiectum pertinens sit ad repellendum testem,quo casu prædicta protestatio releuat protestantem secũdum Iulium Clarum libr.5.sentent.§.iniuriam.num.3.

23 Aduertendum erit, quòd repulsæ testium in omnibus causis sunt admittendæ à iudice si intra terminum sex dierum oppositæ fuerint:nam licèt repulsa sit odiosa, & restringenda, vt resoluit Maranta vbi suprà, in loco proximè citato.n.7.tamẽ regulariter est permissa secundum eundem Marantam in.d. loco.n.16.ac ideo pars obijciens appellare poterit à denegatione admissionis, iuxta text.sic communiter intellectum in capit.ex parte.7.extrà, de testibus.In causis tamen hæreseos, læsæ Maiestatis humanæ, blasphemiæ, & in causis
25 summarijs repulsæ testium non admittuntur,vt cum pluribus resoluit Maranta de ordine iudiciorum.6.par.13.actu. à numer.16.& Auiles in.cc.prætorum. capitul.25.gloss.1.num.8. Et de isto articulo in causa hæresis erit dicendum, vt resoluit Simancas de institut.Cathol. tit.64.de testibus.num.8. At verò in his causis exceptis repulsa inimicitiæ capitalis benè admittitur.iuxta text.in capit. per tuas. de simonia. & notat Bart in.l. in quæstionibus.ff.ad. l.Iuliam Maiestatis. Thom.Grammaticus consi.15.n.12. Folerius in practica crimin.2.p.2.partis in Rubric.concedatur repulsa. num.4. Circà supradicta aduerte, q; producens testẽ pro se nõ poterit illum reprobare, nec aliquam repulsam eidem obijcere: nam per productionem, visus est illum approbasse. Ideo volens postmodum repulsam opponere aduersus eum,audiẽdus non erit,tanquã sibi contrarius, iuxta text.& ibi Bald.in.l.si quis testibus C.de testibus.& text.in.c.de testibus.& ibi Panor.& Felin.extra, de testibus.& cõiter oẽs ex Marãta de ordine iudiciorum.6.part.actu.13.nu.10.probat.l.32 tit.16.par.3.& notat Rojas in singulari. 199. Quod verum est, etsi testis ille postea contra eundem producentem per aliam personam producatur, secundùm Ioan.And.in additionibus ad Speculatorem.in tit.de teste.§.sæpè.versic.
27 quid si produxit. Et per solam productionem testis videtur approbatus à producente, quamuis postea eo non vtatur, vt tenet Felin.in capit. præsentium.col.3. versi.haberi locum.extra, de testibus.&
28 Ioan.And.vbi suprà. Quam tamen resolutionẽ intellige veram esse, nisi post productionem oriretur noua causa, nã tunc reprobari poterit,iuxtà text.in.d. l.si quis testibus. Rursus intellige prædictam resolutionem veram esse quo ad repulsas contra personas testium; cæterùm

+ Vid Bal. in l. fin. ff. quæ. quisque Jurit. nº 2

29 terùm quò ad repulsas depositionum testium, producens benè poterit testes à se productos reprobare quò ad eorum dicta, nempè probando illos falsum dicere, secundùm Panormit. in dict. capit. præsentium. colu. 3. &. 4. & Marantam
30 vbi suprà. n. 12, Tandem aduerte, testes quibus probantur repulsæ testium reprobari non posse, nec aduersus eos re-
31 pulsas obijci: nam esset procedere in infinitum, prout pbat tex. in cap. licet. 3. extrà, de testibus. & ibi Panor. & Felin. Plures limitationes ponens. & idem firmat Ioan. Monach. cap. præsentium. de
32 test. in. 6. explicant Aretinus & Decius in dict. capitul. licet. 3. & est text. in cap. 2. de testibus in. 6. Aduerte denique. Q de iure regio pars obijciens repulsas cõtra testes non est admittenda ad earum probationẽ, nisi elapsis quindecim diebus post factam publicationem, etiam quando restitutio in integrum aduersus omissam probationem per aliquam personam priuilegiatam petita fuerit, iuxta text. in l. 3. titul. 8. lib. 4. Recopilationis.

33 Oppositis repulsis contra personas, seu attestationes testiũ, si iudici visum fuerit eas legitimas esse, & admittẽdas, tũc debet partes recipere ad repulsarũ probationem, assignãdo terminum peremptorium, qui terminus excedere non debet dimidietatem terminis præfixi in negocio principali. iuxta dict. l. 3. titu. 8. lib. 4 Recopil. & sententiam interlocutoriam proferet modo sequenti.

34 Sentencia per quam partes recipiuntur ad repulsarum probationem.

35 *EN Salamanca, a veynte y quatro dias del mes de Deziembre, de. 1581. Años, el señor Alcalde mayor auiendo visto lo pedido y allegado por parte de Pedro, sobre las tachas que puso contra los testigos enesta causa presentados por parte de Geronymo, dixo que deuia de recebir y recibio las dichas partes a pueua de las tachas, y abonos de sus testigos: y para ello le daua y assignaua dio y assigno la mitad del termino probatorio que en este pleyto en la causa principal le fue dado, que son tantos dias, assi lo pronuncio y mando por su senten. ia, testigos fulano, y fulano.*

Hæc sententia intimatur per tabellionẽ vtriq; parti, & tũc quęlibet pars porrigit suos articulos: pars opponens repulsas producit articulos super eisdem repulsis, & super fide, & bonitate suorũ testium, pars verò aduersa producit articulos super integritate, & fide suorum testium, modo & forma sequenti.

Interrogatorio de tachas de testigos.

36 *PReguntas por parte de Pedro sobre las tachas de los testigos presentados por parte de Geronymo, y sobre el abono de sus testigos &c.*

j *Primeramente sean preguntados los testigos por el conoscimiẽto de las partes litigantes, y si conoscen a fulano y a fulano, testigos enesta causa, presentados por parte de Geronymo: y a fulano y a fulano testigos presentados enesta causa por parte del dicho Pedro. Y si tienen noticia desta causa, &c.*

ij *Item si saben que fulano testigo presentado por parte del dicho Geronymo es enemigo capital del dicho Pedro, y lo era antes, y al tiempo que dixo su dicho en esta causa, por auer le dado el dicho Pedro vn bofeton, y assi le quiere mal de muerte, y se presume que diria su dicho en esta causa apassionadamente contra el dicho Pedro. &c.*

iij *Item si saben que fulano testigo presentado por parte del dicho Geronymo cõtra el dicho Pedro, antes y al tiẽpo que dixo su dicho en esta causa auia sido perjuro, y jurò falso en tal causa, por lo qual tal juez le sentencio a quintar los dientes, y acien açotes, y es publico y notorio, &c. Et ita de singulis repulsis erit articulandum.*

iiij *Item si saben que fulano y fulano testigos presentados por parte del dicho Pedro, antes y al tiempo que dixeron sus dichos, eran hombres honrados, buenos Christianos, temerosos de Dios y de sus consciencias y hijos dalgo, y tales que de baxo de juramento no dirian ni depondrian en esta causa ni en otra lo contrario de la verdad, y assi es publico y notorio. &c.*

v *Item si saben que todo lo susodicho es la verdad, publico y notorio, publica voz y fama, y comun opinion. &c.*

REus etiam producit suos articulos super fidelitate, & integritate suorũ testiũ, & super repulsis testiũ actoris, forma suprà dicta, mutatis mutandis, &
37 testes qui producuntur iurant, & examinãtur prout in negotio principali dictum fuit, & fit etiam publicatio eorũ testiũ el apso termino probatorio, concesso ad faciẽdam probationem repulsarum, prout suprà dictum fuit in nego
38 tio principali: non tamen admittuntur repulsæ cõtra testes, quibus repulsæ testium fuerunt probatæ, vt suprà diximus. Et est aduertẽdum, q; si repulsæ te
39 stium fuerint plenè probatæ, iudex curare non debet de generali probatione facta super bonitate testium partis aduersæ, id est, de la prouança de abonos hecha en fauor de los testigos tachados, &c. nã potest ei dici de bono ope-
40 re non te dilapidamus. Licèt enim quilibet in dubio bonus præsumatur, vt in c. fin. de præsumptionibus, tamen quando expressè ꝓbatus fuerit malus, huic probationi standum erit, nisi ei in specie bonitas & legalitas eius concludenter probaretur, & repulsa excluderetur coarctando negatiuam loco & tempore, iuxta glo. receptam in capi. bonæ. 1. de electione. & tradunt Docto. in capit.
41 quoniam contra. de probationibus. vel nisi probaretur testem iam diu de crimine emendatum fuisse, iuxta text. glo. & Doct. in capi. testimonium. & in cap. nuper. de testibus.

Elapso termino probatorio super repulsis testium, si quæ fuerint, concesso: & publicatione facta, tunc iudex poterit adhibere diligentiam, quam supra diximus in octauo Tempore. nu. 164. nempè de interrogando partes, an aliquid amplius facere velint, si antea eam non exhibuerat. Quo facto, aliqua ex partibus litigantibus, vel vtraq; comparet coram iudice petendo, quòd causa pro concluſa habeatur ad sententiam diffinitiuam. Quam conclusionem factam esse iudex interloquitur per actũ in scriptis, & eam facere potest inuita vna ex partibus, vel ambabus inuitis, secundum Ias. l. admonendi. nu. 46. ff. de iure iur. Alex. Stiaticum in pract. iudic. c. 22. num. 27. Ideo opportunè videndum erit de decimo Tempore.

Ex

Ex Decimo Tempore.

SVMMARIA.

1 *Causæ cõclusio est renuntiatio omnium probationum, & defensionum, per quam partes dicunt se nolle amplius probare.*

2 *Hodie causæ conclusio est de substantia processus, & iudex eam facere potest vna parte, vel ambabus inuitis.*

3 *Causa terminis omnibus transactis pro concluſa habetur.*

4 *Petitio conclusionis ad diffinitiuam sermone Hispano composita.*

5 *Iudex facit conclusionem causæ per sententiam interlocutoriam.*

6 *Vtraque pars post causæ conclusionẽ citari debet, vt compareat ad sententiam diffinitiuam proferendam.*

7 *Sententia qua iudex causam pro concluſa pronuntiat sermone Hispano concepta.*

8 *Post causæ conclusionem potest aliquid de iure allegari.*

9 *Copia allegationis in iure pro vna parte factæ, alteri dari non debet, nisi in actis processus redigatur in scriptis.*

10 *Post causæ conclusionem potest peti restitutio.*

11 *Post causæ conclusionem potest deferri iuramentum in defectum probationis, dummodo ante conclusionem sit petitum, & nonnulla de isto iuramento traduntur remissiuè*

12 *Confessio admittitur etiam post causæ conclusionem.*

13 *Confessio non est propriè probatio, & quæ confessio admittatur traditur.*

14 *Post causæ conclusionem admittitur probatio per euidentiam rei, & aspectum loci.*

15 *Probatio per facti euidentiam omnem probationem excellit.*

16 *Ad rei veritatem indagandam etiam post causæ conclusionem iudex inquirere potest, & probationes admittere: quia iudici nunquam concluditur, & hanc interlocutoriam reuocare potest.*

17 *Omnis probatio ad rei defensionem in causis criminalibus etiam post causæ conclusionem admitti debet.*

18 *Partes post causæ conclusionem iudices frequenter recusant.*

19 *Recusatio iudicis ante litis contestationem fieri iure communi debet.*

20 *Regio iure quandocunque iudex recusari potest, dummodo sententia non fuerit recitata.*

21 *Iure canonico causa recusationis exprimi debet.*

22 *Regio & ciuili iure recusationis causa inseri non debet nisi quando totum consistorium, vel omnes literati ciuitatis, vel vniuersitatis recusarentur.*

23 *In recusatione auditoris regis, vel præsidis requiritur causa legitima.*

24 *Recusatio facienda est in scriptis.*

25 *Iure canonico iudex vt suspectus recusatus desinit esse in ea causa iudex.*

26 *Iure ciuili si iudex suspectus dicatur, iudicare potest cum adiuncto.*

27 *Si iudex recusatus & socius discrepent ad superiorem recurrendum est.*

26 *Socius debet assumi à iudice recusato, expensis eum recusantis*

29 *Iudex recusatus & adiunctus iurare debent se iustitiam administraturos & seruaturos.*

30 *Recusatio generalis omnium iudicum literatorum non debet admitti.*

31 *Libellus recusationis iudicis sermone Hispano compositus.*

32 *Si pars iudicem recusans non deposuerit expensas iudex pro recusato non est habendus.*

Decimum Tempus,

De conclusione in causa ad sententiam diffinitiuam.

1 Oncluſio in cauſa eſt renuntiatio omnium probationũ & defenſionũ, per quã partes dicunt ſe nolle amplius quidquã probare, ſecundum gloſ. in. capit. ſignificauerunt. 36. verbo liquere, de teſtibus. & in capi. cum dilectus. verb. Concluſum. extra, de fide inſtrumentorum. & gloſſ. in Authen. de teſtibus. §. quia verò. verbo, Concluſerint. collatione. 7. Marantam de ordine iudiciorum. 6. part. 15. actu. nume. 1. & Matienzum in Dialog. relat. 3. par. cap. 53. n. 1. & Octauianum Veſtium in Romanæ Aulæ actione, lib. 4. ca. 4. de dolo & contu. n. 7. & 25. & Menochium lib. 2. de arbitrarijs quæſt. 35. n. 7. dicentem regulariter in omnibus cauſis neceſſariam eſſe concluſionem in cauſa, & in foro eccleſiaſtico eſſe de ſubſtantia iudicij, ibidem nume. 8. cum Felino in dict. cap. cum dilectus num. 33. & cum alijs Doctoribus reſoluit. & decem cauſas cõnumerat in quibus non concluditur, & eandem cõcluſionem in cauſa explicat. Didac. Perez. in. l. 6. titulo. 2. libr. 3. Ordinam. colu. mihi. 116. vbi in colu. 2 ſequenti reſoluit hãc cauſæ concluſionem attento iure Regio eſſe de ſubſtãtia proceſſus, ſi à parte petatur, iuxta ea quæ ſuprà reſoluimus in octauo Tempore circa publicationẽ teſtium. (Mihi autem videtur attento iure Regiò de ſubſtantia proceſſus eſſe, & ſi à parte non petatur, per text. in. l. 1. titul. 7. libr. 4. Recopil. ibi, Concluſio el pleyto. &c. 3 iuncta. l. 9. titul. 6. libr. 4. Recopil. vbi dicitur, quod cauſa habeatur pro concluſa quamuis à parte non petatur, & poſtquam hæc ſcripſi inueni Matienzum in dict. capitul. 53. Ita tenentem: Iudex enim ad inſtantiam partium, vel vnius tantum facit concluſionem in cauſa interloquendo, & etiam eam facere poteſt inuita altera ex partibus, vel ambabus inuitis, ſecundum laſ. l. admonendi. numer. 46. ff. de iure iur. & Panormit. in capitul. paſtoralis. colu. 2. de cauſa poſſeſ. & propriet. & quæ forma hodie ſit obſeruanda in hac concluſione facienda, præſcribitur à. l. 10. titul. 6. libr. 4. Recopil. & plura concernentia hanc concluſionem congerit Speculator in titul. de renunt. & conclu. & Maranta de ordin. iud. in. 6. parte, actu. 15. Lancelot. in Tract. de prætore lib. 1. §. 2. capitul. 9. & Aſinius in ſua praxi. §. 23. pagin. 319. Didac. Perez. & Matienzo. vbi ſuprà: ac ideo facta publicatione teſtium, tranſactoq; termino eius, elapſisq; alijs omnibus terminis probatorijs, aliqua pars ex litigantibus comparet coram iudice petendo, quod cauſam habeat pro concluſa ad diffinitiuam, quæ petitio concipitur modo ſequenti.

PETI-

PETITIO CONCLVSIO-
nis ad diffinitiuam.

Illustre Señor.

4 PEdro, *en la causa con Geronimo, Digo que el termino probatorio de la publicacion de testigos, y los de mas terminos probatorios en esta causa dados, son passados. A V. m. supplico aya esta causa por concluſa para diffinitiua, sobre que pido justicia, &c.*

TVnc iudex præcipit copiam prædictæ petitionis parti aduersæ exhiberi, & quòd ad primam audientiam re-
5 spondeat: deinde profert sententiam interlocutoriam, qua pronuntiat causam pro concluſa ad diffinitiuam, & in ea-
6 dem sententia iubet, quòd vtraque pars citetur, vt ad primam audientiam compareat ad audiendam sententiam diffinitiuam, & deinde ad aliam quanlibet diem nõ feriatam. Quæ citatio peremptoria debet esse in causis ordinarijs, vt firmat glo. in Clem. sæpè. verbo, Non peremptoriè: de verborum significatione. & probatur in capit. consuluit. & ibi Panorm. & Imol. vbi Felin. num. 8. ponit vndecim limitationes, & plures alias congerit Anto. Nicenus in concord. glo. concordantia. 52. col. 2. & ad idem est text. in. l. 5. & 11. titulo. 22. part. 3. Quia sententia diffinitiua lata absque citatione est nulla, vt. l. 1. §. item cum ex dicto. ff. quæ sententiæ sine appel. rescind. l. fin. iuncta gloss. C. de. ll. & ibi Bald. & Decius in consilio. 603. num. 11. & 12. vol. 2. & Ioan. Matienzo. in dialog. 3. part. cap. 44. num. 4. qui optimè loquitur de hac re. Et prædicta sententia interlocutoria concipitur forma sequenti.

Sentencia.

EN *Salamanca, a tantos dias del mes y año, el dicho señor Alcalde mayor, auiendo visto el pedimiento de concluſion (fecho por el dicho Pedro) y que auia sido notificado al dicho Geronymo, y no dezia contra el cosa alguna, y que, el termino de la publicacion, y los de mas terminos de prueua en esta causa cõcedidos eran passados: Dixo que auia y vuo el pleyto por concluſo para diffinitiua, y mandaua y mãdo citar a las partes para ver y oyr sentẽcia a la primera audiencia: y para cada dia que feriado no fuesse, y les aſsigno los estrados de la audiencia para ello. Testigos fulano, y fulano.*

QVę sententia vtriq; parti intimatur per tabellionem, & post eam amplius partes non poterunt aliquid probare & allegare, cum per eam censeatur renuntiatum omnibus proba-
7 tionibus: poterunt tamen in iure allegare, secundùm Bald. in Authen. Iubemus. C. de iudic. Et copia huius, alle-
8 gationis exhibenda non est parti aduersæ, cum talis allegatio fiat ad meram iudicis instructionem, secundùm Innoc. in cap. per tuas. de testibus. & Alex. in dict. Authen. iubemus. & Matth. de Afflict. in constitut. Neapolit. col. 12. ersi Iaſ. in. l. 15. apud quem. C. de edend. col. 2. & in. l. 1. §. edenda. ff. de edendo. cõtra-

trariũ teneat. Cuius opinio procedere poterit quando ei, qui producit allegationẽ iuris facit scribi præsentationem, & illam in actis registrari in modum actorum processus, ita intelligit Maranta de ordine iudiciorum. decimo actu.

9 6. part. num. 50. Insuper post conclusionem restitutio in integrum per minores. 25. annis, & alias personas priuile-

10 giatas peti potest, secundùm Panor. & reliquos Doct. in c. auditis de in integr. restit. quod de iure regio procedit, dummodo non sint elapsi quindecim dies post publicationem testiũ factam, iux-

11 ta tex. in l. 3. tit. 8. lib. 4. Recopil. Rursus post conclusionem potest deferri iuramentum in supplementum probationis, dummodo ante conclusionem petitum sit, secundum Iaſ. in repetitione l. admonendi. col. 154. ff. de iure iur. & Marant. de ordi, iu. 6. part. actu. 9. num. 3. & 10. vbi num. 4. inquit, quod requiruntur sex copulatiuè, ad hoc vt sit locus delationi iuramenti suppletorij, & de ista delatione iuramenti, quæ in foro multum frequentatur loquitur text. in dict. l. admonendi. & in l. in bonæ fidei. C. de rebus creditis. & ibi latè & eleganter tradit Bald. & Decisio Pedamontana. 10. num. 2. & regulariter hoc iuramentum in supplementum probationis admittitur, vt probatur, in dictis iuribus. & in l. 2. titul. 11. part. 3. & ibi optimè Gregor. Lup. in glo. verbo, Vn testigo, &c. sunt tamen plures casus in quibus non est locus delationi huius iuramenti, quos congerunt Curtius Senior, & Iaſ. in Repet. dict. l. admonendi. Socin. in Reg. 204. Lancelotus, Corrad. in pract. Tract. de prætore. libr. 1. c. 19. §. 2. nu. 5. & Gregor. Lup. vbi suprà. Debetq; huius iuramenti delatio à parte peti, nec iudex ex officio potest deferre secundum Barto. & communiter omnes in dict. l. admonendi, ex Iaſ. ibi nu. 178. de iure tamen regio per. d. l. 2. tit. 11. par. 3. etiam ex officio iudex potest deferre, vt contra Bart. pro Panor. aduertit Grego. Lup. in. d. l. 2. glo. verb. El judgador, &c. debetque hæc delatio fieri parte citata secundum Bald. in capit. 1. de controuerſ. inueſtit. col. 3. & iudex non paſsim, nec ex abrupto, sed præcedente causæ cognitione debet deferre, cum in pluribus casibus non sit locus delationi, vt colligitur ex glo. in. d. l. in bonæ fidei. & formã, qua à parte debet peti, & à iudice concedi, præscribit Bald. in l. 2. ff. de testibus. & in. d. l. in bonæ fidei. & Alex. Stiaticus in pract. iud. c, 20. à num. 3. quo in loco plura cumulat, quem omnino vide, quando casus occurrerit. tractat etiam Maranta de ord. iud. 6. part. act. 9. à nu. 1. Item probatio per confeſsionem partis aduerſæ

12 post cõclusionem admittitur, secundũ Bal. & Paul. in Rubr. C. de probationib.

13 nam cũ confeſsio non sit probatio, sed probationis relcuatio, secundum Ioan. And. Anto. Panor. & Imol. in Rubr. extra de probat. & plures alios quos refert Hippolyt. de Marsil. in Rubr. C. de probat. n. 71. vbi à n. 67. cũ plurib. sequent. disputat istum articulum, an confeſsio sit probatio? & magis se inclinat probationem propriè non esse, ac ideo post renuntiationem probationum per conclusionem admittitur confeſsio, vt habetur in cap. cum Ioannes. de fide inſtr. & tenet Marsil. vbi suprà, numer. 73. & Decisio Pedamontana. 10. numer. 3. sed quid quid sit, in actis iudiciarijs confeſsio attenditur tanquam probatio, secundum Alexand. Stiatic. in pract. iudi. capitulo decimonono. numero quarto. Aduertendum tamen est, q̃ non quælibet confeſsio ad effectum probationis est attẽdenda, sed illa duntaxàt quæ habet requiſita necessaria de iure, secundum Marsil. & Stiaticum, vbi suprà, qui Marsil. requiſita ibi congerit à num. 77. & eadem transcribit Stiaticus vbi suprà à nume. 7. & vterq; plura in dictis locis de confeſsione cumulat, ad quos erit recurrendum quãdo casus occurrerit. Admittitur etiam probatio per euiden

tiam

14 tiam rei, & aspectũ loci: nam talis probatio omnem probationem excedit, & superat, secundum Bald. in l. contra negantem. in fi. C. ad. l. aquiliam, & Bald. in l. si quis testibus. in fin. C. de testibus. deniq; post prædictam conclusionem
15 ad indagandam veritatem iudex potest inquirere, & probationes admittere, secundùm Imol. & Felin. in c. cum Ioan. de fide instrumentorum. Panorm. in c. cum dilectus. de fide instrum. seq. Decius. num. 2. & Mantua. num. 8. in cap. 1. de except. & Alexand. in l. 4. §. hoc autem iudiciũ. col. 4. ff. de damno infect. & Speculatorem in titu. de renuntiatione, & conclusione. num. 3. quia iudici nunquàm concluditur, & semper eius officium viget post hanc cõclusionem, secundum Angel. consil. 343. & hanc conclusionem reuocare potest, cum sit interlocutoria iuxta text. l. quòd iussit. ff. de re iud. & ibi Ripa, firmat Ias. l. cum pcurator. §. si dominus. ff. de noui. ope. Præsertim in causis summarijs, vt not. glo. in Clem. sæpè. verbo, Interrogabitur. de verborum significatione. & Pa-
16 norm. in dict. cap. cum Ioan. & etiam in causis criminalibus ad defensionẽ Rei omnis probatio admittitur, vt docet Bart. in l. diui fratres. ff. de pœnis. & in l. 1. §. fin. de quæstionibus. & nos dicimus infrà in. 5. part. huius. 1. Tomi. §. 10. c. 3. num. 3. Et hinc est quòd publicatis attestationibus, iudex ex officio potest quærere à teste interpretationem sui testimonij, & iterũ illum examinare, si cõfuse dixerat, vt docet glo. in cap. in præsentia. verbo, Dubium. de probat. non tamen dicetur iudex iniustè facere, si iterum testem non examinet, & interroget, nec eo prætextu poterit ab eo appellari, secundum communem opinionem teste Aretino in capit. cum clamor. de testibus. post Panorm. ibi. Sed verius mihi videtur iudicem tali casu teneri ad iterum examinandum, & interrogandum testem, æquitate suggerente, possèq; eo prætextu ab eo appellari, si non fecerit, secundum Cardin. in cap. per tuas. num. 1. receptum à Felino. ibi. nu. 5. de testib. Hippolyt. in l. 1. §. si quid vitio. ff. de quæst. num. 34.

18 Frequenter contingit, q̃ postquam conclusum est ad diffinitiuam, partes litigantes recusant iudices: quæ recusatio licèt de iure communi ante litis contestationem proponenda esset, vt in. l. apertissimi, C. de iudicijs. & in cap. cum speciali. extrà, de appellationibus. & gl. recepta communiter in cap. pastoralis. verbo, Protestata. extrà, de exceptionibus. & tradit Coua. in practicis quæstio
19 nibus. cap. 26. num. 2. tamen de iure regio in quacunq; parte litis post conclusum in causa, quinimo postquam sententia fuerit scripta, & à iudice subscripta, traditaq; tabellioni, vt pronuntietur, ante tamen eius pronuntiationem, recusatio iudicis fieri potest, & admitti debet, vt erudite resoluit Couar. vbi suprà nu. 3. Et quid in isto artic. obseruandum sit in recusatione Auditoris regis disponit. l. 2. & 4. cum seq. titu. 10. lib. 2. Recopi. Circa quam recusationem infe
20 riorũ aduertẽdũ erit, q̃ licèt de iure canonico causa legitima recusationis exprimi debeat, iuxta tex. in. c. secũdo requiris. §. 1. & ibi glo. & in cap. cum speciali. & ibi glo. verbo, Coram. extra, de
21 appellationibus. tamẽ de iure ciuili, & regio non requiritur causæ expressio, vt cum communi resoluit Couarr. vbi suprà in practicis quæstionibus. c. 26. n. 10. sed sufficit q̃ in libello recusationis recusans cum iuramento dicat, recusationem calumniose non proponere, secundùm gloss. in dict. l. apertissimi. verbo, Recusare. & gl. in l. quia poterat. verbo, Nec illud. ff. ad Trebell. cõiter receptã ex Couar vbi suprà, nu. 10. & de iure regio probatur in l. 1. tit. 16. lib. 4. Recopila. Quod iuramentum præstãdum erit, etsi à parte aduersa non petatur, & ita praxis obseruat, vt testatur Gregor. Lup. in l. 22. tit. 4. p. 3. in gl. 3. Auenda. in cap. prætorum. 2. par. cap. 23. nu. 13.

Didac.

Didac. Perez. in l. 1. tit. 5. lib. 3. Ordina. col. mihi. 972. quanuis. d. lex. 22. titu. 4. part. 3. disponat hoc iuramentum præstandum esse, quãdo ab aduersario, vel à iudice petatur, & quidquid contendat Carolus Ruinus consil. 6. lib. 4. n. 5.

22 &. 6. tamen de iure regio in repusatione præsidis, vel Auditoris Regis expressio causæ legitimæ requiritur. vt disponitur in. l. 1. &. 2. cum sequentibus. libr. 2. tit. 10. Recopilationis. Similiter etiam quando coram iudicibus recusatur tota ciuitas, vel vniuersitas, vel consistorium decurionum, tunc enim requiritur expresio iustæ causæ suspicionis, nec solum iuramentum sufficiet, qua iusta causa interueniente, recusatio admittitur, vt resoluunt communiter omnes ex Panorm. num. 14. Decio lect. 1. num. 16. Ripa. n. 40. Alciato. n. 17. Beroio. num. 119. & Mantua. n. 18. in cap. 1. de iudic. alioquin sine iusta causa suspicionis recusatio generalis, vt puta omnium literatorũ vniuersitatis, vel ciuitatis, vel omnium decurionum consistorij, tanquam in fraudem facta est reijcienda, secũdum Bald. in. l. hoc modo. ff. de cõd. & demonst. Rebuffum. tract. de recusat. artic. 9. glo. vnica. num. 46. & Auendanium de mandatis princip. exequendis. 2. part. capi. 23. num. 13. in fin. & quòd tunc non sufficiat iurare recusationem calumnioſam non esse, sed necessariam esse iustam & probabilem causam suspicionis, docet Ripa, vbi suprà in tali casu limitans gloss. in dict. l. quia poterat. Et sic etiam erit limitanda dict. l. 1. tit. 16. lib. 4. Recopil.

23 Aduerte etiam, prædictam recusationem in scriptis ponendam esse, secundùm glo. in capit. quoniam contra. verbo, Recusationes. de probationibus. & resoluit Auend. vbi suprà, nume. 12. & Didac. Perez. in l. 1. titu. 5. lib. 3. Ordina. col. mihi. 954.

24 Aduerte etiam, q licèt huiusmodi recusatio de iure canonico remoueat iudicem ordinarium suspectum in totum à cognitione causæ, tamen de iure
25 ciuili, & regio iudex recusatus non remouetur in totum à cognitione causæ, sed assumit secum socium probum, & candidum virum, iuxta tex. in Authen. Si verò. C. de iudicijs. ita communiter intellectum, secundùm Couar. vbi suprà. n. 1. probatur in. l. 21. titul. 4. part. 3. & ita in causis ciuilibus nouissimè dispositum est, per text. in. l. 1. tit. 16. lib. 4. Recop. Et qualis debeat esse iste socius assumptus à iudice recusato optimè ex
26 plicat Auend. vbi suprà. n. 14. respluès, quòd si in iudicãdo discordent, adeundus erit superior: in causis verò criminalibus aliter iudex recusatus associari debet, vt suo loco dicemus. Quibus
27 omnibus adde, quòd socius assumẽdus à iudice recusato in causis ciuilibus debet assumi expensis proponentis recusationem, & iudex recusatus ad hoc poteriteum compellere per cãptionem pignorum, vt resoluũt Auend. vbi suprà, n. 15. & Dida. Perez vbi suprà. col. 954.

28 Et tunc iudex, & socius iurãt iustitiam administrare, iuxta text. in. l. 1. &. 2. tit.
29 16. lib. 4. Recop. Aduertẽdum est etiã recusationem generalem iudicum, vel literatorum alicuius loci, tanquam vagam, & incertam non esse admittendã, vt notat Paul. Castr. in. l. sed etsi. §. cum vir. & ibi Bald. ff. de condit. & demonst. De quo articulo est videndus Rebuff. in Tractatu de recusationibus, articu. 9. glo. 5. nume. 46. quia in hoc quotidie in praxi erratur. Et quid in Lusitania obseruetur circa hanc recusationem iudicis traditur in libr. 1. Ordinamen. titul. 22. quæ recusatio concipienda erit forma sequenti.

RECV-

ad. materiam recusationis. V. Gratis. de exceptionib. exceptio 24. ann 7. Mamula de RECVSATIO IVDICIS. Ordine Iudiciorum actu 2. n. 28. cum aliquibus sequentib. ultra doctores. Negri supra tit. m. l. 1. tit. 16. lib. 4. recop.

Illustre Señor.

31 GEronymo, en la causa con Pedro, Digo que para la determinacion y sentencia della (hablando con el acatamiento deuido) tengo por sospechoso a V. m. y a las de mas justicias seglares desta ciudad, y a los letrados della, excepto a los Cathedraticos de Canones, y leyes desta Vniuersidad de Salamanca, y a fulano y a fulano, y por tales sospechosos les recuso: y pido y requiero los vezes que puedo y deuo, a V. m. y a los de mas recusados, que no procedan en esta causa, ni se entremetan en ella, ni la sentencien sin se acompañar conforme a la ley: Y lo contrario haziendo protesto la nullidad dello, y lo de mas que protestar me conuiene: y juro a Dios y a esta Cruz † que esta recusacion no hago de malicia, y pido lo por testimonio, &c.

circa materiam recusationis V. Ianchi Mynsing. centu. 3. obser. 63. fin. vers. & quæ sint causæ Recusationis V. cabalca. decis. 28. n. 114. vbi Cal. ymbenius & sylvius carf. imbenius me causam quæ de offo Iudicis de Regni G. & gl.

32 INterposita prædicta recusatione, iudex recusatus præcipit recusanti, vt deponat expẽsas socio assumẽdo, alioquin non habet se pro recusato: depositisq; expensis, assumit socium, & vterq; iurat de administrãda iustitia, & de expediendo negotium diligenter, procedunt̃que ambo simul in causa, sententiamq; diffinitiuam proferũt. Et si in iudicando discordes fuerint, quilibet de per se proferat suam sententiam, & adeundus erit iudex superior, vt suprà resoluimus: si verò iudex recusatus non fuerit, post cõclusionem causæ profert suam sententiam diffinitiuam: ideo opportunè videndum erit de vndecimo Tempore.

Ex Vndecimo Tempore

SVMMARIA.

1 IVdex habito processu, non debet in continenti proferre sententiam, sed tunc demum diligenter visis omnibus actis processus alias sententia esset nulla.

2 Voluntas iudicis præcipitata in prolatione sententiæ, est nouerca iustitiæ.

3 Iudex priusquam pronuntiet cuncta & singula acta processus videat.

4 Iudex data paritate probationum actoris, & rei in fauorem rei pronuntiare debet.

5 Iudex data paritate probationum in iudicijs duplicibus quid facere debeat traditur remissiuè.

6 Iudex in iustitia seruanda solùm Deum præ oculis habere debet.

7 Iudex à muneribus abstinere debet.

8 Munera excæcãt oculos sapientum, & mutant verba iustorum.

9 Qui excutit manus suas ab omni munere habitabit in cœlis.

10 Iustitia auro violatur.

11 Iudex debet proferre sententiam claram, & certam, & per verba intelligibilia, habentia suum proprium sensum.

12 Iudex sententiam in scriptis proferre debet, fallit Regula ista in aliquibus casibus.

13 Iu-

13 *Iudex in iudicãdo debet seruare dispositionem legis. 13. titul. 4. part. 3. & aliarum.*

14 *Sententia debet esse conformis libello, nisi in casibus exceptis.*

15 *Materia sententiæ diffusa, & prolixa est, et de ea autor remittit ad eam tractantes.*

16 *Iudex intra viginti dies à die causæ cõclusionis connumerandos sententiam proferre tenetur.*

17 *Iudex, qui intra viginti dies non pronuntiat, pœnam duplicatam expensarum & quinquaginta millium marauedis sustinere debet.*

18 *Iudex qui intra viginti dies non pronuntiat, non sustinet pœnam, nisi à parte fuerit requisitus.*

19 *Requisitio iudici facienda, vt sententiam pronuntiet sermone Hispano composita*

20 *Iudex visis & attentis vniuersis, & singulis actis processus, & consideratis his, quæ autor aduertit profert sententiam.*

21 *Sententia diffinitiua in fauorem actoris, sermone Hispano composita.*

22 *Sententia diffinitiua in fauorem rei, sermone Hispano, composita.*

23 *Sententia absolutoria ab instantia iudicij, sermone Hispano composita.*

24 *Taxatio expensarum iudici reseruari debet.*

25 *Sententia diffinitiua partibus intimanda est.*

26 *Si sententia transeat in rem iudicatam executioni mandari debet.*

Vndecimum Tempus de sententia diffinitiua.

POstquã concluſum fuerit in cauſa ad diffinitiuam & proceſſus bene cõpoſitus, & ordinatus per tabellionem fuerit delatus ad iudicem, tũc iudex accedere debet ad prolationem
1 ſententiæ diffinitiuæ, non tamen debet feſtinare, nec habito proceſſu in continenti ſentẽtiam proferre, alioquin præſumeretur malè inſtructus de meritis cauſæ, & ſententia eſſet nulla vt docet Domin. in ca. ponderet. 50. diſtinct. ſequitur Barbac. in cap. ſuper quæſtionũ, §. intẽtionis col. 4. de officio deleg. Bart. in l. prolatam. num. 10. C. de ſentent. & interloc. Hippoly. in pract. crimi. §. nũc videndum. nume. 33. Matienzo in dialogo. 3. par. capit. 39. nu. 9. vbi plura cumulant contra iudicem feſtinantem ad
2 prolationem ſententiæ. Cum voluntas iudicis præcipitata ſit nouerca iuſtitiæ, vt ex Clem. paſtoralis. §. verum. de re iudi. colligit ibi Cardinal. Vnde iudex
3 priuſquam ſententiam proferat cuncta & ſingula acta proceſſus diligenter, & maturè videat, & inueſtiget, vt inquit text. in cap. iudicantem. 30. quæſt. 5. & cap. graue. 35. queſt. 9. Et poſtquam fuerit inſtructus celeriter debet ad ſententiam procedere iuxta text. in c. iurgantium. ibi celeri ſententia, cum ibi notatis de ſentent. & re iud. tradit Alexand. de Imola in conſil. 213. num. 3. vol. 3. Bald. in conſil. 204. col. 2. libr. 5. & Aymon Crauet. in conſil. 179. Et circa hãc viſionẽ proceſſus obſeruabit iudex ordinem quem de videndo proceſſu ſcripſimus poſt vltimũ Tomum huius operis, vbi plura vltra tradita à Specul. titu. de renuntiat. & conclu. §. finis. tradidi-

mus;

4 mus: & si viso processu probatiões actoris, & rei conuenti pares, & æquales inuenerit numero, & dignitate testium, in rei fauorem erit pronuntiandum, vt in. c. inter dilectos de fide instrum. c. ex literis de probat. nam cum sunt iura partium obscura reo fauẽdum est, vt in Regul. cum sunt iura, de regul. iur. in. 6. l. 40. in fin. titu. 16. par. 3. & communiter omnes ex Ias. in. l. non est nouum. nu. 1. C. de eedend. & Menoch. in libr. 2. de arbit. Centuria. 1. casu. 98. sed si ista æqua-
5 litas probationum contingeret in iudicijs duplicibus, vt putâ familiæ herciscundæ, communi diuidũdo, & finium regundorum, & in interdictis duplicibus, nempè, vtrobique, vti possidetis, in quibus quilibet litigantium est actor, & reus iuxta. l. in tribus. ff. de iudic. text. in §. tertia diuisio. instit. de interdict. tunc iudex recurrat ad Boeriũ in decis. 239. à num. 1. & ad Tiraq. de iure primoge. quæst. 17. opin. 1. num. 86. &. 87. & ad Peraltam in. l. si quis seruum. §. si inter duos. n. 12. &. 13. ff. de legat. 2. & ad Menochium in tract. de retinenda possess. remed. 3. à. n. 740. plura in isto articulo remedia congerentes: quorum illud tutius mihi videtur, q̃ iudex cõpellat partes ad concordiam secũdum Bald. in. c. cum ecclesia Vulterana. nu. 5. de elect. sequitur Felin. in Rubr. de treug. & pace. n. 5. & si non potuerit eligat aliud, q̃ forte cõtrouersia dirimatur, & hoc videtur sequi Boerius, Tiraq. & Peralt. vbi suprà & cũ fuerit satis instructus de meritis causæ, & perceperit pro qua parte
6 ex litigãtibus iustitia est, tunc debet esse constans in administratione iustitiæ, solum Deum præoculis habens, vt in. c. 1. de re iudic. lib. 6. & ad auxiliũ diuinum recurrat, & inuocet Spiritum sanctum, qui illuminet intellectum, & purget se à peccatis, & purificet conscientiam, quia propter peccata multoties nescimus soluere dubia causarum, ita post Bald. docet Matth. de Afflict. in decis. Neapol. decis. vltim. & Sylua Nuptia-

lis in lib. 6. num. 5. quo in loco, ipse Niuizanis plura elegãter, & latè scribit ad iudicum instructionem pro exercendo
7 officiũ iudicandi. Debetq; iudex â mu-
8 neribus abstinere: nam munera excæcant oculos sapientium, & mutant verba iustorũ, vt habetur Deuteronomij. cap. 15. pro quo facit text. in cap. quis refert. 11. quæst. 3. vbi dicitur, quòd acceptio munerũ prævaricatio veritatis est,
9 & qui excutit manus suas ab omni munere habitabit in cœlis. & facit text. in. c.
10 pauper. 21. quæst. 3. vbi dicitur, quòd iustitia auro violatur. Sæpeq; ante oculos habeat doctrinam text. in dict. cap. 1. de sententia & re iud. lib. 6. vbi pontifex alloquens iudicem dicit, caueant iudices & prudenter attendant, vt in causarum processibus nil vendicet odium, vel fauor vsurpet, timor exulet: præmium. aut expectatio præmij iustitiam non euertat, sed stateram gestet in manibus, lances appendant æquo libramine, vt in omnibus, quæ in causis agenda fuerint, præsertim in concipiendis, & ferendis sentẽtijs præoculis solũ Deum habeãt, ad quod facit text. in cap. 4. & in. c. qui-
11 cunq;. 2. q. 3. Obseruareq; debet iudex dispositum à. l. 13. tit. 4. par. 3. & in. l. 10. tit. 17. lib. 4. Recopil. & quæ notat Hippolytus in practica criminali in. §. fi. & alia multa, quæ congerit Ioannes Matienzo in dialogo Relatoris. 3. p. ca. 36. cum pluribus sequentibus. Teneturq;
12 iudex sententiã proferre claram, & certam, & per verba propria, & intelligibilia habentia suum proprium sensum vt
13 in. §. curare. Instit. de act. & debet eam in scriptis proferre. vt notat glos. pen. d. §. curare & ibi ponit quatuor casus in quibus sententia non fertur in scriptis, & ibi Ias. nu. 60. remittit ad glo. in capi. fin. de sententia & re iud. in. 6. & in cap. Albericus de testibus. & ad Panorm. in
14 cap. 1. de libel. obla. teneturq; illam proferre conformem libello, vt in capit. licèt. de simonia. & in. l. finali. C. de fideicõmissarijs libertatibus, vbi inquit Bal.

q̃ fatuus est iudex, qui super alijs quàm super petitis pronuntiat, sunt tamen plures casus in quibus fallit prædicta Regula quos congerit Niconicius in Repet. cap. quoniam contra falsam de probat. & Socinus in Regula. 357. Et tamẽ quia materia sentẽtiæ nimis prolixa est & integrum Codicem requirit, habetque titulos & tractatus peculiares, vt in. ff. de reiud. & in. C. de sent. & in volumine Decretalium, & in Libr. 6. & in Clementinis, & in tit. 22. part. 3. & in tit. 17. lib. 4. Recopilationis & apud Lusitanos in lib. 3. Ord. & apud Marantã de ordine iudiciorum in. 3. par. sextæ partis actu. 1. per totum. & Rebuf. in repetitione. l. quod iussit. ff. de reiudica. & Grego. Lup. in. l. 1. tit. 22. par. 3. quibus in locis latissimo sermone agitur quid sit sententia, quibus verbis, in cuius personam proferenda sit q̃ vltimum latè disputat Panor. in. c. querelã. n. 10. de ele. quid cõtinere debeat, & in quo differat ab interlocutoria, ideo ex consulto sola remissione contẽtus omnia supradicta omitto, aduertens, sententiã diffinitiuã de iure regio à iudice proferendam esse intra. 20. dies à die cõclusionis in causa, alioquin iudex soluere debet expensas duplicatas in retardatione litis factas, & insuper incurrit iudex pœnã quinquaginta millium marapetinorũ fisco applicandam, vt probat tex. in. l. 1. tit. 17. lib. 4. Recopilationis quam tamen pœnam iudex incurrit si à parte fuerit requisitus ad sententiã proferendã, prout intelligit Dida. Perez in. l. 1. tit. 15. lib. 3. Ordinam. col. mihi. 1262. in glo. 1. ideo q̃ pro instructione iuuenum formãda erit requisitio modo sequenti.

Requirimiento para que el juez sentencie.

Escriuano que presente estays, dad me por fe y testimonio en manera que haga fe en juyzio y fuera del (a mi Pedro) en como digo al Illustre señor Licenciado fulano Alcalde mayor desta ciudad, que bien sabe su merced, è deue saber, que el pleyto que ante su merced ha pendido y pende entre mi y Hieronymo, ha muchos dias que esta concluso para diffinitiua, y su merced no lo ha sentenciado. Porende que con el deuido acatamiento pido y requiero a su mrd las vezes q̃ puedo y deuo, sentẽcie y determine al dicho pleyto, guardãdo me mi justicia: è si assi lo hiziere hara lo q̃ deue y es obligado, en otra manera lo cõtrario haziendo protesto contra su merced todos los daños, è intereses, costas, è menoscabos que por no lo sentenciar se me siguieren è recrecieren, è todo lo demas que conforme a derecho y leyes destos Reynos protestar me conuiene, y pido lo por testimonio para enguarda de mi derecho, &c.

IVdex tunc viso processu, & attentis, & consideratis omnibus supra dictis in principio huius Temporis, profert sententiã diffinitiuam modo sequenti.

Sententia diffinitiua in fauorem Actoris.

¶ Visto este processo que ante mi pende, entre partes de la vna actor demandante Pedro,

y de la otra reo defendiente Geronymo y sus procuradores en sus nombres, &c.

FAllo attentos los autos y meritos deste processo, que el dicho Pedro prouo bien y cumplidamente su intencion y demanda. Doy la, y pronuncio la por bien prouada, è que el dicho Geronymo no prouo sus excepciones y defensiones como deuia: doy las y pronuncio las por no prouadas. En consequencia de lo qual deuo condemnar è condemno al dicho Geronymo a que dentro de nueue dias primeros siguiētes despues de la notificacion desta mi sentencia, de y pague realmēte y con effecto cien ducados al dicho Pedro: y mas le condemno en las costas deste processo justamente hechas, cuya tassacion en mi reseruo. Assi lo pronuncio è mando en estos escriptos y por ellos, juzgando diffinitiuamente, &c.

El Licenciado Fulano.

Sententia Absolutoria in fauorem Rei.

22 ¶ Visto este processo, &c.

FAllo attentos los autos y meritos del, que el dicho Pedro no prouo su intencion y demanda, y pronuncio la por no prouada, y que el dicho Geronymo prouo bien y cumplidamente como deuia sus excepciones: doy las y pronuncio las por biē prouadas. Porende digo que deuo absoluer y absueluo al dicho Geronymo, de la action y demanda contra el puesta por el dicho Pedro, y le doy por libre y quito della, y pongo perpetuo silencio al dicho Pedro, para que sobre ella agora ni en tiempo alguno le pida cosa alguna. Assi lo pronuncio y mando por esta mi sentencia diffinitiua, juzgando, sin costas, sino que cada parte pague las que tuuiere hechas, &c.

Sententia Absolutoria ab instantia iudicij.

23 ¶ Visto este processo, &c.

FAllo attentos los autos y meritos del, que el dicho Pedro no prouo su intencion y demanda: doy la y pronuncio la por no prouada, y que el dicho Geronymo prouo sus excepciones y defensiones, doy las y pronuncio las por prouadas. En cuya consequencia digo, que deuo absoluer y absueluo al dicho Geronymo de la instancia deste juyzio, reseruando como reseruo el derecho a saluo al dicho Pedro, para que pueda pedir y demandar al dicho Geronymo alli y donde mas viere que le conuiene: y assi lo pronuncio y mando por esta mi sentencia diffinitiua, sin costas, &c.

24 ALiquando tamen sententia pro parte est condemnatoria, & pro parte absolutoria, & tunc debet inseri ratio, quare in vno capitulo vnum pronunciatur, & in alio aliud iuxta tex. in c. cum olim, & ibi Bald. not. 4. extra de præscript.

24 IN prædictis sentẽtijs diffinitiuis quãdo fit condemnatio expensarum, ea rum taxatio reseruatur iudici proferen ti sententiam, de quibus expensis diximus suprà in quarto Tempore circa ex positionem clausularum libelli actoris. Et de prædicta taxatione expensarum erit cõsulendus Boerius decisione. 85. nu. 6. & Bald. in. c. cum veniissent. nu. 6. de eo qui mittitur in possessionem, & Didac. Perez in Rubr. tit. 18. lib. 3. Ordi. & est aduertendum ꝙ nedum condemnatio expensarum fit propter calumniã litigantis, verumetiam propter temeritatem, â qua condemnatione non excusabitur ex iuramento calumniæ, quod litigans præstat secundum Bartol. in. l. eum quem temerè. ff. de iudic. & Soci. in pract. cap. 27. num. 3. & licèt expensarum condemnatio fieri possit, tàm de expensis in lite factis, quàm de expensis personalibus, vt docet Bart. in. l. procurator. num. 2. ff. rem ratam haberi. tamen in dubio censetur facta de expensis litis secundum Gregorium Lupum. in. l. 8. tit. 22. part. 3. in glo. 1. quæ expensæ probari debent per allegantem se illas fecisse, quæ quandoque probatio fit per sacramentũ petentis eas, & taxãtur arbitrio iudicis secundum Bald. & Salicet. in. l. restituenda. C. de petit. hæred. & Rebuff. in Tracta. de expens. artic. 5. num. 10. & Alex. Stiatic. in pract. iudic. capit. 21. nu. 49. & erit videndum quod nouissimè dispositum est in tit. 22. lib. 4. Recop. & in Ordin. Lusitanorum. lib. 3. titu. 51.

25 Sententia diffinitiua lata, de mandato iudicis. vtriq; parti intimatur: & si ab ea non fuerit appellatio interposita, vel si interposita fuerit, & non prosecuta intra terminum à iure præfixum, de quo dicẽdum erit infrà in. 6. Parte. huius Primi Tomi. ita ꝙ in authoritatem rei iudicatæ transacta fuerit, executioni mandanda erit. Ideoq; opportunè dicendum erit de vltimo Tempore.

Ex Duodecimo Tempore.

SVMMARIA.

1 *MAndari debet executioni sententia in rem iudicatam transacta.*

2 *Virtute sententiæ debet à parte executio peti, & sibi conceditur.*

3 *Sententia habet executionem paratam dum tamen à parte petatur executio.*

4 *Quam diligentiam debeat pars adhibere, vt sententia exequi possit, traditur.*

5 *Agi potest de sententiæ nullitate.*

6 *Iudex potest suam sententiam nullam retractare.*

7 *De nullitate sententiæ perpetuò agi poterat.*

8 *Regio iure aduersus nullitatem sententiæ intra sexaginta dies tantum opponi debet.*

9 *Interim dum agitur de nullitate sententiæ non currit tempus appellationis.*

10 *Nullitas quãdo dicatur tractari principaliter, & quando incidenter, traditur remissiuè.*

11 *Petitio nullitatis sententiæ, sermone Hispano, composita.*

12 *Copia petitionis nullitatis sentẽtiæ parti aduersæ datur.*

13 *Sententia nullitatis sermone Hispano composita.*

14 *Sententia qua declaratur non esse nullam sententiam in negotio principali latam.*

Duodecimum Tempus executionis sententiæ.



1 Ententia diffinitiua transacta in autoritatem rei iudicatæ executioni mãdatur, iuxta text. in l. post rem iudicatam. vbi Doct. notãt, præsertim Roderic. Suarez. not. primo. ff. de re iud. & Asinius in praxi. §. 31. c. 2. per totum. & in l. 1. & 2. cum alijs. tit. 21. lib. 4. Recopil. & in Ordin. Lusitanorum. libr. 3. titul. 71. Et praxis quæ obseruatur est, ꝙ postquam sententia transacta est in rem iudicatam, vel appellatio deserta est, pars, in cuius fauorem lata est, comparet coram iudice petendo, vt sibi detur prædicta sententia in forma publica signata, vt virtute eius executio fiat in per
2 sona & bonis rei cõdemnati. Nam licèt prædicta sentẽtia habeat executionem paratam, requiritur tamen quòd à parte executio petatur, vt cum pluribus
3 resoluit Asinius vbi suprà, num. 3. Et tunc iudex præcipit, vt parti aduersæ intimetur prædicta peritio, & quòd intra tres dies ostendat diligentias factas, & transacto illo primo termino, incusatur sibi contumacia, & datur alius secundus terminus trium dierum, & accusatur contumacia: & denique datur tertius terminus trium dierum, & incusatur etiam contumacia: & si in tertio termino non ostendat diligentias factas in prosecutione appellationis, iudex præcipit tabellioni, vt det sententiam signatam in publica forma, & tunc virtute eius petit executionem, & in hac executione proceditur, eodem modo, & forma qua in executione instrumenti publici, de quo erit infrà dicendum in quarta parte huius primi Tomi. Et plura circa hanc executionem sententiæ erunt videnda per Marantam de ordine iudiciorum. 6. part. 3. partis, actu. 3. de executione sentẽtiæ. & per Asinium in praxi. §. 31. cap. 2.

De Nullitate sententiæ.

4 Contingit aliquando ꝙ postquam sententia diffinitiua lata est, aduersus eam agitur per viam nullitatis,
5 etsi appareat nullum esse, iudex qui eam protulit retractare poterit, iuxta text. in cap. fraternitatis. de frigidis & maleficiatis. & in cap. 2. de purgatione canonica. & in l. fi. C. de sententijs, quæ sine certa quantitate. & in l. 1. C. de sententijs & interlocutionibus omnium iudicum. quam notant Bart. & Paul. de Castro, ibi, & Lanfrancus de Oriano. cap. quoniam cõtra. verbo, Interlocutoriæ, num. 54. de probationibus. & est text.
6 in l. 2. tit. 26. par. 3. Et licèt de iure communi nullitas aduersus sententiam perpetuò opponi poterat, vt in l. 1. C. quando prouocare non est necesse. & in l. 4.
7 tit. 26. p. 3. tamen de iure regio nouissimo prædicta nullitas intra sexaginta dies connumerandos à die intimationis sententiæ opponenda erit, iuxta text. in l. 2. tit. 17. lib. 4. Reco. & tradit Auendanius in declaratione. l. 4. & 5. titu. de las exceptiones. lib. 3. Ordinam. nu. 58. & Didacus Perez in l. 2. tit. 5. lib 3. Ordin. in gloss. 1. in principio. siue de nullitate agatur per viam actionis, siue per viam exceptionis, vt resoluit Couar. in pract. quæstionibus. c. 25. n. 4.

8 Et aduerte, ꝙ interim quod agitur de hac nullitate ex probabili ratione, tempus ad appellãdum cõcessum non currit secundùm Bald. in l. cõtra maiores. C. de inofficioso testamento. Ange. in l. Paulus. §. hæres. col. 1. in fin. ff. de vsuris. Hippolytum in singulari. 152. & Didacum Perez vbi suprà. Et quando nullitas

dicatur tractari principaliter, & quãdo incidenter, & quando impedire debeat executionem sententiæ, elegãter tradit Couar. in practicis quæstionibus. c. 24. nu. 7. & 8. & in. c. 25. Et quia ista materia nullitatis est valde prolixa, & diffusa, requiritq; integrum tractatum, ideò eam missam ex consulto facio, cum de ea videndus sit Sebastianus Bantius in illo integro Tractatu de nullitate sententiæ, tradũt etiã Præpositus, & Franci. in. c. dilecto de appellationibus. Didac. Perez vbi supra, & habetur in titul. 26. part. 3. & in. l. 12. & 18. & 25. titu. 2. p. 3. & aliqua per Monterrosum in sua practica, in secundo Tractatu. fol. 13. in fi. Et pro iuuenum instructione forma petitionis nullitatis & sententiæ erit concipienda modo sequenti.

PETITIO NVLLITATIS.

Illustre Señor.

11 GEronymo en la causa con Pedro, Digo que V. m. dio y pronuncio cierta sentencia diffinitiua contra mi y en fauor del dicho aduerso: y hablando con el deuido acatamiento, la dicha sentencia fue ninguna, porque hallara V. m. que esta causa se ha litigado por persona del dicho Pedro: el qual es menor de. 25. años, y tal por su aspecto parece, y assi conforme a derecho no es persona legitima para poder estar en juyzio sin su curador, de mas que en el dicho pleyto no se hizo publicacion de testigos, aunque por mi fue pedida: ni se hizo conclusion para sentencia, como del processo consta: por que pido a V. m. declare la dicha sentencia por ninguna, y a mi me absuelua y de por libre de la instancia y juyzio. Sobre que pido justicia, y el officio de V. m. imploro, y las costas protesto: y juro en forma de derecho que esto no pido de malicia, &c.

12 EL juez manda dar copia desta peticion a la parte cõtraria, y la parte contraria responde negando auer auido nullidad. Y si la nullidad allegada se ha de prouar por testigos, de manera que no conste de los autos del processo, el juez lo recibe a prueua con vn breue termino: y presentan sus interrogatorios, y por ellos se examinan los testigos y se haze publicacion y conclusion, y el juez pronuncia sentencia en la forma siguiente.

Sententia Nullitatis.

¶ *Visto este processo, &c.*

13 FAllo que la nullidad pedida y allegada por parte del dicho Geronymo puo y ha lugar, como consta por los autos del processo: por ende digo que deuo dar y doy por ninguna la sentencia diffinitiua por mi dada en este processo, y la deuo anullar y reuocar en todo y por todo como en ella se contiene: y haziendo justicia absueluo y doy por libre al dicho Geronymo de la instancia deste juyzio, condemno en costas al dicho Pedro, cuya tassacion en mi reseruo. Assi lo pronuncio y mando por esta mi sentencia, &c.

Senten-

Sententia in qua declaratur locum non esse nullitati.

¶ *Visto este processo, &c.*

14 *Fallo attentos los autos y meritos deste processo, que de la nullidad pedida y alegada por parte del dicho Geronymo, no ay lugar de derecho, por lo que deste processo resulta, y porque el dicho Geronymo no prouo lo que en este caso prouar le conuenia: en cuya consequencia deuo mandar, y mando que la dicha mi sentencia se cumpla y guarde, y execute como en ella se contiene, y por causas que a ello me mueuen no hago condemnacion de costas. Assi lo pronuncio y mando por esta mi sentencia, juzgando. &c.*

SI verò à prædicta sententia diffinitiùa appellatum fuerit, & à sententia in qua denegata fuit nullitas, & appellatio fuerit prosecuta, tunc pro cognitione praxis, quæ obseruatur in instantia appellationis, recurrendum erit ad Sextam Partem huius primi Tomi, vbi agimus de secunda instantia: cæterûm si appellatum non fuerit, vel iam quòd fuit, remãsit deserta appellatio, ita quòd sententia debeat executioni mandari, tunc pro cognitione praxis, quæ obseruatur circa prædictam executionem, recurrẽdum erit ad quartam Partem huius Primi Tomi, vbi latè agimus de via executiua.

Finis Primæ Partis.

SECVDA PARS

HVIVS PRIMI TOMI, DE ORDINE & forma procedendi contra Reum contumacem in cauſis ciuilibus.

SVMMARIA SECVNDÆ PARTIS PRIMI TOMI.

1 ACtori contra reum contumacem quàm plura remedia á iure præſtantur.

2 Si actori per vnum remedium quod elegit, non fuerit ſatis proſpectum, aliud eligere poterit.

3 Si actor elegerit capturam perſonæ, poteſt incuſata rei contumacia, mandatum petere, vt reus capiatur, vel eius bona vendantur.

4 Actor ſi eligat vt procedatur ad ſententiam, procedendum erit.

5 Communi iure, & eccleſiaſtico proceditur ad ſententiam (ſi actor velit) ita demum ſi contumax fuerit reus poſt litem conteſtatam.

6 In foro ſeculari, & regio iure proceditur ad ſententiam (ſi actor petierit) etiam ſi reus ante litis cõteſtationem contumax fuerit.

7 Differentiam inter forum eccleſiaſticum & ſecularem primi & ſecundi decreti ponit autor.

8 In foro eccleſiaſtico peremptoria citatio eſt neceſſaria, vt procedatur ad miſsionem in poſſeſsionem.

9 In foro ſeculari, vt procedatur ad miſsionem, vnica tantum citatio requiritur.

10 In perſona rei debet fieri iſta citatio in foro ſeculari, vt procedatur ad miſsionem.

11 Iudices, qui Del crimen appellantur, cum cognoſcunt de cauſis ciuilibus, vt procedãt ad miſsionẽ, ſufficit quòd faciant citari reũ ad domum ipſius.

12 In foro eccleſiaſtico ſufficit quòd reus compareat intra annum & reſarciat expenſas vt audiatur.

13 Regio iure tenetur reus contumax intra vnum menſem comparere, & expenſas reſarcire, vt audiatur, quando actione perſonali fuit actum.

14 Quando actor fuerit miſſus in poſſeſsionem ex actione reali, reus comparere debet intra duos menſes.

15 In foro eccleſiaſtico, vt actor efficiatur verus poſſeſſor in actione perſonali, miſſus eſſe debet ex primo & ſecundo decreto.

16 Miſsio in poſſeſsionem ex ſecundo decreto non eſt neceſſaria de iure regio, quia elapſo vno menſe in actione perſonali

sonali, & duobus in reali, missus in possessionem ex primo decreto efficitur verus possessor à lege.

17 *Reus debet citari iterum ad interponendum secundum decretũ, sicut fuit citatus ad primum decretum attento iure canonico, secus verò de iure regio.*

18 *Debiti cognitio, quæ præcedere debet interpositionẽ secundi decreti de iure canonico, non est necessaria de iure regio.*

19 *In foro ecclesiastico actor missus in possessionem rei petitæ ex actione reali expellit reum contumacem à detentione rei, vt actor ea possit potiri, secus verò si missus sit ex actione personali: licèt contrarium seruetur de iure regio.*

20 *Actor mitti debet in possessionem rei petitæ per alguacelum & ministrum iudicis attento iure regio.*

21 *Missio ex primo decreto de iure communi non potest fieri cõtra minorem: secus verò de iure regio.*

22 *Stylus qui seruatur in via procedendi in primo & secundo decreto in foro seculari.*

23 *Actor in tribus audientijs successiuè debet incusare contumaciam rei non comparentis, vt perueniatur ad interpositionem primi decreti.*

24 *Actor, accusatis tribus contumacijs rei non cõparentis, tenetur libellum suæ actionis offerre, si ante Rei citationẽ eum non obtulit, & petere in eo missionem in possessionem ex primo decreto, & iurare quod petit sibi debitum esse.*

25 *Actor offerens libellum suæ actionis ante citationem Rei, poterit postea petere per viã actus, incusatis prius tribus contumacijs Rei non comparentis, se mitti in possessionem rei petitæ ex primo decreto.*

26 *Sententia qua iudex pronuntiat actorem mittendum esse in possessionem ex primo decreto, quid continere debeat.*

27 *Missio ex primo decreto prius fieri debet in rebus mobilibus, & eis deficientibus in immobilibus, quando agitur actione personali.*

28 *Actor antequam mittatur in possessionem ex primo decreto debet cautionem præstare de re restituenda cum fructibus si reus intra terminum legis comparuerit.*

29 *Missio ex secundo decreto non est necessaria de iure regio, quando reus nõ comparuerit intra terminum legis, cum ab ipsa lege fiat.*

30 *Reo in cuius bona actor fuit missus ex primo decreto, non tenetur ipse actor respondere super possessione, si terminus legis fuerit transactus.*

31 *Reus est citandus, quando bona, in quorum possessionẽ actor est missus, venduntur ex iudicis decreto.*

Secunda Pars Primi Tomi.

DIXIMVS suprà in Prima Parte huius Primi Tomi, in fine. 3. Temporis, ꝙ si Reus citatus cõparere noluerit, vel

sine licẽtia iudicis à iudicio contumaciter receſſerit, actorẽ poſſe eligere vnũ ex remedijs à nobis in prẽſenti cõgeſtis: ſunt enim plura remedia à iure prodita actori aduerſus Reũ cõtumacẽ, quibus ius ſuũ cõſequi valeat, quorũ latiſsimo ſermone meminimus in.2.par.Secundi
1 Tomi ſtatim poſt principiũ. Quo in loco aſsignauimus rationẽ, quare contra Reũ inuitũ proceditur, & quibus remedijs, quæ præſenti tractatui etiã conducũt: & ibi diximus quæ remedia magis in tribunalibus eccleſiaſticis frequẽtantur. In foro tamẽ ſeculari cõmunius practicatur remediũ capturæ perſonę Rei,
2 vel remediũ procedẽdi in cauſa vſque ad ſententiã diffinitiuã, vel remediũ miſſionis in poſſeſsionẽ ex.1.&.2.decreto, quod Hiſpano ſermone, Via de aſſentamiento, dicitur, & in electione actoris eſt vti quo maluerit, vt probatur in.l.2. tit.11.lib.4.Recop. & vno electo ſi per illud nõ fuerit ſatis ſibi cõſultũ, ad aliud redire poterit, argu.tex.in.l.1.§.quid ergo.ff. de vẽtre inſpiciẽdo.& tradit Bart.
* in.l.conſentaneũ.n.17. C. quomodo & quando iudex. & Panor. in. c.prout.de dolo & contumacia. n.20.etiã ſi procedatur aduerſus minorẽ cõtumacẽ, vt in l.3 tit.11.lib.4.Recop. & de ſupradictis tribus remedijs fit mẽtio in.l.conſentaneũ.C.quomodo & qñ iudex.& ibi notant Bart. Bald. & Salicetus. & Boerius in repetitione illius. l. volum. 8. diuerſorum Doct. & Panor. in dict.c.prout.
3 num.18.Et ſi actor elegerit primum remedium capturæ, perſonæ, pignorum, vel mulctæ, incuſata cõtumacia Rei in tribus audientijs, datur alguacelo mandatum, vt reum perſonaliter capiat, & in carcerem mittat donec Reus iudicio ſiſtat: vel ad hoc vt pignora eidem capiat, & diſtrahantur in publica ſubhaſtatione, & ex pretio creditoribus ſatisfiat.
4 Sed ſi actor elegerit ſecundum remediũ de procedendo in cauſa vſq; ad ſententiam diffinitiuam, tũc in eo erit procedendum, vt diximus in dict. 2.part. Secũdi Tomi paulò poſt principiũ, ibi, tũc poterit actor eligere Qua in re aduertendum eſt, ꝙ licèt de iure cõmuni,
5 & in foro eccleſiaſtico nõ detur actori, niſi quando Reus fuit cõtumax poſt li-
6 tem conteſtatam, tamen de iure regio & in iſto foro ſeculari datur etiã actori quando reus fuit contumax ante litem conteſtatam, iuxta text.in.l.1.titul.11. lib.4.Recop.& idem de ſtylo obſeruatur in Gallia, ſecundum Boerium in.d.l. conſentaneum.n.33. Cæterũm ſi actor elegerit tertiũ remedium miſsionis in poſſeſsionem, ex.1.&.2.decreto, id eſt, via De aſſentamiento, tunc circa illud erunt animaduertenda omnia illa, quæ reſoluimus in dict.2.part. Secundi Tomi, quæ etiam ad iſtum tractatum con-
7 ferunt:& ſolummodò in præſenti erunt conſtituendæ differentiæ inter forum eccleſiaſticum & iſtum ſecularem circa prædictum remedium. Et in primis
8 quatenus ibi reſoluimus neceſſariam eſſe peremptoriam citationem ad miſſionem in poſſeſsionem ex. 1. decreto,
9 in iſto tamen foro ſeculari de iure regio neceſſaria non eſt peremptoria citatio, ſed ſufficit citatio vnica, qua Reus citatus fuit in cauſa principali, ad hoc vt libello actoris reſpõderet, vt probat text. in.l.1.tit.11.lib.4.Recop. per quẽ ſublata ſunt verba illa quæ olim apponebantur in.l.1.tit.9.lib.3.Ordin.ibi, Por tres emplazamientos, &c. Et iuxta.d.l. Recopila. intelligenda eſt.l.108.tit.18.p.3. Secunda differentia eſt, quòd quamuis de iure communi & in foro eccleſiaſtico illa peremptoria citatio fieri debeat in perſona Rei, ſi inueniri poſsit, aliàs
10 ſufficiat ad domum Rei fieri: tamen in iſto foro ſeculari ad interponẽdum primum decretum requiritur ꝙ illa vnica citatio (quæ in cauſa principali fieri debet) in perſona ipſius Rei fiat, per text.in d.l.1.tit.11.lib.4.Recop. Quidquid cõtradicat Auendanius in Tract.1.&.2.de
11 creti.3.par.num.21.verſic.& non putet quis, cuius tamen opinio ſaluari poteſt:

& pro-

& procedit in iudicibus criminũ existẽ
tibus in cancellarijs Regijs Vallisoleti,
& Granatæ, quos vulgo (Alcaldes del
crimen) dicimus, hi enim in causis ciui
libus de quibus cognoscere possunt ad
missionem faciendã ex. 1. & 2. decreto
non requirũt ꝙ reus sit citatus in perso-
na, sed tantũ ad domũ, quã praxim præ
dictos iudices seruare testatur Mõterro
sus in sua practica, Tract. 2. fol. 29. pag.
1. iudices tamẽ tribunaliũ inferiorũ ob-
seruare debebũt rigorẽ. d. l. 1. Tertia dis
12 ferẽtia est, ꝙ licèt in foro ecclesiastico
sufficiat ꝙ reus intra vnũ annum cõpa-
reat, prestando expensas & cautionẽ de
stando & parendo, ad hoc vt recuperet
possessionẽ bonorũ, in quã fuerat mis-
sus actor: tamen in foro seculari de iure
13 Regio reus tenetur cõparere intra vnũ
mensem cũ expensis & cautione, quan
do actor fuerit missus in possessionẽ ex
14 actione personali: quando verò fuerit
missus ex actione reali, reus comparere
debet intra duos mẽses, vt probat tex. in
d. l. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. per quã legem
corrigitur tex. in. l. 6. tit. 8. p. 3. vbi dabã-
tur Reo quatuor mẽses ad cõparẽdum.
15 Quarta differentia est, ꝙ etsi de iure cõ
muni & in foro ecclesiastico necessaria
erat missio in possessionẽ ex secũdo de
creto in actione personali, ad hoc vt
actor efficeretur verus possessor, & in
actione reali ad effectus quos ibi notaui
mus in fine secũdæ prænotationis, quã
do reus intra terminũ iuris vnius anni,
vel intra terminũ à iudice assignatũ nõ
comparuit cum cautione & solutione
16 expensarũ: tamen in isto foro seculari
de iure Regio necessaria nõ est ista mis-
sio in possessionem ex secundo decre-
to, sed statim elapso vno mẽse in actio-
ne psonali, & duobus mensibus in actio
ne reali missus in possessionẽ ex primo
decreto efficitur verus possessor ab ip-
samet lege, ita probat tex. in. l. 6. tit. 8. p.
3. & in. l. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. & ita fir-
mat Auendanius vbi suprà. n. 9. in versi.
item per istã. l. Ex qua differẽtia subori-
17 tur alia differentia, nẽ pè ꝙ licèt in foro
ecclesiastico ad interponendũ secundũ
decretũ reus debeat iterũ citari, sicut ci
tatus fuit ad primũ decretũ: tamen in fo
ro seculari de iure Regio hæc secunda
citatio necessaria non est, cùm interpo
sitio secundi decreti non requiratur, vt
colligitur ex dict. l. 1. tit. 11. lib. 4. Reco-
18 pil. Consequitur etiam ꝙ quanuis in fo
ro ecclesiastico ad interpositionem se-
cundi decreti requiratur semiplena co-
gnitio de debito, tamen in foro seculari
de iure Regio hæc semiplena cognitio
necessaria nõ est, quia ipsamet lex mis-
sionem ex secundo decreto facit, vt cõ
19 stat ex. d. l. 1. tit. 11. lib. 4. Recop. Septima
differentia, ꝙ & si in foro Ecclesiasti-
co actor missus in possessionem rei pe-
titæ ex actione reali expellat reum cõ-
tumacem à detẽtatione rei, vt actor ea
potiri possit (quod secus est si missus es-
set ex actione personali, secundum glo.
in cap. quoniam frequenter. §. in alijs.
verbo, Tædio. & ibi Panorm. n. 24.) ta-
mẽ in foro seculari actor missus in pos-
sessionem tam actione reali quàm per-
sonali expellit Reum à possessione rei,
& aufertur de manu eius, & traditur a-
ctori, vt colligitur ex verbis. d. l. 1. ibi,
Que sea puesto el demandador en te-
nencia de tantos bienes, &c. & hanc dif
ferentiam agnouit Auendanius vbi su-
prà. 3. part. nu. 5. Octaua differentia est
quòd licèt de iure communi controuer
sum esset, an de licentia & commissio-
20 ne iudicis actor propria autoritate intra
re posset in possessionem rei, tamen de
iure regio prædicta controuersia subla-
ta est ad obuiandas rixas, & scandala: &
statutum est, ꝙ per alguacelum & mini
strum iudicis actor ponatur in posses-
sionem, vt colligitur ex tex. in. l. 2. tit. 8.
part. 3. & ex. d. l. 1. ibi, Sea puesto, &c.
21 Vltima differentia est, ꝙ quanuis de iu
re communi missio ex primo decreto
fieri non possit contra minorem, vt re-
soluit Vzcurrus in. l. si finita. §. Iulia-
nus col. 83. ff. de dãno infect. & Auen
danius

danius de primo & secundo decreto. 3.p.nu.8.tamen in foro seculari de iure Regio missio ex primo decreto contra minorẽ fieri potest in casu. l. 3. tit. 11. lib. 4. Recop. Hæ sunt differẽtiæ, quæ breui cõpendio cumulari potuerũt, & quę ex resolutis in. d. 2. p. secũdi Tomi colligũtur: in reliquis verò in vtroq; foro obseruanda erunt, quæ ibi resoluimus circa hanc materiam primi & secundi decreti.

Vnde cõdescẽdendo ad ordinẽ & formã procedendi, & fulminãdi processum in ista via primi & secũdi decreti, apud
22 tribunalia secularia, dicendũ erit, quod postquàm reus in persona fuit citatus ad respondendũ actori in negocio principali, actor in termino citationis comparere debet coram iudice incusans cõtumaciam Rei, & iudex respondet ꝙ pro incusata habet: & deinde in alia audientia actor comparet coram iudice, & incusat secundam cõtumaciam Reo, iudexq; respõdet pro incusata haberet & denique actor in alia audientia comparet incusans tertiam cõtumaciã Reo, quam etiam iudex pro incusata habet:
23 & ita succesiuè actor in prædictis tribus audientijs incusat tres cõtumacias Reo, secundum magis cõmunem stylum tribunalium huius regni, vt inquit Mõterrosus vbi suprà, pag. 2. Sed mihi videtur ipsum loqui iuxta l. antiquã. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. ibi, Por tres emplazamientos, &c. adeo vt non est, si tres incusationes cõtumaciæ requirat: sed cùm iam hodie per. d. l. 1. tit. 11. lib. 4. Recopil. vnica tantum citatio in persona Rei sufficiat, crederem vnicam etiã incusationẽ contumaciæ sufficere, quã in rẽ tamẽ stylus vniuscuiusq; tribunalis obseruãdus erit. Factis igitur prædictis incusationibus cõtumaciæ, si actor ante
24 citationẽ Rei nõ obtulerat iudici suũ libellũ actionis, tenetur statim illũ offerre, in quo proponere debet suã actionẽ aduersus Reũ, petereq; missionem in possessionẽ ex primo decreto, & in fine iurare rẽ, vel quantitatẽ, quã petit, debitã sibi esse: & tunc libellus cõcipiendus erit forma qua diximus in. d. 2. p. secundi Tomi. in libello per viam petitionis sermone Hispano ibi descripto, muta-
25 tis mutandis. Si verò actor libellum suę actionis ante citationem Rei coram iudice proposuerat, tunc incusatis prædictis contumacijs, per viam actus petere debet, se mitti in possessionẽ ex primo decreto in illa re, vel quantitate quam petijt, & in illo actu iurare debet, illam rem, vel quantitatem sibi debitam esse. Quam petitionem per viam actus formabit eo modo, quo in dict. 2. part. diximus, in petitione per viam actus incipienti, En la ciudad de Salamãca. &c. mutatis mutãdis: & tunc iudex visis citatione incusatione contumaciæ, & iuramento actoris, profert sententiam interlocutoriam, qua pronuntiat reum contumacem esse, & illum condemnat
26 iuxta petitionẽ actoris: decernit & mãdat, quòd actor mittatur in possessionẽ illius rei, quam petebat, si actione realĩ agebat: & declarat, quòd si illa res inueniri non possit, quia fortè reus dolo desijt possidere, ꝙ missio fiat in vera æstimatione rei ad instar actionis personalis, argumento eorum quæ notantur in Authen. de exhibẽdis reis. §. si verò quidam. collatione. 5. & est text. in. l. 2. tit. 8. part. 3. Si autem actor agebat actione personali. iudex tunc in sua sententia decernit actorẽ mittendum esse in possessionem bonorum contumacis pro quantitate debiti & expensarum, & cõmittit alguacelo suo, ꝙ actorem mittat in detentationem actualem bonorum contumacis, & ꝙ intimet reo, si inueniri possit, vel in domo eius, si non inueniatur, ꝙ si comparuerit corã iudice intra triginta dies (si actũ fuerit actiõe personali) aut intra sexaginta dies (si actum fuerit actione reali) reficiendo expẽsas, & præstãdo cautionẽ desistendo, & parendo ꝙ eum audiet, &c. Hanc praxim præscribit Monterrosus vbi suprâ. Ego

verò

verò existimo, hanc vltimam citationẽ superfluam esse. nec à.d.l.1. requiri, sed si eam stylus audientiæ obseruauerit, omittenda non erit, & sententia interlocutoria iudicis de mittendo actorem in possessionem ex primo decreto erit formanda sicut diximus in.d.2.p.2. Tomi, in versi. Sententia interlocutoria de assentamiento ex primo decreto, mutatis mutãdis, præterquam ꝙ in hac sentẽtia non erit coarctãdus terminus vnius, vel duorum mensiũ in.d.l.1. præscriptus, cũ satis breuis sit, licèt iudex illũ breuiare possit, sicut scripsimus in.d.2.p.2. Tomi, Et lata prædicta sententia à iudice, minister eius & tabellio causæ accedũt ad locũ vbi est res petita, quãdo agebatur actione reali: vel quãdo agebatur personali, accedunt ad domum contu-
27 macis, & faciunt prędictã missionem in rebus mobilibus, & in eorũ defectũ in immobilibus, & eis deficientibus in iuribus & actionibus, iuxta ordinẽ positũ in.l.2.tit.8.p.3. & in.d.l.1.titu.11.lib.4. Recop. & prædicta bona alguacelus deponit penes aliquem tertium corã tabellione. Quo facto actor cõparet coram iudice petens ꝙ mittatur in possessionẽ illorũ bonorum, in quibus facta fuit missio ab alguacelo: & tunc iudex præcipit,
28 ꝙ mittatur in possessionem eorũ, vt ea detineat & custodiat præstita prius ab eo cautione de illa restituendo cũ fructibus, si reus intra terminũ legis cõparuerit. Quam cautionem actor præstat, cũm eam prędare teneatur, ex resolutis in.d.2.p.2. Tomi. post prædictam sententiam interlocutoriam. Et cautione præstita, mittitur actualiter in prædictã possessionem, & si reus intra terminum vnius mensis in actione personali, vel duorum mensium cõparuerit præstans cautionem de stando & parendo, & soluens expensas, tunc proceditur, vt diximus in.d.2.p.2. Tomi, post prædictam sententiam interlocutoriam. Si verò nõ
29 comparuerit intra terminũ legis in isto foro seculari nõ est necessaria missio in possessionẽ ex secũdo decreto, cùm ab ipsamet lege fiat, iuxta ea, quæ suprà resoluimus: & ita elapsis terminis dictæ le-
30 gis efficitur actor verus possessor, & nõ tenebitur respondere reo super possessione rei petitæ, in qua fuerat missus, si agebat actione reali, sed tantum super proprietate rei respõdere debebit: si vero ex actione personali missus fuerit actor, in eius optione erit, vel prædicta bona possidere pro suo debito, vel à iudice petere, ꝙ vendãtur, & ex pretio soluatur sibi debitũ cũ expensis. Et si bona minus debito valuerint, reus ex alijs bonis teneatur supplere & soluere, iuxta text. in.l.6.tit.8.p.3. & in.l.1.tit.11.libr. 4. Recop. & facit.l.6.tit.27.p.3. Ad quã
31 venditionẽ faciendam reus erit citãdus, si inueniri possit, alioquin ad domũ sufficiet citationem fieri, vt probat tex. in.d. l.6. & fi.tit.8.p.3. & tenet ibi Gregorius Lup. iuxta quã legem erit intelligenda. d.l.1.tit.11.lib.4. Recopil. dum ea non requirit citationem contumacis ad hanc venditionem bonorũ faciendam. Quæ venditio fieri debet præcedente probatione de debito per publicũ instrumentum, vel per duos testes, secundum Gregor. Lup. in.l.6.tit.8.p.3. verbo, Deue lo fazer, &c. & tunc bona vendi debent in publica subhastatione, sub tribus præconijs in rebus mobilibus: & tertio quoq; die, quodlibet præconiũ dari debet, ita ꝙ trãsactis decem diebus, bona dentur plus offerenti, iuxta text. in.l.52.tit.5.p. 5. & ibi Greg. verb. Diez dias, &c. In bonis verò immobilibus, nono quoq; die, quodlibet præconium dari debet, ita ꝙ transactis triginta diebus, bona plus offerẽti dẽtur, iuxta tex. in.l.6.tit.8.p.3. & facit tex. in.l.19.tit.21.lib.4. Recop.

Et hæc sufficiant pro ista Secunda parte.

Finis Secundæ Partis Primi Tomi.

TER-

TERTIA PARS

HVIVS PRIMI TOMI, DE ORDINE & forma procedendi contra absentem non contumacem in causis ciuilibus.

SVMMARIA TERTIÆ PARTIS PRIMI TOMI.

1 HÆreditas dicitur vacans, & defertur fisco cum aliquis decedit nullis hæredibus relictis ex testamento, vel abintestato: vel non relicta vxore.

2 Vxor succedit viro de iure regio in omnibus suis bonis, deficientibus sibi agnatis & cognatis, & alijs hæredibus.

3 Si hæreditas vacans alicuius defertur fisco, & alicui in illius bonis competat aliquod ius, nõ est curator dandus illis bonis, sed fisci procurator ea administrat, & aduersus ipsum actor debet suam actionem intendere.

4 Si hæredes defuncti sint, & nullus reperiatur qui hæreditatem adire velit, & creditores pro debitis suis vrgeãt, curator est bonis dandus qui actiones mouere possit, & creditoribus satisfacere, citatis illis, quibus prius successio contingit.

5 Curator bonis est dãdus quãdo aliquis habet actionem aduersus aliquem captiuum, vt cũ eo actor in iudicio agere possit.

6 Curator est bonis absentis vltrà mare, vel in partibus remotis dandus, vt cũ eo agi possit.

7 Curator non est bonis absentis dandus, quando procuratorem reliquit, vel speratur de proximo venire.

8 Absentia illius, cuius bonis curator est dãdus, prius cõstare debet apud acta processus antequam curator detur.

9 Ausens cuius bonis curator est dandus magis præsumi debet viuus, quàm mortuus.

10 Bonorum curam petens sibi decerni, probare debet absentem viuere.

11 Absentis hæreditatẽ petẽs sibi decerni probare debet absentẽ mortuũ esse.

12 Mortuus quis intelligitur ex eo, quòd absens per quinquennium viuere ignoratur.

13 Absentis hæreditatem prætendens de iure regio probare debet per famam publicam loci, illum mortuum esse, et abesse vltra decem annos.

Bona

14 *Bona absentis qui viuere ignoratur, eius propinquioribus parentibus, vel consanguineis sunt danda cum fideiussoribus, vt illa habeant tanquam curatores bonorum, & hoc qualiter procedat.*

15 *Quando creditores postulant curatorẽ bonis absentis dandum sufficit cõstare illum absentem esse in partibus remotis, ita quòd non speratur de proximo venturum.*

16 *Curator bonis absentis dandus debet esse masculus, & non fœmina, nisi sit mater.*

17 *Curator bonis dandus debet esse maior viginti quinq; annis, & diligens, integræq; fidei, absq; vlla suspicione.*

18 *Curator bonis dandus non præsumitur suspectus ex eo quòd ipse desideret & affectet, se curatorem dari.*

19 *Curator bonis dandus antequam administrationem bonorum suscipiat, tenetur satisdare & bona per inuentariũ recipere.*

20 *Consanguinei, & ex eis illi qui sunt proximiores præferri debent in suscipiẽda bonorum alicuius absentis cura.*

21 *Curatores bonis absentis vel captiui tunc sunt dandi consanguinei, quando sint probi, solertes, & diligentes in administratione bonorum.*

22 *Praxis & stylus qui seruatur in fulminando processu, quando curator datur bonis absentis vel captiui, vel defuncti absque hæredibus decedẽtis.*

23 *Acta omnia processus sunt nulla, quando actor hæreditate iacente ante curatorem bonis datum actionem intentauit, vel executionem instrumenti guarentigij petijt.*

24 *Libellus quando aliquis petit curatorem bonis absentis, vel captiui dandum, vt contra eum ipse agere possit Hispano sermone compositus.*

25 *Forma actus in quo iudex prouidet de curatore bonis absentis vel captiui.*

Tertia Pars Primi Tomi.

AEpisimè contingere solet, q; alicui actio cõpetat contra aliquẽ defunctũ vel absentem, vnde operę pretiũ erit, prescribere formam & ordinẽ in tali casu procedẽdi, vt actori cõsultũ fit. Ad cuius rei explicationẽ nonnulla prænotanda erunt, & in primis q; quãdo aliquis decedit nullis hæredibus relictis ex testamento vel abinteſtato,
1 hæreditas dicitur vacans, & defertur fisco, iuxta tex. in l. 1. §. diuus. ff. de iure fisci & in. l. 1. & 4. C. de bonis vacãtibus lib. 10. & in Authentico de hæred. & Falcidia. §. si verò institutio. & cõuenit. l. 12 tit. 8. lib. 5. Recopil. De iure tamen regio deficientibus agnatis & cognatis & alijs hæredibus, vxor succedit viro in omnibus suis bonis, vt in. l. 6. tit. 13. p. 3. quod etiam de iure cõi erat, vt in. l. 1. C. vnde vir & vxor. Et sic cõstat q; suprà dicta iura intelligenda sunt, quòd deficientibus hæredibus ex testamento & abinteſtato, & etiam vxore, bona vacantia defuncti occupat fiscus, & ita tenet gl. in. d. l. 1. C. de bonis vacantibus. Vbi enumerat personas excludentes fiscum à bonis vacantibus defuncti. & idem tenet Didacus Perez in. l. 20. titu. 19 lib. 8. Ordi. col. 371. vbi refert alias
3 personas fiscum excludentes. Et in hac specie quando hæreditas vacans alicuius defertur fisco, si alicui in illis bonis

nis competat aliquod ius, tunc non est dandus curator illis bonis, sed procurator fisci illa administrat, & aduersus eũ actor debet suam actionem intendere, vt probatur in.l.1.§.cui bona. ff. de iure fisci. & in. l. 1. in principio. ff. de succes. edict. & ita cum Angelo & Decio tenet Menochius lib. 2. de arbitrijs. Centuria. 2. casu. 150. nu. 2. quo in loco. n. 4. & 5. resoluit, quid agendum erit quando de præsenti bona nõ habent successorẽ, sed speratur de proximo: & quid erit cũ ambigitur, an successor sit, nec-
4 ne. Et ibidem. nu. 6. tractat quid erit quãdo hæredes defuncti sint, & de præsenti nullus reperiatur, qui hæreditatem adire velit: quo casu opinatur, si creditores pro debitis suis vrgeant, curatorẽ bonis dandũ esse, qui actiones mouere possit, & creditoribus satisfacere, citatis tamen prius nominatim illis, quibus prima causa successionis contigerit. & vltra relatos à Menochio idem tenet Bart. in.l.1. num. 3. ff. de curatore bonis dando. & Grego. Lup. in.l.12. tit. 2. p. 3. in glo. verb. Sin herederos. Sed text. in l. 12. tit. 2. p. 3. generaliter & indistinctè determinat, curatorem bonis defuncti nullis relictis hæredibus dandum esse, aduersus quẽ creditores defuncti agãt, & ita nos resoluimus suprà, in. 1. part. huius primi Tomi in secundo Tempore in versi. Septimo aduertat actor, &c.
5 Secundò prænotandum est, ꝙ quando aliquis habet actionem aduersus aliquẽ captiuum, tunc curator bonis dandus erit cum quo actor in iudicio agat, vt probat text. in. l. ab hostibus. ff. ex quibus causis maiores. & in. l. 4. tit. 29. part. 2. & in. l. 12. titul. 2. part. 3. Idemque obseruandum esset, quando aliquis esset absens vltra mare, secundum gloss. in dict. l. ab hostibus. cuius opinionem extendit Gregor. Lup. in dict. l. 12. in gl. 1. ad absentem in partibus remotis, ita ꝙ de proximo venire non speraretur: nã
6 inquit quod gloss. d. l. ab hostibus. gratia exẽpli loquuta fuit de absente vltra mare, & quòd bonis cuiuscũq; absentis in partibus remotis extra prouinciam curator dandus sit, tenent Bald. in. l. cum proponas. C. de bonis auto. iudi. Barto. Paulus, Angelus, & Imola relati & recepti à Greg. Lopez, in dict. l. 12. & Menochio vbi suprà, num. 15. & probatur expressè in dict. l. 12. tit. 2. part. 3. Quæ omnia intelligenda sunt, quando captiuus absens & vagabundus nullum
7 procuratorem reliquisset: nam si relicto procuratore abijt, agendum non est de curatore dando, vt cum Socino in consilio. 26. libr. 2. resoluit Menochius vbi suprà. nu. 17. & tunc procurator ille admittitur ad iurandum de calũnia secundum Bart. l. 2. C. vbi in rem act. & sequitur Panorm. in capit. cæterum. num. 7. de iuramento calum. contra glo. ibi. verbo, Ab vtraq;. Rursus supradicta procedunt, quãdo absens venire de proximo nõ speraretur: nam si speraretur de proximo venire, expectãdus esset, vt cum supradictis Doct. tenet Gregor. Lup. in
8 dict. l. 12. Insuper intelligẽda sunt, quando constat apud acta processus de absentia illius, de cuius bonis agitur, iuxta text. in. l. hoc autem. §. non defendit. ff. ex quibus causis in possessionem eatur, & ita cum alijs Doct. tenet Menoc. vbi suprà. n. 18. & ibidem. nu. 19. censet ad dandum curatorem bonis in prædicto
9 casu necesse esse, ꝙ magis credatur absens viuus esse quàm mortuus, per text. in. l. necnos. C. de capt. & postlimi. reuer. nam qui petit curam bonorum sibi
10 decerni, probare debet absentem viuere, quia vita eius est fundamentum suæ intentionis, nec sufficit præsumptio legis, quòd quis viuat vsq; ad centum annos, vt dixit glos. 1. in. l. 2. §. si dubitetur. ff. quẽadmodum testam. aper. per text. in. l. fi. C. de Sacrosanct. eccle. & opinionem illius glo. sequuntur Cepola in cautela. 118. Iaf. in. l. vt inter diuinum. not. 7. col. fi. C. de Sacrosan. eccle. & Socin. in l. si inter virũ. ff. de rebus dubijs. tamen opinionem illius gloss. improbant. Decius

cius in. l. fin. num. 28. C. de edict. Di ui Adria. tollend. & in. l. si emancipati. n. 3. C. de collat. & ibi Carolus Molineus super litera. C. Nam dict. l. fi. solum modo dicit ꝙ vita hominum potest esse vsq; ad centum annos, non tamen inde inferri debet, ꝙ ita præsumatur, & ꝙ quãdo aliquis agit fundans se in vita alicuius, debeat probare eius vitam, nec suffi ciat prædicta præsumptio, firmat ꝙ tex. ibi, Greg. Lup. in. l. 14. titu. 14. p. 3. Sicut
11 etiã qui hæreditatem absentis petit sibi decerni, probare debet eum mortuum esse, secũdum opinionem Odofredi & Guidon. De Suza: quã se cõiter vidisse seruari testatur Alberic. in Authen. hodie. C. de repudijs. quẽ refert cũ alijs pluribus Greg. Lup. in. d. l. 14. in gl. 1. in qua. l. prædicta opinio expresse proba-
12 tur. Qua in re illud obseruãdũ esset, ꝙ si elapsum esset quinquẽniũ, quo ignoraretur viuere, ex eo satis illũ esse mortuũ probari creditur, secũdũ Bart. in Tract. testi. nu. 37. vers. de profugo. quẽ refert & sequitur Menochius vbi suprà. n. 19. De iure tamẽ Regio per text. in. d. l. 14.
13 tit. 14. p. 3. prætendens hæreditatem absentis probare debet per famã publicã loci, illum mortuũ esse, & abesse vltra decẽ annos, alioquin si solũmodò quinquennium, vel citra elapsum esse, quo ille absens esset, tunc petens eius hæreditatem, plenè probare deberet, illũ de
14 cessisse: sed si neutrum probare posset, nec sciretur de vita iam diu absentis, bona eius tũc propinquioribus ipsius dantur cum fideiussoribus de consuetudine, vt illa habeant tanquam curatores bonorum, secundum Gregor. Lup. in dict. l. 14. in glo. 2. Hoc quod dictum est de vita & morte absentis ad eius bonis curatorem dandum, crederem necessum esse, quando qui sperat eidem succedere ab intestato, curam & administrationem bonorum postulat, quam alius habebat, argumento text. in. l. cum cognatos. C. de captiuis, & post limin. reuer. quam curam consanguineis propinquioribus, diligentibus, & fidelibus prius quàm alijs defert. l. 4. tit. 29. par. 2.
15 Cæterùm quando postularetur à creditoribus pro suis debitis exigendis, curatorem dandum esse, tunc sufficeret cõstare illum absentem esse in partibus remotis, ita quòd non speraretur de proximo venturus, in qua specie loquitur text. in dict. l. ab hostibus. & in dict. l. 4. tit. 29. p. 2. & expressius in. l. 12. tit. 2. p. 3.
16 Tertio prænotãdum est, ꝙ curator bonis dãdus debet esse masculus: nã fœmina incapax est huius curæ. tex. in. l. cuius bonis. ff. de curatore furiosi. per quẽ ita tenẽt Alex. cõs. 221. n. 7. lib. 6. & Decius in cõs. 575. n. 4. & Menoc. vbi supra, qđ verũ est, præter quã in matre, quę habilis est ad prædictã curã bonorũ, vt probat tex. iuncta gl. verb. Tutelam. in Authen. matri & auiæ. C. qñ mulier tutel.
17 offi. Debetq; prędictus curator esse maior. 25. annis, secũdùm gl. in. l. 2. verbo, Curatorẽ. ff. de cura. bonis dan. & Alex. & Deci. vbi suprà. & debet esse diligens & integræ fidei, absque aliqua suspicione, secundum Deciũ vbi suprà. & de iure Regio probatur in dict. l. 4. titul. 29.
18 part. 2. Neque ob id curator censebitur suspectus ꝙ ipse desideret & affectet, se curatorem dari, secundum gloss. in. l. scire oportet. §. vlt. ff. de curatoribus & tutoribus datis. Insuper tenetur postquam
19 constitutus fuerit curator satisdare, antequam administrationem bonorũ suscipiat, iuxta text. in. l. cognatos. C. de captiuis. & post limini & tenent. Alexan. & Deci. vbi suprà. & Rolandus à Valle in consi. 48. num. 16. lib. 1. Deinde curator tenetur bona per inuentarium recipere, secundum Bart. post glo. ibi, in. l. 1. num. 5. ff. de curat. bon. dando. & probatur in. l. 1. in fin. ff. de ventre insp. & in l. 15. tit. 16. p. 6. & in dict. l. 4. tit. 29. part. 2. & gl. in. l. si vacantia. C. de bonis vacant. lib. 10. verb. Monumentorum. gl. in. l. de creationibus. verb. Conscripto. C. de episcopali audi. Platea in. dict. l. si quando. C. de bonis vacant. Speculat.

in titu. de actore ab vniuersitate. nu. 10. quod verũ esse intelligerẽ quãdo curator daretur bonis, vt illa administraret, & simul in iudicio illa defenderet, & liti respõderet: cæterùm si datus esset solũmodo, vt creditoribus respõderet, & à litibus defenderet, prout quotidie in foro fit, tunc nõ teneretur inuentarium conficere, cũ nec bona recipiat, nec eorum administrationẽ, & sic potiùs censetur curator, vel defensor litis, quã curator bonis datus, quãuis vulgò curator bonorũ dicatur, & ita in praxi quotidie obseruatur, q̃ talis nõ conficit inuentariũ, quæ praxis est antiquissima, & tẽpore Baldi obseruabatur vt ipse in propria specie firmat in consil. 172. propè finẽ, volu. 2. asserens hãc esse cõmunem opinionẽ, tametsi Speculator vbi suprà, oppositũ teneat: sed cũ talis curator videatur potius liti datus, q̃ bonis, nimirũ si dicta praxis defendi possit: nam curator liti datus nõ tenetur inuentariũ facere, secũdum glo. d.l. de creationibus. & cõmuniter omnes, vt constat in. 3. Tomo cõmu. opin. Bald. cõclu. 152. pag. 144. Et post primã huius operis editionem reperi Rolandum à Valle in Tract. de confect. inuentarij. 2. p. q. 45. disputantẽ articulum istũ ad vtrãq; partem, resoluentẽq;, q̃ aut aliqua bona peruenerũt ad manus huius curatoris, aut nulla venerunt, primo casu, tenetur inuentariũ conficere, secundo vero casu non inueni, etiam Ioan. Berberium in suo viatorio iuris. 2. p. Rubr. de tutel. & curis. fol. 60. versi. & sciendum, q̃ regulariter. 1. resoluentem curatorem ad litẽ, cui nulla bonorũ administratio fuit cõmissa, teneri conficere inuentarium de instrumentis, & monumentis causæ sibi commissæ; pro ea instruenda, quæ doctrina placet mihi, & idem obseruarem in curatore bonis dando, quando nulla bona recepit, sed est nudus defensor. Et in hac cura bonorum suscipienda præferuntur cõsanguinei proximiores absentis, & ex eis illi, qui in successione primũ locũ obtinent, secũdum Bart. in. l. 1. in princ. ff. de legitimo tutore. Salicetũ in. l. vlti. in fin. C. eod. titu. & cõmuniter omnes ex Decio in consil. 16. num. 3. in fi. & de iure Regio probatur in dict. l. 4. tit. 29. part. 2. quæ lex prædictam resolutionem intelligit veram esse, quãdo huiusmodi cõsanguinei essent probi, solertes, & diligentes in administratione bonorum, nec cupidi successionis captiui, vel absentis, alioquin eis deficiẽtibus, iudicẽ posse alios curatores bonis dare administraturos & defensuros bona absentis. Et circa hunc curatorem est aduertẽdũ, quod ei non est pro administratione bonorum danda illa decima, quæ curatori, vel tutori minoris debetur, vt resoluit Baeza in Tract. de decima tutor. c. 16. per totũ illud caput. His sic prænotatis atq; constitutis deueniendũ est ad ordinẽ & formã fulminandi processum in supradictis speciebus.

Quando contigerit aliquem habere actionem contra defunctum & eius bona, si defunctus decesserit relictis hæredibus ex testamento, vel abintestato, tunc actor comparere debet coram iudice petens mandatum contra hæredes, quo eis præcipiat, vt compareant sub breui termino ad adeundam, vel repudiandam hæreditatem, & petitio erit formanda modo quo diximus suprà. 1. part. huius. 1. Tomi in. 2. Tempore. in versic. Septimo aduertat actor, &c. & iudex cõcedit mandatum prout ibi dictum fuit, & actor incusat contumaciã in terminis à iudice præfixis: & si hæredes intra terminũ hæreditatem adierint, vel nec adierint, nec recusauerint, quo casu pro adeuntibus habẽtur, vt ibi diximus, aduersus eos actor intentabit suã actionem. At verò si hæreditatem recusauerint, tunc actor petere debet à iudice mandatum contra reliquos hæredes sequẽtes in gradu, vt adeant vel repudient hæreditatem intra certũ tempus: & si aliquis ex eis adierit, aduersus eũ actio erit intentanda. Cæterùm

si omnes

si omnes hęreditatem recũsauerint, tũc actor comparere debet coram iudice, petens curatorem bonis dari: & iudex viso processu, & quòd hæredes noluerunt hæreditatem defuncti, tunc constituit curatorem bonis virum prouidum & solertem, atque integræ fidei. Qui curator iurat & cautionem præstat, se fideliter administraturũ & defensurum bona defuncti: quo peracto iudex decernit ei curam bonorum, & aduersus eum actor proponit suam actionem, & in negotio proceditur, sicut resoluimus in. 1. par. huius. 1. Tomi, in via ordinaria à libelli oblatione, vsque ad sententiam diffinitiuam, quo ordine procedẽdum erit, quãdo actor ad exactionem sui debiti non haberet aliquod instrumetum publicum, habẽs executionem parata: sed si instrumentum publicum haberet, petere poterit executioni mandari contra curatorem, & bona defuncti, & tũc procedendum erit via executiua eo modo quo infra resoluemus in. 4. par. huius. 1. Tomi. alioquin si hæreditate iacẽte ante curatorem bonis datum actor 23 actionem intentaret, omnia facta processus nulla essent, vt probat text. in. l. 12. titul. 2. part. 3. quo in loco Gregor. Lup. in glo. verb. No valdria. cum Angelo, Ioanne de Imola, & Iasone resoluit, executionem instrumenti guarentigij petitam iacente hæreditate curatore prius bonis non dato inualidam esse: ac ideò, inquit, cautos debere esse habentes instrumenta guarentigia contra defunctum, vt prius petant curatorem bonis dari, cùm quo litigare possint.

Quando verò aliquis mortuus fuerit nullis hæredibus relictis vel vxore (quo casu hæreditas defertur fisco) tũc aduersus fisci procuratorem actor agere debebit via ordinaria, vel executiua, prout ius habuerit ad exactionẽ sui debiti, sicut in superiori casu diximus, &c.

Quando autem alicui actio competeret aduersus aliquem viuum captiuũ, vel absentem in partibus remotis, tunc actor ad exactionem sui debiti comparet coram iudice, & offert libellum petitionis formã sequenti.

Illustre Señor.

FVlano vezino desta ciudad de Salamanca, digo que fulano, otrosi vezino de la dicha ciudad, me deue y esta obligado a pagar dozientos ducados, y es ydo y ausentado desta ciudad y desta tierra, y no se sabe del ni se espera q̃ boluera tan presto: y dexò ciertos bienes y hazienda, y derechas y actiones contra ciertas personas: y para que yo pueda pedir los dichos bienes y hazienda, y cobrar dellos mi deuda, tengo necessidad de que se prouean de vn curador y defensor, porque el juyzio no se haga illusorio. Porende a v. m. pido mande proueer y prouea de vn curador y defensor, mãdando primero y ante todas cosas sequestrar y embargar los dichos bienes, y poner los de manifiesto en fiel deposito, porque me temo de que alguno los trasportara y esconderá donde despues no parezcan, que yo estoy presto de dar informacion de como el dicho fulano esta ausente, y no se sabe del ni se espera que vendra tan presto, y de que los dichos bienes son suyos, y de que a mi me es deuida la dicha deuda y no pagada: sobre que pido cumplimiento de justicia,

y el officio de v. m. imploro, y en caso de contradicion las costas protesto: y juro en forma de derecho que esto no pido de malicia, &c.

PResentada esta peticion, el juez responde que le de informacion de lo susodicho, que esta presto de hazer justicia.

Y luego el actor presenta dos testigos, que dizen sus dichos al tenor del pedimiento de arriba, y si tiene alguna escriptura por donde se le deua la dicha deuda, la presenta.

Y el juez vista la dicha informacion, manda dar su mandamiento de secresto y embargo de los dichos bienes, y que el alguazil vaya a hazer el dicho embargo con el escriuano, de todos los bienes que hallare del dicho fulano, ò de tales y tales bienes, que por la dicha informacion parecen ser suyos: y que los deposite en persona lega, llana y abonada. Y el alguazil con el mandamiento del juez va con el escriuano, y haze el embargo, y deposita los dichos bienes por inuentario: y el depositario se obliga en forma, de los tener en fiel deposito y guarda, &c.

Y hecho esto, el actor parece ante el juez, y dize: Que attento que el tiene dada informacion de su deuda, y de la ausencia del dicho fulano: y de como tales y tales bienes son suyos, que pide a su merced los mande proueer del dicho curador, y defensor, con quien se haga el pleyto. Y el juez dize que se le lleue el processo, y que visto por el hara justicia: y auiendo se le lleuado prouee vn auto en la forma siguiente.

Auto en que el juez prouee de Curador a los bienes.

25 *EN Salamãca a tantos dias de tal mes y de tal año, el señor Licenciado fulano auiendo visto este processo dixo, que mandaua dar y dio curador y defensor a los bienes del dicho fulano ausente, para que los rija, y administre, y defienda, y litigue con el dicho fulano, a cuya instancia se da el dicho curador, y con otro qualquiera que pretenda derecho a los dichos bienes a costa y minsion dellos, y nombraua y nõbro por curador a fulano vezino desta ciudad, y mando que viniesse ante su merced a hazer juramento, y diesse fianzas de regir y administrar, y defender bien y fielmente los bienes, derechos, y actiones del dicho fulano ausente, Assi lo pronuncio y mando y firmo de su nombre, &c.*

ESte auto, lo notifica el escriuano al defensor nombrado por el juez, el qual va ante el y el escriuano, y dize que el accepta la dicha curaduria, y administracion de bienes: y haze el juramento en forma de derecho, y da las fianças que el juez le mando. Y luego el juez por vn auto dize, que visto que el dicho fulano defensor auia acceptado la dicha curaduria, y auia hecho el juramento, y dado las fianças que por el le auia sido mandado, que el le discernia y discernio la dicha curaduria y administracion: y le dio el poder y facultad que de derecho en tal caso puede, y se requiere. Y mandaua y mando a fulano depositario

depositario de los dichos bienes, q̃ los de y entregue por inuẽtario (como los recibio) al dicho fulano defensor: y que el mandaua se notificasse al dicho fulano, que pusiesse demanda a los dichos bienes (si quisiesse) donde no que el haria enel caso justicia. Assi lo proueyo y mando, y lo firmo de su nombre, siendo testigos fulano y fulano, &c.

Este auto se puee en esta forma, Quãdo al tiempo que el juez proueyo el auto de arriba, en que dio curador a los bienes, no se halla presente el defensor que el nombro, y quando quiere que el defensor no solamente siga y defienda los bienes, pero tambien que los rija y administre, y por esso manda que el depositario se los de y entregue: empero quando al tiempo del sobredicho auto se halla presente el defensor, y solamẽte se dà ad lites, luego alli enel mismo auto dize el escriuano que el dicho defensor accepto la dicha curaduria, y hizo el juramento en forma de defender bien y fielmente los dichos bienes, y sus pleytos y causas, y que para lo cũplir dio por su fiador a fulano, que presente estaua: los quales ambos a dos juntamente in solidum se obligaron en forma, &c. Y luego el juez manda notificar al actor, a cuya instancia se dio el dicho curador, q̃ ponga su demanda contra los dichos bienes, y el actor pone su demanda en forma, de la qual el juez mãda dar traslado al defensor, y desde alli en adelante se procede en la causa en via ordinaria, de la misma suerte y manera, y por los dichos terminos que diximos en la primera parte deste primer Tomo, quando se procede contra algun presente. Y si el actor tiene instrumẽto publico, o otro recaudo que trayga aparejada execucion, entonces pide execucion en los bienes, y procede se por via executiua, y hazese el pleyto con el defensor, y cita se para remate, y en todo se guarda el ordẽ y forma que diremos en la Quarta Parte deste primer Tomo, &c. Et hæc sufficiant pro iuuenum instructione.

Finis huius 3. Partis. 1. Tomi.

QVARTA PARS

HVIVS PRIMI TOMI, DE FORMA & modo procedendi via executiua in cauſis ciuilibus.

SVMMARIA.

1 EXecutiua via quare inducta fuerit.

2 Sententia in rem iudicatam tranſacta, iuramenta voluntaria ſeu iudicialia, & confeſſiones in iudicio factæ executionem paratam habent.

3 Sententiæ arbitratoris, & amicabilis compoſitoris, executioni mãdari poſſunt iure regio, licèt de iure communi non poſſent, ſecundum Roderic. Suarez.

4 Inſtrumenta quæcunque publica, partium confeſſiones in iudicio factæ, iuramenta, & priuata ſcriptura à parte recognita executioni mandantur de iure regio abſque ſolẽnitatibus iudiciorum, ſtatim captis pignoribus.

5 Inſtrumenta Authentica de iure communi executionem non habent paratam, exceptis quibuſdam caſibus remiſſiuè poſitis.

6 Executionem paratam quæ hodie habeant, & qualiter, & quo ordine in ea procedendum, & quæ eam impediant, tractant ab autore relati.

Summa huius Tractatus.

1 VIA executionis inducta fuit, vt creditoribus conſuleretur, cùm per eam à prolixitate litiũ eripiantur, & omiſſis ſolennitatibus ordinis iudiciarij, inſpecta ſolummodò veritate, & æquitate, breuiùs ius ſuum conſequantur: ne inquietentur, & impediantur ab optimis exercitijs, & à cuſtodia familiæ, quod reipublicæ maximè intereſt. Ob idq; à iure diſpoſitum fuit, ſententiam in auctoritatem rei iudicatæ tranſactã, iuramẽta voluntaria, vel iudi-
2 cialia, & confeſſiones in iudicio factas, executioné paratã habere, iuxta text. in l. poſt rẽ iudicatã. ff. de re iudi. quem ibi eleganter explicat Rodericus Suarez à notabili. 1. quinimo de iure Regio introductum fuit nedum ſententiã iudicis, ve-
3 rum etiã ſentẽtiam arbitri, arbitratoris. & amicabilis compoſitoris executioni mandari poſſe: vt probatur in. l. 23. &. l. 34. titu. 4. part. 3. & in. l. 4. titul. 21. lib. 4. Recopil. & ſi Rodericus Suarez poſt Bartol. in. d. l. poſt rem iudicatã, in caſu 8. fir-

8. firmet de iure communi ſententiam arbitri executioni tradi non poſſe. & nedum de iure Regio ſententiam iudicis, vel arbitri, deciſum eſt, paratam exe-
4 cutionem habere, ſed etiam quæcunque inſtrumenta publica, obligationes, & alias ſcripturas, confeſsiones partiũ in iudicio factas, iuramenta, & priuata inſtrumẽta à partibus in iudicio recognita, iuxta text. in l. 1. 2. 4. & 5. titu. 21. lib. 4. Recopil. Quæ omnia executioni mandari poſſunt abſque ſolennitatibus iudiciorum, dilationibus, & libellorũ formulis: ſed captis ſtatim pignoribus, nullis defenſionibus, aut exceptionibus obſtantibus, exceptis quibuſdam in prædictis. ll. enumeratis, & alijs â nobis paulò inferius congeſtis: idemque diſpoſitũ extat in ordinationibus Portugaliæ in lib. 3. Ordinat. tit. 16. Quan-
5 uis de iure communi inſtrumenta authẽtica executionem paratam non habent, vt probat text. in l. minor. 25. annis cui fideicommiſſum. ff. de minori. & in l. 2. C. de executione rei iudic. & in l. 4. §. ſi ex conuẽtione. ff. de re iud. præter quam in quibuſdam caſibus cumulatis ab Alexand. in l. fin. C. de edicto Diui Adriani. & in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de iud. & in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſoluto matrimonio. Segura in l. ſi ex legati cauſa. num. 59. ff. de verborum obligat. Roderico Suarez in dict. l. poſt rem iudicatam. à caſu. 4. & Anto. Gomez in l. 64. Tau-
6 ri. Et quæ hodie executionem paratam habeant & qualiter, & quo ordine in via executionis procedendum ſit, & quæ executionem impediant tradunt Rodericus Suarez in repeti. dict. l. poſt rem iudic. vbi ſingulari commento legem Regiam agentem de executione contractuum illuſtrauit, Caſtellus, Anto. Gomez, & reliqui in dict. l. 64. Tauri. Auileſius in Capit. prætorum. capitul. 10. in gloſſ. verbo, Execucion. & Auenda. in Capit. prætorum. 2. part. capitul. 30. & Tract. & declaratione ad l. quartã, & quintã. titulo de las excepciones. libro tertio Ordinamenti. Couarr. libro ſecundo Variarum. capitulo vndecimo. Didac. Perez, in l. quarta & quinta. titulo octauo. libro tertio Ordinam. & Rebuff. in Tract. de chirog. & ſched. recog. in præfatione à numer. 44. vbi nonnulla notatu digna circa executionem ſcripturæ priuatæ tradit, quæ multum conferunt ad noſtras. ll. regias. Nos vero pro aliquali cognitione praxis & vſus forenſis, qui frequẽtiùs verſatur in tribunalibus ſecularibus, circa cauſas via executiua expediẽdas aliqua annotabimus: & primò quænam executionem paratam habeant. Secũdò quo modo procedatur in via executiua, Tertiò quæ exceptiones impediant executionem: & deinde proſequemur modum & ordinem procedẽdi in dicta via executiua, Quartò de tertio oppoſitore impediente executionem, Quintò deceſsione bonorum, Sextò de dilatione quinquennij debitoribus præſtanda, Vltimo de proceſſu executiuo ceſsionis bonorum, & dilationis quinquennij vulgari ſermone, & Hiſpano fulminando.

Ex Capite Primo.

SVMMARIA.

1 *SEntentia, quæ in rem iudicatam tranſiuit, paratam habet executionem.*

2 *Deus docuit, quòd executionem paratam habeat ſententia quando Adam poſt ſuam culpam de paradiſo eiecit.*

3 *De executione ſententiæ arguendum ad inſtrumenti executorij executionem, quia æquiparantur.*

4 *Sententia arbitri arbitratoris & amicabilis cõpositoris de iure regio executioni mandari possunt, & quæ requirantur, remissiuè.*

5 *Sententia arbitratoris de iure communi non habet executionem paratam.*

6 *Instrumenta publica habent executionem paratam de iure regio: quanuis eam non habeant de iure communi.*

7 *Instrumentum publicum executionem paratam habere constat iure regio: quod confecit notarius numerarius loci vbi conficitur: vel à tabellione regio vbi certus tabellionum numerus statutus non est.*

8 *Executioni non mandãdum instrumentum à notario apostolico confectum.*

9 *Executionem paratam habet instrumentum publicum, dum tamen in eo apposita sit clausula guarentigia, secundum opinionem autoris quam cõtra Caste. Pala. Rub. Gome. et Auen. defendit.*

10 *Forma clausulæ guarentigiæ solitæ instrumentis per tabelliones apponi.*

11 *L. Latitudo. 21. libr. 4. Recopilationis qualiter intelligi valeat.*

12 *Concordia Didaci Perez inter eos, qui vt instrumentũ publicum executioni mandetur, clausulam guarentigiam exigunt: & inter eos, qui absque ea tale instrumentum executioni mandandum defendunt.*

13 *Instrumentum publicum vt executioni mandari valeat, debet esse ipsum originale, nec exẽplum sufficiet quantumcunq; autoritate iudicis extractũ nisi de manu notarij de ipso originali rogati.*

14 *Instrumentum debet executioni mandari, & si in eo non fuerit appositum verbum, Promitto, dum tamen in eo appareat aliquid receptum.*

15 *Instrumentum executioni mandãdum nedum si certum aliquid, & liquidũ contineat, verùm etiam si non liquidum: dum tamen legitimè summariè prius liquidetur.*

16 *Praxis seruanda in executione instrumenti incertam & non liquidam continentis quantitatem.*

17 *Actor caueat, ne petat à iudice proferri sententiam interlocutoriam super liquidatione instrumenti cõtinentis aliquam quantitatem non liquidam.*

18 *Praxis, quæ seruatur circa executionem instrumenti non liquidi, eadem obseruanda, si in eo contineatur aliquid in diem vel sub conditione debitum, vt prius conditionem extitisse, aut diem venisse summariè probetur.*

19 *Legatarius vel fideicommissarius particularis, vigore testamẽti, præcedente iussu iudicis facto hæredi de soluendo legato, petere potest via executiua legatum, vel fideicommissum secundum veriorem opinionem praxi receptam.*

20 *Qualiter practicetur, quòd legatarius aut fideicommissarius particularis petant legatum aut fideicommissum.*

21 *Scriptura priuata ab ipso debitore coram iudice recognita executionem paratam habet.*

22 *De iure communi scriptura priuata quantumcunque à parte cognita non mandanda executioni: nec etiam de iure antiquo regio.*

Quæ

23 Quæ ratio mouit legislatorem ad condendam legem, qua scriptura priuata & recognita habeat vim executiuã.

24 Recognitio priuatæ scripturæ coram tabellione, vel alguacelo de commissione iudicis fieri potest.

25 Scriptura priuata habita pro recognita propter rei contumaciam præcedẽte personali citatione, vel ad domum, si dolo vel fraude reus latitet, executioni mandari potest, secundùm Rebuff. Couar. & alios, contra quos tenet actor in præs.

26 Quando scriptura priuata negatur, scripta à reo, vel eius mãdato, quid agendum.

27 Comparatio literarum semiplenam probationem inducit.

28 Actor qui per literarum comparationem semiplenè probauit, sibi in supplementum deferri iuramentum petere debet, nec ob id tũc executionem paratam instrumentum habebit.

29 Scriptura priuata de manu tertij scripta, & subscripta de mandato debitoris, non habebit executionem paratam, etsi ab illo tertio recognita sit.

30 Scriptura priuata etiam trino teste notata, à debitore tamen non recognita executionem non habet.

31 Scriptura priuata & recognita retrotrahitur ad diem datæ in præiudicium recognoscentis, in præiudicium tamẽ aliorum creditorum à die recognitionis vendicat sibi prælationem.

32 Scripturæ publicæ & priuatæ quæ habent executionem paratam, etiam respectu cessionarij petentis executionem habent.

33 Cessionarius creditor dicitur,

34 Cessionarius petens instrumenti cessi executionem, id sibi cessum esse prius liquidare debet.

35 Hæres creditoris, vel qui ab eo ius habeat executionem instrumenti petere valet: dum tamen hæres vel alter suam personam legitimet.

36 Instrumenta publica & priuata recognita etiam contra hæredem debitoris exequi possunt, hæredem eum esse priùs liquidato.

37 Executio contra hæredes debitoris facienda pro hæreditarijs portionibus.

38 Facta melioratione aut aliquo prælegato alicui ex hæredibus, facienda est cõtra ipsum executio pro rata & æstimatione rerum prælegatarum.

39 Petita executione contra rem specialiter hypothecatã in ipsius possessorem facienda est executio in solidum licèt plures sint hæredes.

40 Executio fieri nequit in hæredem intra tempus conficiendi inuentarij, nec etiam post, secundum Auendam. cuius opinio ab autore reprobatur.

41 Consilium Cœpolæ (ne hæredes inuentarium perficiant ante tres menses, vt ita solutio creditoribus differatur) animæ periculosum est.

42 Text. in Authen. vt cùm de appellatione cog. §. sancimus. quomodo intelligẽdus secũdùm Rodericum Suarez cuius intellectus reprobatur ab autore.

43 Text. in l. fi. §. donec. C. de iure deliberand. correctum esse existimat autor per text. in Authen. vt cum de appel. §. sancimus.

44 *L. 7. tit. 6. part. 6. qualiter componatur cum. l. fi. tit. 13. part. 1. & cum. l. 13. tit. 9. part. 6.*

45 *Text. in. l. fin. §. donec. C. de iure delib. & text. in Authen. Vt cum. de appell. §. sancimus. partim iure regio corriguntur, partim confirmantur.*

46 *Ioannes Gutierrez laudatur.*

47 *Executio non petenda contra eum cuius affinis, vel consanguineus decessit, intra nouem dies luctus.*

48 *Praxis obseruanda in petenda executione cõtra hæredem post tempus conficiendi inuentarij.*

49 *Instrumenta publica executioni mandari possunt, etiam cõtra singularem possessorem rei specialiter hypothecatæ, si actum sit specialiter tempore hypothecæ rem non alienandam esse: secus si id actum non est.*

50 *Ratio assignatur, quare executio fieri nõ possit cõtra specialẽ rei hypothecatæ possessorẽ: cuius alienatio pacto prohibita non fuit tempore contractus.*

51 *Instrumenta publica aut priuata recognita, etiam in contractu speciei executioni mandari possunt.*

52 *Iuramentum decisorium à parte parti delatum executionem paratã habet.*

53 *Confessio partis facta in iudicio executionem paratam habet.*

54 *Confessio etiam ficta per contumaciam habet paratam exceptionem, autor contrarium resoluit,*

55 *Transactio inter partes facta coram iudice habet executionem paratam.*

56 *Transactio etiam coram tabellione facta, de iure regio habet executionem paratam.*

Caput. 1. De his quæ executionem paratam habent.

1 PRimò igitur dicendum est, sententiam in autoritatem rei iudicatæ transactã executionem paratã habere, iuxta text. in. l. post rem iudicatam. ff. de re iudic. & in. l. 1. tit. 21. lib. 4 Recopil. de qua videndus est Maranta de ordi. iud. in. 3. par. 6. partis. actu. 3. num. 2. Rodericus Suarez, in dict. l. post rem iudicatam. à notabili. 1. latè explicans hac executionem sententiæ. & Rebuffus de hac executione sententię fusiùs agit per totum tract. de sententijs executorijs: in

2 cuius præfatione num. 31. inquit, quòd Deus optimus maximus docuit nos, hanc executionem sententiæ, qui post culpam statim Adam de paradiso eiecit, & sic sententiam executioni inconti nenti misit. c. Adam. de pœnitentia. dist. 1. & Genes. capit. 3. & Couar. nonnulla de ista executiõe tractat. in pract. quæst. cap. 16. & de hac executione sententiæ

3 licitum est arguere ad executionem instrumenti executorij, quia æquiparantur, secundum Barto. in. l. cum vnus. in fi. ff. de bon. autho. iud. possid. & Bald. l. fi. col. 2. eod. tit. & Romanum in consil. 76. num. 4.

4 Quinimò sententia arbitri arbitratoris, & amicabilis compositoris de iure nostro regio executioni mandari potest, per text. in. l. 4. tit. 21. lib. 4. Recop. quam eleganter explicat Auendanius in Tract. & declaratione ad. l. 4. &. 5. tit. de las exceptiones. lib. 3. Ordin. à. n. 35. vbi cõgerit requisita necessaria ad hoc, vt compromissum seu sententia arbitri exequi possit, & Auiles in. c. præto. c. 10. glo. verbo, Execucion. num. 9. & prædictæ. l. 4. tit. 21. libr. 4. Recopil. meminit

Grego-

Gregorius Lup. in.l. 23. titul. 4. part. 3. in glo. verb. De aquel lugar, &c. Et Roderic. Suarez in dict. l. post rem iudicatam. in casu. 8. inquit, q̃ licèt de iure cõmuni sentẽtia arbitratoris nõ mereatur executionem, tamen de iure regio iam expeditum est, q̃ exequi possit, citans ad hoc text. in.l. fi. tit. 4. part. 3. qui tamẽ eius conclusionẽm non probat, quia loquitur in arbitro, vt optime aduertit Grego. Lup. in proprio loco, in glo. fin. sed ia hodie clarè decisum est per prædictam. l. 4. quam Rodericus non vidit.

6 Secundò, quòd instrumenta publica hodie de iure Regio habent executionẽ paratã, per text. in. l. 1. & 2. tit. 21. lib. 4. Recopil. quanuis de iure communi executionem non mererentur, vt in l. minor. 25. annis cui fidei cõmissum. ff. de minoribus. nisi in quibusdã casibus connumeratis ab Alexan. in. l. fin. C. de edicto Diui Adriani. & in. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudi. Roderic. Suarez in. d. l. post rem iudicatam. à casu. 4. Antonio Gomez in. l. 64. Tauri. & a Rebuffo in Tract. de literis oblig. artic. 6.

7 glo. 3. à num. 8. Intellige tamen, quòd non quod libet instrumentũ publicum de iure regio habet executionem paratam, sed tantum illud quod confectum fuerit à tabellione numerario ciuitatis, vel loci illius, in quo contractus celebratus fuerit, qui vulgo dicitur Escriuano del numero: nisi in tali loco certus numerus tabellionum deputatus non fuerit, quia tũc coram publico tabellione Regio instrumenta confici poterũt, &

8 executionem paratam habebunt: alioquin instrumenta confecta à notario apostolico exequi non poterunt, vt probatur in. l. 1. iuncta. l. 19. tit. 25. lib. 4. Recopil. Rursus intellige, q̃ non quodlibet instrumentum publicum confectũ à tabellione numerario vbi certus numerus deputatus fuerit, vel à tabellione Regio, vbi certus numerus defuerit, (vel in locis in quibus tabellio Regius conficere instrumenta potest, etiã stante numero tabellionum, vt in. l. 1. titul. 25. lib. 4. Recop.) executionem meretur sed tantum illud, in quo à tabellione numerario vel Regio apposita fuerit clausula guarentigia, quæ apud scribentes Italicos diuersis nominibus nuncupatur, vt videre est apud Alexand. de Imola in. l. ait prætor. §. si iudex. col. 2. ff. de re iud. Ange. Areti. & Iaſ. in. l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. Roderic. Suarez in dict. l. post rem iudicatam. in declaratione. l. Regni in euidentialibus. nu. 1. Rebuff. in Tract. de literis oblig. in præfatione. nu. 13. & Gasparem Cabali. 1. p. milleloquiorum iuris. in milleloquio. 362. Quæ tamẽ clausula guarentigia apud Hispanos ex stylo notariorũ in instrumentis apponitur in hæc

10 verba, Damos poder a todos y qualesquier juezes y justicias, ante quiẽ la presente carta fuere presentada, para q̃ sobre lo contenido en la dicha carta hagã execucion en nuestras personas y bienes, assi y tan cumplidamente como si contra nosotros fuesse dada sentẽcia definitiua por juez competente, y fuesse por nosotros consentida, y passada en autoridad de cosa juzgada, &c. Quæ clausula si in instrumentis apposita non fuerit non poterunt instrumenta executioni mandari: quod vsu forensi totius huius Regni receptum esse, firmant Segura in Repet. l. si. ex legati causa. ff. de verborum. fol. 101. column. 3. versi. Tertia differẽtia. Roder. Suarez, in dict. l. post rem iudicatam. in declaratione. l. Regni in euidentialibus. numer. 10. Couar. lib. 2. Variarum. cap. 11. num. 3. versi. illud sanè, & ita in Hispania obseruari inquit Rebuff. in dict. Tract. de lit. obli. in præfatione. nu. 18. Quãuis Castellus, Ioan. Lup. in. l. 63. Tauri. & Anto. Gomez in. l. 64. Tauri. num. 4. & Auend. in Tract. seu declaratione ad. l. 4. & 5. tit. de las excepciones. lib. 3. Ordin. â nu. 1. contendant, sufficere instrumentum publicum confectum esse à tabellione numerario, licèt in eo apposita non esset

set prædicta clausula guarentigia, idq; praxi receptum esse per.l.4.tit.8.libr.3. Ordin.quæ habetur in.l.2.tit.21.libr.4. Recopil.ibi, Cartas y contratos publicos, &c. quibus verbis probari videtur ad executionem faciendam sufficere instrumentum publicũ confectum absq; prædicta clausula. Sed sustinendo priorem opinionem Seguræ, Roderic. Suarez, & Couar. (quæ in praxi obseruatur) ad dict.l.2.tit.21.libr.4.Recopil. in qua autores posterioris opinionis fundãtur, respondendum erit, ꝙ illa.l.2. intelligi debet per text.in.l.5.tit.21.lib.4.Recopil.nam dum illa.l. mentionem facit de instrumentis exequendis, se refert ad contractus habentes executionem paratam, de quibus dispositum fuerat in.d.l.2. ergo prædicta.l.5. intelligit dictam l.2.in instrumentis publicis habentibus prædictam clausulam guarentigiã. Has tamen opiniones conatur componere Didacus Perez in.l.4.tit.8.lib.3. Ordin. in.glo.1.versic. probari tamen, scilicet, quòd cùm ex formis traditis à tabellionibus in contractibus conficiendis prædicta clausula solita sit apponi, semper apposita censetur, quamuis omissa fuerit, argum.text.in.l.fi. C. de fideiussoribus, & notat Segura in.l.3.§. fin. versic. Sextodecimo. ff. de liberis & posthumis. Menchaca libr.1. de successionum creatione.§.6.num.53.versic. denique. ideoq; instrumentum publicum in quo omissa fuerit prædicta clausula, executioni mandari poterit, quia præsumitur ex fictione legis prædicta clausula apposita: & in hac specie saluari potest posterior sententia Castelli, Ioannis Lupi, & Antonij Gomez atq; Auendanij. Rursus intellige de instrumento publico originali, non verò de exemplo etiam extracto autoritate iudicis, ita resoluit Barto.in.l.probatorias.C.de diuersis officij.lib.12. Alex.in authen. si quis in aliquo nu.3.C. de edendo. nisi extractum fuerit manu notarij de instrumento originali rogati, secundum Auiles in.cc. ptæ torum.c.16.verb.Execucion.num.58. vel nisi originale ruptum, vel deperditum esset, & de mandato iudicis fuerit extractũ per successorem notarij mortui adhibitis requisitis in tali casu præscriptis à.l.10.titul.19.partit.3. & à Monterroso in sua pract.in Tract.7.fol.220. pag.2.

13 Tertiò dicendum est, ꝙ instrumentum publicum à tabellione numerario confectum. vbi numerus tabellionum fuerit: vel à tabellione publico regio, vbi numerus defuerit habens prædictã clausulam guarentigiã, executioni mãdari poterit, licèt in tali instrumento nõ fuerit appositum verbum. Promitto: vt
14 puta, si in tali instrumento apparuerit, debitorem recepisse certam quantitatem pecuniæ ex dotis causa vel mutui, absq; eo, quòd promittat se redditurũ, vt eleganter resoluit Rodericus Suarez in dict.l.post rem iudicatam. in declaratione. l. Regni, in versic. Secundò extende.

15 Quartò dicendum est, quòd nedum instrumenta publica, de quibus suprà executioni mandari possunt pro quantitate certa & liquida, verùm etiam pro quãtitate incerta & non liquida, vt pro interesse damnorum, vel expensarum, dummodò summariè citato prius reo illa quantitas incerta liquidetur & probationibus ab vtraque parte productis super hac liquidatione executio fiat, detúrque mandatum â iudice de capiendis pignoribus, vel in eorum defectum de detrudendo reum in carcerem: itaq; ante prædictam summariam quantitatis definitionem illud præceptum iudi
16 cis dari non debet. Qua in re praxis obseruanda erit, ꝙ habens instrumentum publicum incertum & non liquidum, producat illud coram iudice petẽs eius executionem, asserensq; ꝙ in primis & ante omnia iudex citato reo recipiat summariam informationem super certitudine & liquidatione illius cõtractus, quam incõtinenti probare paratus est:

& q̃ præcipiat reo respondere cum iuramento positionibus ab eodem actore positis super liquidatione, & certitudine quantitatis contractus: & liquidata quantitate pro ea iudex mandet executioni prædictũ instrumentum, quod
17 tũc exequi poterit. Caueat tamẽ actor, ne super tali liquidatione petat à iudice, q̃ sententiam interlocutoriam pronuntiet. Supradictam praxim & resolutionem colliges ex Roderico Suarez in dict. l. post rem iudicatam. in declaratione. l. Regni. limitatione. 4. & Auiles in dict. cap. 10. gloss. execucion. nu. 53. & Couarr. lib. 2. Variarum. c. 11. nu. 1. versi. in summa. post Bart. Bald. & alios contra Paulum Castren. & ex Antonio Galesio in Tract. ad formulã obligationis camerariæ, in. q. de liquidatione. à nu. 2. Quæ resolutio & praxis etiã
18 obseruanda erit circa exequendum instrumentum cõdicionale, vel in diem, cuius coditionem purificatam esse, vel diẽ venisse, summariè priùs citato reo actor probare debebit, secundum Rodericum vbi suprà limitatione. 5. & Couarru. in dict. cap. 11. num. 2. & Auiles in. cc. prætorum. c. 10. glos. verb. Execucion. num. 57. Et iuxta supradictam resolutionem intelligi debent, quæ resoluit Gaspar Caual. in. 2. parte. milleloquiorũ iuris, in milleloquio. 625. Quã praxim & resolutionem limitat in vno casu Roderic. Suar. vbi suprà in dict. 4. limitatione. num. 9. & sententiam eius tenet Guido papa in Tract. de vsuris in princ. nu. 10. volum. 4. diuersorũ Doct. & opinionẽ Paul. Castr. in alio casu procedere arbitratur Couarr. in. d. c. 11. nu. 1. versi. quarto.

19 Quinto quòd legatarius, vel fideicommissarius particularis vigore testamenti petere poterit ab hærede via executiua legatum, vel fideicommissum, præcedenti tamẽ iussu vel præcepto iudicis facto hæredi de soluendo legatum vel fideicommissum, secundum Angelum in Authen. de hæredibus & falcidia. §. illud. colla. 1. iuncta glos. verbo, Decreto. receptum ab Alexand. & Ias. in. l. fi. C. de edicto Diui Adriani tollendo. Alexand. in. l. ait prætor. §. 1. ff. de re iudi. Paul. Cast. consil. 91. vol. 1. col. 4. Socino consi. 183. vol. 3. Segura in. d. l. si ex legati causa. ff. de verborũ obl. Roderic. Suarez in dict. l. post rem iudicatam. notab. 6. vel casu. 6. Peralta. in. l. 1. num. 35. ff. de legat. 3. quanuis oppositã sententiam imò legatum via executiua, etiã præcedenti iussu iudicis nõ posse peti, firment Albericus in. l. quoties. C. de hæredibus instituendis. Alex. sibi contrarius in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimonio. Vincẽtius de Herculanis in dict. l. ait prætor. §. 1. Decius in. l. fin. num. 6. C. de edicto Diui Adriani tollẽdo. & Anto. Comez in. l. 45. Tauri. num. 137. Quibus non suffragantur iura pro se adducta, nempè tex. in. l. minor. 25. annis cui fideicõmissum. ff. de minor. & text. in. d. l. ait prætor. §. 1. & text. in. l. 1. C. communia delegatis, vbi dicitur, quòd legatũ vel fideicommissum fuit petitum via ordinaria: nam respondeo quòd licèt illud verum sit, iura tamen illa non negant viam executiuam, etiã competere lega
20 otario vel fideicommissario. Prior tamẽ sententia in praxi recepta est, & ita practicatur, quòd legatarius vel fideicommissarius producit testamẽtum coram iudice, petens ab eo quòd hæredem cõpellat respondere & de plano confiteri, q̃ testamẽtum illud est sui defuncti, cuius est hæres: qui si confessus fuerit, tunc legatarius petit, vt fiat hæredi iussus vel præceptum de soluendo legatũ: & virtute illius præcepti & confessionis in iudicio factæ executio fit, secundum Bald. in Authen. hoc amplius. C. de fideicommissis. quem sequitur Rodericus Suarez, vbi suprà in dict. casu. 6. num. 6. & Auiles vbi suprà nu. 8.

21 Sexto, quòd scriptura priuata ab ipso debitore recognita coram iudice habet executionem paratam de iure huius Regni,

Regni, per tex. in l. 5. tit. 21. lib. 4. Reco. ideq; apud Lusitanos dispositũ est in lib. 3. Ordinationum. tit. 16. §. fin. & etiam apud Gallos, vt refert Rebuffus in Tractat. de chirographorum & schedularum recognitione in summa à num. 44. & notat Couar. libr. 2. Variarum. cap. 11. num 4. Auend. in cc. prætorum 2. part. c. 31. nu. 1. versic. aliquando tamen. & Auiles in cc. prætorum. c. 10. in gloss. verb. Execucion, num. 33. Et nisi ita decisum esset per prædictas. ll. Regias, scriptura priuata in iudicio à parte recognita de iure communi exequi nõ posset, nec etiam eandem vim haberet ex alijs legibus huius Regni disponentibus, instrumenta publica executionem mereri: nam licet scriptura priuata in iudicio à parte recognita habeat vim publici instrumenti, vt in. l. Publia. §. fi. ff. depositi. & in. l. cum de indebito. ff. de probatio. & in. l. 119. titul. 18. part. 3. Bald. in Authentic. contra qui propriam. C. de non numerata pecunia. Rebuff. vbi suprà à num. 25. vbi plures cõclusiones scripturæ priuatæ ponit. non tamen ex eo scriptura priuata habebit executionem paratam, quia nõ omnia instrumenta publica possunt executioni mandari, sed illa tantum, de quibus suprà in isto cap. diximus in. 1. &. 2. ver-
23 sic. Potuit tamen prædicta ratio mouere legislatorem ad condendam. d. l. Regiam, qua vim executiuam scripturæ priuatæ à parte in iudicio recognitæ tribuit: quanuis solidior ratio illius. l. Regiæ est, quòd ideò hoc ibi dispositum est, quia in iudicio confessus pro iudicato habetur, vt in. l. vnica. C. de confessis. Sed iudicatum habet executionem paratam. l. à Diuo Pio. § 1. & sequenti.
24 ff. de re iud. ergo nimirum si scriptura priuata in iudicio à parte recognita executionem mereatur: cuius recognitio nedum coram iudice verum etiam coram tabellione, vel alguacelo de commissione iudicis fieri potest, vt proba-
25 tur in. l. 6. titul. 21. lib. 4. Recopil. Quinimo scriptura priuata habetur pro recognita ob contumaciam rei nolentis respondere, vel recusantis comparere, iuxta speciem text. in capit. fin. de confessis. libr. 6. exequi potest, vt cum Rebuffo & alijs resoluunt Couar. lib. 2. Variarum. c. 11. num. 4. in fi. Auend. in. cc. prætorum. 2. par. cap. 30. num. 4. & Didacus Perez in. l. 4 titul. 8. lib. 3. Ordin. col. 1096. Quod verum esse intelligũt, dummodo ad recognitionem faciendam personalis citatio præcederet, nisi dolo, vel fraude reus effugeret citationem, & latitaret: nam tunc citatio ad domum sufficeret. Ego verò oppositã sententiam veriorem esse existimo, imò scripturam priuatam pro recognita habitam ob contumaciam rei non posse executioni mandari: ad quod tenendum moueor ex dispositione. d. l. Regiæ. 5. tit. 21. lib. 4. Recop. tribuentis vim executiuam scripturis priuatis à parte recognitis, quæ lex cum sit exorbitans, & contra dispositionem iuris communis extendi nõ debet, nec verba eius impropriari: sed illa lex loquitur de vera & propria recognitione scripturæ priuatæ facta in iudicio à parte, vt constat ex illis verbis, ibi. Reconocidos por las partes ante el juez que manda executar: o las cõfesiones claras, fechas ante juez competente, &c. quibus verbis dilucidè apparet necessariam esse veram recognitionem, claram & apertam confessionem coram ipso iudice factam, nec fictam per rei contumaciam sufficere, vt prædicti Doct. arbitrantur. Et pro hac mea opinione, quæ verior & æquior videtur, facit quod notat Rebuffus vbi suprà num. 68. quanuis ipse ibidem. n. 98. oppositum teneat, quem sequũtur Couarr. Auend. & Didac. Perez vbi suprà, vrget etiam pro hac nostra opinione ꝙ prædictæ. ll. Regiæ, & aliarum prouinciarum tribuentes vim executiuam instrumentis publicis, & priuatis à parte recognitis, corriguntius commune, ac ideo sunt strictè interpretandæ vt tradunt

dunt Didacus Perez.l.4.tit.8.lib. 3. Ordin.glos.1.col.1079. & Menochius lib. 2.de arbit.centu.1.casu.17.numer.2. & iuxta hāc meam opinionem contra prędictos Doctores, iudices superiores solent executionem ex tali confessione fi
26 cta factam à iudicibus inferioribus annullare, & irritare. At verò si debitor in iudicio compareret, & negaret, scripturam priuatam à se, vel ex mandato suo scriptam, vel subscriptam esse, & actor testibus careret, quibus veritatem probare posset: tunc actor à iudice petere debebit, quòd debitorem compellat ad similem scripturam manu propria scribēdam, vt ex ea comparatio literarum fieri possit, iuxta tex. in Authē. de instrumentorū cautela & & fide. §. si quis igitur. per quem ita tenet Bald. in.l.comparationes.num.10.C.de fide instrumentorū. Panor.nu.13.& Deci.n.25.in.c.2. de fide instru. & Hippolyt. in Rubri.C. de probatio. & Greg.Lup.in.l.119.titu. 18.part.3. & postquàm debitor eam scripserit, iudex eligere debet scribentes peritos in arte, & sub iureiurando eos astringere ad deponendū super cōparatione, vt notat Bald.in dict.l. com-
27 parationes.numer.17. Aduerte tamen quòd prædicta comparatio non inducit plenam probationem, sed semiplenā tantùm, vt probatur in dict. Authen. de instrumentorū cautela. §. sed si quis. & in dict.l.119. & docet Bart. in.l.admonendi.num.26.& Rip.num.113.ff. de iure iur. Hippolyt. in Rubric. C.de probat.n.297. Roland.à Valle in cōsil. 26.num.12. & Couar. in Pract. quæst.
28 cap.22.num.6. ac ideo actor tunc petere debet, ꝙ iuramentum sibi deferatur in supplementū probationis, iuxta text. in.l.in bonæ fidei & ibi Bald. nu.11.C. de rebus cred. & Roland. â Valle vbi suprà, non tamen habebit tunc executionem paratam, vt ex infra dicendis constat. Cæterū si scriptura priuata sit scri-
29 pta, & subscripta manu cuiusdam tertij de mandato debitoris, non sufficit, si ille tertius eam recognoscat, dicendo, se illam scripsisse & subscripsisse de mādato debitoris, si debitor eam neget: nā tunc executioni mandari non poterit, secundum Imol. in consi. 91. Hippoly. in Rubr.C.de probat.nu.288. quæ opinio probatur de iure Regio in.l.5.titul. 21.lib.4. Recopil.ibi, Reconocidos por
30 las partes, &c. Quibus verbis ostenditur, approbationem & recognitionem ipsius debitoris principalis necessariam esse, imò & scriptura priuata trino teste notata, negata tamen à debitore, executioni mandari nō poterit: nam licèt habeat vim publici instrumēti, iuxta text. in.l. scripturas.C.qui potio. in pig. & in l.31.tit.13.par.5. non tamen habet executionem paratam, nisi ab ipso debitore recognoscatur, iuxta formam text. in dict.l.5.tit.21.lib.4. Recopil. ideoq; tunc agendum erit via ordinaria: & ad probationem intentionis producenda erit talis scriptura, quæ fidem facit, vt probatur in.l.114.tit.18.part.3. & in.l. 118. eodem tit. & part. & Matthæus de Afflict. in decisione. 181. ita concludit decisum fuisse. & in specie ita resoluit Auend.in.cc.prætorum.2.part.cap.30. num.4.&.5. vbi alia requisita congerit ad hoc vt scriptura priuata exequi possit, cumulat etiam Auiles in.cc.prætor. capit.10.verbo, Execucion. à nu.27. ac ideò nō transcribo, sed ad ibi dicta occurrendū erit, quādo casus se obtulerit.
31 Aduerte tame quòd scriptura priuata à debitore recognita retrotrahitur ad diem, qua fuit celebrata, in pręiudicium ipsius recognoscentis: in præiudicium tamen aliorum creditorum habentium scripturas publicas huiusmodi scriptura priuata non vendicat sibi prælationem, & alia priuilegia prioritatis ab illa die qua in iudicio fuit recognita. Vnde creditores habentes scripturas publicas, sunt præferendi & prius debet eis solui, quanuis scriptura priuata fuerit prior tempore, secūdum Molin. in Cōsuetu. Paris. §.5.nu.16. Couar.lib.2. Variarum.

Vide Bal. in c. fin. n. 20. de iure iurando. ubi hanc questionem tangit

recognitio quomodo retrotrahitur. — ita fert ... n.º 31

riarum.c.11.nu.4. in fine. & Didacum Perez in.l.4.tit.8.lib.3.Ordin.col.1090 in fine.quæ omnia adde Ordinat. Lusitan.lib.3.tit.16.§.fi. Quod tamen intelliget nisi scriptura priuata esset trino teste notata, & propria manu eorum subscripta cum hypotheca alicuius rei: nã tunc prælationem habet & preferri debet habenti instrumenta publica. l. 31. tit.13.par.5. Quòd tamen eleganter explicat Negusancius in tract.de pignor. in membro.2.quintæ partis à nu.47.& post eum elegantius Couarru. in pract. quæst.capit.22.à num.5. vbi plura huic articulo adaptanda opportunè adducit.

32 Septimò, ꝙ instrumenta publica & priuata, de quibus suprà diximus, executioni mandari poterunt, nedum ad petitionem creditoris nominati in instrumentis prædictis, verùm etiam ad peti-
33 tionem cessionarij: nam cessionarius dicitur creditor, vt in.l.ab Anastasio. C. mandati, quem ad hoc notat Bald. ibi
34 notabi.3. Quod verum est dummodo priùs summariè liquidetur, ius creditoris cessum & translatum fuisse in cessionarium, ita cum Ioan. And r. & alijs resoluit Roderic. Suarez in dict.l. post rẽ iudicatam. in declaratione.l.Reg.limi. 7.& Boerius plures referens in decisione.10. Hippolyt in singulari.26.& Rebuffus in Tract. de literis oblig. artic. 3. gloss.2. num.17. & Gaspar Cabal. in.2. part. milleloquiorum iuris in milleloquio.632. Quo etiam fit emptorem hæreditatis posse petere, quòd instrumenta, quibus venditor poterat executionẽ petere, executioni mandentur, cum in eum trãsfussæ sint actiones vtiles, vt in l.vẽditor.C.de hæred.vend.docet Bar. l.1.n.22.ff.de act.& Oblig. Fit etiam ꝙ licèt mulier acceptans lucra quæsita à marito constante matrimonio (iuxta dispositionem.l.1.&.2.tit.9.lib.5. Recopil.& quæ tradunt Palac. Rub.in reper. Rub.§.60.in fin.de donat. inter vir. & vxor.& Roder.Suarez.in.l.1.tit. de las ganãcias.lib.3.For.à nu.1.& Ioan. Garcia in tract.de expensis.c.13.n.11.) non possit petere executionẽ ex instrumentis nomine mariti, & in eius fauorem confectis, sibiq; adiudicatis ab hæredibus mariti pro dimidia parte lucrorũ, quia in prædictis instrumentis mulier non continetur, nec nominatur, & ita in specie resoluit Didacus Perez in.l.4. tit.8.lib.3. Ordinam.col.1085. versic. deducitur, citans Rupellanum, Masuerium, & Rebuffum, idem tenentes. Tamẽ si ab hæredibus mariti actiones mulieri fuerint cessę, quo ad illa instrumenta, quę pro suis lucris fuerunt sibi tradita, bene poterit executionem petere, cũ sit cessionaria hæredum mariti, debebit tamen tunc mulier probare cedentes fuisse hæredes mariti defuncti, & ius ab eis fuisse sibi cessum, & translatum iuxta ea quæ resoluimus in num.præceden-
35 ti, & sequenti. Pari modo prædicta instrumenta executioni mandari poterunt ad petitionem hæredis creditoris, vel alterius successoris habentis causam legitimam ab ipso creditore nominato in tali instrumento, dum tamen executionem petens, probet se hæredem esse creditoris, & personã suam legitimet, secũdùm Roderic. Suarez in dict.l.post rem iudicatã. in declaratione. l. Regni, extensione.1. num.10.&.11. & Gasparem Cabal. plures alios Doct. referentem in.2.part.milleloquiorum. in milleloquio.627.

36 Octauò, quòd supradicta instrumenta publica & priuata nedum executioni mandari possunt contra debitorem in eisdem contentum, & nominatum, verùm etiam cõtra eius hæredem: nam ad id quod defunctus compelli poterat, eius hæres etiam cogi potest.l.postulante.ff. ad Trebellianum. l. ex contractu. ff. de re iudic. Debet tamen prius reus citari, & liquidari ꝙ hæres sit debitoris, secundum Bald. in. l. per diuersas. q.10. C. mandati. Rode. Suar. in dict.l.post rẽ iudicatam. in declaratione.l.Regni, extensione.1.&.2. Decium in cap.quia.G.

de iudi.

de iudi.num. 7. Iaſ. in. l. cum debitoris. num. 1. in fi. C. de iudicijs. Gregor. Lup. in. l. 11. tit. 2. part. 3. verb. Non valdria. Anto. Gomez in. l. 64. Tauri. nu. 5. Dueñas in Regul. 276. Gaſpar Cabal. in. d.
37 milleloquio. 627. Quæ executio pro hæreditarijs portionibus fieri debebit, ſi plures fuerint hęredes, iuxta tex. in. l. 1. &. 2. C. de hæreditarijs actionibus. & in l. 1. C. ſi cert. pet. Quod verũ eſt, & procedit, etiam ſi debitor inſtrumento contractus apponat clauſulam, & conditionem, nempè, ꝙ creditor poſsit quantitatem debitam & promiſſam in ſolidũ & integraliter ab vno ex ſuis hæredibus exigere tantũ, prout quotidie tabelliones ſolent apponere maximè in contractibus annui cenſus, adhuc enim à reliquis hæredibus pro portionibus hæreditarijs creditor tenebitur exigere, & ita vidi iudices peritia pollẽtes in praxi obſeruare, quæ praxis probatur expreſſè in. l. eum qui. §. te & Titium. ff. de verb. obliga. & ibi Iaſ. n. 2. rationem aſsignat, & eleganter explicat, fundamentis in cõtrarium adductis ſatisfaciens. Ex quibus cõſtat inutilem & ſuperuacaneam eſſe prædictam clauſulam & conditionem ſolitã à tabellionibus apponi. Idq; ex ratione aſsignata in. d. §. te & Titium. intelligi debet, niſi aliquod prælegatum
38 vel melioratio fuerit facta: nam tũc pro rata & æſtimatione rerum prælegatarũ de iure Regio executio contra hæredes fieri debebit, iuxta text. in. l. 21. Tauri. quæ habetur in. l. 5. tit. 6. lib. 5. Recopil. quã explicat Roderic. Suarez in. l. quoniam in prioribus. ampliatione. 7. nu. 8.
39 C. de inofficioſo teſtamento. Cæterùm ſi executio petatur in ipſa re ſpecialiter hypothecata, tunc fieri poterit contra eius poſſeſſorem in ſolidum, licèt plures ſint hæredes: quia tunc hypothecaria intentatur, iuxta text. in. l. pro hæreditarijs. C. de hæred. action. tenet Suarez in dict. l. poſt rem. in declaratione. l. Reg. limit. 1. n. 14. Debes tamen intelligere, executionẽ contra hæredem peti
40 non poſſe intra tempus cõficiendi inuẽtariũ, ideſt, intra tres menſes: nam tunc executio in hæredẽ fieri non poteſt, iuxta tex. in. l. fi. §. donec. & §. etſi prefatam. C. de iure deliberand. & in. l. 7. tit. 6. p. 6. & notãt Paulus, Corneus & ſcribẽtes in d. l. fi. §. donec. & Roderic. Suarez in. d. l. poſt rẽ iudicatã. in declaratione. l. Regni extẽſione. 1. n. 5. vbi hoc tripliciter limitat, & Dueñas in Reg. 277. limitatione. 1. tranſacto tamẽ tẽpore cõficiendi inuentariũ executio cõtra hæredem modo ſupradicto fieri poterit vſq; ad vires hæreditarias, & non vltrà, ſecũdum Doct. vbi ſuprà, & Dueñas in dict. Reg. 277. limitatione. 2. tametſi Auend. in Tract. ſeu declaratione ad. l. 4. & 5. titu. de las excepciones. lib. 3. Ordin. nu. 25. cõtendat, executionẽ nullo tẽpore fieri poſſe aduerſus hæredem adeũtem hæreditatem cum beneficio inuentarij legitimè confecti, ſed tantùm via ordinaria contra eum eſſe procedendum. Cui non ſuffragatur tex. in dict. l. fi. §. donec. nam verbum, Donec in illo text. appoſitum ſatis indicat ꝙ durante tempore confectionis inuentarij executio contra hæredem peti non poteſt: ergo elapſo prædicto tempore plane text. ille probat executionem peti poſſe. Rurſus via executiua in fauorem Reipublicæ & actoris inducta eſt, vt in ſumma huius Tractatus diximus, & firmat Rodericus Suarez in dict. l. poſt rem iudic. in declaratione. l. Regni. limitatione. 4. nu. 7. ac proinde reſtringenda non erit, vt perperã opinatur Auend. vbi ſuprà.
41 Exquibus Cæpola in cautela. 224. cõſulebat hæredibus, ne ante finitum totum tempus trium menſium perficerent inuentarium: nam ita ſolutio creditoribus, vel legatarijs faciẽda differretur. Quam tamen cautelam animæ pernicioſam eſſe teſtatur Rebuffus in 3. Tomo ad. ll. Gallicas. in Tract. de appellat. artic. 16. gloſ. 1. nu. 26. Sed omnibus ſupradictis obſtat text. in Authent. vt cum de appellatione cognoſcitur. §.

sancimus.colla.8.cui conuenit.l.fi.titu. 13.par.1.&.l.13.tit.9.par.7.quibus iuribus probatur, quòd post nouem dies à tẽpore mortis defuncti hæredes eius conueniri possunt super debitis ipsius defuncti,& alijs actionibus:ergo executio contra hæredes fieri poterit post nouem dies à morte defuncti, nec expectandus erit transcursus temporis concessi ad conficiendum inuentarium, & ita sibi contrarius tenet Roderic. Suar. in dict.l.post rem iudicatam. in declaratione.l.Regni.limit.9.& Petrus Dueñas in dict.l.Reg.277.limit.4. Quare Didacus Perez in.l.4.tit.8.lib.3.Ordinam.in glo.1.versi.quæro vtrùm.col.1077.inquit,de iure huius Regni executionem contra hæredem fieri posse elapsis nouẽ diebus,immemor.l.7.tit.6.p.6.determinantis intra tẽpora cõficiendi inuentarium hæredem conueniri non posse. Quamobrem Roderic. Suar. in dict.limitatione.9.(cum quo simpliciter transit Dueñas in dict. Regu. 277. limit.4.) forsan sentiens prædictã difficultatem, vt ei occurrat,videtur sentire,quòd tex.
42 in dict.Authen. vt cum de appella. cognos.§.sancimus. procedit & loquitur in illis personis,quæ habent consanguinitatem vel affinitatẽ, vt hæ intra nouẽ dies à morte defuncti non possint conueniri nec exequi, nedum pro debito descẽdente ex persona defuncti, verùm etiã nec pro debito descendente ex propria earum persona. Et iste videtur esse sensus Roderici, alioquin excusari non posset à contrarietate eorum,quæ resoluerat in dict. l. post rem iudic.in declaratione. l. Regni extensione. 1. num.5. quo in loco dixerat, hæredes defuncti non esse conueniendos, nec inquietandos via ordinaria,seu executiua pro debitis defuncti intra tempus inuentarij. Quæ tamen interpretatio falsa esse conuincitur ex verbis dict. §. sancimus. ibi, Aut hæredes, aut parentes, &c. & ibi, Quod à defuncto descedit,siue alterius cuiuscunq; causæ.&c. & ex verbis dict. l.fi.tit.13.part.1.ibi,Emplazar a sus herederos.&c.& ibi, Sobre las deudas del muerto.&c.& ex verbis.d.l.13.titul.9. part.7.ibi. Por deudas que el muerto deuiesse.&c.& ibi,A sus herederos.&c. ex quibus constat, tam contra hæredes cõsanguineos & affines defuncti,quàm contra hæredes extraneos ipsius defuncti executionem fieri posse pro debitis, quæ defunctus debebat elapsis nouem
43 diebus. Vnde veriorem & genuinum sensum esse existimo,quòd text.in dict. l.fi.§.donec. C.de iure deliberand.correctus sit per text.in dict.Authen.vt cũ de appella.cognos.§. sancimus.Atverò prædictas. ll. Regias. ita componendas esse opinor, nempè quòd text. in dict.l.
44 7.titu.6.par.6.intelligatur, & procedat in casu quo loquitur, scilicet, in legatarijs,& fideicommissarijs, vt hi legata & fideicommissa à testatore sibi relicta petere non possint intra tempus cõficiendi inuentarium, nec pro eis hæredes cõueniri,& exequi debeant:qui sensus deprehenditur ex verbis eiusdem. l. ibi, Aquellos a quien ouiesse mandado algo en su testamento,&c. Cæterùm.l.fi. tit.13.p.1.&.l.13.tit.9.p.7.intelligatur, & procedant in creditoribus defuncti quibus defunctus aliquid debebat, hi enim intra nouem dies à morte defuncti pro suis debitis conuenire non poterunt hæredes defuncti, nec contra eos executionem petere: elapsis verò nouẽ diebus.bene poterunt pro debitis defuncti eius hæredes conuenire,& aduersus eos executionẽ petere. Qui intellectus colligitur ex verbis.d.l.fin.ibi, Mas passados nueue dias puede los llamar a derecho sobre las deudas del muerto, &c. & ex verbis.d.l.13.ibi, Por deudas que
45 el muerto deuiesse,&c. ex quibus apparet,q; text. in d.l.fin.§. donec. C.de iure delibe.& tex.in.d.Authen.vt cũ de appel.cognos.§. sancimus. partim corrigũtur,& partim confirmantur: corrigitur enim text.in.d.§.donec.in eo, quod disponit, creditores testatoris non posse

hæredes

hæredes defuncti conuenire nisi post tẽpus inuentarij: nam hoc correctum est per text. in dict. §. sancimus, & per prædictam. l. Reglam fin. tit. 13. par. 1. & l. 13 tit. 9. par. 7. quibus probatur, creditores posse cõuenire hæredes defuncti statim elapsis nouẽ diebus. Confirmatur verò text. in. d. §. donec. per l. Regiã in eo, q̃ disponit legatarios & fideicõmissarios etiam de iure Regio non posse intra tẽpus inuentarij cõuenire hæredes defuncti super legatis, & fideicõmissis, vt probatur in dict. l. 7. tit. 6. part. 6. per quam in hoc corrigitur text. in. d §. sancimus. qui solum modo confirmatur quantum ad creditores testatoris, qui conuenire possunt hæredes defuncti post lapsum nouẽ dierũ, vt in. d. l. fi. ti. 13. p. 1. & d. l. 13 ti. 9. p. 7. Quã interpretationẽ ad prædicta iura assignaui anno millesimo quingẽtesimo septuagesimo, dũ publicè Salmanticæ discipulis dictarem quendam tractatum de sententia excommunicationis super cap. Engeltrudam. 3. q. 4. in illa quæst. An excommunicatio iniusta effectum habeat. illatione. 6. vt videre est apud nõtulas & commẽtarios discipulorum. Postmodum autem editus fuit quidam tractatus cuiusdam viri alioquin doctissimi, ac diligentissimi, nẽpè Ioannis Gutierrez, de iuramento cõfirmatorio. 2. part. cap. 4. num. 20 quo in loco eãdem interpretationem ad prędicta iura scriptam inueni. Sed licèt tũc prædictum intellectum assignarem ad text. in dict. l. fin. §. donec. C. de iure deliber. & ad text. in Authent. vt cum de appellatio. cognos. §. sancimus collat. 8. tractu temporis maturiori iudicio hanc rem considerans, vt legum correctio euitetur, existimo aliter illa iura accipi posse, si dixerimus iura illa non sibi cõtradicere, sed vnumquodq; in suo casu diuersõ loqui, nempè q̃ text. d. l. fi. §. donec, procedat quando hæres vult gaudere termino illo concesso ad inuentarij confectionem, & vti veliti iure illo speciali. At verò text. in. d. §. sancimus. procedat de iure communi & ordinario, quando hæres nec confecit inuentarium, nec termino ad id concesso gaudere voluit. Supradicta tamen interpretatio à nobis assignata sustineri potest ad dictas. ll. Regias, quę etiam iuxta hãc vltimam intelligentiam accipi possunt.

47 Ex prædicto tamen intellectu Roderici Suarez colligitur, executionem peti non posse contra eum, cuius affinis, vel consanguineus mortuus fuit, intra nouem dies à morte defuncti, quod probari videtur in. d. §. sancimus. vbi, Sine alterius cuiuscunq; causæ nomine, &c. & ita expressè tenet idẽ Roder. Suar. in dict. limitatione. 9. & Dueñas in Regul. 277. limitatione. 4. Et est aduertendum q̃ quando aduersus hęredẽ transacto tẽpore confectionis inuentarij, vel elapsis nouem diebus executio fuerit petenda, priùs citato hærede & liquidato, quod sit hæres ne iudicium dilatetur, tunc praxis sequens seruanda erit: nempè, q̃ executio à creditore contra hæredem petatur, & q̃ hæres iuramẽto declaret, se hæredem defuncti esse, alioquin creditor offerat se probaturum & liquidaturum in continenti, reum hæredem defuncti esse: & intra decem dies, qui reo ad exceptiones suas obijciendas conceduntur, creditor probabit reum hæredem esse: quã praxim se semper obseruasse testatur Roder. Suar. in. d. extensione. 1. n. 2.

49 Nonò, q̃ supradicta instrumẽta publica & priuata executioni mãdari poterũt cõtra tertiũ singularẽ successorem, vel possessorẽ alicuius rei specialiter hypothecatæ, pro debito constituto in tali instrumẽto, quãdo debitor promisit, illã rem specialiter hypothecæ traditam se non venditurum, necalienaturum: nam tunc venditio vel alienatio illius rei facta, esset nulla, secundum Bartol. in leg. creditores numer. 10. C. de pignor. per text. in leg. si creditor. §. fin. de distract. pignor. rescissa enim alienatione illius rei ab ipsa lege executio fieri posset aduersus singularẽ tertium possessorem.

Ita cum Bart. & alijs resoluit Rod. Suar. in d. l. post rem iudicatã. in declaratione l. Regni, limit. 1. n. 5. quẽ sequitur Coua. lib. 3. Varia. c. 7. n. 6. versi. hinc etiã in fi. & vltrà eos hanc opinionẽ testatur magis cõiter receptã Ias. in cõsi. 211. libr. 2. col. 6. & Parladorius in lib. rerum quotidianarum. c. 10. n. 10. resoluens cautius tunc esse, tertium possessorem citadum fore ad sentẽtiam addictionis, id est, para trance y remate, licèt sufficeret principalem debitorem fuisse citatũ, vt sententia illa addictionis veniret cõfirmanda per superiorem, iuxta notata ab Angelo in. §. quadrupli. n. 46. Instit. de acti. Ias. in. l. fi. n. 18. C. de edicto Diui Adria. & ad hoc allegat text. in. l. fin. §. vltim. ff. quòd metus causa. & in. l. 1. C. de fide instru. & iure hastæ fiscalis. lib. 10. quia tũc creditor dicit nihil interesse tertij possessoris, citatum fuisse, vel non: nam licet citatus fuisset; ad huc possessio esset ei auferenda, ego semper in praxi obseruaui, & practicari vidi, quod in tali casu tertius ille possessor citetur ad vltimam executionem, idcircò aduocatus creditoris diligẽter aduertat, an in tali instrumento apposita sit clausula illa, de non alienando rem specialiter hypothecæ submissam: Aduerte tamen hodie per motum proprium Pij Quinti summi Põtificis præscribens formam cẽsibus annuis cõstituendis esse, prohibitum in instrumento census apponi clausulam auferentem, aut restringẽtem facultatem alienandi rem censui suppositam, & nullum robur firmitatis habere, ergo in instrumentis censuum post motum proprium confectis, clausulam de non alienando rem censui submissam nullam esse constat, & sic etiam stante dicta clausula, instrumentum census confectum post motum proprium non poterit exẽcutioni mandari contra tertium singularem successorem, vel possessorem, ni si intelligamus motum proprium, q̃ ibi solũmodo interdicitur pactum restringens, vel auferens facultatem alienandi, quo quis adstringebatur ad solutionem laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, si rem censui suppositã alienaret, nõ tñ prohibet pactum de non alienando sine in cursu alicuius pœnæ apponi, sed huic intellectui repugnant verba illius motus, pprij ibi pactũ auferens vel restringens, & ibi semper & liberè? Vnde poterit dici quo ad istu articulum non fuisse receptum motum proprium: nam extrauagans pontificis pro parte solet recipi, et pro parte nõ, ex lapo allegatione. 8. Rocho de Curte in c. fin. de consuet. col. 3. Nauar. in manuali Hispano. c. 27. n. 55. & n. 149. cæterũ si in predicto instrumento omissa fuerit clausula illa, de non alienãdo rem hypothecæ traditã, tunc instrumentum illud executionẽ paratã nõ haberet cõtra singularem successorẽ, & tertiũ rei possessorem, sed tertius ille possessor via ordinaria & actione hypothecaria cõueniẽdus erit, facta excussione in bonis principalis debitoris vt in auth. hoc si debitor. C. de pignor. & est ratio, quia obligatio personalis singularẽ successorẽ nec fundi possessorẽ sequitur, vt in. l. ea lege. C. de cõd. ob caus. & in. l. vt pomũ. ff. de seruitut. & firmat Ange. receptus ex Alex. ibi in. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellia. facit etiam, quòd ius exequendi contra singularem successorem, etiã si ex sententia procedat, non transijt, vt probatur in l. si mater. §. fin. & in. l. iudicatis. §. fin. ff. de exceptione rei iudicatæ. & tradit Bartol. in. l. creditores numer. 22. C. de pignor. facit etiã doctrina Bald. in. l. 2. col. 2 versi. Sed quid dices. C. de exceptio. rei iudic. ad stipulantur etiam ea quæ notat idem Bald. per gloss. ibi in. l. 1. C. communia delegat. & in propria specie firmat Anchar. in capit. canonum. statuta de constitutionibus in. 6. versicul. circa istam extensionem. & plures alij, quos refert & sequitur Duenas in Regu. 277. limita. 2. & Gaspar Cabali. in. 2. p. mille loquiorum iuris, in milleloquio. 633. Roder. Suarez in dict. l. post rem iudicatam.

tã.in declaratione legis regni,limitatio ne.1.à.n.1. & Auendanius ad.l.4.&.5. Tra.de las exceptiones.lib.3.Ord.n.26 quod tamẽ intellige verum esse nisi ius executiuum erat iam ineſſe productum antea quam res illa transiret ad tertium poſſeſſorem, vt quia erat ſententia lata, vel in actu producendi, & pendebat litigium iuxta.text. in. l. ſi ſuperatus. §. per iniuriam.ff.de pignor.l. ſi mater. §.1.ff. de except.rei iudic.l.2.C.de litigijs.docet Bartol.in repetitione.l. creditores.à nu.23.C.de pignor.qui melius cæteris loquitur omnino videndus pro huius articuli explicatione,tũc enim locus eſt executioni cõtra ſingularem titium rei hypothecatæ poſſeſſorem,quod etiam licet confuſè, tenet Rodericus Suarez vbi ſupra dict.limitat.1.n.4. & Ioannes Matienzo in.l.1.tract.17.gloſ.3.n.5.& 6.lib.5.Recop.& iam ego in praxi obtinui,& quando caſus occurrerit,recurre ad Bartolum vbi ſupra.

51 Decimò,q prædicta inſtrumenta publica vel priuata executioni mãdari poterũt in cõtractu ſpeciei:nã ſi in vẽditione alicuiusrei celebratũ fuerit inſtrumẽtum,vẽditor cõpellẽdus erit via executiua ad rẽ tradẽdã,nec liberabitur præſtando intereſſe,cũ tale inſtrumẽtũ habeat vim ſententiæ,& venditor ex ſententia præciſè cogatur ad rem tradendã iuxta tex.in.l.qui reſtituere.ff.de rei vẽdic.quẽ ad hoc mirabilẽ dicit Bald.ibi& hanc opinionẽ expreſsè firmat idẽ.Bal. in.l.vnica.col.penult.C.de ſentẽtijs quę pro eo. & hæc eſt famoſa interpretatio ad.ll.Regias de executione agentes,ſecundum Roder.Suar.in.d.declaratione l.Regni. extenſione. 3. Obſeruandum etiam erit quòd quamuis inſtrumenta publica & priuata nudo pacto eſſent cõfecta adhuc executioni erunt mandanda ex his quæ notat Rebuffus in Tracta. de literis obligatorijs,artic.2.glo.1.n.15. & quia de iure Regio nuda conuentio parit actionem & obligationẽ,vt in.l.2. tit.16.lib.5.Recopil. tradunt Antonius Gomez.in.2.Tomo Variar.c.9.n.3.& plures alij quos refert & ſequitur Didacus Perez.in.l.4.tit.8.lib.3.Ordi.in glo. 2.col.1094.vbi refert Rebuff.Roderic. Suar.& alios,& de intellectu.d.l.2.titu. 16.lib.5.Recopil.agit etiã Couar. lib.1. Variar.c.14.nu.13.& Abiles in cc.prætorum.c.10.verbo,Execucion.nu.20.

52 Vndecimò,q iuramentũ diciſoriũ à parte parti delatũ habet executionẽ paratã,vt probat text.in.d.l. poſt rẽ iudicatã.& ibi firmãt Bart.Ange.& oẽs,& facit text.in.l.2.ff.de iureiur.dum dicit,iuramentũ habere maiorẽ autoritatẽ quã rem iudicatam.facit etiam tex.in.l.actori.C.de iureiur.quatenus inquit,iuramẽtũ diciſoriũ immediatè tranſire in rẽ iudicatam.& explicat Roder.Suar.in.d.l. poſt rem iudicatã.notab.2.& Auiles in cc.prętorũ.c.10.gloſ.verb.Execucion. numer.36.

53 Duodecimò,q cõfeſsio partis in iudicio facta habet paratam executionem, vt probat text.in. d.l.poſt rem iudicatã. & in.l.vnica.C.de cõfeſsis.& in.l.proinde.§.notãdũ.ff.ad.l.Aquil.& de iure Regio probatur in.l.5.tit.21.lib.4.Recop. & explicat Roder.Suar.in.d.l.poſt rem iudicatã.notabili.3.& Auiles in.cc.prætorũ.c.10.glo.verb.Execuciõ.n.10.vbi plura de cõfeſsione cũmulant.Reſoluẽtes cõfeſsionem in iudicio factã, ad hoc vt executionẽ mereatur,debere eſſe certam,& à parte acceptatã,& quando poſſit confeſsio pro parte acceptari, & pro parte repudiari,& an tunc quando pro parte acceptatur, & pro parte repudia-
54 tur,agi debeat,vel poſsit via executiua? Quinimò confeſsio ficta ob contumaciam rei nolentis comparere in iudicio, vel recuſantis recognoſcere ſcripturam priuatam,executionem paratam habet vt reſoluit Couar.cum Rebuffo,libr.2. Variar.c.11.n.4.in fi. & nos ſuprà diximus in.6.corollario.& in iſto art. idem obſeruandum erit,quod ibi reſoluimus contra Rebuff.& Couar.

55 Vltimò,quòd tranſactio inter partes

facta coram iudice habet executionem paratam, vt resoluit Roder. Suar. in d. l. post rem iudicatam. in casu. 10. Auiles vbi suprà n. 45. & explicat Ioannes Gutierrez in repet. l. nemo potest. nu. 439. ff. de legat. 1.

56 Quinimò nedũ transactio coram iudice facta, verùm corã tabellione de iure huius Regni executioni mãdari potest, vt decisum extat in l. 4. in fi. tit. 21. lib. 4. Recop. Alia plura, quæ executionem paratam habent, cõsulere poteris apud Rodericũ Suar. Couar. Auend. Dida. Perez, Dueñas, Auiles, & Caballinũ in locis suprà citatis, Castellũ & DD. in l. 64. Tauri, quæ hîc non transcribo ob breuitatis causam, & suprà relata pro iuuenum instructione sufficiant.

Ex Capite Secundo.

SVMMARIA.

1 *VIa executiua acturus, nec libellũ offerre, nec litem cõtestari tenetur, sed per viam actus executionẽ petet.*

2 *Via executiua agere potens, si ordinaria agat, poterit resilire refectis expensis, & executiuè procedere, & infrà. c. 3. num. 37 de hoc agitur.*

3 *Qui executionem petere vult, coram iudice rei eam petat.*

4 *Via executiua coram vno & diuersis iudicibus simul intentari potest, nec litis pendentia coram vno impedit executionem petitam coram alio.*

5 *Quando sententia lata ab aliquo iudice venit exequenda extrà eius territorium, iudex proferens requirat alium iudicem, quòd suam sententiam exequatur per literas requisitorias.*

6 *Vnus iudex alterius iudicis sententiam exequi valet.*

7 *Executio peti potest coram iudice loci cõtractus, si res ibi reperiatur: aliàs ibi conueniri non poterit.*

8 *Reus non remittendus per iudicem domicilij ad requisitionem iudicis loci contractus, nisi se summiserit eius iurisdictioni renuntians proprij fori domicilij: aut in alijs casibus locus sit remissioni.*

9 *Quando remissioni est locus ad iudicem loci contractus, coram ipso est petenda executio: qui reum verbaliter citare non poterit, sed per requisitionem ad iudicem domicilij directam.*

10 *Iudex requisitus ab aliquo proprio iudice rei, ei parere tenetur & requisitionem adimplere, aliàs superior adeũ dus qui eum compellat.*

11 *Quid agi soleat, quando iudices requisiti sunt per literas requisitorias, quibus non obtemperant, nec eas adimplent.*

12 *Pragmatica quædam noua sanctio Philippi inuictissimi huius nominis. II. Regis, obseruanda hodie in his regnis, circa executionem contractuũ faciendam, in quibus contrahentes se submiserunt foro aliorum iudicum, renuntiantes suo proprio domicilio: quæ expenditur hic per authorem.*

13 *L. 27. tit. 1. lib. 3. Recop. quomodo hodie obseruanda.*

14 *Qui habet scripturam priuatam contra aliquem, qualiter eius executionem petere valeat.*

15 *Si reus priuatam scripturã negauerit*

via ordinaria agendum erit.

16 Habens instrumentum conditionale, vel non liquidum, cuius executionem petere vult adire debet iudicem, vt faciat citari Reũ ad liquidãdam quãtitatem, & purificandam conditionem.

17 Volens petere executionem aduersus hæredem debitoris, petat à iudice liquidari an sit hæres nec ne: & si adierit, petat executionem: si verò repudiauerit, sequẽtes in gradu citentur, quibus repudiantibus dabitur bonis curator contra quem executio intendatur, & in primis suam personam legitimet.

Creditor executionẽ petens in primis debet legitimare personam suam, & sui debitoris.

Instrumẽtum exequendum non erit ad petitionem excommunicati, banniti, minoris, filiifamiliàs mulieris coniugatæ, & similium, nisi prius persona legitimata fuerit.

18 Petens executionem producere debet instrumentũ liquidum, vel illud quod vult executioni mandari, coram iudice & tabellione, & per viam actus eam petet pro quantitate debita, & non soluta, & pro expensis cum protestatiõe recipiẽdi in rationibus quidquid solutum apparuerit: & iurabit vt hic.

19 In petitione executionis quare apponatur protestatio recipiendi in solutione debiti quidquid solutum constiterit.

20 Petens executionem pro quantitate plus sibi debita, illud plus soluet cum duplo pro pœna.

21 Iuramentum de malitia appositum in petione executionis à iudice exigendum erat: sed praxis obseruat, quod in petitione ponatur à creditore.

22 Iudex priusquam executionem mandet fieri, plura perpendere debet hic enumerata.

Iudex mãdatum executorium petitũ ad instantiã procuratoris alicuius, decernere non debet, prius quam de mandato sufficienti constet.

Persona petentis executionẽ plenè prius legitimanda est in iudicio executiuo, & in quocunque alio quantumcunq; summario.

23 Mandatum executorium qualiter decernere debet iudex.

24 Præceptum executionis manu iudicis & tabellionis subscriptum nulla debitoris præcedente citatione creditori traditur: à quo executor illud recipere debet,

Exponitur mandatũ iudicis executoriũ.

25 Praxis Regni Castellæ obseruat, mandatum executorium absque citatione debitoris decernendum, quia postmodum citatur, ad vltimam executionem de trance y remate: quæ praxis iure regio probata est contra plures aliud sustinentes de iure communi.

26 Executio in persona & bonis debitoris tunc facienda quando debitor esset in instrumento contẽtus, vel esset hæres contenti in eo, vel aliter obligatione personali teneretur.

27 Executio facienda in re hypothecatà, & eius possessor ad vltimam executionem citãdus: quando hypothecaria intentatur.

28 *Executione facta solutio debiti, & expensarum fieri debet.*

29 *Expensarum appellatione contentarũ in mandato executorio, salaria, quæ secundum consuetudinem vniuscuiusque loci debẽtur executori, etiam veniunt: modo non excedant decimam partem debiti principalis, traditur remissiuè.*

30 *Executoriæ sportulæ non debẽtur donec integrè satisfactum sit creditori, de principali & expensis.*

Quæ.ll. Regiæ agant de sportulis executori soluendis.

31 *Sportulæ executori non debentur, si tempore quo debitor requiritur cum præcepto executorio, velit in continenti soluere, vel se soluisse ostendat: soluentur tamen factæ in itinere vel in expeditione mandati executorij.*

Quando debitor dicatur soluere in continenti, remissiuè: quòd iure regio iam innouatum est, quòd si intra spatium vigintiquatuor horarum soluerit quis, non teneatur soluere sportulas executori.

32 *Praxis, quòd deficiente fideiussore de euictione reus executioni datus realiter capiatur, vnde ortum habuit.*

33 *Nobiles, Doctores, vel Licentiati graduati Salmãticæ, Pinciæ, Compluti, et collegiales graduati in collegio Bononiensi, etiam si fideiussorem de euictione non præstiterint realiter non sunt capiendi.*

34 *Coniugatæ mulieres pro debitis non capiendæ.*

35 *In quibus rebus executio fieri nequit.*

36 *Boues, & instrumenta aratoria capi non possunt pro pignore, etiam si alia bona non reperiantur, nisi pro debito fisci, & prædij dominorum, quòd de iure regio procedit secus de iure communi.*

37 *Arma & equi militum & nobilium, & libri scholarium immunes sunt, vt in eis executio fiat.*

38 *Mandatum executorium si prius executori quàm creditori detur, executio nulla erit.*

39 *Bona mobilia in executione capta publicè subhastanda tribus præconijs tertio quoq; die, immobilia verò decimoquoque die: & ita in mobilibus trãsactis decẽ diebus, in immobilibus triginta debitor ad vltimam executionem citandus erit.*

40 *Executione facta pro debitis fiscalibus tria præconia facienda tribus diebus in rebus mobilibus & in immobilibus nouem diebus.*

41 *Præconia quæ præstantur in executione, vel dies eorum currunt à die captionis pignorum.*

42 *Duo menses, qui de iure communi dabantur debitoribus ad soluendum, restringuntur de iure regio, ad decem dies in pignoribus mobilibus, & ad triginta in immobilibus.*

43 *Citatio ad vltimam executionem personaliter facienda, vel ad domũ, si reus inueniri nequeat.*

44 *Si debitor absit, vel defunctus absque hærede sit, bonis dandus est defensor, cum quo acta iudicij celebrentur.*

45 *Citatione ad vltimã executionem præmissa,*

missa, debitor intra tres dies, suas exceptiones allegare debet: aliàs iudex profert sententiam, & iubet creditori solutionem fieri.

46 *Libelli oppositionis copia danda creditori, & debitor intra decem dies, allegatas exceptiones omnino probare debet.*

47 *Decem dies concessi, vt reus probet defensiones suas currũt à tempore oblati libelli oppositionis earum: etiam si reus se opponat ante præconia, vel antequam ad vltimam executionem citetur: quibus terminis iam non gaudebit.*

48 *Terminus decem dierum qui reo executioni dato ad probandas exceptiones cõceditur, communis est vtrique parti.*

49 *Sex dies duntaxat in Lusitania concedũtur executatis reis, vt suas valeant opponere exceptiones: quæ nostro iure regio debent esse legitimæ.*

Caput Secundum,

De ordine procedendi in via executiua.

VISIS aliquibus, quæ executionem paratam habent, nunc oportet expẽdere, quo ordine, & qualiter in via executiua procedi debeat: & in primis aduertendum est,
1 quòd quando per viam executiuam agendum erit, libellus nec offerendus nec lis contestanda erit, sed per viam actus executio erit postulanda, secundum Barto. in. l. intra. ff. de reiudicata. Alexand. in. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. columna. 2. ff. soluto matrimonio. & Rebuffum in tract. de literis obligatorijs articulo sexto, glossa tertia, numero quinto. Et si aliquis habens
2 instrumentum executorium inceperit ab agendo via ordinaria, poterit postea habito consilio resilire & desistere à via ordinaria, & capere viam executiuam, reficiendo expensas parti aduersæ factas in via ordinaria: quod verius esse existimat Rebuffus vbi suprà, numero septimo. Et ita vidi iam practicari: & pro ista parte faciunt quæ resoluit Maranta in disputatione quarta, à numero primo, post Tract. de ordi. iudi. & quòd de remedijs. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex resoluit ibi Barto. numero decimosemo. & Panormit. in capit. prout. numero vigesimo, de dolo & contum. & nos dicemus infrà, in Secunda parte secundi Tomi. numero nono: quia via ordinaria & executiua sunt diuersæ, & ita electione non tolluntur, vt dicemus infrà isto Tract. cap. tertio, numero. 37. ac proinde quotiescunq; quis habuerit cõtra aliquem sententiam in autoritatem rei trãsactam, vel aliquod aliud instrumentum publicum, aut priuatum, cuius vigore intendit executionem fieri
3 aduersus reum, tunc comparere debet coram iudice ordinario ipsius rei, cùm actor sequi debeat forum rei, vt in. l. iuris ordinem. & l. in criminali. C. de iurisdict. omnium iudic. & in. l. 2. C. vbi & apud quem. & in cap. si clericus laicum. & in cap. cum sit generale. de foro competenti. & si debitor plures Iudices habuerit & contingere potest iuxta ea quæ resoluimus in prima parte, huius primi Tomi. primo Tempore à nu. 75. vel casus sit curiæ tunc datur electio actori adeundi quem maluerit, vt ibi
4 diximus. Quinimo plures vias executiuas simul competentes aduersus eundem intẽtare poterit simûl vel successiuè coram eodem iudice, & etiam co-

ram diuersis iudicibus competentibus eiusdem debitoris, & litispendentia coram vno non impedit executionem coram alio petitam, ita firmat Anto. Gallesius in Tract. ad formulam cameralis oblig. particula. 3. q. 2. nu. 2. citans Iasonem in l. nulli. C. de iudic. nu. 8. sed Iason ibi hoc cogitandum reliquit: tamen hanc opinionem ipse Ias. à Gallesio nõ relatus, tenet asserens esse meram veritatem sicut euãgelium in consi. 9. vol. 1. versic. 3. nu. 2. & in consi. 28. n. 3. vol. 1.

Tamen si sententia à iudice vnius loci lata exequenda sit extra eius territoriũ, 5 putà quia reus ibidem cõmoratur, vel bona eius sita sint in territorio alterius iudicis, tunc petita executione prædictæ sententiæ coram iudice qui eam protulit, iudex proferens debebit requirere iudicem alterius territorij, vt exequatur eius sententiam, & decretum: & sic per literas requisitorias, quas vulgò Carta de justicia y Requisitoria dicimus, executio fiet. Nam vnus iudex po 6 test sententiam alterius exequi, si ab eo pro eius executione fuerit requisitus, iuxta text. in l. à Diuo Pio. § sententiam. ff. de re iudi. & in Authentico. de exhibendis reis. §. si verò, & in Authentico. vt differentes sint iudices. & notatur in cap. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. lib. 6. & tenent plures relati ab Asinio in sua praxi. §. 31. cap. 9. nu. 2. & probatur in l. 11. titul. 27. par. 3. Pari modo si executio petẽda fuerit virtute alicuius instrumenti publici, vel priuati habentis executionem paratam, & ratione celebrati cõtractus (ob quam quis sortitur forum, vt in. l. hæres absens. §. 7 proinde. & ibi glo. verbo, Debebit. ff. de iud. & in cap. fi. de foro compet.) Actor velit eam petere coram iudice loci contractus, vtique poterit, si reus in illo loco inueniatur: nã licèt ratione contractus quis sortiatur forum, conueniri tamen non poterit apud iudicẽ illius loci, vbi contraxit, nisi ibi inueniatur, iuxta text. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro compet. lib. 6. & ibi notant Docto. communiter. & in cap. fi. extrà, de foro compet. glo. & Docto. in dict. l. hæres absens. §. 1. & cõmuniter omnes ex Couarru. in Practi. quæstionib. c. 10. 8 num. 3. Nec ad requisitionem iudicis loci contractus reus remittendus erit per iudicem sui domicilij, nisi in dicto contractu reus se submisisset foro illius loci contractus, renũtians expresse proprij domicilij foro: vel nisi renuntians proprio foro destinasset solutionem in certo loco faciendã: aut nisi in alijs casibus, in quibus locus esset remissioni, quos optimè congerit & resoluit Co- 9 uar. vbi suprà. Nam tunc quando locus esset remissioni ad iudicem loci contractus, coram eo peti poterit executio illius cõtractus: qui tamen iudex non poterit etiã verbaliter citare, & ad suũ tribunal vocare reũ commorantem extrà eius territorium: sed poterit requirere iudicem loci, vbi reus domiciliũ habuerit, vt reũ sibi remittat, & executionem 10 faciat in eius persona & bonis. Qui iudex requisitus erit tunc executor sententiæ, & decreti iudicis requirentis, sicuti in executione latæ sententiæ fieri debet, dict. l. à Diuo Pio. §. sententiam. & resoluit Couar. vbi suprà. num. 7. tenebiturque requisitionem adimplere, & eidem cõsentire, & decretum requirẽtis exequi, alioquin eius superior adeundus erit, petendumque ab eo, compellat iudicem requisitum adimplere literas requisitorias iudicis requirentis: qui superior cogere debet iudicẽ requisitum ad prædictam executionem faciendam, vt probatur in dict. l. à Diuo Pio. §. sententiam. iuxta literam Florentinam, in qua legitur, Si hoc iussi fuerint, &c. & ita ex illo tex. tenent Barto. Ias. col. 1. & communiter omnes ibi. Et 11 hinc iudex requirens, vel pars cuius interest, quotidie suas querelas proponunt coram auditoribus Regijs aduersus

sus iudices renuentes executioni mandare sententias iudicum requirentium, aut eorum mandata de exequendis contractibus: qui auditores Regij mandata decernunt nomine Regio aduersus iudices requisitos, quibus præcipiunt eisdem, vt adimpleant requisitionem, & executionem faciant: & quandoq; inferiores pœnis puniuntur arbitrio auditorum, si in dolo & malitia fuerint. Si verò iudices requisiti iustè denegauerint suum auxilium requirẽtibus, tunc querelæ aduersus eos in audientijs non admittuntur, nec supradicta mandata Regia eisdem diriguntur: quam praxim re
22 soluit Couar. vbi suprà. nu. 2. in fin. Hodie verò circa executionem cõtractuũ faciendam, in quibus contrahentes se summiserunt foro aliorum iudicum, renuntiantes proprij domicilij foro obseruãdum erit quod dispositum extat per quandam Pragmaticã sanctionẽ nostri inuictissimi Regis PHILIPPI. II. promulgatam Madritij, die. 21. mensis Februarij. Anni. 1573. quæ habetur in noua impressione Recopil. in. l. 20. titu. 21. lib. 4. Recopil. qua disponitur, quòd si in cõtractibus, & scripturis censuum, aut alterius rei, contrahentes renuntiauerint proprio foro & domicilio, & se submiserit iurisdictioni iudicum criminum residentium in Cancellarijs & audientijs Regijs, executio in persona contrahentis ab vno ex dictis iudicibus fieri possit, si intra circuitum quinque leucarum vbi audientia residet persona cõtrahentis inueniatur, quanuis in illo circuitu bona non habeat: & idem iudex, corã quo petita fuerit executio, in illo casu poterit procedere ad executionẽ faciendã in bonis contrahentis existentibus extra dictum circuitũ quinque leucarum, dummodo hanc executionem bonorum faciat per literas requisitorias dirigendas ad iudicem illius loci, in quo sita sint bona. Similiter vnus ex dictis iudicibus poterit prædictam executionem facere in bonis contrahentis existentibus in illo districtu quinq; leucarum, quanuis ibi contrahens non inueniatur: & si bona non fuerint satis pro creditoribus satisfaciendis, executio meliorari poterit ab eodem iudice in bonis, quæ contrahens habuerit extra illum circuitum, dummodo prædictam meliorationem iudex ille faciat per literas requisitorias, dirigendas ad iudicem loci bonorum. Pari modo disponitur, quod vnus ex dictus iudicibus, quo casu contrahens proprio foro renuntiauerit, & se submiserit eorum iurisdictioni, possit prædictam executionem facere in persona & bonis contrahentis per literas requisitorias, quanuis contrahens in illo districtu quinque leucarum non inueniatur, nec bona ibi habeat: &, quòd in nullo ex dictis casibus talis iudex possit mittere executorem pro illa executione facienda: nec prouisio Regia subscripta mann omnium iudicum illius Cancellariæ, vel Audientiæ pro illa executione facienda detur: nam hoc fieri omnino prohibetur in illa pragmatica. Statuitur etiã in dicta Pragmatica quòd si contrahentes renuntiauerint proprio foro, & se submiserint iurisdictioni Præsidentis & Auditorium Cancellariarum & Audiẽtiarum, & ipsi cõtrahentes vel res, super quibus contraxerunt, fuerint tales, de quibus tanquam de casibus curiæ Auditores in prima instantia cognoscere possint, quod in tali casu Præses & Auditores possint mittere executorem expensis debitoris pro illa executione facienda, vel concedere prouisionem Regiam manu omnium subscriptam, cuius virtute executio fiat in loco contrahentis: &, quòd idem obseruetur in regno Galleciæ à Regente & à iudicibus maioribus illius audientiæ in prædictis casibus curiæ. Cæterùm extra dictos casus curiæ Regens & iudices maiores Galleciæ, extra

tra circuitum quinque leucarum vbi au
dientia fuerit, non possint in executio-
ne procedere, quanuis contrahentes se
submiserint eorum iurisdictioni, & ꝙ
iuxta hanc limitationem sit obseruan-
13 da.l.27.tit.1.libr.3.Recopil. Ordinatur
insuper quòd Regens & Auditores Hi
spalensis Audientiæ circa executionem
contractuum, in quibus renuntiatio fo-
ri, & submissio fuerit, obseruent idem,
quod supra dispositum est in iudicibus
& Auditoribus Cancellariarum. Dispo
nitur præterea in dicta Pragmatica,
que los Alcaldes de los adelantamien-
tos extra circuitũ quinque leucarum,
vbi ipsi residentes fuerint, non possint
executionem facere, non obstante qua
cunque submissione eisdem facta, nisi
personæ, aut bona contrahẽtium intra
illum districtum quinque leucarum in-
ueniantur: aut nisi contrahentes fuerint
domini alicuius iurisdictionis: aut iudi
ces, aut concilium alicuius loci: nam
tunc procedere poterunt ad executio-
nem intra districtum iurisdictionis de
su adelantamiento. Rursus disponitur
in dicta Pragmatica quòd iudices ordi-
narij tribunalium inferiorum Regni nõ
possint procedere ad executionem con
tra aliquem, qui proprio foro renuntia
uit, & eorum iurisdictioni se submisit,
nisi persona contrahentis, aut eius bona
inueniantur intra iurisdictionem ta-
lium iudicum, aut nisi contrahens ra-
tione contractus, quem celebrauit, in
loco illius iudicis, aut ratione destina-
tæ solutionis in tali loco faciendæ, vel
alia ex causa fortitus esset forum illius
loci: nam tunc talis iudex ad executio-
nem poterit procedere per literas requi
sitorias, quando nec persona contrahen
tis, nec eius bona inueniatur in iurisdi-
ctione illius iudicis. Et denique in præ-
dicta pragmatica præcipitur, quòd
vigore submisionum generalium, quæ
in contractibus fieri solent, quibus con-
trahentes se submittunt cuicunq; foro,
iurisdictioni, & iudici coram quo con-
uenti fuerint, quanuis renuntiatio pro-
prij fori adsit, & aliæ quæcunque clau-
sulæ à tabellionibus ponantur, ad exe-
cutionem procedi non possit, nisi tan-
tummodo quando persona aut bona
contrahentis inueniantur intra iurisdi-
ctionem illius iudicis, coram quo exe-
cutio petita fuerit. Ex quibus verbis cõ-
stat quòd si bona, aut persona conuenti
reperiantur intra iurisdictionem eius
coram quo productum fuit instrumen
tum, quod executio ab eodem fieri po-
terit virtute generalis submisionis in in
strumento contentæ, & ita per hãc pra-
gmaticam approbatur opinio Iasonis in
l. si conuenerit. n. 39. quem sequitur ibi,
Oroscius. ff. de iurisdict. omnium iudic.
per text. in. l. Titium. §. 1. ibi neq; Romę
prædia habeat. ff. de administr. tutor. &
improbatur opinio contraria Roderic.
Suarez. Et tandem pręcipitur, dispositũ
in dicta pragmatica omnino obseruari,
non obstantibus quibuscunq; pactis cõ
ditionibus & renuntiationibus, etiã præ
dictæ pragmaticæ in contractu apposi-
tis: & ꝙ aliter nec alio modo procedatur
ad executionem cõtractuum, in qui
bus cõtrahentes renũtiauerint proprio
foro, & se submiserint foro alterius iudi
cis. Ex quibus suprà resolutis constat co
14 rã quo iudice executio peti debeat: vn-
de habens scripturam priuatam contra
aliquem, comparere debet coram eius
iudice petereq; ab eo virtute illius scri-
pturæ, quòd iussum & suum mãdatum
eidem concedat ad hoc: ꝙ reus quanti-
tatẽ in scriptura priuata contentam sol-
uat, vel compareat ad illam recognos-
cendam: & si soluere noluerit & in ter-
mino comparuerit, & prædictam scri-
pturam recognouerit, tunc actor petet
ꝙ iudex eam executioni mandet, quam
iudex facere mandabit, sicut de instru-
15 mento publico dicendum erit. Si verò
reus scripturam priuatam neget, via or-
dinaria agendum erit, vt suprà. in. ca. 1.
corolla-

corollario. 6. resoluimus. Cæterùm si reus in districtu illius iudicis non inueniatur, nec sit suæ iurisdictionis, si tamẽ ratione contractus in loco iudicis celebrati, vel ratione destinatæ solutionis ibi faciẽdæ, vel alia de causa sortitus fuerit eius forum, seq; submiserit suæ iurisdictioni, renuntiauerit q; proprio foro in prædicta scriptura priuata, nec persona debitoris, nec eius bona ibi inueniantur, tunc actor cõparere poterit coram iudice loci contractus celebrati, vel destinatæ solutionis, petereq; ab eo literas requisitorias dirigendas ad iudicem loci, in quo reus cõmoratur, vt ipse mandet reo quantitatem soluere, vel scripturam priuatam recognoscere: eaque recognita, pro quantitate & expensis executionem faciat in persona & bonis debitoris: & tunc iudex visa priuata scriptura, & q iuxta supradictam pragmaticam ad executionem procedere posit, cõcedit prædictas literas requisitorias. vt suprà diximus. idemque obseruandum erit, quando similis casus contigerit circa executionem faciendam virtute alicuius sentẽtiæ, vel instrumenti pu
16 blici. Aduertendum etiã erit, q quando quis habuerit instrumentum publicũ, vel priuatum conditionale, vel non liquidum, volueritq; eius executionem petere cõtra debitorem in eo nominatum: tunc comparebit coram iudice, petetq; ab eo reum citari ad purificandam conditionem, vel liquidandam quantitatem, vt suprà diximus in cap. 1. in versiculo, Quartò dicendum est. &c. quo
17 facto, statim actor petet executionem fieri. Pari modo quando aduersus hæredem debitoris petere voluerit executionem, comparebit actor coram iudice petens, q reus prius citetur, & liquidetur q est hæres, & quòd hæreditatem adeat, vel repudiet: & si eam adierit, tunc actor executionem petet, vt suprà resoluimus in dict. ca. 1. versic. octauò. At verò si hereditatem repudiauerit, actor petere debebit, q hæredes sequẽtes in gradu ad idem citentur: quibus omnibus repudiantibus, actor tunc petet, q bonis curator vel defensor detur, aduersus quem via executiua intentanda erit. Obseruabit etiam creditor q personam suam & debitoris prius legitimet iuxta ea quæ resoluimus suprà in. 1. part. huius primi Tomi, secundo Tempore, à num. 4. quia in primis legitimanda est persona agentis in iudicio secundum glo. & Ias. in Rubr. C. qui ad mit. gloss. l. 2. C. de edict. Diui Adriani, nã si creditor sit minor, aut banitus, aut excõicatus, aut filius familias, aut mulier coniugata, aut alia persona inhabilis ad eius petitionẽ instrumẽtũ nõ erit exequendũ, vt post Bart. in l. 1. §. parui refert. n. 6. ff. q vi aut clã, tradũt Auend. in declaratione. d. l. 4. &. 5. num. 23. Antonius Canarius in Tract. executionũ. q. 15. & Antonius Gelfesius in Tract. ad formulã cameralis obli. 4. particula. q. 1.
18 num. 3. Cæterùm quando quis instrumentum publicum purum & liquidũ, vel sententiam transactam in autoritatem rei iudicatæ habuerit cõtra aliquẽ, & eius executionem petere voluerit coram iudice, in cuius territorio reus domicilium, vel bona habuerit, tunc actor coram iudice in præsentia rabellionis producet sententiam, vel instrumentum illud: & per viam actus petet, q executioni mandetur contra personam & bona debitoris pro quantitate sibi debita, & non soluta, & pro expensis, protestans, separatum esse in solutionem debiti recipere quidquid solutum esse apparuerit, & in fine petitionis petet iustitiam sibi exhiberi, iurabitq; prædictam quantitatem sibi debitam, & nõ solutam esse, & executionem illam de malitia non petere. Quam petitionem executionis formabis, vt habetur infrà in processu executiuo sermone Hispa-
19 no fulminato. Et est aduertendum, q ideo in prædicta petitione apponitur illa protestatio, quia per eam petitio executionis restringitur ad id quod verè

deberi

deberi apparuerit, quando prolata fuerit sententia vltimæ executionis, quæ vulgò, De trãce y remate, dicitur, & etiam
20 per eam euitatur pœna imposita contra petentes executionem pro quantitate plus sibi debita, quæ est, ꝙ illud amplius soluat cum duplo, iuxta text.
21 in l. 9. titol. 21. lib. 4. Recopil. apponitur etiam in dicta petitione iuramentum de malitia, quia illud exigi debet à iudice, vt disponitur in. d. l. 9. praxis tamen hodie obseruat, ꝙ in ipsa petitione executionis à creditore præstetur.

22 Et facta prædicta petitione executionis à creditore, tunc iudex inspicere debet, in executionem petens habeat personam legitimam standi in iudicio, & an qui petit inepte petat, & excludat executionem, & an ipse iudex sit competens debitoris & an petens iuramentum præstiterit in ipsa petitione executionis quòd quantitas est sibi debita & non soluta, & si executio petita fuerit à procuratore nomine creditoris inspicere debet an mandatum sit sufficiens & de eo in processu cõstet: nam donec iudici constet de mandato, præceptum executorium dare non debet, in iudicio enim quantumcunq; summario requiritur plena legitimatio personæ, si petatur, secundum Bald. in l. 2. C. de edicto diui Adriani. & in terminis tenet doctor Castellus in l. 64. Tauri gloss. verb. De los acreedores num. 81. Rode. Suar. d. l. post re iudicatã. q. 3. Didac. Perez in. l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi. 1085. ver ficu. vtrũ executio, deinde inspicere debet iudex instrumentum an sit ruptum, rasum cãcellatũ, vel in aliqua parte vitiosum & abse; suspitione: & an qui executionem petit, & ille contra quem petitur sint in eo contenti, ita quòd tale instrumentum executionem paratam habeat: & si tale illud reperierit, nulla præcedente citatione debitoris, decernit sine mandatum, quo præcipit alguacilo, vel alicui executori, ꝙ executionem faciat in persona & bonis ipsius debitoris pro quantitate debiti, & expensarum, prius in bonis mobilibus, & eorum defectum in immobilibus, & ꝙ fideiussorẽ de euictione à debitore recipiat, quo cautum sit, bona executioni mandata tempore vltimæ executionis sufficere pro solutione debiti, & expensarum, & ꝙ in defectũ fideiussoris personam debitoris realiter capiat: præcipit quoque iudex in eodem præcepto ꝙ executor citet debitorem ad videndum præconia, publi-
24 cæ subhastationis dari. Quod præceptũ manu iudicis & tabellionis subscribitur, & absque citatione debitoris detur ipsi creditori, vt eo vtatur quoties voluerit, & de manu creditoris executor recipere debet. quæ praxis colligitur ex. l. 1. C. de fide instrum. iure hastæ fiscalis. lib. 9. & ex. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. & eam dicit in isto Regno communiter obseruari Roderic. Suarez in dict. l. post rem iudicatam. limit. 12. & Couar. lib. 2. Variarum. cap. 11. num. 3. & Didacus Perez in. l. 4. titu. 8. lib. 3. Ordinamẽ. col. 1070. Quod præceptum erit concipiendum, vt infrà habetur in processu executiuo sermone Hispano fulminato.

Expositio supradicti præcepti executorij.

DIximus, ad præceptum executorium concedendũm prius iudicem debere inspicere, an instrumẽtum esset tale ꝙ executionem paratam haberet, iuxta resolutа supra in cap. 1. huius tractatus: hoc enim iudex prius quã præceptum decernat facere debet, vt probat. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. deinde reliqua inspicere vt diximus supra in isto cap. num. 22. & ea explicat Auend. in declaratione. d. l. 4. & 5. num. 23. ac proinde ea non explico.

Dixi

25 Diximus deinde, prædictũ præceptũ à iudice decernendũ fore absq; vlla citatione debitoris, quia praxis huius Regni ita obseruat, ex eo q̃ postmodum debitor citari debet ad vltimam executionem, id est, para trance y remate. Ideoq; debitori non tollitur defensio cũ in illud tempus sibi reseruetur, quã praxim notant Auend. in Tract. ad l. 4. & 5. titu. de las excepciones. lib. 3. Ordinu. 26. versic. constito ergo. Dueñas in Regul. 94. limit. 4. & Didacus Perez in l. 4. tit. 8 lib. 3. Ordin. col. 1074. quãuis Bald. in l. ab executore. col. 2. C. quorũ appellat. non recip. & alij plures relati à Didaco Perez vbi suprà teneant, de iure necessariam esse citationem debitoris ad decernendum præceptum executionis faciendæ. Sed iam hodie suprædicta praxis huius Regni approbata est p l. Regiam. 19. tit. 21. libr. 4. Recopil. vbi statuitur, q̃ iudex viso instrumento habenti executionem paratam, præceptũ executoriũ decernat sine citatione debitoris, & quando statutum ita disponit citatio non erit necessaria, vt docet Antonius Canarius in tract. de executione instrum.

26 Diximus, executorem debere executionem facere in persona & bonis debitoris, ad denorandum ita fieri debere, quando debitor esset contentus in instrumẽto, vel esset hæres debitoris principalis contenti in instrumento, vel aliter obligatione personali teneretur, alioquin si intentaretur hypothecaria, exe-
27 cutio facienda esset in re hypothecæ tradita, & eius possessor citandus ad vltimam executionem, iuxta ea, quæ suprà in isto Tract. resoluimus in cap. 1. versic. octauò. & in versic. nonò. & tradit Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus. ampliatione. 7. num. 8. C. de inoffi. testam. & in dict. l. post rem. in declarat. l. Reg. limit. 1. nu. 14.

28 Diximus, executorem debere executionem facere pro quantitate debiti & expensarũ, quia creditori, facta execution virtute alicuius instrumẽti executionem paratã habentis, solutio debiti & expẽsarum priùs fieri debet, iuxta text. in l. 7. & 8. tit. 21. lib. 4. Recopil.
29 & appellatione expensarum in. d. præcepto contentarum, veniunt etiã sportulæ & salaria, quæ secundum consuetudinẽ vniuscuiusq; loci executori debentur, dũmodo decimam partẽ debiti principalis non excedant, iuxta text. in l. 7. tit. 21. lib. 4. Recopil. & explicat Auẽd.
30 in. cc. prætorũ. 1. p. c. 17. per totum. quæ sportulæ executori nõ debentur, donec integrè satisfactum sit creditori de debito principali, & de suis expensis, vt probatur in. d. l. 7. & 8. & in. l. 10. tit. 6. lib. 3. Recopil. Et de istis sportulis executori soluendis agit. l. 7. & 8. cum alijs sequentibus. tit. 21. lib. 4. Recop. & l. 13. tit. 13. lib. 2. Recop. & l. 10. 31. & 32. tit. 6. lib. 3. Recop. & in tit. 29. c. 8. cum nõnullis sequentib. lib. 4. Recopil. Aviles in. cc. prætorum. c. 10. in glo. verb. Derechos. & latius Auẽd. vbi suprà in dict. c. 17. & Didac. Perez in. l. 21. glo. 1. tit. 14. lib. 2. Ordina. Aduertet dũ tamẽ est q̃ si debitor tẽpore quo executor eum requirit cũ præcepto executorio, velit in continẽti soluere creditori in pecunia numerata, vel ostendat scripturam solutionis factam etiam post decretũ præceptum,
31 sportulæ executori non debentur, nisi in itinere factæ, vel in expeditione præcepti, iuxta text. in. l. si fideiussor. ff de doli except. tradit Aviles in. cc. prætor. c. 9. in glo. verb. Derechos. & est text. in l. 18. tit. 21. lib. 4. Recop. Et quãdo in cõ-
32 tinenti dicatur soluere colligitur à glos. & ibi Decio in. c. an sit. verb. in cõtinenti. de appel. hodie verò per pragmaticã Philippi. II. promulgatam Madrit. anno. 73. petitione. 32. quæ hodie habetur in l. 21. tit. 21. lib. 4. Recop. in noua editione statuitur, q̃ si intra spatiũ. 24. horarum debitor soluerit, sportulæ executori non debeantur, quæ decima executori debetur post executionem factam licèt terminus solutionis prorogetur debitori

debitori à creditore iuxta.d.l.7.titu.21. lib.4.Recop.Facit etiam.l.10.tit. 6.lib. 3.Recop.ibi, O las partes se cõcertarẽ. & tradit Didac. Perez.in.d.l.21.in gl.1.

32 Diximus, executionem in bonis mobilibus, & eis deficientibus in immobilibus cum fideiussore de euictione faciẽdam fore per.l. à Diuo Pio. §. in venditione.ff.de re iudi.l.3.tit.27.p.3.l.19.tit. 21.lib.4.Recop.& si executio facta esset prius in immobilibus esset nulla tanquã contra formam legis facta.

Diximus, q̃ deficientibus bonis & fideiussore de euictione, debitorem realiter capiendum esse, quæ praxis ortum habuit à glo.in.l.3.§.tutores.verb.Vinculis.ff.de suspec.tutor.quam dicit memorabilem Couar.libr. 2. Variarũ.c.1. n.2.& eam ponit text.in.d.l.19.titu.21.

33 lib.4.Recop.vbi dicitur, personas priuilegiatas capiendas non esse, vt putà nobiles, iuxta tex.in.l.3.tit.2.lib.6.Recop. Et tradit Dueñas in Regul.275.limi.3. Et Otalora de nobilitate.5.p.c.vlt.n.2. & Baeça de inope debitore. c.16. nu.7. Quo priuilegio gaudent etiam Doctores, vel licentiati graduati Salmanticæ, Vallisoleti, Compluti, vel collegiales graduati in collegio Bononiensi examine riguroso, & non aliàs, cum tales debeat gaudere priuilegijs militibus armatæ militiæ concessis, vt resoluit Didac. Perez.in.l.1.tit.1.lib.4.Ordin.in glo. verbo, En los Doctores, &c.& in.l.26.titu. 4.lib.2.Ordin.in glo.1.in vers. ex quibus infertur. Similiter nec mulieres cõiugatæ pro aliqua executione realiter erunt capiendæ, iuxta tex.in.l.8.& 10. tit.3.lib.5.Recopil. Quinimo nec mulier soluta capi potest pro debito ciuili: iuxta text.in.l.1.C. de offic. diuersor. iudic.& in.l.10.tit.3.lib.5.Recopi.& la itè tradit Ioann. Baptist. Cacialupus in Tract. de debitore suspecto.quæst.5.à 35 num.22. Rursus prædicta executio fieri non debet in rebus cõtentis in.l.3.tit. 27.part.3.& in.l.23.tit.21.par.2.& in.l. 16.titu.21.lib.4.Recopi.& in.l.5.& 6. tit.17.libr.5.Recop.& in.l.12.eod.titu.

36 & lib. Et prædictæ res exemptæ, in quibus executio fieri non debet, sunt boues, & animalia, & instrumẽta aratoria, iuxta text.in.l. executores. C. quæ res pignori. etiã si alia bona, in quibus executio fiat nõ reperiãtur: nam etiã tũc capi non possunt, vt resoluit Marant.de ordin.iud.6.part.actu.3.& vlti.à num. 28.præter quàm pro debitis fisci, & dominorum prædiorum: nam tunc si alia bona non inueniãtur in eis executio fieri poterit pro soluendis debitis fisci, & dominorum prædiorum, quod attento iure Regio procedit per text.in.l.5.& 6.tit.17.libr.5.Recopil. At verò de iure communi, si alia bona non reperirentur in eis executio fieri posset, etiam pro quibuscunque debitis priuatis, vt cum pluribus resoluit Dueñas in Regu.275. limit.1.cum quatuor sequentibus. Simi

37 liter arma militum & libri scholarium, capi non possunt secundum glo.in.l. ne pos proculo.verb.Dignitate.ff.de verb. signifi.& in.l.23.tit.21.par.2.& l.3.tit. 27.p.3.& in.l.9.ti.1.& in.l.3.tit.2.& in.l. 1.versi.6.tit.6.lib.6.Recop.& in.l.25.titu.13.lib.8.Recopil.& in.l.6.tit.17.libr. 5.Recopil.vbi dicitur, Eodẽ priuilegio equos nobilium gaudere. quod etiam explicat Dueñas in dict.Reg.275.limitatione.3.&.5. vbi constituit regulam generalem cum limitationibus, scilicet, q̃ executio contra omnes & in omnibus rebus regulariter fieri potest: quod priuilegium procedit etiam si alia bona non inueniãtur, & ita practicatur secundum Didacum Perez in.l.12.titu.1.lib. 4.Ordinam.per text.in.l.23.tit.21.p.2. & per quandam pragmaticam quam citat Perez.vbi suprà quæ pragmatica habetur in.l.5.&.6.titu.17.lib.5.Recopil. & facit etiam.l.1.versi.6.tit.6.lib.6.Recopi.quæ expressè loquitur in armis, & ita est tenendum, etsi oppositũ teneat, Baeza Tract.de inopẽ debitore.cap.16. num.119. Quinimo nec in domo nobilis in qua habitat executio fiet, vt in.l.

3.tit.2.

3.tit.2.lib.6.Recopila. notat Baeza vbi suprà.n.10.Et Otalora de nobilit.c. vlt. 5.part.num. 3. resoluit in executione facienda nobilibus pro debito ciuili, non esse penitus eis omnia bona auferenda, sed esse eis relinquenda arma, vestes, equum, lectum quotidianum, & domũ habitationis, citans ad hoc leges regias, quæ eius opinionem probãt, asserensq; hoc raro practicari, quo ad domum habitationis, quanuis fuerit valdè dubitatum in Cancellaria Vallisoletana. Cæterùm quantum ad arma, equum, siue mulam, vestes, & lectum quotidianum testatur omnino obseruari, quotidianumq; esse. Quæ omnia procedũt, nisi pro debitis fisco debitis vt in dictis.ll. dicitur, vel nisi debitum ex delicto descendat, argum.text.in.l.6.tit.2.lib.6.Reco. Et in casibus in quibus huiusmodi nobiles possunt incarcerari, debet illis assignari honestus & decens locus, veluti, palatium potestatis, vel tota ciuitas, secundũ Angel.in.l.qui in carcerem.ff.q; metus causa.l.4.in fi.tit,29.par.7. tradit Otalora vbi suprà.nu.2. & Baeça vbi suprà.c.16. num.27. Pari modo in libris scholarium executio fieri nequit secundum gloss.d.l.nepos Proculo.quam sequuntur plures quos refert & sequitur Dueñas in Reg.275.limit.5.quòd verũ esse intelligit, nisi alia bona nõ inuenian tur secundum Gomecium in.§.item Seruiana.num.30.Instit.de act.tenet etiam Auiles in.cc.prætorum.c.1.num.13.& 14. contra Rebuff.de priuil.schol. priuil.113. & quod in prædictis rebus executio fieri non debeat obseruatur etiam apud Lusitanos.lib.3.Ordin.tit.71.§.11. &lib.5.tit.67.in prin.In officijs publicis tabellionatus, decurionatus, & similiũ executio fieri potest, & quotidie fit, & possessor cõpellitur eis renũtiare: quia huiusmodi officia publica vendi & pignori dari posse resoluit Couarr. libr.2. Variar.c.19.n.61.Auendanius in respõso.38. & Ioannes Garcia vir singulari eruditione præditus in tract. de expensis & meliorat.ca.4. à nu.14. & vnanimiter hoc ab omnibus teneri, & in prætorio Granatensi fuisse sic iudicatum testatur Tellus Fernandez in.l.26.Tauri. num.12. qui tamen ab hac opinione recedit contendens executionem fieri nõ posse in his officijs publicis, & eandem opinionem sentit Rojas in epitome succes.c.7.num.51. praxis verò obseruat,

38 executionem fieri posse. ¶ Aduerte insuper, q; prædictum præceptum executionis ipsi creditori priùs dari debet, vt eò vtatur, quoties voluerit, & deinde de manu ipsius creditoris executor illud recipere debet: alioquin si priùs executori detur, executio nulla erit, vt decisum extat in.l.17.tit.21.lib.4.Recopil. Rursus aduerte q; ab isto mandato de exequẽdo debitor appellare nõ potest secundũ gl.in.l.si cum exceptione. §.hæc autem.ff. quod metus causa: & sequuntur plures alij quos refert & sequitur Felinus in capit.quo ad consultationem.col.8. de re iudi. & est communis opinio secundum Alexan.in consi.95. nu.4.volum.2.& in consil.181.nu.12. volum.6. sequitur Bernardus Diaz de Lugo in Reg.43. Rodericus Suarez in dict.l. post rem iudicatam. in declaratione.l.Regni. quæst.6.num.3.& Didacus Perez in.l.5.titul.8.lib.3.Ordin. glos.2.colum.mihi.1113.& Dominus Franciscus à Sarmiento. libr.3.Select. cap.8.num.4.Hãc tamen communem opinionem tribus modis limitat Felin. vbi suprà quem sequuntur Bernardus Diaz de Lugo, & Rodericus vbi suprà, limitabis etiam quando negatiuè pronuntiatum esset à iudice, vtputà sententiam, vel instrumentum non esse exequendum: nam huiusmodi grauamen reparari non potest per appellationem interpositam à diffinitiua, quia nulla alia sententia speratur. ita tenet Rodericus Suarez vbi suprà.d.q.6.num.4. post Angelum in.l.quisquis. C. quorũ appellat.non recip. & ita est tenendum quanuis glo.in.l.ab executore. C.quo-

rum appel. & in. l. ab executione. ff. de appell. & plures relati à supradictis contrarium teneant. optima tamen erit cautela Angeli quam sequuntur Cæpola. cautela. 44. & Socinus in Regul. 26. Fallētia. 5. & Rodericus Suarez in dict. quæst. 6. num. 2. nempè quòd iudex realiter mandet executioni sentētiam, vel instrumentum sine pronuntiatione super executione, præcipiendo quòd mādatum detur actori ad hoc vt Alguaceli & ministri iudicis capiāt pignora & personam debitoris pro quantitate debita & expensis, & consulo iudicibus quòd ita obseruent ad euitandam dictam appellationem, & sedandas opiniones Doctorum.

39 Executione facta ordine supradicto, bona executioni mandata publicè debent subhastari sub tribus præconijs in rebus mobilibus tertio quoq; die: in rebus verò immobilib⁹ decimo quoq; die, & licèt hæc præconia ex consensu debitoris remittantur, & pro emisis habeantur, quòd vulgò dicitur, Haber por dados los pregones, ad huc tamen dies præconiorum à lege concessi transire debent, vt locus fit vltimæ executioni, cum pro forma à. d. l. 19. concedantur, si verò præconia emittantur in termino breuiori, vel absq; cōsensu partium non dentur, & omittātur, executio erit nulla cum contra formam legis fiat, vt tradit Couar. libr. 2. Variarū. c. 11. n. 3. ita quòd transactis decem diebus in rebus mobilibus: & in rebus immobilibus elapsis triginta diebus præconiorum, debitor citandus erit ad vltimam executionem, id est, Para ver hazer trance y remate en los bienes executados, &c. quæ praxis oritur ex. l. 1. tit. 20. lib. 3. Fori. & ex. l. 19. titu. 21. lib. 4. Recopilat. & tradit Couar. lib. 2. Variar. cap. 11. n. 3. & Didac. Perez in. l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordi.
40 col. mihi. 1070. At verò si executio pro debitis fiscalibus fiat, tria præconia in tribus diebus celebrari debent in rebus mobilibus: & in rebus immobilibus in nouem diebus, vt disponit text. in. l. 18.
41 tit. 7. lib. 9. Recopil. & prædicti dies præconiorum currunt à die captionis pignorū, secundùm glo. fi. in. l. debitoribus. ff. de re iudica. receptam à Bart. ibi & à Montaluo, in. l. 1. tit. 20. lib. 3. Fori. ver-
42 bo, Fasta nueue dias. & ita terminus duorum mensium, qui de iure communi post captionem pignorum debitoribus dabatur ad soluendum, per text. in. d. l. debitoribus. hodie restringitur ad decem dies in rebus mobilibus, & ad triginta dies in rebus immobilibus.

43 ¶ Aduerte præterea, quòd citatio quæ debitori fit ad videndam vltimam executionem, id est, de trance y remate in persona ipsius debitoris fieri debet, si inueniri possit: alioquin si latitet, aut cōsumaciter absit, ita quòd inueniri nequeat, tunc citatio ad domum sufficiet, iuxta text. in dict. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. Explicat Auend. in. d. declaratione ad. l. 4. &. 5. num. 27. sic intelligens text. in. l. 6. tit. 9. par. 3. & in. l. fi. eod. tit.
44 Cæterùm si debitor à loco absens sit, vel absque hærede defunctus, ad hoc vt executio in bonis suis pro debito peti possit, dandus erit defensor bonis suis, cum quo acta iudicij celebrentur, vt suprà diximus.

45 Qua citatione præmissa, ad vltimā executionem debitor tenetur compare intra tres dies obijciendo suas exceptiones ad impediendā prædictam executionem: & si non comparuerit, tunc iudex profert suam sententiam vltimæ executionis j, iubetque solutionem creditori fieri, iuxta tex. in. dict. l. 19. tit. 21. lib. 4. Recop. At verò si intra prædictos tres dies comparuerit, suas exceptiones obijciendo, iudex præcipit copiam libelli oppositonis creditori exhiberi,
46 imponitque debitori decem dies, vt prædictas exceptiones probet: quod omnino facere tenetur, iuxta tex. in. d.
47 l. 19. tit. 21. lib. 4. Recopil. Qui decem dies currunt à die, quo porrectus fuit libellos oppositionis, iuxta tex. in. l. 3. tit. 21. lib. 4.

21.lib.4.Recopilat. Et ita si Reus antea quàm præconia subhastationis fiant, vel antea quam ad vltimam executionem citetur, cõparuerit se opponendo executioni, & suas exceptiones contra eam allegando, prædicti decem dies currunt à die prædictæ oppositionis, & non gaudebit terminis præconiorum & citatio-
48 nis ad vltimam executionem. Et cum prędictus terminus decem dierum probatorius sit debet esse communis vtriq;
49 parti: in Lusitania verò solũmodo sex dies conceduntur debitori ad opponendas suas exceptiones contra executionem: quæ exceptiones legitimæ debẽt esse, iuxta text. in. l. 1. cum duabus sequentibus, titul. 21. libr. 4. Recopil. quo circa opportune videndum erit, quænam exceptiones executionem impediant.

Ex Capite Tertio.

SVMMARIA.

1 EXceptio solutionis, pacti de non petendo, vsurarũ, quòd metu aut vi contractus fuit celebratus: & exceptio falsitatis contra substantiã instrumenti, executionem impediunt.

2 *Exceptio nullitatis instrumenti executionem impedit.*

3 *Exceptio nullitatis etiam prouenientis ex defectu solennitatis contractus impedit executionem, vt in pluribus hic positis exemplis.*

4 *Exceptiones quæ iuris sunt sufficit quòd allegentur, & si intra decem dies non probentur, veluti exceptio nullitatis prouenientis ex defectu solennitatis contractus.*

5 *Exceptio nonnumeratæ pecuniæ, impedit executionem opposita infra biennium.*

6 *Exceptio rei non traditæ contra executionem admittitur.*

7 *Exceptio reconuentionis executionem impedit, & quomodo intelligendus sit Auendanius, qui contrarium sustinet.*

8 *Exceptio compensationis impedit executionem.*

9 *Restitutionis in integrum petitio executionem impedit contra Auend.*

10 *Exceptio quòd causa debiti in instrumento non continetur impedit executionem.*

11 *Exceptio elapsi decennij à die contractus purè celebrati, vel aliàs à die solutionis impedit eius executionem.*

12 *Debitũ peti potest via ordinaria etiam transacto decennio: licet per eius lapsum executiua præcludatur.*

13 *Lapsus decennij à die celebrati contractus, vel solutionis non tollit eius vim ad probandum debitum, sed vim executiuam amouet.*

14 *Actio personalis indistinctè. 20. annis durat contra Pala. Rub. Gome. Couar. & Menchacam.*

15 *Lex. 3. titul. 13. libro. 3. Ordin. vet. ex presse abrogatur per. l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop.*

16 *Instrumentum quod de falso redarguitur si intra decem dies non comprobatur, impeditur eius executio.*

17 *Impedit executionem exceptio, quòd dies solutionis nondum cessit.*

18 *Iudex ex officio petentem ante diem solutionis repellere potest si id ex in-*

strumento sibi constet.

19 Contra debitorem suspectum de fuga, vel ob aliam iustam causam creditor ante diem agere valet,

20 Propter pendentiam compromissi impeditur sententiæ, aut instrumenti executio.

21 Executionem petitam virtute alicuius sententiæ arbitrariæ, quæ exceptiones impediant.

22 Quæ necessaria sint, vt arbitrariæ sententiæ executioni mandari valeant, remissiuè.

23 Exceptio quòd summa de qua executio petitur non comprehensa reperitur in instrumento executionem impedit; vt in tacita reconductione.

24 Contra executionem sententiæ criminalis omnes exceptiones legitimæ admittendæ, etiam si non sint ex contentis in dict. l. 1. & 2. titul. 21. libr. 4. Recopil.

25 Exceptio appositi iuramenti in contractu alias valido inter laicos celebrato, executionem impedit.

26 Exceptio quæ oriri potest in ipsa executione secundum mentem iudicis proferentis mandatum, executionem impedit.

27 Si principale instrumentum non præsentetur, licet de eo & eius tenore testes deponant etiam parte citata non fiet executio.

28 Quælibet exceptio, quæ in aliqua prouincia contra instrumentum aut sententiam opponi solet, impediet executionem.

29 Stylus Castellæ quo ad ordinem executionis faciendæ inspiciendus: sed quo ad causæ decisionem inspiciendum ius regionis, ciuitatis, aut loci vbi contractus celebratus, aut sententia lata fuit.

30 Litis pendentiam coram iudice ecclesiastico super relaxatione iuramenti in contractu appositi, eius executionem coram laico non impedire verius resoluitur.

31 Litis pendentiam coram iudice ecclesiastico super validitate contractus vsurarij executionem eius coram laico petitam impedire cum Alexand. & Suarez verius resoluit autor.

32 Quælibet exceptio quæ de iure communi obijci potest, executionem impediet, si regiarum legum expressa renuntiatio facta sit à creditore.

33 Quidquid euidenter appareat, quòd instrumentum reddat inefficax, contra ipsum opponi poterit, & eius executionem impediet.

34 Quæcunque aliæ exceptiones legitimæ, quæ intra decem dies probentur opponi possunt contra instrumentum, legibus regijs & Auend. non obstantibus quibus per autorem satisfit.

35 Exceptiones quæ contra executionem sententiæ admittendæ sunt, admitti non debent, si ante prolationem ipsius sententiæ in negotio principali obiectæ sunt, & eis non obstantibus sequuta fuit condemnatio.

36 Porrecti libelli oppositionis copia creditoris danda: & vterq; debitor & creditor

creditor articulos & instrumenta producere possunt.

37 Exceptiones in executione oppositæ intra decem dies probandæ: nec sufficit intra illos decem dies testes iuratos esse: sed intra eos examinati esse debent.

38 Si culpa iudicis, aut notarij testes in termino examinati non fuerunt, post eum examinari poterunt, si à parte tamen eis fuit facta protestatio super examine eorum intra terminum.

39 Debitor etiam elapso termino potest suas exceptiones probare per confessionem partis aduersæ secundum Roderic. & Didac. Perez, sed contrarium cum Auend. defendit autor.

40 Si testes (quibus reus executioni datus intendit suas exceptiones probare) sint extra diocæsim, vel regnum, quid agendum præscribitur.

41 Si reus suas exceptiones probauerit intra decem dies, annullanda erit executio, & creditor in expensis condemnandus.

42 Reo executioni dato intra decem dies exceptionem non probante confirmanda erit executio, pro principali & expensis, & dandum quartum præcanium, & bona licitanti adiudicanda, & inde creditori soluendum, etiam si reus appellauerit, dum cautionem. l. Toleti præstet creditor.

43 Si causa executionis ad superiorem per appellationem delata fuerit, & inuētum quòd auctio non fuit facta iuxta legis formam, aut morem regionis, reuocatur pronūtiatio, & bona absque vllis expensis debitori restituuntur, dum ipse creditori soluat, quòd instrumento continetur: & creditor cautionem præstet, de iuditio sistendo: quam aliquando iudices remittunt.

44 Praxis, quæ obseruatur apud suprema tribunalia circa causas executiuas ad ea deuolutas, etiam seruanda per decuriones ciuitatis quando ad eos causa executionis non excedens decem millia marapetinorum deuolueretur.

45 Auditores Regij quādo negotium executiuum ad eos per appellationem deuoluitur, qualiter procedant remissiuè.

46 Iudex coram quo executio petitur recusari potest ante quàm vltimæ executionis sententiam proferat.

47 Si bona rei non sufficiant ad solutionē debiti, & expensarum, tunc fideiussor eius de euictione soluere astringendus erit.

48 Debitor ex consuetudine huius regni bona mobilia subhastata intra triduū, immobilia intra nouē dies retrahere valet: sed iudices supremi longiorem retrahendi terminum ex causa concedere solent absque fructuum restitutione.

49 Terminus quatuor annorum, quem credunt vulgares habere ad retrahē dam rem subhastatam, nec de iure, nec de consuetudine procedit.

50 Creditori satius est licitatorem non subrogare, vt fraudis præsumptio euitetur: & vt sibi bona sine circuitu applicentur.

Caput Tertium, De exceptionibus impedientibus executionem.

1 EXecutionem impedit exceptio solutionis debiti, vel pacti de non petendo, vel exceptio vsurarum, id est, quòd contractus est vsurarius, vel exceptio quòd metu aut vi contractus fuit celebratus: vel ecxceptio falsitatis, dummodo falsitas sit contra substãtiam instrumenti, secus vero si contra accessoria instrumenti, nẽpè cõtra hypothecam, vel pœnã, iuxta text. in l. satis apertè. iuncta glo. verbo, Obijcitur. C. ad l. Corneliam. de falsis. & tradit Ias. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata. nu. 9. vel si exceptio falsitatis opponeretur cõtra instrumẽtum, cuius virtute lata fuit sententia, & ante sententiam de illa falsitate non fuisset actum: nam tunc talis exceptio non impediret executionem sententiæ in autoritatẽ rei iudicatæ transactæ iuxta text in l. fin. in fine. C. de fide instrum. c. accepimus. eodem tract. l. satis apertè. C. ad leg. Cornel. de fals. nam exceptiones requirentes altiorem indagmem non impediũt executionem sententiæ, iuxta text. in l. fin. in fin. C. de ordin. cognit. not. Bartol. in dict. l. 4. §. condemnatum num. 3. vnde si in continenti offeratur probatio falsitatis, tunc executio sententiæ suspendetur, vt probat text. l. fin. C. si ex falsis iustrum. & tenet Panor. in c. suscitata de in integrũ restit. & in c. super eo de offic. delegati. Deci. in c. ex parte. col. 2. eodem tract. & Couarru. in pract. qq. c. 16. num. 2. & quod supradictæ exceptiones executionem impediant, probat text. in l. 1. &. 2. titul. 21. lib. 4. Recopilat. & eas explicat Auenda. in declaratione. l. 4. &. 5. à nu.
2 29. ¶ Item exceptio nullitatis instrumenti admittitur, & executionem impedit: nam annullatio contractu principali, censentur clusulæ in eo contentæ annullatæ, & sic clausula guarentigia secundum glos. in l. 3. verbo, Fabiana. ff. si quid in fraudem patroni. quã notat Palatius Rub. in Repeti. rubricæ. §. 76. numer. 6. & Ias. in §. fuerat. nume. 76. Institutis, de actionibus. & firmat ex presse Bartol. in l. Diuus Traianus. ff. de testamento militis. nume. 1. receptus ab Hippolyto in l. vnius. §. cogniturum. n. 5. ff. de quæstionibus. & Rip. in l. 1. §. si quis ita. nume. 39. ff. de verborum obliga. & Auiles in. cc. præto. cap. 10. glos. verb. Execucion. num. 61. instrumentum enim inualidum executioni mandari non potest vt probatur in dict. l. 4. §. condemnatum. & in l. 2. ff. quemadmodum testam. aperiantur. & ita consuluit Romanus in cons. 42. & tradit Rebuffus in tract. de literis obligat. artic. 1.
3 glos. 9. n. 4. Quinimo exceptio nullitatis proueniẽtis ex defectu solennitatis ipsius contractus executionẽ impedit, vt putà si in obligatione facta à filiofamiliàs, vel ab alio constituto sub potestate alterius: autoritas patris, vel curatoris nõ interuenit, vel cum solutio debiti destinatur in tẽpus quo debitor stiterit hæres alicuius, aut vxorem duxerit, iuxt. in l. 22. tit. 11. lib. 5. Recopi. vel si in obligatione ab scholari facta, non interuenit autoritas patris, vel eius sub cuius custodia in vniuersitate esset, iuxta tex. in l. 4. tit. 7. lib. 1. Recop. vel si obligatio debiti ex ludo procederet iuxta text. in l. 8. tit. 7. lib. 8. Reco. vel si in obligatione facta à muliere cõiugata licẽtia mariti nõ interuenit iuxta tex. in l. 2. tit. 3. lib. 5. Recop. Quod confirmatur ex cõgestis ab Hyppolito in Rubri. C. de probationibus. nu. 159. versi. & ideo dixit. & in l. vnica. C. de raptu virg. n. 167. & probat Auend. in declaratione. d. l. 4. &. 5. à. n. 39. & Auiles in. cc. prætorũ. c.
4 10. in glo. verbo, Execution. n. 68. Et aduerte, quod huiusmodi vltimę exceptiones necesse, non est quod intra decem dies

dies probentur, sed sufficit illas allegare intra illũ terminum, dummodo notoriũ sit, contrahentes esse filios familias, vel minores, seu scholares, aut mulieres cõiugatas: quia prædictæ sunt exceptiones iuris, vt resoluit Rod. Suar. in dict. l. post rem iudicatam. in. 2. p. declarationis. l. Regni. in. §. sed pro euidentia. n. 49 & 50. Quinimo iudex ex officio in supradictis casibus poterit repellere actorem absq; eo quòd debitor petat, quia aduersus agentem absq; actione iudex potest impertiri officium suum ad vtilitatem priuatam secundum glo. in. l. vbi pactum. verb. Pœna. C. de transact. cõmuniter receepta ex Tiraquel. in. l. si vnquam. verbo, Reuertatur. num. 281. C. de reuoc. donat. & Rebuffus Tract. de liter. obligat. art. 1. glo. 9. num. 28. ¶ Item executionẽ impedit, exceptio ꝙis qui eã petit, vel is contra quem petitur non est nominatus, nec contentus in instrumento, tunc enim repellitur. vt probatur in. l. ad probationem. 1. C. de proba. l. Iuliam. & ibi Iaſ. ff. de verb. obligat. ꝙ intelligẽ iuxta ea quæ resoluimus suprà in hac. 4. p. c. 1. à nu. 32. ¶ Item executionem impedit exceptio, quòd res in qua fuit facta executio est penes tertium singular possessorem, vt resoluimus suprà in hac eadem. 4. p. c. 1. n. 50. & iusta ibi resoluta, intelligi debet. ¶ Item exceptio nonnumeratæ pecuniæ executionẽ impedit, vt resoluit Roder. in dict. §. sed pro euidentia. n. 12. vbi à n. 1. istum articulũ latè disputat, & idẽ tenet Did. Perez in. l. 4. tit. 8. lib. 3. Ordin. in glo. 1. col. michi. 1085. Quod tamen intelligi debet, si infrà biennũ opponatur, quo casu probatio contrarij incũbit creditori, secundũ Auend. de exequend. mand. 1. p. c. 16. n. 11. asserentẽ, ita accipienda esse notata à Rod. Suar. in prædict. arti. sed ipse Rode. & reliqui. DD. suprà citati in eisdẽ terminis expressè loquuntur. & eandẽ opinionẽ plures alios referens tenet Petrus Dueñas. Regul. 260. nu. 7. Et de isto articulo est videndus Rebuff. in Tract. de chirographorũ, & schedarum recognitione. arti. 2. à. n. 10. pag. 6 1083. ¶ Item exceptio rei nõ traditæ executionẽ impedit, secundũ Bald. in. l. ex prædijs. C. de euictionibus. Decius cons. 421. n. 2. & Palat. Rub. in. l. 64. Taur. & Did. Perez, vbi suprà. col. 1081. & Rebuff. vbi suprà. n. 55. 7 ¶ Item exceptione conuentionis executionẽ impedit, (vltrate iudicio executorio) de ea iudicio cõstare possit: nã omnis exceptio probabilis in continenti contra executionem admitti debet, secundũ Palac. Rub. in. l. 64 Tauri. in finalibus verbis. & in specie firmat Didac. Perez, vbi suprà. col. michi. 3081. Et iuxta hanc modificationẽ intelligi potest Auend. qui in Capitibus prætorũ. 2. p. c. 30. n. 6. & in declaratione ad l. 4. & 5. n. 51. tenet, exceptionẽ reconuentionis non impedire executionem: Cuius opinio procedere potest, quãdo durãte iudicio executorio, de reconuentione non constare, vel altiorem indagi nom requirerent. 8 ¶ Item exceptio compensationis executionem impedit: quia cõpensatio solutio est, & loco solutionis habetur, vt in. l. amplius non peti. ff. rem ratam haberi. & in. l. si cum militi. §. cũ intra diem. ff. de compẽsationibus: & in specie tractat Roma. cons. 76. col. 3. & firmat Cifuentes in. l. 64. Taur. q. 10. Auiles in Capitibus prætorum. cap. 10. verbo, Execution. num. 7. Grego. Lup. in. l. 20. titu. 14. p. 5. Iaſ. in. l. si vnus §. pactus ne peteret. nu. 18. ff. de pactis. Castellus. d. l. 64. Taur. verbo, La dicha excepciõ. Rebuffus in tract. de liter. obl. artic. 1. glo. 9. n. 39. & Auend. in Tract. seu declaratione ad. l. 4. & 5. n. 30. versi. itẽ compẽsatio. & nouissimè Petrus de Salazar in Tract. de vsu & consuetudine. c. 1. n. 77. 9 ¶ Itẽ petitio restitutionis in integrum per minorem facta, contra instrumentum, vel sententiam, executionẽ impedit: quia executio sententiæ per petitionẽ in integrum restitutionis impeditur, vt probatur in rubro, & nigro. C. de in integrum restitutione postulan

da. & est communis opinio secundum Alex. & Ias. num. 26. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & facit text. in l. 2. versic. Otrosi dezimos, &c. tit. 25. par. 3. & in specie firmat Cisuentes. in l. 64. Tauri. quæst. 28. & resoluit Roderic. in. d. §. sed pro euidentia. nu. 44. in fine. Couar. in pract. quæstionibus. c. 25. num. 7. & Didac. Per. vbi suprà. col. mihi. 1011. tametsi oppositum teneat Auend. in Capitibus prætorum. 2. part. ca. 30. n. 7. & in. d. declaratione ad l. 4. & 5. nu. 45. & Rebuff. in Tract. de literis ciuil. arti. vni
1 oco. glo. 6. nu. 13. ¶ Item exceptio, quòd causa debiti in instrumento non continetur, impedit executionem, vt resoluunt Auend. in Capitibus prætorum. 2. part. cap. 30. num. 5. versi. 7. requiritur. & Did. Perez. in leg. 5. titu. 8. lib. 3. Ordinamenti. col. 1019. Nam ad hoc, vt quis obligatus censeatur per promissionem, vel pactum, requiritur quòd causa apponatur, iuxta text. in l. 2. §. circa. ff. de doli exceptione, & in leg. generaliter. iuncta glos. verbo, Causam. C. de nonnumerata pecunia. & glo. in l. nunquam nuda. ff. de acquirẽdo rerum dominio. & tradit Pan. in. c. si cautio de fide instrumentorum. Fel. nu. 15. & Fortun. Gratia. n. 34. in. c. 1. extra de pactis. & Rebuff. in Tract. de chirog. & sched. in summa. num. 66. & vide Anton. Gallesiũ in Tract. ad formulas oblig. camera 4. particula. q. 1. n. 12. & tenẽt plures alij, quos refert & sequitur Couarru. in c. quanuis pactum. 2. part. §. 4. nu. 14. de pactis in. 6. & Ioannes Matienzo in l. 2. tract. 16. b. li 5. Recopila. glos. 1. num. 8.

11 ¶ Item exceptio elapsi decenij à die celebrati instrumenti puri quo statim agi potuit, alioquin si instrumentum fuerit sub conditione, vel in diem, decenniũ currerẽ incipit à die impletæ conditionis, vel quando dies venit, & in iudicio agi potest, vt resoluit Doctor Castellus in l. 63. Tauri. in glos. verb. Diez años. & ibi Palat. Rub. num. 16. executionẽ impedit, quia per transcursum decem annorum ius exequendi extinguitur, iuxta text. in l. 63. Tauri. & ibi Ant. Gomez quæ lex habetur in l. 6. titul. 15. lib. 4. Recopil. & facit quia virtus, quæ à l. Regni, conceditur instrumentis publicis & priuatis recognitis bene tollipotest per alias leges Regias, si intra certũ tempus non agatur, vt docet Bar. in l. planè. ff. quod cum falso tutore. Imola. in cap. fin. de præscriptionibus. Balb. in Tractatu de præscriptionibus. 2. par. 3. partis. fol. 47. & hanc opinionem tenet Auilesius in cc. prætorum. c. 10. in glo. verb. Execution. num. 69. vbi hanc con
12 clusionem multipliciter limitat. Quo circa transacto decennio debitum peti poterit via ordinaria ex actione personali, quæ durat per spatium aliorum decem annorum, & instrumentum illud
13 poterit produci ad probandum debitũ: nam licèt lapsus primi decennij impediat executionem, non tamen impedit, quòd instrumentum illud producatur in modum probationis, ita in specie docet Bald. in. d. l. planè. cuius opinio recipitur à Roderic. in dict. l. postrem iudicatam. limitatione. 6. num. 3. asserente, meliorem determinationem in toto mũdo inueniri non posse, idem tenẽt Castellus Cisuentes, & Antoni. Gomez. in l. 63. Tau. Couar. in Regul. possessor. 2. part. §. 11. num. 4. & idem consentit Dida. Perez. in l. 4. tit. 8. lib. 3.
14 Ordinam. in glo. 1. dubio vltimo. Et est ratio, quia actio personalis durat per spatium. 20. annorum, siue contineatur in instrumento guarentigio, siue sola de per se absque instrumento, vt expressè deciditur in l. 6. tit. 15. lib. 4. Recop. & ita iam cessat distinctio Palatij Rub. nu. 13. & Anto. Gome. in l. 63. Tauri. & Couarru. in Regula possessor. 2. part. §. 11. numer. 2. de regulis iuris. in. 6. & Menchacensis in lib. 1. de Successionum creatione. §. 10. num. 21. qui omnes asserebant, quòd quando actio personalis contineretur in instrumẽto guarentigio elapso vno decennio, quo ius exe-

exequendi præscribitur, intra alium decennium via ordinaria intentari posset. At verò quando actio personalis competeret de per se absque instrumento, tunc elapso primo decennio actio illa extingueretur, per text. in l. 3. titulo. 13. lib. 3. Ordinamẽti. vbi disponitur, quòd actio personalis per lapsum decennij
15 præscribitur: nam hodie illa lex. 3. Ordinamenti expresse abrogata est per text. in dict. l. 6. tit. 15. libr. 4. Recopilationis. qua decisum extat, actionẽ personalem spatio viginti annorum præscribi, & ita obseruandum esse, non obstante dispositione Regis Alphonsi conditoris. d. l. 3. quam interpretationem ad dicta. l. 6. titu. 15. libr. 4. Recopilationis. ita summariè, & resolutiuè dum publicè Salmanticæ hunc tractatum dictarem anno. 1572. assignaui, & in voce pluribus fundamentis corroboraui: postmodum eandem singulari commento à Parladorio illustratam inueni in suo lib. rerum quotidianarum cap. 1. à. §. 12. cum alijs quinque sequentibus, quem omnino consule pro illius. l. intellectu: qui in §. 12. nu. 41. contendit præscriptionem iuris exequendi per decennium inductam habere etiam locum in annuis redditibus debitis ex contractu census, vel ex alia causa, ita quòd si nulla annua pensio per totum decennium esset soluta quòd ius exequendi censeretur præscriptum nedum quo ad exigẽdos, via executiua, annuos redditus præteritos, verumetiam quo ad redditus futurorum annorum: nam ampliùs illud instrumẽtum exequi non posset, ad idque mouetur ex resolutis à gloss. Balbo, & ab alijs quos refert & sequitur Antonius Gomez in Tomo secundo Variarum. capit. 11. numer. 44. versicu. quartus effectus. Ego verò oppositum verius esse credo, & semper practicari vidi, nam licèt redditus annuos præteritos via ordinaria petantur, sequentes futuros via executiua peti poterunt, longè enim diuersa est hæc species ab ea de qua loquũtur gloss. Anton. Gom. & Reliqui: nam contractus annui redditus habet tractũ successiuum, & quolibet anno debetur, ac ideò pendente dilatione conuentionali cum ante diem solutionis exigi nõ possint, præscriptio non procedit, ita in terminis tenet Doctor Castellus in. d. l. 63. Tauri. in gloss. verbo, Diez años. bonè verum esset, quòd ad hanc difficultatem effugiendam, & vt ius exequendi præscribi nõ posset, quòd tutius erit in similibus contractibus apponere clausulas & cautelas quas notãt. Castellus & Cisuentes in dict. l. 63. Tauri. & Parladorius vbi suprà, in. §. 13. quæ præscriptio iuris exequendi per decennium inducta procedit etiam contra ecclesiam, aut clericum, vt cum Bald. in. l. de quibus. q. 6. ff. de. ll. & Francisco Balb. Tractat. præscript. charta. 42. col. 1. versicu. quinto fallit, resoluit Gregorius Lopez
16 in. l. 22. tit. 29. p. 3. in glo. 1. poteris tamẽ vti quadam cautela, vt debitum via executiua possit exigi elapso decennio, nẽpè quòd creditor in iudicio petat, quòd cum iuramento debitor declaret, se illã quantitatem debere creditori, qui si cõfiteatur debitum, virtute huius confessionis executio fieri poterit iuxta. l. 5. tracta. 21. lib. 4. Recopil. & ita in specie tenet Auiles in cap. prætor. ca. 10. n. 69. & Ioan. Gutierrez in repet. l. nemo potest. n. 488. ff. de legat. 1. ¶ Item executionẽ impedit exceptio, quòd instrumentum non est publicum, nec authenticum, sed falsum: nec intra decem dies producens illud comprobauit, iuxta text. in lege. 115. titulo. 18. parte. 3. & tradit Suarez in dicta. l. post rem. in declaratione. l. Regni. 2. part. versicu. sed pro euidentia. numero. 34. nisi ageretur de modico præiudicio, vt ibi notat Suarez.

¶ Item executionẽ impedit exceptio, quòd dies solutionis nondum cessit, vt
17 probatur in. l. 2. titu. 21. libr. 4. Recopilationis. ibi, Seyendo passados los plazos de las pagas. Quibus verbis constat,

executioni locum esse termino soluendi elapso: idē etiā probatur in l. 1. C. de cōdictione ex lege. & in l. si mandauero in princip. ff. mādati. & in l. eum qui calendis. ff. de verborum obligationibus. Quinimò etiam si hæc exceptio à
18 Reo non opponeretur, iudex ex officio repellere posset creditorem ante diem agentem, si ex instrumento sibi cōstaret, diem nondum venisse, secundum Angel. in d. l. 1. C. de condictione ex lege. & Bart. in l. lecta. col. 4. ff. si certum pet. Et pro hac opinione facit, quia ipso iure non cōpetit potentia exigendi ante diem, iuxta text. in l. 1. C. vt actiones ab
19 hæred. & contra hæred. Quæ resolutio vera est, nisi debitor suspectus esset de fuga, vel alia iusta causa interueniret: Nam tunc ante diem creditor agere poterit, argum. text. in l. quæsitum. iuncta glos. verb. Quia interest. ff. de pigno. & in l. 17. tit. 13. p. 5. & in specie resoluit Roder. in d. l. post rem iudicatam limita. 7.
20 nu. 2. ¶ Item exceptio pendentiæ compromissi impedit executionem, quæ petita fuerit virtute alicuius sententiæ, vel contractus habentis executionem paratam, vt constat ex text. in l. 4. tit. 21. libr. 4. Recop. ibi, Y las sentencias dadas en juyzio ordinario en fauor de las partes, quedan frustradas, y no se executan. Et firmat Auenda. in Tractatu ad l. 4. &. 5. n. 34. & pro hac opinione faciunt notata à Paulo Castr. in l. 3. §. fin. ff. de iureiu
21 ran. ¶ Item executionem petitā virtute alicuius compromissi, vel sententiæ arbitrariæ (quod fieri potest per text. in d. l. 4. tit. 21. lib. 4. Recopi.) impediunt exceptiones, quæ colligi possunt ex cōtextura d. l. 4. tit. 21. lib. 4. Cuius forma obseruari debet, alioquin sententia arbitraria exequi non poterit: nam si omittatur aliquid, quod ex forma actus requiritur, in cōtrariū factū erit nullius momēti, vt in l. cum hi §. prætor. ff. de transa-
22 ctionibus. Et quæ requirantur pro forma, adhoc vt sentētia arbitraria exequi possit, notat Auend. in d. Tracta. ad l. 4.
23 &. 5. à n. 35. ¶ Item executionem impedit exceptio, quod summa de qua executio petitur, non est comprehensa in instrumento, vtputà si cōtractus conductionis expirasset, & alius tacitus in eiusdem locum subrogaretur, & sic conductor tacitè pro eadem summa videretur reconduxisse, vt in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. locati. nam virtute primi contractus conductionis non poterit procedi pro summa & prætio tacitæ reconductionis, quia secunda pensio non est inclusa in primo instrumento executiuo, secundum Bald. in l. etiam. C. de fidecommissis, & sequitur Montaluus in l. 20. titul. 8. partita. 5. & Auenda. in dicto Tractatu ad l. 4. &. 5. nume. 46. & communiter omnes secūdum Iaf. in l. certi conditio. n. 21. ff. si cert. petat. & Ant. Go. in l. 64. Tauri. n. 6. & Did. Per. in l. 4. tit. 8. libr. 3. Ordin. col. 1086. ver.
24 est tamen dubiū. ¶ Item contra executionē alicuius sententiæ criminalis quæ libet exceptio legitima opponi potest, & admitti debet licèt non sit exconten-tis in l. 1. &. 2. titul. 21. lib. 4. Recopil. nā prædictæ leges non loquuntur de executione sentētiæ criminalis, quæ cū irretractabilis sit, ideò eam impedit quælibet exceptio legitima, vt notant Paul. & DD. in l. 4 §. condemnatum. ff. de re
25 iudicata. ¶ Item executionem impedit exceptio iuramenti appositi in contractu aliàs de se valido, inter laicos celebrato, iuxta text. in l. 11. tit. 1. lib. 4. Recopil. & in specie firmat Didacus Perez in l. 4. tit. 8. libr. 3. Ordina. col. mihi. 1089. versi. vtrū autem impediatur, & de iustitia illius. l. diximus in. 2. Tomo huius operis præludio. 2. nu. 52. in fine. cæterū in curia ecclesiastica & in casibus in quibus iuramētum potest apponi hæc exceptio non impediret executionem, imò ius exequendi perpetuaret, nec decennio præscriberetur, secundum Castellum in l. 63. Tauri. ¶ Item executionem impedit exceptio. quæ oriri potest in ipsa executione, secūdū mētem iudi-

cis

cis proferentis mãdatum, vt putà si minister, vel Alguacelus excesit, vel quãdo præconia non fuerunt debitis temporibus facta, vel stylus tribunalis non fuit seruatus, nec forma à lege tradita circa executionem faciendam fuit adimpleta: nam tunc prædictæ exceptiones non opponuntur, contra cõtractũ, aut sententiã, sed cõtra ipsummet factũ executionis, ideoq; admitti debent, secundũ Bald. in l. ab executione in fine C. quorum apellationes non recipiantur. ¶ Item executionem impedit exceptio, quod illud instrumẽtum (quod præsentatur, non est principale instrumentum) quod inter partes celebratum fuit, quanuis de eius tenore testes deponant: quia talis depositio non habet executionẽ paratã, sicut principale instrumẽtum, vt notat Bar. in l. 1. ff. de ijs, qui in testamento delentur, & Roder. in d. l. post rẽ iudicatã. & Hippol. in Rubrica C. de probationibus. n. 338. quod procedit & si testes de tenore instrumẽti citata parte deponãt, quod ipsæ partes potestatẽ exequẽdi iudicibus dederũt, cum solũmodo ea exequi possint, quę numerãtur in l. 1. 2. 4. & 5. tit. 21. lib. 4. Reco. & de quibus suprà mentionẽ fecimus, tametsi oppositũ teneat Roder. in. d. limit. 3. & cũ eo trãseat Auiles vbi suprà
28 n. 59. ¶ Item executionẽ impedit quælibet exceptio, quæ obijci poterat in illa prouincia in qua celebratum fuit instrumentũ, vel sententia lata de qua petitur executio in hisce Regnis Castellæ: nam
29 licèt quoad ordinem executionis faciẽdæ seruari debeat forma & stylus Castellæ, tamen quoad decisionem causæ inspicitur ius illius prouinciæ, in qua instrumentum fuit cõfectum, aut sententia lata. pro qua opinione facit cõmunis doctrina omniũ Doct. in l. cũctos populos. C. de summa Trinit. & in spetie ita cõcludit Roder. in. d. l. post rem, in declaratione. l. Regni. q. 5. & Hippolyt. in
30 l. fi. ff. de iurisd. omn. iudic. fol. 32. ¶ Itẽ executionẽ impedit litispendentia corã iudice ecclesiastico super relaxatione iuramẽti in cõtractu de se inualido appositi, secũdùm Federicũ in cõsil. 126. & in alijs locis, vt refert Alexã. in l. 4. §. condemnatũ. n. 17. ff. de re iud. Oppositam tamẽ sentẽtiam resoluit Matthæus de Afflict. in decis. Neapol. deci. 30. per doctrinã Angel. in. d. §. condemnatum & Auend. in. d. declaratione. l. 4. & 5. n. 31. versi. quartò fallit. in fin. Pro qua vltimaopinione facit quòd sępissimè in praxi iudices seculares rescindunt contractus iuratos de se nullos, nulla præmissa absolutione iuramẽti, secũdùm Panor. in. c. cum contingat. col. 2. de iureiur. & refert Couar. libro. 1. Variar. cap. 4. n. 7.
31 Hinc etiam fit, q̃ litispendentia coram iudice ecclesiastico super contractu vsurario, & validitate eius nõ impedit executionẽ petitã coram iudice seculari, secundũ Ange. in. d. §. condemnatum. cuius contrariũ tenet Alex. vbi suprà, & eius opinionẽ dicit veriorem in nostro proposito Roder. Suar. in. d. l. post rem iud. in declaratione. l. Reg. in. q. 5. nu. 15. ¶ Item executionem impedit exceptio litispendentiæ via ordinaria intẽtatæ ab actore, vtputà si actor habens duas vias agendi ordinariã, scilicèt, & executiuã, prius viã ordinariã intentauerit, & deinde voluerit redire ad executiuã, & opposita fuerit exceptio litis cœptæ in via ordinaria: tunc enim talis exceptio executiuã impediet, quia intentando ordinariã censetur actor renũtiasse executiuæ, ita resoluit Marãta in disputatione. 6 n. 24. post Tract. de ord. iud. ex glos. fin. in l. proinde. §. notandum. ff. ad. l. Aquil. & ex notatis à Roman. in consil. 133. & idem Marant. de ord. iud. in. 2. p. 6. partisiu dicij actu. 8. de instrumẽtorum ipro ductione. nu. 14. ex doctrina Baldi. in l. 1. col. 5. versi. decimo quæro. C. de reuit. & aqua. nihilominus tñ oppositam sentẽtiam veriorem esse resoluimus supra in ista. 4. p. ca. 2. n. 2. cum Rebuffo, si actor à via ordinaria desisteret expensas reficiendo parti aduersæ: tunc enim ad viam

viã executiuã redire poterit, quia ex eo solo q̃ ordinariã intentauit non fuit visus renuntiare executiuæ priuilegiatæ, argum. eorũ quæ notat Bald. in l. 3. ff. de testam. milit. via enim ordinaria, & executiua sunt diuersæ, & non cõtrariæ cũ ad eũdem finem tendãt, & donec satisfactũ sit creditori eligere poterit viam per quã magis sibi cõsultum sit, ac ideo per electionẽ vnius altera non tollitur, iuxta ea quæ tradunt Alex. Iaff. Ripa, & oẽs in. l. naturaliter. §. nihil commune. probatur in. l. cũ quæritur. ff. de except. rei iud. Decius in consi. 460. vol. 2. n. 6. cum seq. quo in loco multa adducit ex quibus planè hæc nostra opinio probatur, faciunt etiam expresse quæ in terminis viæ executiuæ tradunt Alexand. in consi. 130. n. 15. & 16. lib. 4. consiliorum. & expressius Iaf. idẽ resoluit in cõsil. 9. in secũda responsione ad motiua. nu. 2. & 3. prima parte. consi. & in cõsil. 28. in eadem prima parte. quem omnino vide, & in terminis tenet Carolus Molineus in Consuetudinibus Parisien sibus. §. 166. prout ipse seipsum refert in additionibus ad Alex. in. d. consi. 130. sub litera. E. & hæc opinio probatur ex eo q̃ renuntiatio est stricti iuris & in ea non veniũt, nisi quæ exprimũtur, vt docet Calderinus in cõsil. 5. in tit. de præbend. & Cardinalis. in consil. 120. in fin. & in dubio nõ præsumitur quis iuri suo renuntiare, vt in. c. super eo. de renunt. & not. Bald. in. l. 1. notab. 1. C. de edicto Diui Adria. & Decius in. d. consil. 460. n. 6. & in nostra specie nullum verbũ fit de renũtiatione expressa, præsertim q̃ in materia prorogationis iurisdictionis requiritur expressus consensus ambarum partium, nec sufficit tacitus vtputà si non opponatur exceptio: imò nec sufficeret expressus consensus vnius partis iuxta text. iuncta glos. verb. Expressus. in. c. statutum. §. in nullo quoq; de rescriptis in. 6. Ergo ex eo solo q̃ creditor cõparuit, & intentauit viam ordinariam visus non est expresse consentire illi viæ, & renuntiare viæ executiuæ, nã per talẽ actũ solũmodo inducitur tacitus cõsensus iuxta glos. d. c. statutũ. §. in nullo. ex quibus constat pro hac nostra opinione facere doctrinã gl. in Clem. sæpè. de verb. significa. verbo, Partibus, quæ pro cõtraria parte solet adduci, nam glo. illa tenet necessariũ esse expressum consensum ambarum partiũ, vt visum sit renũtiari viæ summariæ, & ita etiã tradit Romanus in. d. consil. 133. ergo non sufficiet tacitus, & ad hęc sunt reducẽda quę in isto articul. adducit Anto. Gallesius. Tract. ad formul. oblig. camer. 3. particula. q. 2. à. n. 4. ¶ Item executionem impedit quælibet exceptio, quę de iure cõmuni opponi poterat, quãdo renũtiatio beneficij dictarũ legum Regni facta fuit à creditore tempore, quo cõtraxit: nam propter talem renuntiationẽ quælibet exceptio opponi poterit, cum quilibet possit fauori suo renuntiare, vt in. l. si quis in conscribendo. C. de pactis: nam quod lege fieri potest, pacto etiam partium fieri poterit, vt in. l. fi. C. de fideiussoribus. & notat glos. in Rubric. C. de decretis ab ordine faciendis. lib. 11. sed per legem induci potest, quòd vltra exceptiones in prædictis legibus cõtẽtas alia quælibet obijci possit, ergo & per pactũ partium. Et facit etiam, q̃ si aliquid euidenter ex instrumento appareat, quod illud reddat inefficax, poterit contra instrumentum opponi, & executionẽ impediet, vt cum pluribus resoluit Roder. in. d. l. post rem iudicatã. in declaratione l. Regni. in. §. sed proeuidẽtia. n. 51. ¶ Itẽ executionem impedit exceptio offerendi rationes, quando tutor vel curator instrumento publico promisit reddere rationes cum consignatione reliquorũ, quod vulgo dicitur, dar cuenta con pago, prout quotidie in instrumento tutelæ vel curæ à tabellionibus apponitur, ita consulit Alexander in cons. 192. lib. 7. sequitur Baeça in tract. de decima tutoris. c. 2. nũ. 168. ¶ Item executionem impediunt nedum exceptiones suprà relatæ

latæ: verumetiã quæcũq; aliæ exceptiones legitimæ intra decem dies probatæ, quæ colligi poterunt ex Roder. vbi suprà, Castell. Cisuentes, Anto. Gomez. l. 64. Tauri. Couar. dict. cap. 11. Dida. Perez. vbi suprà Caball. vbi suprà, & Gallesio vbi suprà, particula. 4. q. 1. Nam per prædictas leges. 1. & 2. tit. 21. libr. 4. Recopil. Non remouentur exceptiones legitimæ, sed solum modo friuolæ, vt cõstat ex verbis. d. legis. 1. ibi, Tal que de derecho se deua recebir, &c. & ex verbis. d. l. 2. ibi, O legitima excepciõn. & ità planè apparet, in prædictis legibus legitimas exceptiones non reijci, sed tantum restringi terminum, intra quẽ probari debeant, secundum Roder. in. d. §. pro euidẽtia. nu. 13. & 44. Didac. Perez in. l. 4. tit. 8. libr. 3. Ordinam. in gl. verb. Que de derecho se deua recebir, &c. & in. l. 5. eod. tit. & lib. in gl. verb. No seyẽdo legitimas las excepciones. quidquid cõtradicat Auend. in Capitibus prætorũ. 1. p. c. 16. n. 4. & in Tract. ad l. 4. &. 5. n. 27. Cuius opinio confunditur ex verbis dictarũ legũ suprà expensis, quibus non satisfacit, cum aliæ plures exceptiones præter contentas in. d. l. 1. & 2. cognitæ sint à legibus Castellanorũ, & satis ex suprà resolutis constat. ¶ Aduerte tamen quòd supradictæ, & aliæ legitimæ exceptiones cõtra executionẽ admitti debẽt nisi anteaquã proferretur sententia (cuius virtute executio petita fuit) fuerint allegatæ per reum in processu, & eis nõ ostãtibus sequuta fuit cõdemnatio: nã post modũ, si in executione prædictæ sentẽtiæ oppositæ fuerint, admitti non debent: nã obstabit res iudicata, & repulsus agendo debet repelli excipiendo, secundũ Innocentiũ in c. fi. de ordine cognitionũ & Pau. Cast. in. l. 1. C. de ordine cognitionum col. 4. & Alex. in. l. ex diuerso. §. fin. ff. soluto matrim. quos refert & sequitur Auenda. in Tracta. ad l. 4. &. 5. numer. 49. & de exceptionibus impedientibus executionem sat dictum est pro instructione iuuenum.

36 Porrecto libello oppositionis à debitore corã iudice, modo & forma vt habes in processu executiuo infra sermone Hispano fulminato, iudex præcipit copiã eius creditori exhiberi: cui creditor satisfaciet, & deinde debitor debet producere articulos super suis exceptionibus probandis, & testes, & instrumenta: ideq; faciet creditor, si sibi necesse fuerit aliquid probare. Teneturq; debitor intra illos decẽ dies suas exceptiones probare, nec sufficiet, testes iuratos esse intra terminũ decẽ dierum, sed requiritur intra illum terminum examinatos esse: nã termino illo elapso examinari non poterunt, vt cum Bal. & Dominico resoluit Auen. in Capitibus prætorũ. 1. par. c. 16. ante numerũ primum. Palac. Rub. n. 4. & Castellus, verbo, Passados. in. l. 64. Tauri. Et ratio est, quia terminus iste absque ministerio iudicis cõcessus est à iure: secus tamen est in termino probatorio à iudice concesso, iuxta ea quæ retulimus supra in. 1. part. huius tomi in. 8. Tempore circa declarationẽ sententiæ interlocutoriæ. in versic. con plazo y termino. & in specie ita resoluit Dida. Per. in. l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordinamẽti. col. 1110. quã tamẽ oppinionem verã esse oppinor alia ratione, nempè quia terminus ille decẽ dierum pro forma à. d. l. 19. assignatur, & est tã breuis, q̃ nulla ex causa breuiari, & restringi possit: quod est verum, quãdo culpa debitoris intra decẽ dies testes non fuerũt pro-
38 ducti, & examinati: secus verò esset, quãdo culpa iudicis vel notarij intra terminum nõ fuerũt examinati: nã tunc elapso termino examinari poterunt secũdũ Pala. Rub. Castellũ & reliquos DD. vbi suprà. Requiritur tamẽ ad hoc vt præsumatur culpa iudicis, vel tabellionis id contigisse, quòd fuerit eis à parte protestatum: alioqui absque protestatione in termino facta nõ præsumitur culpa in iudice vel notario, secundum Bal. in. l. properãdum. §. finautẽ alterutra. C. de iudicijs. Aret. nu. 51. & Fel. n. 23. in cap. licet

licet causam. de probationibus. practicã Ferrariensem in Rubrica de forma opponẽdi cõtra testes.§.sunt quæ.n. 17.

39 ¶ At verò si debitor suas exceptiones probare velit per cõfessionẽ partis aduersæ elapso termino decẽ dierum bene poterit id facere, vt latè resoluit Roder.in.d.l. post rẽ.§. sed pulchrum dubium est.& Dida. Per.in.l.5.tit.8.lib.3. ordinamẽti.col.1108. Oppositã tamen sententiã erudite optimis fundamentis defendit Auend.in Capitibus prætorũ. 1.par.c.16.n.2.& ibi satisfacit fundamẽtis in contrarium adductis & in suis responsis in responso. 18. Cuius opinioni consentio,& vltra eum pro hac vera opinione expẽdo verba tex. in.d. l.2.ti. 21.lib.4.Recopil.ibi,(Saluo si dẽtro de diez dias mostrare la tal paga o legitima excepcion,por otra tal escriptura, o por aluala,que haga fee,o por confessiõ de parte,o por testigos,&c.quibus verbis satis conuincitur elapso termino decem dierum nedum aliud genus probationis excluſum, verumetiam cõfessionem partis aduersæ,præsertim quod in actis iudiciarijs confessio attenditur tanquam probatio,vt tradidimus suprà in 1.Parte,huius primi Tomi.10.Tempo-

40 re.n.13.quam.l.regiam in prædictis verbis post primam huius operis editionẽ vidi expensam pro dicta nostra opinione ab Auendanio in suis responsis,respõso.18.n.5.in fi.& hęc nostra opinio probatur ex doctrina Pauli Castrensis in. l. in cõtractibus.§.illo,videlicet.n.4.C.de non numer.pecu.dum docet q; si datus fuerit terminus alicui ad probandum,& intra illum non probauerit, postea non erit audiendus ponens positiones aduersario,sicut non esset audiendus qui post terminum offerret testes, quia cõfessio illa est quædam species probationis, & huiusmodi positiones admittendas non esse post lapsum certi termini assignati ad producendas quascumq; probationes,resoluit Iacobus Menochius libr.1. de arbitrarijs.q.35.n.25.referẽs Angel. Geminianum, Bald. Curciũ seniorem, idem tenentes. ¶ Sed si reus dixerit,testes (quibus suas exceptiones probare debet)extra diœcesim vel regnum esse,tenetur statim exprimere locum, in quo testes prædicti sunt,eos nominãdo & iuramentum calumniæ præstando: & si adfuerint extra diœcesim, aquende los puertos,conceditur ei, terminus vnius mensis: si verò adfuerint allende los puertos,intra regnum tamen cõceditur terminus duorum mensium: Sed si adfuerint extra regnum, datur ei terminus sex mensium,præstareque debet cautionem de soluendo tantundem debiti principalis,si intra dictum terminum præfixum suas exceptiones non probauerit: nihilominus tamẽ interim, quia prædictæ exceptiones probatæ nõ fuerunt intra terminum decem dierum iudex præcipit fieri vltimam executionem de trance y remate,& quod creditori soluatur præstando cautionẽ:quod si debitor probauerit suas exceptiones intra terminum præfixum in sententia vltimæ executionis, solutum debitori reddet cũ duplo nomine interesse.Hæc praxis præscribitur in.l.2.tit. 21.libr.4. Recopil.& notat Ioan.Gutier.in Repe. l.nemo potest.n.437.ff.de legat.1.nec intelligas quòd si debitũ contentum sit in instrumẽto publico quòd debitor teneatur eius solutionem probare per aliud instrumentum publicum,vel per quinque testes iuxta speciem tex.in.l.testiũ. C.de test.& in.l.32.tit.16.par.3.nam.d. l.2.tit.21.libr.4.Recop. disiunctiuè requirit quòd solutio debiti probetur,vel per aliud instrumentum,vel per confessionem vel per testes,qui duo sufficient,

41 vt in.c.in omni negotio de testibus.¶ Cęterùm si debitor suas exceptiones intra decem dies probauerit, iudex proferet sententiam annullando executionem factam, condẽnando q́ue creditores in expensis, cuius sententiæ absolutoriæ formam habes infra in processu execu-

42 tiuo sermone Hispano fulminato. ¶ Si verò

verò debitor intra decem dies exceptiones non probauerit, iudex proferet sententiam vltimæ executionis, confirmãdo executionẽ factã, condemnandoq; debitorem ad solutionem debiti principalis, & expensarum. Cuius sententiæ condemnatoriæ formam habes infra in.d.processu sermone Hispano fulminato. 43 Et tunc datur quartum præconiũ, & bona sic vendita adiudicantur licitãti, & ex eorum prætio creditori soluitur: & si debitor à tali sententia appellauerit, non obstante appellatione iudex præcipiet solutionem creditori fieri, dũmodo creditor præstet cautionem secũdùm formam.l. Toleti, id est, quòd si apud suprema tribunalia sententia executionis reuocata fuerit, restituet debitori bona executioni mandata cum duplo: quæ lex Toleti habetur in.l.2.titul. 21.libr.4.Recopil. nam appellatio interposita à sententia vltimæ executionis, id est, de rrance y remate, non habet effectum suspensiuum, sed deuolatiuum tantum. Et ita si causa executionis delata fuerit ad suprema tribunalia per viam appellationis post solutionem creditori factam, & ibi inuentum fuerit quòd auctio publica non fuit facta secũdùm formam præscriptam in.l.19.titu. 21.libr.4.Recopil. vel secundùm aliam formam more regionis receptam, quãuis iure optimo & iustè executio facta fuit, tunc reuocatur ipsa iudicis pronuntiatio, & tota executio facta: mandaturque omnia bona iure executionis capta debitori restitui, absque vllis expensis, dummodo debitor prius soluat creditori quantitatem nominatim expressam in instrumento præstita cautione fideiussoria ab ipso creditore de iudicio sistendo, & iudicato soluendo quoad repetionem indebitæ pecuniæ, iuxta for-44 mam.d.l. Toleti. Aliquando tamen omitti solet illa clausula de fideiussoribus, quoties supremi iudices suspicantur, nullam defensionem aduersus instrumentum competere debitori, & ista praxis ortum habuit à.l.fi.§.fin. ff. de eo ꝙ metus causa, quam ad hoc citãt Alex. & Ias.n.12.in.l.à Diuo Pio.§.in vẽditione.ff.de re iudicata. & eã agnoscit Coua. lib.2.Variarũ.c.11.n.3. & trãscribit Didic: Perez in.l.4.tit.8.lib.3.Ordi.glos.1. col.mihi.1071.vbi in col.sequẽti resoluit eandẽ praxim obseruandã fore, quoties ad cõsistoria ciuitatũ causa executionis deferretur per appellationẽ, in causis nõ excedẽtibus decẽ millia marapetinorum, iuxta text.in.l.7.titulo.18.libr. 4.Recopil. Et qualiter in gradu appellationis auditores Regij procedant quando ad eos defertur processus executiuus, ponit Monterrosus in sua Practic. 45 Tracta.5.cap.5.fol.85.pagin.2. ¶ Solet etiam iudex, coram quo executio petita fuit, antea quàm proferat sententiam vltimæ executionis, tanquam suspectus recusari: quæ recusatio de iure fieri potest, quia huiusmodi iudex est plus quam merus & nudus executor cum habeat facultatem pronuntiandi, & per consequens iuris cognitio-46 nem, ideoque recusari poterit, secundum glos. in cap. nouit de appellationibus. verbo, Debuisset. & ibi notant Imola, Panormit. & Præpositus, numero.7. Archidia. & Præpositus in.§. ab executore.2.q.6. quæ recusatio erit formanda eo modo quo diximus in Prima parte huius Primi Tomi, in Decimo Tempore.

47 Aduerte etiam, quòd si bona executioni mandata (in publica subhastatione distracta) non sufficiant ad solutionem debiti, tunc datur præceptum iudicis contra fideiussorem de euictione, id est, de saneamiento, vt debitum cum expensis soluat, aliàs in carcerem detrudatur: quod præceptum aliàs dari non debet, quia fideiussor de euictione datus fuit in subsidium.

48 Aduerte insuper, ꝙ debitor poterit ex cõsuetudine huius Regni bona mobilia distracta in publica subhastatiõe ad instãtiã creditoris retrahere intra triduũ: bo-

na

nota hunc nu. cum sequenti vsq; ad finem & vide curiam pro lege nam 2 f. 822. nib

na verò immobilia intra nouē dies, ſecundum Did. del Caſtillo in l. 70. Tauri. verbo, El remate. Tamen ſupremi iudices ſolent longiorem dilationem debitoribus cōcedere ad extrahendam rē legitimè venditam in publica ſubhaſtatione abſq; fructuum reſtitutione, cum id potius ex gratia, quàm ex iuris rigore faciant, ſecundum Couar. in lib. 2. Variarum. c. 11. nu. 3. Vnde conſtat, q; termi-
49 nus quatuor annorum, quem vulgares ſolent dicere ſe habere ad retrahendam rem in publica ſubhaſtatione venditam non procedit, nec de iure, nec de conſuetudine: quia talis retractus fieri non poteſt, niſi iudicibus ſupremis ex aliqua iuſta cauſa viſum fuerit, aliquam dilationem debitori concedendam fore, vt putà quādo res diſtracta fuit non iuſto pretio, vel quando illa venditio pignorum facta fuit alicui licitatori, vt ſtatim pignora traderet creditori, ſecundū Couar. vbi ſupra, & ſequitur Did. Perez in d. l. 4 tit. 8. lib. 3. Ordin. col. mihi. 1072. vbi in
50 col. ſequenti inquit, in hac ſpeciemelius cautum eſſe creditori, quòd non ſubroget licitatorē, vt præſumptio fraudis euitetur, & vt ſibi bona diſtracta ſine circuitu applicentur, ſi vtatur conſilio Iuriſcō ſulti in l. à Diuo Pio. §. ſed ſi emptor. ff. de re iudicata. nempè quòd petat additionem bonorum, & non ſupponat tertium licitatorem, mihi autem videtur magis cautum fore creditori, ſi ipſemet emat pignora capta pro executione iuxta text. in l. 2. C. ſi in cauſa iudicati pignus captum ſit & ita cōſuluit Paulus Caſtrenſ. in l. à Diuo Pio. §. ſi pignora. nu. 1 ff. de re iudic. & ſic fieri poſſe tenet gloſ. in dict. §. ſi pignora, & ibi Bart. & cæteri Bald. in l. ordo. nu. 5. C. de execut. rei iudic. ſic enim euitatur illud inconueniēs reſurgens ex ſimpliciaddictione pignoris pro re debita, facta à iudice, quod ſi minus valet, reſiduum petere non poterit victor iuxta gloſ. Bartol. & reliquos in dict. §. ſi pignora. ſi autem pignus ſit maioris æſtimationis, & ſimpliciter adiudicetur victori, in totum adiudicatio viciabitur ſecundum Bartol. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. n. 6. ff. de condict. in debit. & ibi Iaſ. n. 1. & in l. ſi is ad quem n. 17. ff. de acquiren. hæred. idcirco cautius erit emere pignus publicè, quàm petere illud ſibi dari in ſolutum: ſi tamen quis remedio adiudicationis maluerit vti, eam petere debebit, vel à iudice factam acceptabit ſub proteſtatione Iaſſonis in l. non ſolū. §. morte. n. 48. ff. de operis noui nuntiat. nempè, quòd proteſtetur, quòd ſi pignus minus valebit, reſiduū poſſit petere, vel ſi ſibi ab alio euincatur, quòd non diſcedit à prima obligatione. Ordo ſupradictus obſeruatur quādo pceditur via executiua inter ipſum creditorē, & debitorem principalē, vel eius hęredē: aliter tamē proceditur, quādo alius tertius cōparet pro ſuo intereſſe, ideò opportunè agendū erit qualiter in tali caſu procedi debeat.

Ex Capite Quarto.

SVMMARIA.

1 *TErtius oppoſitor, qui alicui executioni pro ſuo intereſſe opponitur, ad probationem ſui iuris cum termino ordinario admittēdus erit: & executioni interim ſuperſedetur.*

2 *Tertius oppoſitor de iure cōmuni ſummatim de iure ſuo docere debet, ſed de iure regio non aſtringitur ſtatim de iure ſuo docere, ſed via ordinaria.*

3 *Quæ habēt locū in tertio oppoſitore, qui ſententiæ executioni mādatæ ſe opponit, habent etiam locum in eo, qui inſtrumenti executioni ſe opponit.*

4 *Vxor habens ſpecialē hypothecā in aliquare, & in reliquis generalē, nō poteſt impedire executionem poſterioris creditoris factā in alijs bonis ab illa*

la

la speciali, nisi eam ad solutionem dotis non sufficere prius constiterit.

5 *Excussio in hypothecis de qua in Authen. hoc si debitor. habet etiam locũ in hypotheca dotali.*

Tertius oppositor non impedit executionem à posteriore creditore petitam, quando debitor haberet bona sufficiẽtia ad solutionem prioribus & posterioribus creditoribus faciendam, si petens id probet.

6 *Creditor prior in obligatione, & posterior in solutione præferendus est ei, qui posterior est in obligatione, licèt prior in solutione.*

7 *Creditor ex iusta causa ante diem agere valet.*

Caput Quartum, De Tertio oppositore.

SVpradictus modus procedẽdi in exequẽdis instrumentis publicis, & priuatis recognitis obseruatur inter ipsum creditorẽ petentẽ executionẽ, & inter debitorem principalem vel eius hæredẽ: Cæterùm quando alius tertius oppositor cõparet pro suo interesse, asseres bona executioni mãdata sibi cõpetere, & in eius efficatius habere, seq; præferẽdũ esse cæteris creditoribus in prædictis bonis executioni mãdatis, vt putà si vxor pro sua dote, vel alij creditores magis priuilegiati compareant, statim, & in cõtinẽti iudex admitti oppositionem, teneturque causam ad probationem cũ termino ordinario recipere, & via executiua efficitur ordinaria: copiaq; oppositionis primo creditori, & alijs datur, articuli porriguntur, testes & instrumenta producuntur, executioniq; interim supersedetur. Et licèt de iure cõmuni tertius oppositor summatim & intra breue tẽpus de iure suo docere deberet, & quod ex prædicta executione damnũ sibi fieret, iuxta text. in c. veniens secundo, de testibus. & ibi Panor. & Felin. communiter omnes ex Couar. in Practicis quæstionibus. c. 16. n. 1. hodie tamen de iure regio tertius oppositor cõpellendus non erit statim docere de iure suo, sed causa recipienda erit incontinẽti ad probationẽ cũ termino ordinario, & de via executiua ordinaria efficitur, iuxta tex. in l. 41. tit. 4. lib. 3. Recopila. quæ. l. licet situetur sub titulo speciali de los adelantamientos, eius tamen dispositio extenditur ad quoscumq; alios iudices, cũ nulla alia maior specialitas versatur in illis, quam in alijs: præsertim & quando Rex rescripsit vni præsidi, omnibus cẽsetur rescripsisse, secundum Bartol. in l. relegatorum. ff. de interdict. & releg. §. interdicere. n. 3. & ita prædictam. l. regiã intelligit Ioannes Gutierrez in repetit. l. nemo potest. n. 391. ff. delegat. 1. Et quãdo iste tertius oppositor admitti debeat, tradit eleganter & copiosè Doctor Castellus in l. 64. Tauri in verbo, Appellacion. & resoluit Couar. in Practicis quæstionibus. c. 16. vbi num. 4. firmat hunc tertium oppositorem impedire executionem ab alio petitam, & pignorum vẽditionem, vel possessionem, in quibus facta fuit executio, quamuis se opposuerit post sententiam vltimæ executionis latam, & hanc opinionem prius tenuit Gregorius Lupus in l. 11. titul. 14. part. 5. in glossa. 1. qui satisfacit text. in l. is à quo. ff. de rei vend. & in l. penultima. ff. de petitione hæredi. & latius tradit Castellus in dict. l. 64. Tauri glossa verbo, Appellacion. versicul. Se allegue, & iuxta hanc opinionem respondidi dum de isto articulo Madritij fuissem interrogatus à quodam peritissimo causidico eum in praxi habente, quidam enim iudex criminum curiæ nolebat admittere oppositionem cuiusdam coniugatæ factam pro sua dote exigenda contra exe-

cutionem in bonis mariti factam virtute instrumenti publici, ex eo quòd se opposuit illa coniugata post sententiam vltimæ executionis ante venditionem pignorum, & solutionem factam petenti executionem, causidicus vxoris allegabat iudici dictam l. 41. titul. 4. libr. 3. Recopilat. iudex verò asserebat. l. illam intelligendam esse quando tertius se opponeret ante sententiam vltimæ executionis, deinde asserebat legem prædictam procedere solummodo in executione facta virtute sententiæ, non verò quando virtute instrumenti, Respondidi causidico quòd satisfaceret primę difficultati iudicis pernotata à Gregorio Lopez in dict. l. 11. & à Couar. in dict. cap. 16. ex cuius doctrina posset etiam satisfacere secundæ difficultati: nam in dict. cap. 16. in fine, inquit, omnia contenta in illo capitulo procedere, quando tertius se opponit executioni instrumentorum: nam executio instrumenti æquiparatur executioni sententiæ, secundum Bartol. in l. cum vnus. in fine. ff. de bonis autor. iudic. posid. & Bald. in l. fin. col. 2. eod. titul. quod esse notandum dicit Rebuffus in Tracta. de literis obligat. articul. 1. gloss. 9. numer. 42. Et quando vxor pro dote præferenda sit reliquis creditoribus traditur in. l. assiduis. & in l. fin. C. qui potiores in pignore habeantur. quibus conuenit. l. 33. titulo. 13. part. 5. & latissimè resoluit Coua. omnino videndus in libro. 1. Variarum resolutionum, cap. 7. Circa quem articulum aduerte, quòd si vxor habuerit specialem hypothecam in vna re mariti pro dote, & generalem in reliquis bonis mariti, non poterit impedire executionem posterioris creditoris factam in alijs bonis, sed tantum factam in illa re specialiter sibi hypothecata nisi priùscõstiterit, rem illam speciali hypotheca obligatam ad solutionem dotis non sufficere iuxta text. in l. 2. C. de pignoribus quem text. etiam in hac specie hypothecæ dotalis procedere firmat Bald. ibi. & Romanus in consil. 187. Rippa. in l. priuilegia. numer. 19. ff. de priuilegia. creditorum. & Aimon Crauet. in consilio 77. numero. 15. Nam discussio requisita. in alijs hypothecis, de qua in Authentica. hoc si debitor. C. de pignoribus. necessaria etiam est in hypotheca dotali, secundùm gloss. in. l. vbi adhuc. verbo, Qui potiora. C. de iure dotium. quam testatur communiter receptam. Iass. in l. si constante. numer. 201. & 208. ff. soluto matrimonio. & ita fuisse pronuntiatum in Granatensi prætorio semel & iterum concordi iudicum suffragio dicit Couarru. libr. 3. Variarum. capit. 18 numero. 3. omnino addendus. d. l. 2. C. de pignoribus. ex quibus fit quòd si debitor contra quem petita fuit executio habeat bona sufficientia ad satisfaciendum prioribus creditoribus, & etiam petenti executionem, & iste petens executionem hoc probet, quòd tunc exceptio tertij oppositores tãquam malitiosè oppositа non erit admittẽda, ita cum gloss. & communi in cap. suscitata de officio delegat. tradit Couar. in pract. quæstionib. c. 16. num. 2.

Aduerte etiã ad singularem speciẽ facti de isto tertio oppositore quotidiè in praxi contingẽtem, vt putà vnus habebat obligationẽ contra aliquẽ cũ hypotheca bonorũ, quæ fuit celebrata vltima die mẽsis Ianuarij, anni. 1581. & solutio eius destinata fuit in diem Paschatis Resurrectionis eiusdẽ anni. 1581. & cessit dies solutionis, debitorq; petijt executionẽ aduersus debitorẽ, & facta fuit in bonis eiusdẽ, & in isto debito cõsumebatur totũ patrimoniũ debitoris: & alter tanquã tertius se opposuit executioni asserẽs se præferri debere in illis bonis, quia cõtra debitorẽ aliã obligationẽ habebat cũ hypotheca bonorũ celebratã prima die mẽsis Ianuarij, anni. 1581. cuius solutio destinata fuerat in diem Ascensionis Dei Optim. Maxim. eiusdem anni. 1581. ac ideo cum eius obligatio esset prior in tẽpore, & per cõsequẽs potior

in iure, asserebat se præferendum esse in prædictis bonis. Ex aduerso tamẽ obijciebatur ei quod non erat audiendus: nam licèt eius obligatio esset, prior in tẽpore, tamen dies solutionis nondum cesserat, quo circa audiri non debebat, iuxta text. in l. 1. C. de conditione ex lege. & in l. qui mandauero. in principio. & in l. eum qui calendis. ff. de verbo. obligat. Vnde pro resolutione huius articuli dicendum est, quòd in proposita specie is, qui prior fuit in obligatione quamuis posterior in solutione præferendus 6 est ei, qui posterior fuit in obligatione licèt prior in solutione, per text. notabilem in l. 1. ff. qui potiores in pignore habeantur. ibi, Non vtique solutionum seruanda sunt tempora, sed dies contractæ obligationis. cui text. addendus est Rippa in l. priuilegia. ff. de priuilegijs creditorum. Ad idem est melior text. in l. qui balneum. §. 1. ff. qui potiores. facit etiam text. in l. potior. §. videamus. & in l. nuntius. ff. qui potiores. Neque huic veræ resolutioni obstat, quòd dies solutionis nõ dum cesserat, & sic videbatur ante diem 7 non posse agi: nam respondeo, quòd data legitima causa, putà quia debitor erat suspectus de fuga, vel quia eius patrimonium consumebatur in debito posteriori, tunc enim ante diem agi potest, iuxta text. in l. quæsitum. ff. de pignoribus, & in propria specie ita resoluit Roderic. asserens se semper ita obtinuisse in dict. l. post rem iudicatam. limitatione. 7. numero. 4. & Fanus de pignor. 4. parte. numero. 15. tametsi oppositum teneat Didac. del Castillo in l. 64. Tauri. in gloss. fin. Aduertendum tamen est quòd licèt quando tertius se opponit pro suo interesse executioni factæ in bonis debitoris de via executiua efficiatur ordinaria quoad ordinem procedendi iuxta dictam. l. 41. titul. 4. libro. 3. Recopilatio. tamen quo ad decisionem causę si is qui petit executionem fuerit præferendus, iudex iuuebit quòd in executione petita procedatur pronuntiando sentẽtiam vltimæ executionis de trance y remate, & idem obseruandum erit in quocunque loco in quo inter creditores qui se opposuerunt fuerit positus ille, qui executionem petijt, nam respectu eius, & quo ad solutionem sui debiti semper iudex pronuntiare debebit, quòd in executione procedatur & sibi soluatur, nec appellatio ab alijs creditoribus interposita impediet executionem vltimam, sed ei erit satisfaciendum: nec obstat doctrina Panor. in cap. super eo de officio deleg. qua docet statutum remouens appellationem quo ad instrumentum guarentigium non censeri remouere quoad tertium oppositorem: nam d. l. 41. titul. 4. lib. 3. Recopilatio. loquitur tantum quo ad ordinem procedendi, vt supra diximus. Aduerte etiam quòd iste tertius oppositor poterit se opponere coram iudice requisito pro executione alicuius instrumenti, vel sententiæ faciendæ, ab alio iudice requirente, vel corẽ mero executore, & erit admittendus, nec debet remitti ad iudicem requirẽtem, vt coram eo se opponat, ita resoluit Couarru. in pract. qq. c. 16. num. 5. & iam ego sic semel & iterum in praxi obtinui.

Contingit aliquando, aliquem plures creditores habere, nec bona sibi suppetere ad satisfaciendũ omnibus, & pro debitis est in carcere detẽtus: tunc enim est proditum sibi quoddam remedium à lege, vt dimittatur à carceribus, nempè cesio bonorum, de qua opportunè erit videndum.

Ex Capite Quinto.

SVMMARIA.

1 *Ex duodecim tabularum lege petilia sublata est, & ea cautum, liberum hominem ob creditam pecuniam in vinculis non detineri.*

2 *Homines liberos non dandos in seruitiũ*

aut pignus creditoribus.

3 *Debitor bona posſidens nũquam ad carcerem ducitur eis tamen carens vinculis detinendus.*

4 *Debitor redituum regalium,& ſi bona poſſideat carcerem mãcipandus erit: nec ceſſione bonorum vti poterit.*

5 *Debitor niſi in carcere detentus bonis cedere non poteſt.*

6 *Ceſſio bonorum illius qui ad vnius creditoris inſtantiam carcere detentus eſt,cæteris omnibus creditoribus nocet,qui nec tunc citandi erunt.*

7 *Ceſſio bonorũ abſque aliquo ignominioſo actu fieri debet.*

8 *Debitor vt bonis cedere valeat, debitũ prius confiteri,aut de eo condemnari debet.*

9 *Cedens bonis ea omnia creditoribus dimittere tenetur præter quotidianas veſtes,& inſtrumẽta neceſſaria ſuæ artis.*

10 *Cedens bonis cautionem iuratoriã præſtat de ſoluendo ære alieno,quando ad pinguiorem deuenerit fortunam.*

11 *Effectus ceſſionis bonorũ eſt, quòd deueniẽs ad pinguiorẽ fortunã ſoluat debitũ alimẽtis neceſſarijs prius ſibi ſeruatis.*

12 *Debitor qui cedit bonis nec naturali nec ciuili obligatione liberatur, ſed exceptionem ſibi parat.*

13 *L.3.titul.15.part.5.qualiter intelligenda.*

14 *Cedens bonis licèt actibus ignominioſis in animæ iudicio ſoluere tenetur cũ potuerit.*

15 *Beneficio ceſſionis bonorum renuntiari non poteſt,etiam ſi cum iuramento renuntiatio fiat.*

16 *Beneficio ceſſionis bonorũ non gaudet cedentis fideiuſſor.*

17 *Debitor alicuius obligationis deſcendentis ex delicto non gaudet ceſſionis beneficio.*

18 *L.9.tit.16.lib.5.Copi.quomodo intelligenda.*

19 *Commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem,non procedit in nobilibus.*

20 *Olim debitor tradebatur creditoribus, vt eis inſeruiret,donec debitum ſolutum eſſet arbitrio iudicis.*

21 *Debitor in carcere detinetur donec cedens bonis catenæ renuntiet,& tunc creditori tradẽdus,vt ei inſeruiat collo torque ferreo appoſito.*

22 *Qui per ſex menſium ſpaciũ in carcere remanſit ceſſionem bonorũ cenſetur ipſo iure feciſſe,vt creditori tradi valeat cum torque ferreo.*

23 *Circa ceſſionẽ bonorũ vniuſcuiuſq; loci conſuetudo ſeruanda.*

Caput Quintum, De ceſsione bonorum, quæ vulgo dicitur, ceſsion de bienes.

1 LEge Petilia ſublata fuit lex duodecim tabularum, qua fuit cautum, ne quis ob pecuniam creditã in vinculis detineretur, ſed eius bona non corpus eſſent obnoxia debito,& creditori, vt refert Titus Liuius Decadẽ.1.lib.8. &

2 inde Imperatores decreuerũt ne debitores liberi darentur in ſeruitium aut in pignus creditoribus,vt in.l. ob æs. & in Authentica. Imò. C. de actionibus & oblig.& in Authent.vt nulli iudicum.§. quia verò.colla.9. & in.l.2.C. quæ res pignori

pignori obligari possunt. & in cap. 2. de pignoribus. tradit Baeza in Tractat. de inope debitore. c. 1. nu. 6. in quo Tract.
3 plura de hac materia cõgerit, Sed circa solutionẽ debitorũ faciendã autoritate iudicis obseruatur, ꝙ si debitor bona possiderit nũquam ad carcerẽ ducatur, iuxta tex. in l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. & in. c. peruenit de fideiussoribus. si tamen bonis caruerit, publicis vinculis detinẽdus erit, iuxta gl. in l. 3. §. tutores. ff. de suspectis tutorib⁹. quã testatur cõiter receptam Alexãd. in d. §. in venditione. & Aret. in l. maritũ. §. elegãter. nu. 7. ff. solu. matri. & Rippa. in l. in in obligatione. ff. de pigno. n. 20. & plures alij relati ac recepti à Baeça vbi
4 suprà. in. d. c. 1. n. 26. tamen si debitũ fuerit ratione reddituũ regaliũ, quãuis debitor bona habuerit pro solutione mitten dus erit in carcerẽ, donec soluerit iuxta text. in l. nemo carcerẽ. C. de exactoribus tributorũ, nec poterit vti beneficio cessionis, vt in l. 5. titu. 19. lib. 9. Recop. Et si plures habuerit creditores, nec bona sibi suppetãt ad eis satisfaciẽdum, & in carcere fuerit detẽtus, tũc proditum est quoddã sibi remediũ à l. 1. C. qui bonis cedere possint. Cui conuenit. l. 4. tit. 15. p. 5. nempè cessio bonorum: & quid sit cessio bonorũ, & quę requirantur ad eius validitatẽ, & quid operetur, & quis possit bonis cedere, tradit Matthæus Brunus in Tract. de cessione bonorum, qui per sexaginta & septem quæstiones hãc materiã cessionis copiosissimè tradit ad quem recurrendum erit quando casus occurrerit, est Tract. ille inter Tractatus de pignoribus & assecurationibus, in fine. & anteaquam illum viderem decreueram latiori sermone tradere hanc cessionis materiam, postmodũ autem ab instituto recessi & solum aliqua eius principia attingere proiuuenũ
5 instructione curabo, in primis aduertẽs hanc cessionem facere nõ posse nisi eũ, qui carcere fuerit detentus ad instãtiam creditorum, vel saltim ad petitionem vniusex pluribus: quæ cessio omnibus
6 præiudicabit, secũdum DD. cõiter, præsertim Henricum in. c. Oduardus de solutionibus. & in. l. 4. & ibi DD. ff. de cessione bonorum. & in. l. 3. titu. 15. par. 5. Salicetus in. d. l. 1. n. 4. Guido Pap. consilio. 124. n. 7. nec tunc alij creditores necessario citãdi erunt, secũdum Petrum Iacob. in practica. rubrica de cessione bonorũ. & Couar. libr. 2. Varia. c. 1. n. 5.
7 quæ cessio absque aliquo actu ignominioso fieri debet, iuxta tex. & ibi glo. & Docto. in l. antepenultima. C. qui bonis cederẽ possunt. requiritur tamen, quòd
8 prius quam debitor bonis cedat, cõdemnetur, vel confiteatur debitum in iudicio, secundum cõmunem sensum & veriorem literam text. in. l. penultima, & finali. ff. de cessione bonorum. & firmat glo. 1. in. d. l. 1. tex. in. l. 1. tit. 15. par. 5. & cõmuniter omnes ex Ioanne Gutierrez de Iuramento confir. 1. par. c. 17. n. 3. Te
9 neturq; debitor omnia suã bona creditoribus dimittere, vt vendantur, nil penitus sibi relinquens præter vestes quotidianas, iuxta tex. & ibi gloſſam in. l. penult. ff. de cessione bonorum. & in. l. 1. titu. 15. part. 5. & resoluunt Anto. Gom. in. l. 79. Tauri. n. 1. & Couar. vbi suprà, & Ioan. Gutierrez de Iuramento Confirmatorio. 1. p. ca. 16. nu. 11. dimittuntur etiam eidem instrumẽta necessaria suæ artis ad victum quærendum, secundum Med. in libr. de Contractibus. q. 3. causa 3. & q. 5. & Nauar. in Manuali. c. 17. nu. 86. quod dubium reputat Couarru. vbi suprà apud forensia tribunalia. Tenebi-
10 tur etiam debitor præstare cautionem iuratoriam de soluendo ære alieno, cũ ad piguiorẽ fortunam deuenerit, secũdum. glo. Host. Ioan. Andr. Henricum & alios in. d. ca. Oduardus. & Iacobum Menochium lib. 2. de arbitrarijs. centuria. 2. casu. 183. n. 20. Et quando ad pinguiorem fortunam deuenerit, tenebitur debitum soluere deductis sibi alimẽ
11 tis necessarijs. & iste est effectus huius cessiõis, vt probatur in. l. 4. ff. de cessio-

ne bonorũ. & in. §. fi. Institutis de actionibus. & in. l. 3. tit. 15. p. 5. tradit Couar. vbi supra. n. 6. & Anto. Gom. in. d. l. 79.

12 Tauri. & Menoch. vbi supra. n. 21. Itaq; debitor per prædictã cessionẽ non liberatur à naturali & ciuili obligatiõe, sed tantùm acquirit exceptionem, secundum Cinum, Bald. & alios in. d. l. 1. & cõmuniter omnes ex Ias. in. §. vltimo. col. 1. Institutis, de actionibus. tametsi glo. in. l. vbicumq;. ff. de fideiussoribus, teneat, debitorem per cessionem liberari à Ciuili obligatione. Vnde licèt tex.

13 in. l. 3. tit. 15. p. 5. dicat, debitorem cedẽtem bonis conueniri postea non posse, & conuentum respondere non teneri: tamen illud debet intelligi procedere cum effectu, benè tamen tenebitur cõparere ad allegãdam suam exceptionẽ, & si ad pinguiorem fortunã deuenerit, non liberabitur à Ciuili & naturali obli-

14 gatione ope exceptionis, ideoq; in animæ iudicio tenebitur, etiã si actibus ignominiosis cessio facta fuerit, secundũ Sotũ lib. 4. de Iust. & iur. q. 7. arti. vlti. & Couar. vbi suprà. n. 6. quãuis Menoch. vbi suprà. n. 22. defendat tunc in totum

15 debitorem liberari. Nec beneficio cessionis à debitore renũtiari poterit, imò renuntiatione facta, prædicto beneficio poterit vti, secũdum Bart. & Imol. in. l. alia. §. elegãter. ff. soluto matrim. Additionatorẽ, Alex. in cõsi. 37. n. 6. in verb. Bonorũ. vbi hãc opinionẽ dicit cõem. Panorm. Henric. & alios in. d. c. Oduardus. Matthæũ Brunũ in tract. de cessione bonorũ in. q. 20. principali. n. 1. 5. 9. 12. & 15. & Couar. vbi suprà. num. 7. & Ioannem Gutierrez vbi suprà. c. 18. n. 1. vbi. n. 4. cum cõi resoluit, beneficio cessionis cũ iuramento renũtiari posse adducens pro hac opinione text. in. l. 5. tit. 9. lib. 9. Recop. vbi ponitur casus in quo bonis cedi nõ potest, & q cõtrahentes iurent, se renũtiatione cessionis nõ vti, cuius tñ cõtrariũ tradit Paeça. d. c. 1. n. 41.

16 & 42. cum Couar. vbi suprà. nu. 7. fideiussor etiã non liberabitur per hanc cessionem factã à debitore principali, nec gaudebit eius beneficio, cum sit personale, iuxta text. in. l. hæres à debitore. §. quod si stipulator. in fi. ff. de fideiussoribus. & ibi tradunt Bart. & alij, & in. l. 3. tit. 15. par. 5. & notat Anto. Gom. in. d.

17 l. 79. Tauri. nu. 2. Hoc tamen beneficio cessionis non poterit vti debitor alicuius obligationis descẽdentis ex delicto, vt resoluunt cõiter omnes secũdum Iulium Clarum. lib. 5. Sententiarum. §. fi. q. 95. n. 5. & Couar. vbi suprà. n. 8. & Didac. Perez. in. l. 3. tit. 1. lib. 3. Ordin. glo. 1. versi. quæro vtrum. satisfaciẽtes text.

18 in. l. 9. titu. 16. libr. 5. Recopil. vt dũ illa lex disponit, quòd damnatus causa criminis ad pecuniæ solutionem pro damno accusatori illato possit bonis cedere, intelligi debeat in casu quo loquitur: Secus verò esse, si pœna pecuniaria imposita fuisset pro ipso crimine ad eius vindictam: nam tunc in corpore deberet luere, vt probatur in. l. 1. in fine ff. de pœnis, & in. l. fi. ff. de in ius vocando. & ibi glos. text. in capit. ad liberandum. de Iudæis. Tradit Decius in. l. si quis id quod. nu. 18. & 21. ff. de iurisd. omn. iud. & in hac nostra specie docet Bald. in. §. sunt prẽterea. n. 3. Inst. de act. quo in loco plura de cessione bonorũ congerit, idq; obtinet etiam si reus soluerit integram summam præter vnum denariũ, ad huc enim luere debet in corpore, vt cũ pluribus resoluit Tiraquelus in Tract. de retract. conuentional. §. 4. glo. 6. n. 28. & ista opinio tanquam vera & cõmunis tenẽda est, quãuis Panor. in. c. referente. n. 5. extra de delict. puerorum. teneat cessionem in delictis admittendam fore, quado reus nõ habeat vnde soluere possit, per tex. in. l. cum & filijfamilias. C. qui bonis cedere poss. qui tamen tex. de delictis nullam mentionem facit, nec tex. in cap. 1. cap. referente de delict. pueror. suffragatur Panormitano, cum ibi nulla mentio cessionis fiat. Aduerte tamen quòd illa cõmutatio pœnæ pecuniariæ in corpo-

19 ralem

rale m non procedit in nobilibus, secun
dum Couar. lib. 2. Variarum. ca. 9. n. 4.
20 versi. 8. ¶ At verò ex huius regni legi-
bus sancitum erat, debitorem traden-
dum esse creditoribus ipsis, vt eis ser-
uiret, donec debitum solutum foret
arbitrio iudicis, vt in. l. 12. &. 17. tit. 20.
lib. 3. Fori. & in. l. 2. tit. 8. lib. 3. fori, quæ
hodie habentur in. l. 4. tit. 16. lib. 5. Re-
copi. Deinde pragmaticis constitutioñ
21 bus statutũ fuit, q̃ debitor in carcerem
missus detineretur quousq; bonis cede-
ret, & catenæ renuntiaret, & tunc credi
tori traderetur in eius seruitiũ, cuius æsti
matio loco solutionis habetur: & tunc
debitor debet ferre torquem ferreum,
vt in. l. 78. pragmaticarum. quæ habe-
tur in. l. 5. &. 6. titul. 16. lib. 5. Recopilat.
22 Quinimò si per spacium sex mensium
debitor in carcere maneat, ipsoiure cẽ
setur facta cessio bonorum, ac traden-
dus est creditori cum torque ferreo, vt
in. l. 79. &. 89. pragmaticarum. quæ ha-
23 betur in. l. 7. tit. 16. lib. 5. Recopi. In hoc
tamẽ cõsuetudo vniuscuiusq; loci ob-
seruãda erit, secũdũ Coua. lib. 2. Variar.
cap. 1. nu. 5. & an tunc vxor præferri de
beat, & maritus eidem tradi, vide infrà
in cap. 8. huius. 4. part. numer. 4. & qua-
liter tunc fulminandus sit processus, &
peti & petitio cessionis formãda, habes
infrà post processum executiuũ sermo
ne Hispano fulminatum. c. 8. ¶ Aliquã-
do debitor incarceratus, vel absens pro
debitis nõ vult vti remedio cessionis bo
norum, sed alio remedio, nempè vt dila-
tio sibi detur à creditoribus. Vnde op-
portunè videndum erit de prædicta di-
latione.

Ex Capite Sexto.

SVMMARIA.

1 *DEbitor bonis cedere nolẽs quin-
quennalem dilationem pete-
re potest, & sibi danda, concurrenti-
bus de quibus hic.*

2 *Ad dandam debitori dilationem quin-
que annorum creditorũ omnium con
uocatio in vnum locum fieri debet, vt
inter se de negotio disputare valeant.*

3 *Si aliqui creditorum, à quibus dilatio
solutionis petitur absfuerint, vocandi
sunt, & si non venerint, absque eis dã
da dilatio.*

4 *Maior quinquennio dilatio dari potest.*

5 *Debitor, cui datur dilatio ad soluendũ,
non tenetur præstare cautionem de
soluẽdo intra tempus dilationis, licèt
aliud Castrens. velit.*

6 *Post terminum dilationis concessæ de-
bitor ad bonorum cessionem non ad-
mittendus.*

Caput Sextum, De Dilatone quinquennij debito ribus præstanda.

BEneficium aliud proditũ est debitoribus inopia laboranti
bus in eorum fauorem, per
text. in. l. fin. & ibi Doct. com
muniter. C. qui bonis cedere possint. &
in. l. 5. titul. 15. part. 5. vtputà quòd si de
1 bitor nolit cedere bonis, dilatio spatij
quinquennalis detur sibi absoluendum
creditoribus. Quod beneficium obti-
nebit, quando omnes creditores simul
consenserint in danda sibi dilatione: vel
quando maior pars eorum secundum
debiti quantitatem consenserit: vel quã
do æquales fuerint in numero persona-
rum, & in quantitatem debiti: vel quan
do in quantitate debiti fuerint æquales,
in personis inæquales, si maior nume-
rus personarum consenserit, vt proba-
tur in dict. l. fin. versicu. Et si quidem. &
in. l. & si suum hæredem. §. fin. cum. l. se
quenti. ff. de pactis. & in. l. 5. titulo. 15.
par. 5. Et ad hoc vt competat hoc bene-

2 ficiũ vltra ſupradicta requiritur, quòd coadunatio & conuocatio omnium creditorum prius fiat in vnum locum, vt de re ipſa diſcutere valeant, vt probat tex. in dict. l. fi. ibi, vt omnibus in vnum coadunatis. & notãtibi Bald. in principio. & Alex. conſi. 205. volumine. 2. & probatur in dict. l. 5. tit. 15. part. 5. ibi,
3 Los juntaſſe en vno. etſi aliqui eorum abſentes fuerint vocari debent: & ſi nõ venerint, abſque eis fieri poterit, iuxta notata in. l. reſcriptũ. ff. de pactis. & tradit Gregor. Lup. in. d. l. 5. in gl. 1. in fine. Et licet dicta. l. finalis loquatur de dilatione quinquẽnij debitori danda: tamẽ dicta lex Partitę ſimpliciter loquitur de
4 dilatione, quaſi velit maiorẽ dilationẽ à creditoribus dari poſſe, vt optimè aduertit Gregor. Lup. ibi, in gl. verbo, Vn
5 plazo aſſeñalado. Nec tunc debitor tenetur præſtare aliquam cautionem de ſoluendo intra tempus dilationis, ſecũdum Albericum in dict. l. fin. quem ſequitur Gregor. Lup. in. dict. l. 5. in. gloſ. fin. quanuis contrarium velit Paul. Caſtren. in dict. l. fi. Et aduerte, quòd elapſo termino dilationis præſtitæ debitori ad ſoluendum, poſtmodum debitor
6 non poterit vti beneficio ceſſionis bonorum, ſecundum glo. fi. in dict. l. fi. receptam communiter, ſed erit incarcerandus, ſecundum Angelum, & nouiores in. l. alia. §. eleganter. ff. ſoluto matrimonio. Et qualiter in iſto caſu proceſſus fulminari debeat, habes infra poſt proceſſum executiuum, ſermone Hiſpano fulminatum. Et an hodie non obſtantibus his conuentionibus, factis à debitoribus verſuram facientibus fallendo ſuos creditores, contractus poſſint executioni mandari, & quid ſit faciendum diſponit. l. 6. tit. 19. libr. 5. Recopila. in noua impreſsione.

Ex Capite Septimo.

SVMMARIA.

1 *FOrma petẽdi executionem per priuatam ſcripturam ſermone Hiſpano concepta.*

2 *Quando mandatur fieri recognitio ſcripturæ priuatæ coram alguacelo, non poterit eã exequi alguacelus, niſi producat eam coram iudice, & ab eo mãdatum executorium decernatur.*

3 *Si debitor recognoſcit ſcripturam priuatam, licet neget, ſe aliquid inde debere, in eum fit executio.*

4 *Forma petendi executionem alicuius duplici inſtrumenti Hiſpanè concepta.*

5 *Forma mandati executorij Hiſpanè cõcepta.*

6 *Forma Hiſpana primi præconij, quòd in bonis executioni traditis datur.*

7 *Forma Hiſpana ſecundi præconij circa bona executioni data, & etiam tertij præconij.*

8 *Si bona executioni data ſint immobilia, qualiter præconia danda.*

9 *Mandatum iudicis, vt debitor citetur para remate.*

10 *Forma libelli oppoſitionis rei executioni dati modo Hiſpano.*

11 *Forma ſentẽtiæ abſolutoriæ in via executiua.*

12 *Forma Hiſpana ſentẽtiæ vltimæ executionis de trance y remate.*

13 *Lata ſententia de trance y remate, ſtatim in publica audientia quartũ præconiũ præſtandum, & qua forma.*

14 Li-

14 *Licèt reus executioni datus appellet, debet soluere creditori, qui cautionẽ. l. Toleti prius præstare debet.*

15 *Præstita cautione l. Toleti, solutio creditori faciẽda, si bona sufficiant, aliàs mandatum in fideiussorem dirigendũ vt soluat.*

16 *Forma Hispana sententiæ de remate, quando simul partes recipiuntur via ordinaria ad probationem, quia testes absunt.*

17 *Forma libelli oppositionis tertij oppositoris.*

18 *Libelli oppositionis tertij oppositoris dã da est copia creditoribus, & reo executato, & partes recipiendæ ad probationem in via ordinaria.*

19 *Interim quòd pẽdet via ordinaria inter tertios oppositores, executiua dormit, quæ postea reuiuiscit & reassumitur ab eo statu, in quo erat quando oppositores comparuerunt.*

20 *Praxis (quòd dormiat via executiua dum causa tertij oppositoris tractatur) etiam seruanda, quando debitor petit creditores suos conuocari, vt eis satisfiat secundum eorum prælationem.*

Caput Septimum.

PROCESSO EXECVTIVO EN Romance fulminado.

Peticion de execucion por conoscimiento.

1 *EN Salamanca a tantos dias de tal mes y año, ante el illustre señor Alcalde mayor, y en presencia de mi el presente escriuano paresció presente fulano, y dixo, que fulano le deuia tantos marauedis de plazo passado por vn conoscimiento firmado de su nombre, de que hizo presentacion, con el juramento y solennidad necessaria: pidio a su merced, mandasse dar su mandamiento contra el dicho fulano, para que le pagasse los dichos marauedis, o paresciesse a reconoscer el dicho conoscimiento: y reconoscido mandasse hazer execucion en la persona y bienes del dicho fulano por los marauedis en la dicha execucion contenidos, y por las costas: y pidio justicia, y juro a Dios en forma de derecho que los dichos marauedis le eran deuidos, y no pagados, y que lo susodicho no pedia de malicia. Testigos fulano y fulano, &c.*

Y luego el dicho señor Alcalde mayor, visto el dicho conoscimiẽto, mando dar su mãdamiento contra el dicho fulano, para que pagasse los dichos marauedis al dicho fulano dentro de seys dias, o al plazo paresciesse ante el a recognoscer vn conoscimiento contra el presentado. Testigos fulano y fulano, &c.

Y si no pagare dentro del dicho termino, ni paresciere a reconoscer el dicho conoscimiento, da se mandamiento de prision contra el. Y otras vezes

se da mandamiento sin plazo, para que pague luego, o venga a reconoscer ante el juez, o haga el reconoscimiento
2 ante el alguazil y el escriuano: y entonces el alguazil no puede executar el dicho conoscimiento, hasta que lo traya reconoscido ante el juez, para que lo vea y mande executar, per text. in l. 6. tit. 21. lib. 4. Recop. Pero si parece, y re-
3 conosce el dicho connocimiento, aunque alegue que no deue nada, el juez le manda hazer execucion en su persona y bienes, segun y de la manera que se haze por virtud de qualquier instrumẽto publico, la qual se haze en la forma siguiente.

Peticion de execucion por instrumento publico.

4 *EN Salamãca, a tantos dias de tal mes y año, ante el illustre señor Alcalde mayor, y en presencia de mi el presente escriuano y testigos infra escriptos, parecio presente fulano vezino desta dicha ciudad, y hizo presentacion de vna escriptura publica de obligacion, signada de fulano escriuano publico del numero desta ciudad, y por virtud della dixo, q̃ pedia y pidio execuciõ en la persona y bienes de fulano por quãtia de tãtos marauedis, q̃ por la dicha escriptura el dicho fulano le deuia de plazo passado, y por las costas: con protestacion que hazia y hizo de tomar y recebir en quenta lo que pareciesse auer le pagado de la dicha deuda, y juro a Dios en forma de derecho, los dichos maravedis ser le deuidos, y no pagados, y pidio justicia y costas. Testigos fulano y fulano, &c.*

Y luego el dicho señor Alcalde mayor auiendo visto el dicho contrato, y pedimiento de execucion dixo: que mandaua y mando hazer la dicha execucion conforme a derecho, y para ello mando dar sus mãdamiẽtos, y lo firmo de su nombre. Testigos los dichos.

Mandamiento executorio.

5 *Si non sit fiscalis publicus iudex in aliqua causa certa & delicto eum creare poterit.*

6 *Fiscalis creatur, qui accusare non prohibetur.*

7 *Fiscales quascunque personas, & quæcunque delicta denuntiant de iure canonico: & quid de iure regio: quod hodie de iure canonico obseruãdũ est.*

8 *Fiscalis nõ probans crimina, quæ denuntiant in expensis condemnandus est.*

Caput Secundũ, De modo procedendi per viam denuntiationis.

1 MODVS procedendi in causis criminalibus per viam denuntiationis ordinarius est, vt probat text. in. c. licet Heli. de Symonia. & in extrauagãti ad reprimendum.& in. l. ea quidem. vbi latè Salicet. C. de accusationibus. rex. in. l. 27. tit. 1. p. 7. Et licet in

2 iure variæ species denuntiationis reperiantur, vt constat ex Henrico, Panor. & Nauar. notabili. 5. in. c. nouit. de iudicijs.& ex Præpositо in summa. 2. q. 8. tamen quo ad nostrum attinet institutũ denuntiatio nihil aliud est, quam delatio alicuius criminis apud iudicem competẽtem ad pœnam vel correctionem inferendam delinquenti, secũdum Præpositũ vbi sup.& Bernard. Diaz in practica criminali. c. 6. & Bosium in praxi criminali, tit. de denũtiatione:& Simancas de instit. catho. tit. 19. nu. 1. Vel potest dici, q denũtiatio est delatio criminis ad iudicem, sine legitima inscriptione ad pœnitentiam, vel restitutionem eius, quod illa exigit, vel ad remotionẽ officij, quo crimina cessent, vel ad hæc omnia,

omnia, vel aliquot ex his. Quam definitionē omniū aptissimā reputat Nauar. in.d.c.nouit.notabili.5.n.2.singula eius
3 verba explicans. Quæ denuntiatio dupliciter fit, aut ratione publici delicti (quo casu quilibet de populo denuntiare poterit, sicut & accusare, si prohibitus non inueniatur) aut ratione alicuius muneris, & officij peculiaris, vt putà quando custos agrorū denūtiat de criminibus in agro cōmissis, vel quādo AEdilis denūtiat de his, qui transgrediūtur ordinationes ciuitatis, vel quādo fiscalis publicus
4 denūtiat de aliquo crimine: quos officiales publicos ad maleficia denūtiāda creare poterit iudex, vel quelibet ciuitas merū imperiū habēs, iuxta tex.in.l.1.§.fi.ff. de officio præfecti vrbi. & text.in.l.ea quidem.C. de accusationibus. tradunt Bar.& alij in.l. Diuus Adrianus.ff.de cu
5 stodia reorum. Similiter iudex fiscalem creare poterit in certa causa & delicto, quando non esset generalis fiscalis constitutus, vt probat text.& ibi notāt Bart. & Platea.in.l.2.C.de delatoribus. libro 10. Et hinc oritur praxis, que el juez dize: q̄ porq̄ esta causa no quede indefensa, para que mejor se siga, criaua y crio por fiscal a fulano, &c. Et quilibet creari poterit fiscalis, qui prohibitus nō repe
6 riatur accusare, secundū Bart. in dicta.l. Diuus Adrianus nu.7. & Salicetum in dicta.l.ea quidem.num.11. Quo fit infamem creari nō posse fiscalē, secundum Bernar. Diaz in practica criminali.ca.6. num.2.in hoc tamē distinguit Socinus in d.c.qualiter & quando el.2.n.244.referens & sequens Angelum. Qui fisca-
7 les denūtiare poterūt quascūq; personas & quæcunq; delicta, vt firmat Salic.vbi supr.n.14.& præpositus in summa.2.q. 8.n.170.&.174.& ita in foro ecclesiastico praxis obseruat, secūdū Bernard. Diaz in d.c.6.n.3.de iure tamē regio in foro seculari fiscalis nō admittitur ad denūtiādū, nisi de notorijs criminibus, vel nisi delatorē assignauerit, vt paobat tex. in.l.6.tit.13.lib.2.Reco.quod etiā in foro ecclesiastico obseruādū erit: ideoq; in Cōcilio Cōpostelano, actione.3.decreto.23.& in Toletano actione.2.decreto.12.statutum est, fiscalem admittendum non esse ad denunciādum, nisi præcedente infamia & informatione: qui fiscalis probare debet crimina, quæ denuntiat, secundum Bart.in.d.l. Diuus & Salicetum in dict. l. ea quidem.n.23. alioquin in expensis cōdēnandus erit, si reus venerit absoluendus, secundum Salicet.vbi suprà.num.28.

Ex.§.vnico.

SVMMARIA.

1 *Denuntians coram iudice competente & tabellione per viam actus inscriptis suam denūtiationem redigit.*
2 *An libellus in denuntiatione offerēdus.*
3 *Solennitates in accusatione requisitæ, in denuntiatione necessariæ non sunt.*
4 *Qui calumniam in denuntiatione commisserit puniendus erit.*
5 *Libellus denuntiationis.*
6 *Denuntiationis modus per viam actus inscriptis.*
7 *Oblata denuntiatione, data & recepta summaria informatione, & denūtiato culpabili inuento, vel indicijs in eū emergentibus, iudex denuntiatum personaliter capit, & confessionem ab eo recepit.*
8 *Denuntiationis copiam denuntiato datur, qui litem contestari tenetur, & partes ad probationem recipiuntur, & testium fit publicatio.*
9 *Publicatis attestationibus adhuc possunt testes examinari de nouo: & deinde*

inde proceditur ſicuti quãdo per viam cuſationis.

§. De ſtylo fulminandi proceſſum per viam denuntiationis.

1 QVando aliquod peccatum publicum, vel aliud crimen venerit denũtiandum per fiſcalem, AEdilem, cuſtodẽ, aut per aliũ de populo, denuntians comparet coram iudice competente, & coram tabellione, & per viam actus in ſcriptis redigit ſuam denuntiationem, & aliquando de ea libellum porrigit, qui in denuntiatione neceſſarius eſt, ſecundum Speculatorẽ in tit. de inquiſitione. §. viſo igitur. num. 6. Sed plures doctores relati à Socino in. d. c. qualiter & quãdo el. 2. n. 73 1. firmãt libellũ in denũtiatione non eſſe neceſſariũ: ac ideò in praxi obſeruatur, denuntiationẽ aliquando per libellũ deferri, aliquando verò per viam actus. Et quomodocũq; proponatur, ſolennitates in accuſatione requiſitæ, neceſſariæ nõ erunt in denũtiatione: nec denuntiãs debebit ſe inſcribere, ſecundũ Salicet. in. l. ea quidẽ. nu. 17. C. de accuſa. & Socinum in. c. ſuper his. nu. 1. de accuſa. Et ſi calumniam in denuntiatione commiſſerit puniẽdus erit pœnis, de quibus per DD. in cap. 1. de calũniatoribus. & per Bernard. Diaz. in practica criminali. cap. 6. quæ denuntiatio per libellum vel per viam actus proponitur forma ſequenti.

2

3

4

Libellus denuntiationis.

Illuſtre Señor.

5 FVlano fiſcal deſta audiencia, o fiel, o guarda, o como vno del pueblo, en la mejor forma que aya lugar de derecho parezco ante v. m. denunciando como denuncio de fulano vezino deſte lugar: y contado el caſo, digo que es aſsi, que el ſobredicho reo denunciado, con poco temor de Dios y menoſprecio de ſu conſciencia y en deſacato de la juſticia tiene conſigo en ſu caſa a fulana por manceba, durmiendo juntos en vna cama y comiendo y beuiendo a vna meſſa, como ſi fueran marido y muger: y ha mucho tiempo que eſtan en eſte mal eſtado, y peccado publico, viuiendo deshoneſtamente, y dando mal exemplo de ſu vida, y eſcandalizando al pueblo: de lo qual ſe ſigue gran deſeruicio de Dios nueſtro Señor. En lo qual ha perpetrado y cometido graue y enorme delicto digno de punicion y caſtigo, y incurrido en muchas y graues penas, eſtablecidas por fuero y derecho, leyes y pragmaticas deſtos Reynos. Porende a v. m. pido, que auida mi relacion por verdadera en la parte que baſte del ſobredicho denunciado, haga entero cũplimiento de juſticia, condemnando le en las mas graues penas pueſtas contra los tales amancebados, por fuero, derecho, leyes y pragmaticas deſtos reynos, y executandolas en ſu perſona y bienes, para que a el ſea caſtigo, y a otros exemplo: y en lo neceſſario el officio de v. m. imploro, pido juſticia y coſtas: y juro en forma de derecho que eſta denũciation no hago de malicia, &c.

De-

Denunciacion por via de auto.

6 EN *Salamanca,a tantos dias de tal mes y año,ante el Illustre Señor Licenciado fulano,teniente de Corregidor en la dicha ciudad,y en presencia y por ante mi el presente escriuano,y testigos de yuso escriptos, parescio fulano fiscal desta audiencia,o alguazil desta ciudad,o fiel desta ciudad,o guarda del campo y caça,o como vno del pueblo,y dixo:que estando prohibido por leyes y pragmaticas destos Reynos,y por ordenanças desta ciudad,que no se hiziesse tal cosa,o se vendiesse tal mercaduria,fulano vezino desta ciudad, auia hecho,o mandado hazer tal cosa,y assi que denunciaua del,por auer cometido el dicho delicto,y por ello ha incurrido en graues penas.Parende que pedia y pidio a su merced del sobredicho hiziesse entero cumplimiento de justicia condenando le en las penas mas graues,puestas contra los tales delinquentes,y executãdolas en su persona y bienes,y pidio justicia,y el officio de su merced imploro,y juro en forma de derecho que la dicha denunciacion no hazia de malicia,&c. Testigos fulano y fulano.*

7 Et tunc oblato libello denuntiationis, vel per viam actus facta prædicta denũtiatione,iudex inquit, quòd detur sibi informatio,& statim producitur vnus testis vel plures, & recepta summaria informatione,si iudex inuenerit denuntiatum culpabilem,vel aliqua inditia aduersus eum emerserint, præcipit eum citari,aliquando verbaliter, aliquando verò personaliter capi. secundum qualitatem negotij,& delinquentis:nam citatio denuntiati,vel inquisiti necessaria est,argumento text.in dicto capit. qualiter & quando el. 2. & probatur in authentic.vt nulli iudicum.§. si verò quis collat.9.& tradit Socinus dicto ca.qualiter.numero.725.& deinde confessionem ab eo sub iuramento recipit,& ita praxis obseruat, quamuis Speculator in titulo,de inquisitione.§. viso igitur,numero.19.&.24.& Socinus dicto capit. qualiter & quando el.2.dicant iudicem non posse hanc confessionem à denuntiato sumere, nisi præcedentibus sufficientibus inditijs ad torturam. Post
8 modum copia denuntiationis datur denuntiato,qui debet litem contestari,secundum Speculatorem in dicto.§. viso igitur.nu.6.& Socinum dicto cap. qualiter el.2.numer.966.& deinde partes recipiuntur ad probationem,& fit publicatio testium,& publicatis attestationibus, iudex si voluerit poterit de nouo
9 alios testes examinare,secundum DD. in cap.cum clamor.de testibus.& Bart. in.l.2.§.si publico.numer.15.ff. de adulterijs.& postea concluditur ad diffinitiuam,vel ad torturam,& denique proceditur,sicuti quando per viam accusationis,vt infra dicemus,& sententia diffinitiua profertur.

Ex Capite Tertio.

SVMMARIA.

1 *QVando procedatur per viam accusationis:& quid sit accusare.*

2 *Quid sit accusatio.*

3 *Accu-*

3 *Accusatio est res licita, & aliquando de præcepto necessaria.*

4 *Tuta conscientia quis accusat omissis his de quibus hîc.*

5 *Quo sensu accipiendi sint Matth. cap. 6. & Paul. ad Rom. cap. 12.*

6 *Accusatio in priuatis delictis non est necessaria de præcepto: in publicis autẽ sic, vt hic.*

7 *Accusatio nec per viam actionis, nec per officium iudicis, sed per quoddam ius de per se competens pro exigenda vindicta expeditur.*

8 *Accusatio cui competat in priuatis, & cui in delictis publicis.*

9 *Intelligitur text. in c. 1. de accus.*

10 *Quare aliqui prohibentur accusare.*

11 *Accusare prohibiti, suam vel suorum iniuriam, prosequentes admittuntur.*

12 *Consanguineus vsq; ad 4. gradum suorum iniuriam persequi dicitur de iure regio.*

13 *Consanguineus vsq; ad 6. gradũ admittitur pro cõsanguineo de iure cõmuni, iuxta receptiorem sententiam.*

14 *Maritus inter suos connumeratur: & in accusando, seu remittendo præfertur filijs & aljs cõiũctis eius vxor.*

15 *Ille in accusatione præfertur: qui maiori dolore iudiciũ exacturus est: quod in muliere præsumitur.*

16 *Inter dispares gradu proximior ad accusandum admittitur.*

17 *Consanguineis pluribus concurrẽtibus in eodem gradu, omnes simul ad accusandum admittuntur.*

18 *Consanguineorũ aliquo accusante qui post litem contestatam superuenerit non admittitur.*

19 *Accusatoribus pluribus extraneis ad accusandum concurrentibus, iudex magis idoneum eliget.*

20 *Quod de accusandis criminibus dicitur etiam de illis remittendis dicendum est.*

21 *Clericus aliâs prohibitus laicum accusare, suam vel suæ ecclesiæ iniuriam prosequendo eum accusare poterit, si pœna sanguinis non venit infligenda.*

22 *Clericus vbi pœna sanguinis infligenda venit laicum accusare potest cum protestatione quod ad eam non deueniatur.*

23 *Protestatione prædicta non obstante, iudex ad sanguinis pœnam procedit, nec ob id clericus irregularis efficitur.*

24 *Clericus propter prædictam protestationem irregularitatem effugit, si etiam certò sciat, iudicem mortem illaturum, & eam desideret.*

25 *Inquisitores tradentes curiæ seculari hæreticos irregularitatem non incurrunt, in fidei fauorem.*

26 *Accusatio duplex oritur ex quocunq; crimine.*

27 *Accusatio etiã duplex ex quolibet crimine, & iniuria priuata oritur.*

28 *Accusatio criminalis quid: & quid ciuilis.*

29 *Offensus quocunq; agat modo ad damna & interesse agere poterit.*

30 *Offensus si labore & industria sua victum quærebat, poterit agere ad operas quibus caruit, & caritarus sit toto tempore vitæ suæ.*

31 *Offensus quo modo criminaliter, & ciuiliter*

uiliter eodem libello agere ualeat.

32 Intellectus ad.l. 1. C. quando actio ciui. præiudi. criminali.

33 Crimina publica aut priuata.

34 Crimina publica quæ dicantur.

35 Publicorum criminũ accusatio cuilibet de populo competit.

36 Crimen in Dei, aut principis offensam cõmissum publicum est.

37 Accusatio falsi cuiuscunque instrumẽti etiam non testamenti, publici iudicij est.

38 Crimina priuata quæ dicantur.

39 Crimina priuata ea sunt quæ inter publica non cõnumerantur.

40 Accusatio priuati delicti illi, cuius interest, competit.

41 Consequẽtia hæc non procedit semper, quilibet potest de tali crimine accusare, ergo crimen publicũ est.

42 Accusare potest quilibet de populo pro illa pœna quæ fisco applicanda uenit ex crimine priuato.

Accusatio suspecti tutoris cuilibet de populo competit.

43 Accusatio de suspecto tutore publici iudicij non est.

44 Crimen publicũ tripliciter dicitur, & quando latissimè.

45 Crimen quando latè publicũ dicatur.

46 Crimen quando strictè publicum sit.

47 Damnatus de crimine publico strictè sumpto efficitur infamis.

48 Crimina quæ puniuntur ex aliqua Rubri. incipiẽti ad l. & c. dicũtur descendere ex lege publicorũ iudiciorum.

49 Crimen publicũ esse uel priuatũ magni effectus est, & cuius effectus sit.

50 Crimina omnia de iure canonico publica sunt.

51 Per inquisitionem iudicis saltim ad imponendam pœnam extraordinariam iam hodie pro quolibet crimine priuato procedi potest.

52 Delictorũ materia iam statutis & consuetudinibus immutata est: ut uix publica à priuatis discernantur.

53 Delicta leuia, grauia, grauiora, & grauissima esse.

54 Delicta leuia quæ dicantur.

55 Delicta ex paruitate causæ, & qualitate pœnæ leuiæ iudicantur.

56 Delicta grauia quæ dicantur.

57 Delicta grauiora quæ.

58 Delicta grauissima quæ.

59 Delicta undecunque claruerint punienda.

60 Pœna delictorũ quare requiritur.

61 Praxis præconizãtiũ, para q̃ a el sea castigo, y a otros exẽplo, & c. Vnde orta.

62 Delictorũ publicatio, pœnæq; eorũ executio publicè, & nõ noctu facienda.

63 Causa iusta facit licitũ recedere à iure communi.

64 Iudex qui absque iusta causa secretò executionem iustitiæ facit in syndicatu tenetur.

65 Delicta qualiter cognoscantur esse leuia, grauiora, & c. quòd arbitrio iudicis relinquitur.

66 Delicta qualia sint, ex qualitate pœnæ iudicanda.

67 Philippum. II. interrogasse à suo Senatu quæ delicta attrocia essent refert Iulius Clarus: & quid responsum.

68 Delicta quæ grauia, & quæ grauissima aut attrociora secundum Iulium Clarum.

69 Deli-

69 *Delicta quædam ordinaria, quædam extraordinaria, & quæ illa sint.*
70 *Delicta quædam nominata, & quæda innominata, & quæ illa sint.*
71 *Delicta quare innominata appellẽtur.*
72 *Delicta quædam capitalia, quædam nõ capitalia.*
73 *Homo triplex caput habet.*
74 *Crimen capitale quando dicatur.*
75 *Crimen propter quod quis ciuitatẽ amittit, capitale dicitur.*
76 *Crimen capitale dicitur tribus modis.*
77 *Delicta quædam ecclesiastica, quæda secularia, quædam mista.*
78 *Delicta merè ecclesiastica quæ sint.*
79 *De crimine hæresis ecclesiasticus iudex solus cognoscit.*
80 *De symonia solus ecclesiasticus iudex cognoscit.*
81 *Delicta merè secularia quæ dicantur.*
82 *Crimina mista quæ dicantur.*
83 *Accusatio cuiuslibet delicti viginti annis præscribitur.*
84 *Accusatio adulterij quinquennio præscribitur.*

Caput Tertium, De modo procedendi per viam accusationis.

1 PER viam accusationis proceditur in causis criminalibus; quãdo iudex ad instantiã alicuius accusatoris procedit: est enim accusare aliquẽ reum criminis in libello deferre, vt in. l. libellorum. 3. ff. de accusat. & inde accusatio est delatio criminis ad vindictam publicam in iudicio, legitima interueniente
2 subscriptione. & hanc definitionem dicit receptiorem Felin. in Rubrica. extra de accusationibus. Ex qua definitione
3 infertur, quòd accusatio est res licita, & aliquando necessaria de præcepto: nam si delatio criminis ad publicam vindictam, quæ in cognitione criminum versatur, licita est, ergo & accusatio, quia si singulis prodesse bonum est, à fortiori bonum erit prodesse vniuersis. Vnde
4 tuta conscientia poterit quis aliquem accusare prosequendo suam, vel suorum iniuriam, dum tamen id faciat motus zelo iustitiæ, omisso odio, rancore, & ira, & animo vlciscendi remoto, iuxta text. & ibi gloss. in cap. si is, qui prælatus 23. quæstio. 4. & gloss. cap. si quis contristatus. 90. distinctio. text. & ibi gloss. in cap. 2. de homic. in. 6. vbi dicitur quòd offensus tenetur remittere rancorem, non verò satisfactionem, & damnum iniuriæ, & notat Panor. in cap. 1. de iniurijs. Innocent. Ant. Aret. & alij in capit. accusasti de accusat. & in hunc sensum
5 est accipiendum illud Matth. capit. 6. & Pauli ad Romanos cap. 12. non vos defendetes, id est, non vos vindicantes fratres charissimi: sed date locum iræ. In
6 priuatis verò delictis accusatio non est necessaria de præcepto, & in eis intelligi potest. text. in. l. vnica. C. vt nemo inuitus agere vel accusare compellatur. Cæterùm in publicis criminibus tendẽtibus in perniciem Reipub. cuius proximum obiectum est bonum commune, quando probari possunt, nec per aliam viam, quàm per accusationem bono cõmuni consuli potest, tunc accusatio necessaria erit de præcepto, secundum D. Thom. 2. 2. quæstione. 68. articulo. 1. quem explicat Caietan. ibi. & Soto. libr. 5. de iustitia & iure. quæstio. 5. articul. 1.
7 Secundò infertur ex dicta definitione accusationem non expediri, nec per viam actionis, nec per officium iudicis, cum ad vindictam publicam intendatur: sed iudicia publica nec per actionẽ ordinantur, nec quicquam simile ha-

bent cum cæteris iudicijs, vt probatur in princip. Instit. de pub. iudic. ergo nec per viam actionis, nec per officium iudicis accusatio expeditur. Vnde dicendum erit, quòd accusatio est quoddam ius de per se, competens parti pro exigenda vindicta, secũdum Bald. in. l. imperium. lectura. 1. num. 2. & ibi Iaſ. nu. 17. ff. de iurisdict. omnium iud. & hanc sententiam defendit Anto. Gom. in. 3. tomo Variarum, ca. 1. numero. 30. cõtra Bart. Alexand. & Aret. asserentes, accusationem esse officium iudicis nobile residens in parte.

8 Accusatio verò in priuatis delictis competit ei, cuius interest: in delictis autem publicis competit cuilibet de populo & forensi, dummodo aliqua lege prohibitus non sit, vt probat text. in. l. qui accusare. & ibi DD. ff. de accusat. & in cap. prohibentur. 2. quæst. 1. & in. l. 2. titul. 1. part. 7. & in. l. 1. titu. 20. lib. 4. fori. & probatur in principio Instit. de public. iudic. & in. l. 14. tit. 8. part. 7. tradunt Speculator in tit. de accusatore. §. item refellitur. Gandinus in tract. maleficiorum. 2. quæstio. princ. & Ant. Gom. dicto cap. 1. num. 28. & 31. Et hinc inquit text. in cap. 1. de accusat. quòd accusa-
9 tor debet esse legitimus, id est, qui aliqua lege non sit prohibitus accusare, legitimus enim dicitur, qui secundum legis est, vt in. l. actus legitimi. 78. ff. de regul. iuris. & ratio est, quia sicut non est
10 salutare Reipub. omnia crimina accusando prosequi, vt in cap. si omnia. 6. q. 1. ita non erit salutare ab omnibus accusationem proponi, alioquin contingeret aliquando priuato odio & calumnia innocentes iniqua accusatione fatigari: & aliquando nocentes pœnã euadere præuaricatione, vel tergiuersatione accusatoris, iuxta text. in ca. si quem pœnituerit. 2. quæst. 3. Contingeret etiã criminis reum accusare criminosum, contra illud Lucæ cap. 6. qui trabem gestat in oculo, festucam de oculo fratris eruere nõ potest, vt in. c. qui crimen. 6. q. 1. ob idque in supradictis iuribus variæ personæ arcentur ab accusando. Per
11 sonæ tamen prohibitæ legibus accusare, bene admittuntur ad accusandũ pro sequendo suam vel suorum iniuriam, iuxta text. in. l. hi tamen omnes. ff. de accusat. & in. l. nõ prohibentur. & in. l. non ignorat. & l. si crimen. & l. de crimine. C. qui accusare non possunt. & in. l. 2. titul. 1. part. 7. Et suorum iniuriam prosequi dicitur de iure regio consanguineus
12 vsque ad quartum gradum, vt probatur in. l. 2. & in. l. 26. titulo. 1. part. 7. De iure verò cõmuni sunt variæ opiniones in isto articulo: nam gloss. 1. in. l. si fœmina. C. ad Senatusconsult. Turpil. recepta ibi à Bartol. Ang. Fulg. & Salicet o, tenet quod consanguineus vsque ad septimum gradum admittitur ad accu-
13 sandum pro consanguineo: tamen vera & magis recepta opinio de iure communi est, quòd consanguineus admittatur pro consanguineo vsque ad sextum gradum, vt probatur in. l. 4. ff. de testamen. iũcta. l. Iurisc õsultus. §. quinto gradu. & §. sexto gradu. ff. de gradibus. vbi dicitur quòd nemo cogitur testificari contra consanguineũ vsque ad sextum gradum, sed suorũ iniuriam dicitur prosequi qui inuitus non cogitur dicere testimonium in causa criminali, iuxta text. in. l. 2. ff. de accusat. ergo de iure cõmuni suorũ iniuriã dicitor prosequi cõsanguineus vsque ad sextũ gradũ. Et hanc opinionẽ cum pluribus defendit Boerius in decisionibus. 1. parte. decisione. 220. Aymõ Craueta consilio. 230. 1. p. consil. & Folerius in practica crimina-
14 li. 2. p. 2. partis. pag. 150. & Ant. Gom. 3. tomo Variarum. cap. 10. numer. 34. Plaça vero in epitome delict. c. 39. numer. 13. resoluit, de iure communi frequentiorem opinionem esse, vsq; ad decimum gradum consanguineis competere ius accusandi, & remittendi necem defuncti. Quibus adde maritum connumerari inter suos, de cuius morte vxor poterit accusare, quinimo in accusando

cusando & remittendo delictum præferenda erit filijs & reliquis cõsanguineis mariti: nam cum sit vna caro reputatur magis coniuncta persona, vt probatur in cap. gaudemus. §. quia verò de diuortijs. & in l. 14. tit. 8. p. 7. & tradit Anton. Gom. in d. 3. tomo. c. 1. nu. 32. & in c. 3. n. 66. & Dominus Antonius à Padilla. l. transigere. n. 57. C. de transactio. & Plaça in epitome delict. c. 40. nu. 2. & Iulius Clarus lib. 5. senten. §. fi. q. 14. n. 8. Præsertim quia in accusatione præferetur il-
15 le, quem scimus maiori dolore iudiciũ exacturum, argumento tex. in. l. 2. ff. ad l. Iuliam de adul. quod in muliere præsumitur à communiter accidentibus, licet Albericus in. l. pen. §. fi. nu. 7. ff. naut. caup. firmet cõtrariũ esse præsumendũ.
16 Sed si plures consanguinei dispares in gradu cõcurrerint ad accusandum aliquem, prosequendo iniuriam sui consanguinei, tunc proximior consanguineus admittendus & præferendus erit, argumento tex. in. l. si plures. ff. de accusatiõibus. & probat expresè tex. in. l. 2. §. si simul. ff. ad. l. Iuliam. de adulterijs. & ibi notat Bart. & alij: si verò consangui-
17 nei sunt in eodem gradu, & simul concurrerint omnes, simul erunt admittendi, iuxta tex. in. l. 3. §. si ad plures. ff. de sepulchro violato. vbi firmant glo. Barto. & Aug. & cõmuniter omnes. Si tamen
N. vnus ex eis prius accusauit, & post litẽ cõtestatam alius superuenerit, etiam in
18 eodem gradu, admitti non debet, secundum Salicetum. in. l. qui de crimine. C. de accusat. oppositione. 5. & 7. At verò si plures extranei concurrant ad accusandum delictum publicum, non erunt omnes admittendi, sed iudex eliget magis idoneum, iuxta text. in. d. l. si plures. & in. l. si verò. §. hæc autem. ff. de his qui
19 ejecerunt, vel effud. Et idem ius obseruandum erit circa remissionem delicti faciendam: nam proximior erit præferendus; & si omnes in eodem gradu fuerint, ab omnibus remissio erit facienda, secundum Anto. Gom. 3. Tomo. cap. 1. num. 35. in fin. Ex supradictis etiam infertur, quòd licèt clericus prohibitus sit
20 accusare laicum coram iudice seculari de delicto publico, vt probatur in capit. sacerdotem. 2. quæst. 7. tamen si prosequatur propriam iniuriam, vel ecclesię suæ, benè poterit laicum coram iudice seculari accusare, si ex tali delicto pœna
21 sanguinis imponenda non venerit, vt probatur in cap. cum sit generale. de foro comp. si verò pœna sanguinis ex tali delicto infligenda venerit, benè poterit clericus laicum accusare coram secula ri cum protestatione, q̃ iudex ob suam accusationem ad pœnam mortis, mutilationis membri, vel sanguinis non procedat: & prædicta protestatione non ob
22 stante, iudex infligere poterit pœnam mortis, mutilationis membri, vel sanguinis. Nec ob id clericus irregularis efficietur, vt probatur in. c. 2. de homicid. in. 6. & notat Panor. in. c. cum P. Mãconela. num. 8. de accusat. quam irregularitatem clericus ex prædicta protestatione effugit, etiam si animo desideret, vel certo sciat, iudicem illaturum esse mortem accusato etiam iniustè, secun-
23 dum glo. verbo, Iustitia. in dict. ca. 2. & communiter omnes ex Couar. in Clement. furiosus. 2. p. §. 5. nu. 1. cum duobus sequentibus: quia text. in dict. cap. 2. tantũ agit de protestatione expressa, de animo verò nihil dicit: & hinc dicitur,
24 quòd ob prædictam protestationem in quisitores hæreticæ prauitatis tradentes curiæ seculari hæreticos, effugiunt irregularitatem, quia rogant iudices seculares, vt non afficiant damnatos morte, vel mutilatione, iuxta text. cap. noui mus de verborum significatione. & in l. 60. tit. 6. part. 1. & affirmat Couarruuias vbi suprà. num. 6. Verùm enimuerò existimo, inquisitores non euadere irregularitatem ob dictam protestationem: nam si hoc esset verum sequeretur, quòd non effugerent irregularitatem, quando pro hæreticis dãnatis non rogarent, vt putà quando tradunt hæ-

reticos relapsos, pro quibus non rogant vt probatur in capit. ad abolendam. capit. excommunicamus. §. damnati. extra de hæreticis. & in capit. super eo. de hæret. in. 6. & tradit Simancas in lib. de institut. cathol. capit. de iudicibus secularibus: sed tunc non incurrunt irregularitatem, ergo non illam euadunt ob dictam protestationem. ❧ Quamobrem
25 verius erit dicere, inquisitores tradentes curiæ seculari hæreticos irregularitatem non incurrere, quia hoc specialiter fuit inductum in fidei fauorem, secundum Archid. in summa. 23. quæst. 8. in fine. & summam Astesanam. 2. par. lib. 6. tit. 14. art. 3. in fine.

26 Aduerte, quòd ex quocunq; crimine duplex accusatio oritur, vna criminalis ad vindictam Reipub. & altera ciuilis in factum ad interesse, vel damnũ parti applicandum, vt probat text. in. l. qui nomine. ff. ad. l. Cornel. de falsi. & ibi Bartol. & omnes, & notat gloss. in. l. defuncto. ff. de public. iudic. & ibi Barto. & resoluit Anto. Gom. 3. tomo. capit. 3. n. 37. Et pari modo ex quolibet crimine & iniuria priuata oritur duplex accusatio, criminalis, & ciuilis, vt probatur in l. prætore dixit §. posse. ff. de iniurijs, & in. §. in summa. inst. de iniurijs & in. l. 21.
23 titul. 9. part. 7. Criminalis accusatio dicitur, quãdo passus iniuriam accusat delinquentem ad pœnam criminalem: ciuilis verò est, quando agit ad pœnã pecuniariam sibi applicandam, in qua æstimat offensam & iniuriam illatam sibi.
29 Et hinc constat, offensum agere posse criminaliter vel ciuiliter, & quocunq; modo intentet agere poterit ad damna, expensas, & interesse pro iniuria eidem illata, & ad omnes sumptus, quos in cura fecit, & ad omne lucrum, quod lucrari poterat, si talis iniuria non fuisset sibi illata, vt probatur in dicta. l. qui nomine. & in. l. item apud Labeonem. §. si quis seruo. ff. de iniurijs. & in. l. qui seruum. ff. de actio. & obligatio. & ibi gloss. firmat etiam gloss. & Doctor. com
30 muniter in cap. 1. de iniurijs. Vnde si offensus erat officialis & persona quæ suo labore & industria acquirebat victum, & reliqua necessaria, poterit agere ad operas, quibus caruit dum esset infirmus, & ad eas quibus carituras esset toto tempore vitæ suæ, si remansit claudus vel debilitatus, ita quod laborare non posset, vt probat text. in. l. fina. ff. de his, qui deiec. vel effud. & in. l. ex hac lege. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur. & in. §. ob hominem. Institut. de
31 obligat. quæ ex quasi delict. nasc. Quo fit, offensum posse simul in eodem libello agere criminaliter & ciuiliter, si ciuilem intentet incidenter, implorando officium iudicis pro interesse & damnis, argumento text. in. l. interdum. 2. §. qui furem. ff. de furtis. quem text. notat ibi Bartol. & omnes. & ad hanc conclusionem not. Angel. in dicta. l. apud Labeonem. §. si quis seruo. ff. de iniurijs. & Bald. in. l. Dominum. C. de iniurijs. & Maranta de ordine iudiciorum. 4. part. distinctione. 1. nume. 20. & ita in praxi quotidie obseruatur. Nec obstat text. in. l. 1. C. quando actio ciuilis præiudicet criminali, vbi dicitur quod vtraque actio ciuilis & criminalis, non potest simul intentari, quia vna est præiudicialis ad aliam. per quem text. ita firmant Bartol. in. l. 2. §. hoc edicto. ff. de vi bonorum rapt. & AEgidius Bosius in practica criminali. titulo de accusatione. numero. 11.
32 Nam respondeo quòd dicta. l. 1. loquitur & intelligitur, quando vtraque accusatio principaliter simul in eodem libello intentaretur, quod fieri non potest. iuxta text. in. l. interdum. ff. de publicis iudic. qui semper adhoc allegatur, secundum Iulium Clarum libro. 5. receptarum. §. fina. quæstione. 2. numero. 1. tamen incidenter implorando officium iudicis, ciuilis potest intentari in libello accusationis criminalis, vt suprà diximus, & resoluit cum communi Iulius Clarus in dicto lib. 5. §. fina.

quæst. 2.

quæstione.2.numero.2.quem ad istum articulum omnino vide. Ex quibus cõstat, libelium accusationis tripliciter cõcipi posse, vel criminaliter tantùm, vel ciuiliter, vel criminaliter & ciuiliter simul.

33 ¶ Aduerte insuper, quòd crimina quædam sunt publica, quædam verò priuata, vt constat ex titul. ff. de publicis iudicijs iuncto titulo. ff. de priuatis delictis. Publica enim sunt, quæ ex lege publicorum iudiciorum descendunt, vt putà
34 crimen læsæ maiestatis, adulterij, homicidij, parricidij, peculatus, falsi testamenti, vis publicæ vel priuatæ, ambitus repetundarum, annonæ, quorum meminit. l. 1. & ibi gl. ff. de publicis iudicijs. & dicuntur publica, quia cuilibet de po
35 pulo eorum accusatio competit, vt in principio Inst. de public. iud. & firmant DD. communiter ex Socino in cap. veniens. num. 40. de accusat. Anto. Gom. 3. tomo Variarum cap. 1. post numerũ primum. & Iulio Claro lib. 5. receptarũ sententiarum. §. 1. nume. 1. qui numero 2. cum duobus sequentibus resoluit cũ
36 communi doctorum, crimen commissum in offensam Dei & in offensam principis publicum esse, eiusque accusationem permissam esse cuilibet de populo
37 & similiter accusationem falsi alterius instrumenti, quàm testamenti, etiam esse publici iudicij, cuilibetque de populo competere, ex gloss. & Bartol. numero 2. in dicta l. 1. de publicis iudicijs. & Angel. in. § item lex Cornelia. ante numerum primum Instit. de publicis iudicijs. & Rub. consilio. 12. numero. 7. Et hãc resolutionem deductam ex principio Instit. de publicis iudicijs, defendit Ioannes Robertus libr. sententiarum. c. 10. ab impugnatione Duareni lib. 1. disputat. cap. 36. Octomani de verbis iuris, verb. Iudicia. & Brisonij, verbo, Publica, de verbo. signifi. & aliorum. Cui resolutioni obstare videbãtur ea, quæ infra in isto cap. adijcimus à numero. 41. sed eis erit satisfaciendum per ea quæ in eodem cap. dicimus. nume. 44. Priuata
38 verò delicta dicuntur sicuti crime furti, iniuriarum, arborum furtim cessarũ, abigeatus, bonorum raptorum, & alia huiusmodi, de quibus in libro. 47. digestorum à titulo de priuatis delictis, vsq; ad titulum de publicis iudicijs. Et denique priuata dici possunt illa omnia, quæ
39 non connumerantur inter publica delicta, & ideò priuata dicũtur, quia eorum accusatio regulariter nõn competit nisi
40 illi, cuius interest, pro sua iniuria, non pro aliena, vt in. l. 3. ff. de priuatis delictis. & in. l. 3. §. si is. ff. de sepulchro violato, & notant gloss. & DD. in. l. fin. ff. de priuatis delictis. & resoluunt Doctor. communiter ex Socino vbi suprà numero. 41. & Anton. Gom. in dicto capitulo 1. nume. 9. & Iulio Claro vbi supra nu-
41 mero. 5. Circa quam tamen resolutionem oportet considerare, quòd nõ semper est necessaria consequentia, quòd quilibet potest accusare de tali crimine, ergo crimen publicum est: nam de crimine priuato, propter quod venit imponenda pœna pecuniaria applicanda fi-
42 sco, quilibet de populo accusare potest pro illa pœna, & tamen crimen publicum non dicitur, vt notat gloss. singularis in Rubrica. ff. de popularibus actionibus. & idem ibi tenet Bart. ad hoc allegans text. in. l. qui sepulchra. C. de sepulchro violato. & in. l. 1. ibi, Vel ab accusatione recessum. ff. de iure fisci. iuncta. l. 3. §. fi. ff. de priuatis delictis. & facit text. in dicta. l. 1. ff. de iure fisci. ibi dum dicit, rem litigiosam venundari, iuncta. l. fin. C. de litigiosis. & ibi idem sentit gloss. & tenent Bartol. & Bald. Præterea accusatio suspecti tutoris cuilibet de populo competit, etiam si agatur ad purgationem, vel remotionem, vt in. l. 1. §. consequens. & §. fin. ff. de suspectis tutoribus. & in. §. consequens. Inst. eodem titul. quæ iura ita distinctè loquuntur, & sic indistinctè intelligi debent, vt in. l. de precio. ff. de public. in rem act. & in cap. si Romanorum. 19. distinctione, & ta-

men iudicium accusationis de suspecto tutore publicum non est, vt tenet Bart. in dict. l. 1. ff. de publicis iudic. cuius opinionem sequitur Socinus vbi suprà nume. 43. dicens eam meliorem esse, quãuis gloss. & Ang. in dict. l. 1. opposita teneant. Quamobrem Bart. in dict. l. 1. nu
44 mer. 7. inquit, quòd crimen publicum tribus modis dici potest, primo modo latissimè, vt eo ipso quòd publica vtilitas intenditur, ne delicta remaneant impunita. vt in. l. ita vulneratus. ff. ad. l. Aquiliam. nempè, vt corporaliter quis puniatur, vel pœna fisco applicetur, licèt aliàs accusatio de tali crimine cuilibet non competat, vt si tale crimen priuatũ sit, & hoc modo sumitur in. l. quod senatus. & in. l. prætor. §. si dicantur. ff. de iniurijs. & in. l. locatio. §. quod illicite. ff. de publicanis, vbi crimen iniuriarum, quod priuatum est, dicitur publicum, intelligi debet in latissima significatione: nec obstat huic resolutioni tex. in. l. 2. §. deinde Cornelius. ff. de orig. iur. vbi inter alia crimina publica connumeratur crimen iniuriarum: nam respondeo quod illud quod ibi dicitur de iniurijs, deest in pandectis Florentinis secundum notulam positam super illo tex. Et isto modo potest etiam intelligi glo. fi. in. c. 1. de collusione detegenda quatenus tenet de iure canonico omnia crimina publica dici. Secundo modo cri
45 men publicum dicitur latè eo ipso quòd accusatio cuilibet competit ciuiliter tamen, vt in. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iure iurand. l. 1. & 2. ff. de popularibus actio. & in. l. fin. ff. de termino moto. & hoc etiam modo sumitur in dicta. l. 1. §. consequens. ff. de suspectis tutoribus cum similibus. & in dict. l. quod Senatus
46 in principio. Tertio modò crimen publicum strictè sumitur: & hoc modo sumitur in. l. 1. & toto titulo. ff. de publicis iudic. ad effectum vt damnatus de eo
47 statim infamis efficiatur, vt in. l. penult. §. ad crimen. & in. l. infamē. ff. de publicis iudic. & tunc illud solũ dicitur crimen publicum quod expressè de iure cautum est, quòd publicũ sit. Et hinc Angel. in dicta. l. 1. inquit, quòd omnia
48 crimina, quæ puniuntur per ea, quæ habentur in aliqua rubrica incipienti, Ad legem, &c. vt putà ad. l. Iuliam maiestatis. ad. l. Iuliam. de adulterijs. & ad. l. Iuliam. de sicarijs, & sic de alijs, talia dicũtur descendere. ex. l. publicorum iudiciorum: quod apparere dicit ex dicta. l. 1. ff. de public. iudic. rectè intellecta, & in illis inquit, quòd nõ est necesse quòd sint publica. Et est magni effectus, an
49 crimẽ sit publicum vel priuatum: nam damnatus de crimine publico regulariter infamis efficitur, non ita condemnatus de priuato, vt in dicta. l. infamē. rursus in crimine priuato solum modo admittitur ad accusandum ille, cuius interest, In publico verò quilibet de populo, vt suprà diximus. Quæ omnia proce-
50 dunt de iure ciuili, cæterùm de iure canonico omnia crimina publica dicuntur, secundum gloss. in cap. infames. verbo, Fures. 6. quæstio. 1. & ita canonistas tenere firmat Bald. in Rubrica. C. qui accusare non possunt. numero. 10. in fine. & Anania in cap. statuimus. post numerum. 19. de maledicis. Et hinc practica Milei. folio. 147. numero. 32. inquit, quòd hodie titulus de priuatis delictis non est in vsu. Ex quo infert Iulius Clarus, vbi suprà numero. 6. pro quolibet crimine priuato posse procedi etiã
51 ex iudicis officio, & sic per inquisitionem, saltem ad imponendam pœnã extraordinariam: & tandem ibi resoluit,
52 quòd materia delictorum in tãtum est hodie immutata à statutis & consuetudinibus locorum, quòd vix distinguĩ possint publica crimina à priuatis, & quod tutius esset adhærere statuto vel consuetudini illius loci, in quo fuit crimen commissum, & secundum illa declarare quæ sint publica & priuata delicta.

53 Aduerte rursus, quòd delictorum quædam sunt leuia, quædam grauia

quædam

quædam grauiora,& quædam grauissima,vt docet Bart. in.l.leuia.ff. de accusationibus.& Bald.in cõsilio.412.lib.4.

54 Leuia enim dicuntur in quibus non interuenit dolus,aut damnum iniuria datum,secundum Bartol.in dicta.l. leuia.

55 quia ex paruitate causæ,& qualitate pœnæ,leuia iudicantur,secundum Bald.in dicto consilio.412. numero. 1. Carrerium in repetitione.l.obseruare. C. quorum appellationes non recipiantur.numero.104.& Paridem de Puteo in tractatu syndicatus.folio.73.verbo,Iudex numero.28.& facit text.in cap. Felicis. §.cæterùm.ibi,quia dignum est propter enormitatem culparum. de pœnis.li-

56 bro. 6. & text.in.l.20.tit.9. part. 7. Grauia dicuntur crimina priuata, quæ dolum requirunt,& magnum afferunt nocumentum,vt in.l.respiciendum.§.furta.ff.de pœnis.& in.l.auxilium.§.in delictis.ff.de minoribus.tradit Bald. in dicto consilio.412.& Florianus in.l.liber homo.numero.7.ff.ad.l.aquiliam. Gra-

57 uiora nuncupantur,quæ ex animo proueniunt, siue publica siue priuata sint, vt in dicta.l.auxilium.§.in delictis.& ibi gloss. verbo, Attrocioribus. & in.l.1.§. siquis.& ibi gloss.verbo, Attrociora. ff. de suspectis tutoribus.& in.l.20.titul.9. part.7.& tradit Ang.in.§.attrox.nume-

58 ro.1. Inst. de iniurijs. Grauissima verò sunt crimina publica,pro quibus imponitur pœna mortis, secũdũ Florianum vbi sup.quia impunita remanere nõ debẽt, vt in.l.ita vulneratus. §. siquis absurdè.ff.ad.l.aquiliam.& in. l. si longius.§. 2.ff.de iudicijs.& in.l. per oẽs. C. de defensoribus ciuitatum. Et ita vndecũque

59 clarueriut,puniri debent, vt in cap.in Ecclesia.23.quæst.3.& hinc Cicero lib. 1.officiorum inquit, nescio an satis sit eum pœnitere iniuria, vt cæteri sint ad iniuriã tardiores,& vt ipse nec posthac tale crimen comittat , & Vlpianus in l.quis sit fugitiuus.& ibi gloss.ff.de ædi-

60 litio edicto. ob idque pœna requiritur, vt sit in delinquentis supplicium, & in aliorum terrorẽ,& exemplum, vt metu pœnæ à similibus delictis arceantur.

61 Et hinc fuit orta praxis,quæ in istis regnis obseruatur à prẽconizantibus,nẽpe. Para q̃ a el sea castigo,y a otros exẽplo,

62 &c. Ideoque diu, & non noctu , & per publicas vias executio & publicatio delicti fieri debet,causa iusta non existente,quæ impedire possit executionem iustitiæ: Nã ob prædictam causam licitũ

63 est à iure cõmuni recedere, secundum Cagnollum in repetitione procemij.ff. nu.98.& in repetitione.l.2.nu.7. ff. de origine iuris.& in.l.quæ propter necessitatẽ.nu.297.ff.de regulis iuris.& Tiraquelum libro.1. de vtroque retractu.§.

64 26.numero.18. & cessante iusta causa executio iustitiæ publicè fieri debet,alioquin iudex in syndicatu tenebitur, vt in l.aut facta.§.nõnunquam.ff.de pœnis.& in.l.5.titul.27.par.3.& in.l.11.titul.31. part.7.& ibi.Greg.Lup.verbo, El pregonero.& Didic.Per.in.l.5.tit.1.libr.1. Ordinamẽti.in glo.1.vers.Infertur etiã.

65 Sed in isto articulo qualiter cognosci debeãt delicta,an sint leuia,grauia,grauiora,& grauissima, certa regula tradi non post:& ita nõnulli DD.dicunt,hoc relinquendũ esse arbitrio iudicis:& hãc opinionẽ refert Bernardus Diaz in sua practica crimin.canonica cap.11.& testatur communem Alciatus in capit. cũ non ab homine.post numerum.28.de iudicijs.quem refert Villalobos in sua collecta communium opinionum in li-

66 tera D.num.56.Alij verò dicunt,quòd ex qualitate pœnæ,quæ pro delicto imponitur cognoscitur quantitas delicti, ita tanto grauius delictum iudicari debet, quanto grauior pœna pro eo imposita reperitur.& hanc opinionem tenet Bartol.in.d.l.leuia.in principio. & dicit communem Socinus in consilio.157. num.5.libr.2.de quo est videndum cõsilium Barbatiæ.48.libr.2.& Detij cõs. 65.In quo articulo refert Iulius Clarus. libro.5.receptarum sententiarum.§.1. numero.9.serenissimum & inuictissi-

67 mum Regem nostrum Philippum. II. à supremo senatui interrogasse, quæ essent delicta attrocia: cui Senatus respondit, sibi videri attrocia delicta esse sequentia, rebellionis, læsæ maiestatis, homicidij ex proposito commissi, falsæ monetæ, tertij homicidij, scilicet, commissi ab eo, qui alia duo cõmisserat, etiam si pro eis condemnatus non fuisset, vulneris illati proditorie cum sclopo rotato, etiam si mors sequuta non fuerit, tertiæ tonsationis seu diminutionis monetarum, raptus virginis honestis parentibus ortæ, etiam si copula sequuta nõ fuerit, vsus venereus cum sacra Virgine in habitu intra monasterium degente, Sodomia, famosorum latronum in vijs grassatio, & falsificatio sigilli Principis aut Senatus. Quod responsum Senatus placuisse Regi nostro, testatur Iulius Clarus: quamuis ipse opinatur aliter di-

68 cendum esse, nempè quod omnia delicta pro quibus à lege vel statuto imponitur simpliciter pœna mortis naturalis, vel ciuilis nempè tirremium perpetuò, & talis pœna in vsu est, vt à iudicibus imponatur & exequatur, talia enim delicta dicuntur grauia & attrocia: attrociora autem siue attrocissima existimat, esse pro quibus à lege vel statuto imponitur pœna grauior quàm simplicis mortis, in ipso genere mortis, vt putà quia lex vel statutum vult pro talibus delictis reos in sui culeo, vel igne comburi, vel in frustra scindi, vel rotæ inseri, vel ad caudam equi trahi, vel huiusmodi, vt in crimine hæresis, parricidij, assassini, latrocinij ad viam publicam, sodomiæ, incendarij, falsæ monetæ, vel quando lex addit alias qualitates vltra pœnam mortis, vt quando extẽdit pœnam etiam in filios, vt in crimine læsæ maiestatis, vel concedit aliqua specialia aduersus delinquentes, vt in crimine raptus virginum, & honestarum mulierum. quæ opinio Iulij Clari in effectu reincidit in opinionem Bartol. superiùs relatam in dicta.l.leuia. quam diximus communem esse ex Socino in dicto consilio. 157. cum Barbatia, & Decio vbi suprà.

69 Aduerte præterea, delictorum quædam esse ordinaria, quibus lex statuit certam pœnam, vt in crimine adulterij, & alijs, de quibus in. l. 2. ff. de publicat. iud. quædam verò extraordinaria, quibus certa pœna à lege non est statuta, sed arbitrio iudicis puniuntur, vt crimẽ iniuriarum, stellionatus, & similia, vt in. l. hodie. ff. de pœnis. tradit Bart. in. l. 1. §. 1. ff. de fractoribus, & expilatoribus. Iasson in. l. non dubium. numero. 6. C. de legibus. & Panorm. in cap. ex literis. col. 4. de constitutionibus.

70 Aduerte etiam, quòd delictorum quædam sunt nominata, quædam innominata: nominata sunt, quæ à lege habent peculiare nomen iuris, vt furtum, adulterium, & similia: innominata verò dicuntur, quibus lex non imposuit specificum nomen iuris, sed tantum facti, vt est verberare, percutere, ingredi domum alienam, & similia: quæ quandoque sine maleficio fieri possunt, quã

71 doque cum maleficio, ob idque innominata dicuntur, secundum Barto. in. l. nunquam plura. numero. 4. ff. de priuatis delictis. communiter receptum ex Blanco in practica criminali. folio. 52. numer. 111.

72 Aduerte deinde, quòd delictorum quædam sunt capitalia, quædam non capitalia: & ad cognoscendum, quę sint capitalia & quæ non capitalia oportet attendere doctrinam Bal. in. l. reos. nu. 2 C. de accusat. asserentis, hominẽ habere

73 triplex caput, primũ naturale, secundũ ciuile, nẽpè quando quis amittit libertatem, & tertium caput, est quando amittit ciuitatem: & quando committitur crimen propter quod caput naturale

74 veniret abscindendum, tale crimen capitale dicitur. Similiter quando quis cõmitteret crimen, propter quod amitteret libertatem, & seruus pœnæ efficeretur quia damnatus esset in metallum,

tunc

tũc etiam tale crimen capitale dicitur, quia seruus reputatur mortuus, vt in.l. intercidit. ff. de conditionibus & demõstrationibus. & in.l. quod attinet. & in.l. seruitutẽ. ff. de regulis iuris. Item quan-
75 do quis committeret crimen, propter quod amitteret tertium caput, scilicet ciuitatem tale crimen etiam capitale dicitur. ita eleganter docet Anania in capit. qualiter §. ad corrigendos. num. 15. de accusationibus. & quod crimen capitale prædictis tribus modis dicatur, pro-
76 batur text. in.l. 2. ff. de pœnis. & in.l. 2. ff. de public. iudic. & in §. cum autem. Instit. quibus modis ius patriæ potestatis solui tur. & tradit Iaff. in.l. Titia. nu. 13. ff. de verborum.

77 Aduerte deniq́, quòd delictorum quædam sunt merè ecclesiastica, quædam merè secularia, & quædam mista:
78 merè ecclesiastica sunt, quorum cognitio ad solos iudices ecclesiasticos spectat, nec iudex laicus de eis potest se intromittere, etiam si commissa sint à laicis, vt est crimen hæresis, de quo solus
79 ecclesiasticus cognoscere potest, vt cũ communiter resoluit Alciat. in capi. 1. numer. 93. de officio ordin. & Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. hæresis. num. 4.
80 Similiter crimen symoniq́, de quo solus ecclesiasticus cognoscit, vt tenet glo. fi. in cap. cum sit generale. de foro comp. & communiter doct. ex Anania in cap. 1. num. 9. de symonia. & Iulio Claro in dicto libro. 5. §. symonia. num. 7. & simi liter reliqua crimina à personis ecclesia
81 sticis commissa. merè secularia dicuntur, de quibus si à laicis committantur, soli seculares iudices cognoscunt, vt est homicidium, furtum, & similia.
82 Crimina mista sunt, de quibus si à laicis committantur, vterque iudex ecclesiasticus & secularis cognoscit, prout crimen adulterij, concubinatus, sodomiæ, vsurarum, sacrilegij, vt resoluit Iulius Clarus vbi suprà. §. fi. quæstio. 37. & docto. in cap. cum sit generale. de foro cõpet. & nos latè. in. 2. tomo. in. 2. prælu-
dio infrà.

83 Aduerte vltimò, quòd accusatio cuiuslibet relicti regulariter præscribitur spatio viginti annorum, nisi cõtrarium aliqua lege dispositum reperiatur, iuxta tex. in.l. quærela. C. ad. l. Corneliam de falsis. & in.l. 5. tit. 7. part. 7. & tradunt doct. communiter ex Iulio Claro, libr. 5. receptarum. §. fina. quæst. 51. num. 1. qui omnino in isto articulo erit viden-
84 dus: in aliquibus tamen casibus accusatio criminalis minori cursu temporis præscribitur, vt putà accusatio adulterij, quæ quinquennio præscribitur, iuxta text. in.l. quinquennium. ff. ad. l. Iuliã, de adulterijs. & in.l. 4. tit. 17. p. 7. & ibi Grego. Lup. in gloss. magna. alios plures etiam casus congerit gloss. in dict. l. quærela. & glo. in.l. fin. ff. ad. l. Pompeiam. de parricidijs. & est videndus Decius in cap. licet causam. nu. 23. de probationibus.

Ex. §. Primo,

SVMMARIA.

1 *IVdex vtcunque super delicto procedat, prius sibi constare debet, delictum commissum esse.*

2 *Praxis & stylus procedendi ex mero iudicis officio, quando dicitur aliquod delictum commissum esse.*

3 *Delictum commissum esse vt verificetur sufficiunt fama vel testes minus idonei.*

4 *Delictum si constet commissum, proceditur ad inquisitionem delinquentis Summariè: confessione prius ab offenso sumpta.*

5 *Ordo quem iudex & tabellio obseruabunt in examinatione testium super aliquo delicto.*

6 *Verba testificantis non immutanda.*

7 *Testis interrogari debet, ita vt facilè intelligi possit quis fuerit aggressor.*

8 *Testis interrogetur coram quibus delictum commissum fuerit, & alia de quibus infrà.*

9 *Iudex non debet testem extra casum interrogare.*

10 *Accusati innocentes periclitari solent testibus in summaria malè examinatis.*

§. Primus, De stylo fulminandi processum per viam accusationis.

1 QVOTIES iudex in aliquo delicto procedere voluerit, siue per viam inquisitionis, siue denuntiationis, siue accusatiõis, in primis & ante omnia curare debet, vt de delicto constet: nunquam enim iudex ad aliquem actũ procedere debet, nisi prius illi constet, delictum fuisse commissum per famam, aut alias coniecturas, vt probatur in.l.1.§.item illud.ff.ad Sillanianum. & in.l.necessarios.§.1.ff.eod.titul. & in l.inde Neratius.§. fin.ff.ad.l. Aquiliam. & in.l.1.§.siquis vltrò.ff.de quæstionibus.& in.l.1.C.vbi causæ fiscales.docet Bart.in dicto.§.item illud. Hippolytus in practica criminali in principio. Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ. rubrica.1.verbo, Archidiaconus.§.3. numero.4. Bosius in practica criminali, titul.de delicto.numero.1.&.2.& in titul. de tortura accusatoris. num.5. & Iulius Clarus libro.5.receptarum.§.5. quæstione.4.præscribens praxim obseruandam, qualiter constare debeat de delicto facti trãseuntis,& de delicto facti permanentis. Apud nostramen praxis quæ magis frequentatur est, quòd quando iudex à principio procedit ex mero eius officio, putà quando in eius notitiam peruenit aliquod fuisse delictum commissum, nempè homicidiũ, furtum, vel simile, statim mãdat tabellioni, quòd in capite processus scribat per viam actus, in eius notitiam peruenisse tale delictum fuisse commissum, in tali loco ciuitatis, & quòd ad eruendam veritatem,& iustitiam administrãdam vult inquirere, & informationẽ sumere de prædicto delicto, & tunc personaliter cum tabellione adire debebit ad videndum, & verificandum hominem fuisse mortum, vel furtuum commissum: & si offensus solummodo vulneratus fuerit, ad videnda vulnera, in qua parte corporis sint, quę omnia in actis redigi facere debebit. Et si iudex impeditus fuerit multitudine negotiorum, vel alia causa, mittere debebit officialem, cum tabellione, ad supradicta verificanda. & hanc praxim obseruarĩ testatur Ant.Gom.3.tomo Variarum. capit.9.numero.1.ad quam verificationem faciendam sufficiunt fama, vel alię coniecturæ, & testes minus idonei, secundum Bosium in practica criminali. titul.de delicto.numero.1.& Folerium in practica criminali.2.part.titul.capiet informationem.numero.3. Et postquã de delicto commisso constet, iudex diligenter debebit procedere ad inquisitionem delinquentis, per summariam informationem, & testium depositionem, recipiendo prius confessionem ipsius offensi vulnerati, ad se instruendum, in qua informatione capienda, iudex & tabellio sequentẽ ordinem obseruabunt.nẽpè, quòd generaliter & simpliciter interrogent testẽ, qualiter rixa illa, vel illud delictum fuerit commissum, & quid de eo sciat, & quicquid testis deposuerit, in actis redigi debebit,eisdẽ verbis grossis, vel alegantibus turpibus, vel honestis, quibus testis ipse vsus fuerit in suo responso, & depositione, absque eo quod verba illa

2

3

4

5

elegantibus

sa immutentur, vel emendentur à iudice, vel tabellione. Deinde testis interrogandus erit, quomodo illa rixa fuerit cepta, & inchoata, vt ita facilè intelligi possit, quis fuerit aggressor, & an reus accusatus prouocatus fuerit, re, vel verbis, vt sic necesse habuerit se defendere. Postmodum iudex & tabellio interrogent testem, coram quo, & quibus personis delictum fuerit commissum, & an qui ibi adfuere præstiterint opẽ reo vel cui eorum: & vbi erat testis, quando delictum fuit commissum, & qua hora contigit: & an delinquens venerit à tergo, vel facie ad faciem, armatus, vel sine armis, ex deliberato animo, vel casu: & an offensus obuiam iuerit reo, ita quòd opus fuerit sibi vim vi repellere: & an reus ipse percusserit offensum, vel alius ex inter essentibus casu illum percusserit, pro pace, & concordia constituenda inter rixantes. neque in ijs interrogationibus iudex, vel tabellio terminos querelæ excedere, neque extra casum interrogare testem debebunt. Quę omnia supradicta oportet interrogare ad eruendam & inuestigãdam veritatẽ: sæpissimè enim contingit accusatos innocentes periclitari, & maxima nocumenta pati, ex eo quòd testes in summaria informatione malè examinati fuerunt, non inquirendo quis fuerit agressor, & à quo concertatio inchoata fuerit, & an offensor ad sui defensionem fecerit: nam postmodum prædicti testes in iudicio summario examinati, quãuis de innocentia accusati sciant, & in iudicio plenario interrogentur, tempore ratificationis non audent veritatem detegere, sed solum modò se ratificant in sua summaria depositione. Quare summã diligentiam in hac summaria informatione recipienda iudicem adhibere debere, cùm ferè semper sit totius causæ fundamentum, multum commendat Bernardus Diaz in pract. crimi. cano. c. 112. Et in hac summaria informatione ipsemet iudex testes examinare debet, nec eorum examinationem committere potest: vt probatur in l. 28. titul. 7. lib. 3. Recopil. & resoluit Couarruu. libro. 2. Variarum. c. 13. nu. 10. & Iulius Clarus libro. 5. sententiarum. §. fin. quæstone 26. & Rojas in sing. 205. asserens cõsuetudinem in contrarium inductam non valere vt resoluit. Felin. capit. cum causam. 1. nume. 21. de testibus. quia probatio iudici & non notario fit. l. quingenta. ff. de probatio. l. si quando. C. de testib. nullus enim magis scire potest quam iudex quanta fides sit adhibenda testibus vt inquit. l. 3. §. 1. ff. de testib. Iudex enim considerare debet an testes ad interrogata respdeant, vel ex tẽpore, vel præmeditato sermone, vel qui verisimiliora deponunt, vel qua frõte, quo vultu, quo rubore, vel qua trepidatione: cautus iudex omnia rimari & inspicere debet, & alia signa vultus testium, an sint tristes, ridentes, lachrymantes aut pallentes: quia difficile est crimen nõ prodere vultu. Et quæ in hac informatione summaria iudex attendere debet vide apud Iul. Clar. lib. 5. receptarum. §. fi. à. q. 20. vsq; ad. q. 27. & postquam iudex summariam informationẽ cœperit, si ex ea aliquis culpabilis resultauerit, ad capturam eius procedet.

Ex. §. Secundo,

SVMMARIA.

1 *DElinquente vt cunque culpabili reperto, eum iudex in carcerem detrudit, etiam si per vnum testem minus idoneum de culpa constet.*

2 *Absque informatione vel iudicio ad capturam non perueniendum.*

3 *Iudex absque inditio vel informatione aliquem capiẽs in sindicatu tenetur, si captus repertus fuerit innocens.*

Incar-

4 *Incarceratus absq; culpa, absque impensa relaxandus.*

5 *Incarceratum absque inditio priuatus impunè poterit à carcere eximere, & ipse incarceratus fugiens pro confesso non habebitur.*

6 *Quando pœna criminis est corporis afflictiua is, contra quem præsumptio, vel indicium ex summariæ informatione resultauit, verbaliter citandus nõ est antequam capiatur.*

7 *Delinquens capiendus non est absq; mãdato iudicis.*

8 *Delinquens capi poterit absque iudicis mandato in fraganti delicto.*

9 *Captus à carcere fugiens fractis carceribus pœna capitis punitur, & pro cõfesso habetur.*

10 *Delinquentibus carcer assignatur arbitrio iudicis.*

11 *Carcer ad custodiam non ad pœnam cõstitutus est.*

12 *Mulier delinquens in diuerso & separato carcere à carcere virorum includenda est.*

13 *Mulier nobilis & honesta delinquẽs in aliquo monasterio, aut honesta domo deponenda, inhonesta verò seu ignobilis in publico carcere ab alio virorũ separato.*

14 *Custos carceris carceratam mulierem carnaliter cognoscens acriter puniendus, & de consuetudine Franciæ pœna mortis: etiam si publica meretrix fuerit.*

15 *Custos carceris meretricem publicã carnaliter cognoscens sponte sua mitius puniendus, quam si per vim.*

16 *Pœna custodis carceris coeuntis cum incarcerata arbitrio iudicis imponẽda.*

17 *Custos carceris curet, ne necessaria captis desint: & ne molestia, aut iniuria irrogetur eis.*

18 *Iudex capto delinquente, vel absente, eius bona confiscet, & penes tertium custodienda deponat: maximè si cõfiscationis bonorum pœna pro delicto imponenda venit.*

19 *Pœna confiscationis bonorum iure regio solum in casibus ab eo expressis imponenda.*

20 *Clerici an confiscationis bonorum pœnam patiantur remissiuè.*

§. 2. De captura delinquentis.

1 Recepta summaria informatione, si ex ea aliquis culpabilis apparuerit, vel contra eũ resultauerit aliquod inditium vel præsumptio, iudex debebit illũ personaliter capere, & in carcerẽ detrudere: ad quã capturã sufficiens erit qualisqualis probatio, vel præsumptio, etiam per vnũ testẽ minus idoneũ, secũdũ cõmuniter DD. in cap. si clericos. de sentẽtia excõmunicationis. in. 6. & Ant. Go. 3. tomo Variarũ cap. 9. n. 1. in fin. & Iulium Clar. in d. §. fi. q. 20. n. 2. & q. 28. n. 2. absq; aliqua tamen informatione vel inditio ad capturam non peruenitur, vt probat tex. in l. 2. C. de exhibendis reis. & tradit Ang. in tract. de maleficijs. verbo, Fama publica. colũ. 2. & Iul. Clar. in d. q. 28. nu. 2. alioquin si absq; informatione vel inditio iudex aliquẽ personaliter ceperit in sindicatu tenebitur, si captus postmodum repertus fuerit innocens, secundũ Bald. in l. 2. nu. 3. C. de his qui latrones occultauerunt. & Hippolytum in practica criminali. §. constãte. nu. 3. relaxãdusq; absq; impensa erit, secundũ Bal. & Ias. in l. si pacto quo pœnam.

nã. C. de pactis. per tex. in l. fi. §. nullo tẽ pore. ff. de libero homine exhibendo. & Age. vbi sup. versiculo. sexto quæritur.

1 Quinimo tunc quilibet priuatus impunè poterit illum à carceribus eximere, vt probatur in. l. 1. §. Offilius. cum duabus sequentibus. ff. ne quis eum, qui. & communiter doct. ex Iaſ. in. l. 3. §. quod prætor. col. 3. ff. ne quis eum, qui. & Iul. Claro in. d. q. 28. nu. 4. nec tunc captus fugiens à carcere pro confesso habebitur, vt docet Bart. in. l. vix eius. C. de probationibus. & Felin. in cap. 1. col. 14. de constitutionibus. sic limitantes tex. in. l. ad commentariensem. C. de custodia reorum. & est communis opinio secundum Rolandum à Valle consilio. 7. numero. 47. lib. 1. & Couar. lib. 1. Variarũ cap. 2. nu. 11. & Dueñas in regula. 393. limitatione. 4. & Iul. Clar. in dict. §. fin. q. 21. nume. 26. & 27. Et aduerte ꝙ quando cõtra aliquem præsumptio vel indicium ex summaria informatione resultat, quod non debet præcedere verbalis citatio propter timorem fugæ, sed statim realiter erit capiendus; alioquin nec captura sequeretur, nec delicta punirentur, vt probat text. in. l. nullus. C. de exhibendis reis. & probatur ex. l. 1. & toto tit. ff. & C. de custodia reorũ. & in. l. 1. tit. 29. par. 7. quam ita intelligit Gregor. ibi in glos. 1. & tradit Roderic. Suar. in allegatione de fideiussore in causa criminali. nu. 5. super. l. 4. titu. 3. lib. 2. fori. vers. practica iuridica. & Ant. Gom. in. d. c. 9. nu. 1. Quod tamen intelligit verum Grego. Lup. in. l. 18. titul. 8. part. 1. in glo. 2. quando pœna criminis esset corporis afflictiua, alioquin verbaliter citari deliquens poterit, vt ex illa. l. colligitur, & ex text. in Authentico. vt nulli iudicum §. si quis verò comprehẽsorum. & idẽ resoluit Bernardus Diaz in practica criminali. cap. 113. per text. in cap. 1. de iud. lib. 6. Aduerte insuper, quòd prædicta captura absque mandato iudicis fieri non potest, etiam si officialis publicus illã facere voluerit, iuxta text. in. l. fina. C. de exhibendis reis. & ibi notat gl. recepta communiter à Bar. & ab alijs, & probatur in. l. 2. tit. 29. par. 7. Quod intelligi debet nisi delinquens repertus fuerit in fraganti delicto: nam tunc absque mandato iudicis capi potest, argumento text. in Authentico. de defensoribus ciuitatum. §. audiens. collatione. 3. & firmat Paris de Puteo in Tractatu sindicatus. fol. 188. nu. 15. & Iulius Clarus in. d. quæstio. 28. num. 7. & idem dicẽdum erit in alijs casibus exceptis per text. in. l. 12. titul. 17. par. 7. & in. l. 2. titulo. 29. part. 7. Atque ideo postquam ex summaria informatione

6 cõstiterit aliquẽ culpabilem esse, iudex cõcedit mãdatũ alguazelo ad capiendũ delinquentẽ, vel ipse iudex illũ capit, & in carcerẽ detrudit: qui carceratus à car-

7 cere fugere nõ debet, alioquin fugiens fractis carceribus pœna capitis punitur, vt probat tex. in. l. 1. in principio. ff. de effractoribus. & in. l. milites agrũ. §. eũ tamẽ. ff. de re militari. & tenet. Bar. in Tractatu de carceribus. col. 3. & hãc cõclusionẽ pro regula ponit cũ tribus ampliationibus, & nouẽ limitationibus Petrus

8 Dueñas in regula. 393. & Iul. Clar. in. d. §. fi. q. 68. nu. 6. & q. 21. nũ. 25. & talis fugiens ꝓ cõfesso habetur, vt resoluit Dueñas in regula. 389. limitatione. 2. & Iul.

10 Clar. in. d. q. 21. n. 25. Qui carcer delinquẽtibus assignandus erit arbitrio iudicis, secundum qualitatẽ delicti & personæ ipsius delinquẽtis, vt probat text. in

11 l. 1. C. de custodia reorũ. & in. l. fi. C. de accusationibus, quia carcer nõ ad pœnã, sed ad custodiã cõstitutus est, vt probatur in. l. aut dãnũ. §. solẽt. ff. de pœnis. & in. l. 4. & 6. tit. 29. p. 7. & in. l. 16. tit. 1. p. 7. & tradit Roder. Suar. in dicta allegatione de fideiussoribus in causa criminali. n. 8. & Ant. Gom. in. 3. tomo Variarũ. cap. 9. n. 6. Et hinc est, quòd si delin-

12 quens fuerit mulier, includi debebit in carceribus separatis à carceribus virorũ iuxta tex. in. l. quoniã. & in Authentica. hodie. C. de custodia reorũ. quibus

conue-

cõuenit lex. 5. tit. 29. p. 7. & l. 2. titul. 24. lib. 4. Recop. quę iura intelliguntur, ꝙ mulier ꝓ delicto custodiẽda erit in carceribus separatis à carceribus hominũ, nõ tamẽ in carceribus publicis, sed potius erit mittẽda in aliquo monasterio,
13 vel tradẽda honestis mulieribus, vt eam custodiant, sub idonea fideiussione, vt prædicta iura probãt: quæ procedũt, qñ talis mulier nobilis esset vel honestæ cõditionis: cæterũ si inhonesta esset, in carcere publico, separato tñ à carcere hominũ detrudenda erit, vt probatur in l. 62. Tauri. quæ habetur in l. 10. tit. 3. lib. 5. Recop. & notat Gre. Lup. in l. 5. titul. 29. p. 7. verbo, Cõ los varones. & Menochius lib. 1. de arbitra. q. 88. à n. 13. Et cauere debet custos carceris, ne carnaliter
14 mulierẽ carceratã cognoscat: nã si eam cognouerit, acriter erit puniendus: imò de cõsuetudine regni Frãcię pœna mortis puniretur, vt firmat Faber in. §. itẽ lex Iulia. Instit. de adulterijs. quod procedit etiã si talis mulier inhonesta & publica meretrix esset, vt expresse tenet Hippolytus in l. 1. ff. ad l. Corneliã, de sicarijs. dũmodo inuita & per vim cognoscere tur: secus verò si spõte, nã tũc mitius pu
15 niri deberet, secũdũ Cifuentes in l. 62. Tauri. Sed cũ isto casu certa pœna nõ sit expressa in iure, dicẽdũ erit, custodẽ carceris puniẽdũ esse arbitrio iudicis, secũdũ qualitatẽ personarũ, ita tenet Anton.
16 Gom. in l. 80. Tauri. n. 25. & notat Iul. Clar. lib. 5. receptarũ. §. fornicatio. n. 24
17 Curare etiã debet custos carceris, ne alimẽta. & reliqua necessaria deficiant incarceratis, nec permittere debet, ꝙ aliqua molestia, vel iniuria eis irrogetur, vt probatur in l. 3. & 6. tit. 24. lib. 4. Re-
18 cop. Delinquẽte verò capto, & in carcere detruso, vel absente, bona eius à iudice corã tabellione erũt cõfiscãda, & deponẽda penes aliquẽ tertiũ, ne pereant, vel occultẽtur, iuxt. tex. in l. fi. ff. de requirẽdis reis. vbi Bar. & alij. & idẽ ꝓbat tex. in l. A. & ibi Salicet. n. 5. C. de requirẽdis reis. & tex. in l. fi quis intra. C. de bonis præscrip. vbi notant Bal. Salic. & alij.
19 & plura de cõfiscatione bonorũ tradit Ant. Gom. 3. tom. Variarũ. c. 14. & Iul. Clar. lib. 5. receptarum. §. fi. q. 78. & 79. Quòd maximè procedit quãdo prodelicto veniret imponẽda pœna cõfiscationis bonorũ, quę de iure regio locum nõ habet, nisi in casibus à iure expressis, vt probat l. 5. tit. 31. p. 7. Et an tali pœna
20 clerici puniri valeãt latè examinat omnino videndus Bernardus Diaz in practica criminali. c. 124. Sed quia aliquando delinquens personaliter capi nõ potest, & ad ecclesiam confugit, ideò videndũ erit de delinquẽtibus ad ecclesiam confugientibus.

Ex. §. Tertio.

SVMMARIA.

1 *IMmunitas locis sacris in eorum honorem concessa.*

2 *Immunitate ecclesiæ si notoriè constiterit aliquem non gaudere, ab ea extrahi poterit per laicũ iudicẽ absq; episcopi aut rectoris licentia.*

3 *Immunitate an quis gaudeat si dubium sit, non extrahendus est, antequã cognitum sit de dubio ab vtroq; iudice ecclesiastico, & seculari: & interim de consuetudine ab vtroq; vincula delinquenti injcienda.*

4 *Confugiẽs ad ecclesiã non debet de iure catenis ligari.*

5 *Delinquentibus ad ecclesiã cõfugiẽtibus in aliquibus locis custodes circunponuntur, & obsideatur ecclesia dũ causa immunitatis decernitur.*

6 *Ecclesia de iure non debet obsideri, si cõstet delinquentes immunitate gaudere debere: sed si dubitetur custodes*

poni

poni poterunt.

7 Victus & requies non deneganda illi, qui est in ecclesia obsessus, donec causa immunitatis terminetur.

8 Vterq; iudex secularis & ecclesiasticus simul cognoscunt super dubio immunitatis, & hic probatur.

9 Iudex causæ præparantis etiam causæ præparatæ debet esse iudex.

10 Iudicibus ambobus decernentibus immunitate delinquentem non gaudere extrahendus est.

11 Iudex ecclesiasticus caueat ne seculari, delinquentem tradat, sed tantum toleret, quod extrahatur.

12 Iudicibus discordibus in dubio immunitatis terminando tertius eligendus.

13 Iudicibus nolentibus tertium eligere superior adeundus, qui eos compellat, vel ipse tertium præstet.

14 Iudicibus vno ordinario, & altero delegato principis existentibus ad principē recurrendum erit, qui tertiū præstet.

Delegatus principis dignior & potentior est ordinario.

Magis dignū trahit ad se minus dignū.

Iudices discordes, si ambo ordinarij existant, ad principem, vel eius cōsilium recurrendum.

Iudex regius ordinarius potentior est ordinario ecclesiastico.

Iudicum, si alius ordinarius ecclesiasticus sit, & alius ordinarius alicuius particularis dñi tēporalis ad superiorē ecclesiasticum est recurrendum.

Iudex ordinarius ecclesiasticus maior est ordinario alicuius dñi temporalis.

Iudex ordinarius secularis si dūtaxat fuerit in aliquo loco, vel si nullus iudex fuerit quid agendum cum delinquente confugiente ad ecclesiam.

Si iudices de facto tulerunt cōtrarias sentētias super immunitate, quid agēdū.

Si duæ sententiæ contrariæ proferantur nec apparet quis sit actor vel reus, sententia vtraq; à confirmatione superioris pendet.

15 Immunitatis dubio pēdente, si iudex delinquentē extraxerit ab ecclesia, eum iudex ecclesiasticus censuris repetet.

Immunitatis dubio pendente, extractio delinquentis ex subsequenti cognitione non iustificatur.

16 Ecclesia spoliata ante oīa restituenda.

Clerici non possunt armis defendere delinquentem, ne de facto extrahatur.

Iudex de facto aliquem extrahens ab ecclesia puniendus, & qua pœna, tam de iure ciuili quam canonico.

Pœnas iure impositas extrahentibus de facto delinquentes ab ecclesiis Concilio Trid. innouat.

Pœnā triginta librarū qua iudices nō seruantes immunitates coercebantur ecclesia per desuetudinem perdidit.

17 Immunitas duplex confugientibus ad ecclesias concessa, & quæ sit.

Delinquentes qui voluntariè exeunt ab ecclesia, vel à prælatis eius traduntur amplius pœnam corporalem nō patientur, sed pecuniariam.

Immunitate ecclesiæ qui gaudere debet, si voluntariè extrabitur, non morte puniendus, nec pœna corporali, & de hoc cautionem præstabit iudex.

Immunitate qui gaudere debet si sponte sua extrahatur: pœna mortis & alia corporis afflictiua puniri valet.

18 Tex. in. c. inter alia de imm. eccl. expẽditur. & difficultas quæ contra eum opponi potest soluitur.

19 Pœna constituẽda iuxta proportionem delicti.

20 Immunitas conuenienter à iure concessa ratione de qua hîc.

21 Immunitas secũda licet de iure procedat iã ab vsu recessit in Hispania.

22 Immunitas prima hodie solùm manet.

23 Immunitas qua ratione tẽplis, & locis sacris concessa.

24 Immunitate gaudẽt ecclesiæ, in quibus continuè seruatur Eucharistiæ sacramentum, & etiam ecclesiæ nondum consecratæ, & in quibus nondum diuina officia sint celebrata, dum auctoritate superioris fuerint fundatæ.

Tex. in c. Ecclesiæ de immu. Eccles. exponitur.

25 Consuetudines plurimum attendendæ in materia immunitatis ecclesiarum.

26 Audatiam eorum qui immunitate freti crimina cõmittunt reprimenda.

27 Immunitate gaudẽt hospitalia authoritate episcopi constructa.

28 Hospitale episcopi authoritate constructũ, religiosum efficitur: & ad vsus humanos redire non potest.

29 Immunitate gaudẽt hæremitæ, & oratoria authoritate episcopi constructa.

30 Immunitate non gaudent, priuata oratoria, licet ibi diuina officia celebrentur.

31 Immunitate gaudent monasteria.

32 Immunitate gaudent omnia cõtenta intra septa monasterij, & quæ vna clausura claudũtur, quæ appellatione monasterij veniunt.

33 Immunitate etiam gaudet cœmeterium ecclesiæ.

34 Immunitas concessa ecclesiis extenditur ad circuitum quadraginta passuũ in ecclesia matrice: & triginta passuũ in reliquis ecclesiis inferioribus.

35 Immunitate etiam gaudet palatiũ, seu domus episcopi intra quadraginta passus ab ecclesia matrice existens, secũ dani forensem vsum.

36 Immunitate etiam gaudet confugiens ad sacerdotem Eucharistiam manibus portantem.

37 Immunitate non gaudet qui dum est in carcere confugit ad Eucharistiam, quæ ad ipsum dicitur, vel quando corpus Christi suscipit.

38 Immunitate gaudet ecclesia sine auctoritate superioris destructa, si aliqua sit spes eius reparationis secus si cum eius authoritate absque reparationis spe.

39 Immunitate gaudet ecclesia etiã interdicto supposita.

40 Immunitate gaudet ille, quẽ iudex ad oculum & cursu prosequebatur, & ecclesiã ingressus fuit, nec inde euelli potest.

41 Immunitate gaudet qui captus à familia iudicis ab eius manibus se exemerit, & ad ecclesiam confugerit.

42 Immunitate etiam gaudet qui carcere fracto ad ecclesiam confugit.

43 Immunitate gaudet qui detentus in carcere præstito iureiurãdo de redeundo exijt de licentia custodis, & confugit postea ad ecclesiam.

44 Immunitate gaudet qui paratus est ad mortẽ, vel aliã pœnã corporalẽ euasse

rit

rit à cercere, vel à manibus satellitũ, & locum sacrum ingressus est.

45 Immunitate gaudet delinquẽs ductus ad supplicium per ecclesiam, vel locum sacrum à quo inuitus extrahendus non est.

46 Immunitate gaudet, qui dum confugit ad locum sacrum clausum, manu portas, ansam, vel vectes apprehendit.

47 Immunitate gaudet qui intra ecclesiã existẽs per extẽsam vestẽ extractus est ab ea, quia ad eam restituẽdus est.

48 Immunitate similiter gaudet, qui ductus ad supplicium habet obuiam cardinalem cuius pileus purpureus superimponitur capiti delinquentis.

49 Sententia particularis Iulij Clari.

50 Immunitate gaudet confugiens ad personam principis, vel regis.

51 Immunitate gaudet, qui ad statuã principis confugit, nisi malicioſe confugiat, vel aliud velit consuetudo.

52 Immunitate gaudet delinquens ad domum regiam confugiens à qua nisi de expresso regis mandato, vel quia commisit proditionẽ extrahendus nõ est.

53 Immunitas non conceditur nobilium seu dominorũ palatijs: nisi de consuetudine, vel statuto eis sit concessa.

54 Immunitas palatijs infançorum, in regno Nauarræ concessa est.

55 Delinquens ad ecclesiam confugiens non debet regulariter inde extrahi quantuncunq; delictum attrox sit.

56 Regula p̃cedẽs duas exceptiões patitur

57 Casus exceptus regulam in contrarium firmat.

58 L ex in authenico de mand. princ. §. sed neque. ver si. neque. opponitur contra prædicta.

59 L ex. in. d. authentico. de mand. principum, & similes sunt correcti de iure canonico.

60 Ius canonicum & eius dispositionem circa immunitates consuetudine probari testatur Faber.

61 L ex. in cap. inter alia exponitur circa quædam verba.

62 Discrimen nullum versari inter ius canonicum & ius Codicis circa immunitates ecclesiarum.

63 Ius canonicũ quare correctionẽ iuris ciuilis circa immunitatẽ inducere potuit.

64 Immunitate nõ gaudet publicus latro,

65 Latro publicus quis dicatur.

66 Immunitate etiam non gaudet nocturnus depopulator agrorum.

67 Depopulator nocturnus agrorũ quis.

68 Immunitate non gaudent publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum si delinquant insidioſe.

69 Immunitate quare nõ gaudeãt publicus latro, & nocturnus agrorum depopulator, magis quam alij malefactores.

70 Immunitate etiam simplex non gaudet fur attenta consuetudine.

71 Simplex fur ꝺ iure immunitate gaudet

72 Simplex fur si tria vel plura furta commisserit, immunitate etiam de iure non gaudet.

73 Immunitate etiam non gaudet delinquens intra ecclesiam.

74 Qui ecclesiam delinquendo offendit, eius beneficio gaudere non debet.

75 Qui ea spe delinquit, vt ab ecclesia defendatur, ei grauẽ iniuriam irrogat.

76 Indistinctè seruatur quòd intra ecclesiam delinquens ab ea extrahatur.

77 Necessum est secundum communem quòd quis intra ecclesiam delinquat spe, et fiducia quòd ab ea defendatur, vt immunitate gaudere non valeat.

78 Quando videatur delinquens intra ecclesiam, fiducia quod ab ea defendatur deliquisse.

79 Delinquens intra vnam ecclesiam, & confugiens ad aliam ab ea extrahi poterit.

80 Consuetudo est apud aliquos, quòd delinquens intra aliquam ecclesiam si ad aliam confugerit ab ea non extrahatur, licèt apud nos contrarium seruetur.

81 Immunitate non gaudet delinquẽs grauiter intra ecclesiam, secus si leuiter delinquat.

82 Committens delictũ graue intra ecclesiam non solum quoad illud priuatur immunitate, verumetiam quoad alia delicta prius, vel posterius commissa extra ecclesiam, secundum communem opinionem.

83 Quãdo delictum intra ecclesiam commissum nõ fuit punitum, priuatur delinquens immunitate etiã quoad omnia commissa extra ecclesiam.

84 Verius est indistinctè cum Couar. delinquentem intra ecclesiam gaudere immunitate, quoad alia delicta extra eam commissa.

85 Immunitate non gaudet, committens adulterium intra ecclesiam.

86 Immunitate etiam non gaudent raptores virginum intra ecclesias.

87 Immunitate non gaudet surripiens monialem.

88 Committens furtum intra ecclesiam eius immunitate non gaudet.

89 Hodie committens furtum extra ecclesiam non gaudet immunitate.

90 Immunitate non etiam gaudet, qui committens furtum extra ecclesiam cum re furtiua ad ecclesiam confugit.

91 Mutatione iurisdictionis nouum furtum committitur.

92 Verius videtur, quòd qui cum re furtiua confugit ad ecclesiam ab ea nõ extrahatur de iure.

93 Ecclesia non habet territorium, & qui ad eam confugit cum re furtiua extrahitur de consuetudine.

94 Delinquens propè ecclesiam vel cœmeterium deliberatè non gaudet eius immunitate.

95 Qui spe absolutionis consequendæ virtute indulgentiarum peccat, ex earũ vi nõ potest absolui, si virtute & confidentia earum mouetur ad peccandum, in quo aliàs non peccaret.

96 Apud Lusitanos vtcumque quis propè ecclesiam delinquat ab ea extrahitur.

97 Qui existens intra ecclesiam percutit existentem extra, non gaudet immunitate.

98 Existens intra ecclesiam si mandauit delictum cõmitti extra eam, & agatur de delicto commisso in mandando non gaudet immunitate.

99 Existens extra ecclesiã percutiens existentẽ intra eã aliquo iaculo vel alio modo, non gaudet immunitate.

100 Existens extra ecclesiam qui mandauit percutere existentem in ecclesia, si de mãdato agatur immunitate non gaudet.

Qui

100 Qui per vim extrahit in ecclesia existentem, & eum percutit non gaudet immunitate.

102 Qui mandauit alicui extrahere existẽtem in ecclesia, & postea percutere, nõ gaudet immunitate, quantũ ad delictum commissum in mandato.

103 Sacrilegus non gaudet immunitate.

104 Sacrilegus quis dicatur.

105 Sacrilegiũ cõmittẽs in ecclesia nõ gaudet immunitate, secus si extra eam.

106 Infidelis confugiens ad ecclesiam propter delictum commissum non gaudet immunitate.

107 Duæ cõmunes opiniones cõponuntur.

108 Hæreticus non guadet immunitate.

109 Apostata, hoc est, renegado, immunitate non gaudet.

110 Blasphemus Dei & Virginis Mariæ non gaudet immunitate.

111 Naleficus percutiens imagines, & mala sacrificia faciens nõ gaudet immunitate.

112 Excommunicatus, interdictus, & suspensus gaudent immunitate secundum communem sententiam.

113 Occidens aliquem proditorie & insidiosè non gaudet immunitate.

114 Verus sensus. c. 1. de homi.

115 Homicida proditorius & aleuosus quis dicatur.

116 Text. in. c. 1. de homi. optimus ad hoc quod proditor est, qui per insidiosam industriam alium occiderit.

117 Qui offendit inimicum suum à tergo, & aleuosè non est proditorius homicida, secundum Bart. & alios.

118 Qui inimicum suum à tergo & aleuo se per industriam insidiosam occidit proditorem esse, defendit Couarr. contra Bartol. cuius opinio. l. Regia improbatur.

119 Prædictæ Bart. & Couarr. & legis Regiæ opiniones qualiter componat Ant. Gom.

120 De iure regio etiam inimicus inimicum suum securè offendens proditor & aleuosus est.

121 Occidens veneno non gaudet ecclesiæ immunitate.

122 Homicidium venenocommissum dicitur nors secura.

123 Occidens patrem, vel pater occidens filium non gaudet immunitate.

124 Ducens aliquẽ insidiosè ad locum vbi occidatur non gaudet immunitate.

125 Socius consocium in itinere occidens, non gaudet ecclesiæ immunitate.

126 Vulnerans aliquem proditoriè animo accidendi, etiam morte non sequuta non gaudet immunitate.

127 Vulnerans proditoriè absque animo occidendi gaudet immunitate.

128 Animus occidendi, vel non occidendi ex instrumento percussionis deprehenditur.

129 Apud Lusitanos vulnerans proditoriè, siuè animo occidendi, siue non immunitate non gaudet.

130 Qui ex deliberatione animi ex interuallo, post repentinum iræ motũ absq; proditione aliquem occiderit non gaudet immunitate, secũdum vnam communem opinionem.

131 Homicidam ex proposito & deliberatione absque proditione gaudere immunitate Panormitanus tenuit, quãquam plurimi hîc relati sequãtur

contra supradictam communem, hã c etiã communẽ, & veriorem credẽtes.

132 Homicida simplex qui casu, culpa, vel dolo nulla animi deliberatione præcedente aliquem occiderit, immunitate gaudet.

133 Assassinus immunitate non gaudet.

134 Assassinus dicitur qui precio quocũq; aliquem occidit, vel percutit.

135 Tex. in c. 1. de homi. in 6. intelligitur in his qui hominem Christianum, etiã si mandatarij Christiani sint, mandant occidi per homines ad id pecunia conductos.

136 Crimen assassinatus dicitur tam quoad mandantem cõductorem vè, quam quoad mandatarium, & locatorem.

137 Crimen assassinatus grauissimum est, vt patet ex eo, quod maior pœna imponitur fœminæ, quæ ob pecuniam sumpto potu infantis nondum animati abortum fecit, quam ei quæ absque pecunia & mandato eum fecit.

138 Assassini secundum Couarr. & alios dicũtur, qui aliquem Christianum occidunt opera quorũdam, qui proprio nomine ita appellantur, & in his intelligendus text. d. ca. 1. de hom. in 6.

139 Assassini sunt quidam infideles qui subsunt principi infideli, qui ab eo ita edocti sunt, vt facilimè occidant quos ille iusserit occidi, &c. & si de his intelligatur text. in dict. c. 1. non gaudebunt immunitate.

140 Qui secundum communem dicuntur assassini, si proditoriè simul fecerint, non gaudebunt immunitate nec mandans, fautor & receptor.

141 Clerici & religiosi de consuetudine non gaudent immunitate.

142 Raptor virginum secundum veriorẽ opinionem immunitate gaudet.

143 Concremator ecclesiæ non gaudet immunitate.

144 Spoliator ecclesiæ per vim, non gaudet immunitate.

145 Destructor, vel frangens portas ecclesiæ non gaudet immunitate.

146 Transfuga non gaudet immunitate, secundum Bart. & Mantu. licèt contrarium Boeri. & Nauar. sustineat.

147 Exul per iudicis sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, non gaudet immunitate, sed contrarium verius.

148 Qui se iniustè in ecclesia defendit non gaudet immunitate.

149 Qui arma prohibita intra ecclesiam habuerit, quo ad ea non gaudebit immunitate, quibus à iudice laico priuari poterit.

150 Validum argumentum de tempore ad locum.

151 Expresso iure regio extat decissum, quòd debitor pecuniarius non gaudeat immunitate.

152 Debitor pecuniarius de iure communi gaudet immunitate.

153 Etiam stante statuto, quod debitor possit capi, & tradi creditoribus gaudebit immunitate vt ab ecclesia non extrahatur.

154 Non datur verum ius seruitutis creditori in debitorem.

155 Debitor obnoxius publicis tributis non gaudet immunitate: sed contrarium verius resoluitur de iure communi.

Mer-

156 Mercator, & campsor versuram facientes & creditores suos fallẽtes immunitate non gaudent ecclesiæ, ad quam confugiunt.

157 Nauar. credit campsores fallitos gaudere immunitate, licet proculdubio eorum bona in ecclesiis abscondita extrahenda sint, vt inde creditoribus fiat satis.

158 Obligatus ad ratiocinia nõ gaudet immunitate secundũ Remigiũ, sed gaudet secundũ Nauar. autor tamen vt in præcedenti casu resoluit.

159 Seruus immunitate non gaudet, cum distinctione de qua hic.

160 Seruus confugiens ad ecclesiam, vt ingrediatur religionẽ, intra triennium repetitus à domino ei restituẽdus est, cautione præstita de eo nõ offendẽdo.

161 Seruus confugiens ab ecclesiam, propter magnam sæuitiã domini gaudet immunitate, ad hoc vt dominus compellatur eum vẽdere: si verò propter leuem erit extrahendus ab ecclesia, & domino restituendus præstita cautione à domino, quod eum non puniet.

162 Seruus confugiens ad ecclesiam propter delictum puniendum à iudice gaudet immunitate, sicut quilibet liber homo.

163 Effractor carceris non gaudet immunitate, sed contrariũ praxis obseruat.

164 Relaxatus à carcere præstito iuramento de redeundo non gaudet immunitate, secundum aliquos: sed verius est quod gaudeat.

165 Qui existens in loco sacro voluntariè exijt ab eo, captus nõ erit restituẽdus.

166 Qui verbis dolosis inductus à iudice exijt ab ecclesia, non est ei restituendus secundum plures, sed contrarium verius esse hic apparet.

167 Qui existẽs in ecclesia ab ea exijt propter terrorem incussum à iudice, vel eius familia: si capiatur restituendus est: & ita veriùs resoluitur.

168 Qui de mandato Papæ extrahitur ab ecclesia per iudicem ecclesiasticum non gaudet immunitate.

169 Laicus clericum occidens, & ad ecclesiam confugiens non gaudet immunitate.

170 Verius resoluitur laicum occidẽtem clericum gaudere immunitate.

171 Immunitas locis sacris cõcessa est, & non personis.

172 Euellens limites non gaudet immunitate.

173 Excuntem ab ecclesia propter metũ famis immunitate gaudere verius est.

174 In casibus, in quibus confugiens ad locum sacrum immunitate gaudet, nec ecclesia obsideri, nec alimenta denegari debent.

175 Immunitatem ecclesiæ violat, qui alimenta denegat confugientibus ad ecclesiam, nec consuetudine excusatur.

176 Ecclesia de bonis proprijs alimenta ministrat confugientibus ad eam, nec bona habẽtibus, nec victum manibus proprijs quærere valentibus.

177 Confugientibus ad ecclesiam non debent vincula ibi injci.

178 Vincula ab vtroq; iudice ecclesiastico & seculari sunt injcienda confugientibus ad ecclesiam, interim quod terminatur quæstio, an confugientes gaudere debeãt immunitate ecclesiæ.

179 *Iudex à ſindicatu recedens, & ad eccleſiam confugiens propter delicta de quibus accuſatur, vel propter æs alienum immunitate gaudet, iuxta veriorem opinionẽ autoris contra Puteum & Auileſium.*

180 *Si conſtitutio loquens in materia iuris cõmunis, aliquos caſus excipit non firmat per hoc regulã, in cõtrariũ in nõ exceptis, imo in eis ſuppletur per ius commune.*

181 *Cognito aliquẽ non gaudere immunitate eccleſiæ, ab ea extrahi poterit impugnè per ſecularem iudicem.*

182 *Iudex ſecularis poterit appellare à cẽſuris illatis per eccleſiaſticũ, contra eum iuſte extrahentẽ aliquẽ ab eccleſia.*

183 *Iudex ſecularis quando appellat à cẽſuris contra ſe illatis, iuſtè extrahẽtẽ aliquem ab eccleſia, proteſtetur auxilium regium, quod vim patiẽtibus impartitur, ſi ſibi denegata fuerit appellatio modo & forma de qua hic.*

184 *Cauſa incarcerati eſt pia.*

285 *Delinquente capto, eius confeſſio ſtatim recipienda, & antequam recipiatur monendus eſt cuſtos carceris, ne aliquem cum alloqui patiatur.*

§. 3. De delinquentibus ad eccleſiã confugientibus.

SAEPE contigit, q̃ prius quàm delinquẽs perſonaliter capiatur, ad eccleſiam cõfugit: quandoque poſtquam à familia captus eſt, ſe ab ea eximit: quandoque verò poſtquam in carceribus detentus eſt, effractis carceribus ad eccleſiam confugit, pro immunitate eius conſequenda, & iudex ſecularis tunc vult eum extrahere, & ex diuerſo eccleſiaſticus iudex delinquẽtem defendit, cenſuriſque eccleſiaſticis aduerſus ſecularem procedit, vt immunitas incolumis ſeruetur eccleſiæ. Et quia
1 generaliter immunitas conceſſa eſt templis ob reuerentiam, & honorem, locis ſacris diuino cultui dicatis debitum, vt ad ea confugientes inuiti non extrahantur, niſi in quibuſdam caſibus exceptis: ideò opportunè præſcribendus erit ordo à iudicibus obſeruandus in extrahendis delinquentibus ab eccleſia: nempè quòd quando notoriè conſtiterit delinquentem ad eccleſiam confugientem gaudere non debere immunitate eccle-
2 ſiæ iudex ſecularis tunc poterit illum extrahere, nulla licentia epiſcopi, vel rectoris eccleſiæ petita: nam cum eccleſia non tueatur illum, nulla iniuria ei irgatur, ita firmant Capella Toloſana. 422. Boer. in deciſio. 110. Remigius de Goñi in Tractatu de immunitate eccleſiarum. quæſtione. 1. & ita in praxi receptum eſſe teſtatur Couarruuias libr. 2. Variarum. capitulo. 20. numero. 18. & Auend. de exequendis mandatis Regum. 1. part. capit. 22. numero. 9. & Iulius Clarus. lib. 5. receptarum. §. fin. quæſtio. 30. numero. 10. tametſi cõtrarium teneãt plures DD. relati à Couarru. vbi ſuprà. & ab Anto. Gom. 3. tomo Variarum cap. 10. numero. 2. in fine. Quando verò dubitaretur, an deliquens ad eccleſiam confugiens deberet gaudere
3 eius immunitate, tunc prius quàm ſecularis iudex velit eum extrahere, cognoſcendum erit ab vtroque iudice eccleſiaſtico & ſeculari, an delinquens gaudere debeat immunitate eccleſiæ: & interim quòd articulus iſte deciditurerũt, vincula iniꝛcienda delinquenti intra eccleſiam ab vtroque iudice. quod ita de conſuetudine in aliquibus locis receptum eſſe teſtãtur Ioannes Igneus in repetitione.

petitione. l. 1. in principio. columna. 3. ff. ad Sylanianum. Remigius in. d. Tractatu. quæstione. 5. Couarr. in dicto capit. 20. numero. 17. verficu. Tricesimò primò. & communiter omnes ex Iulio Claro libro. 5. receptarum. §. fin. quæst. 30. numero. 21. Alioquin de iure confugiens ad ecclesiam, non debet ibi neruis, compedibus, aut catenis ligari: nam esset contra ecclesiæ libertatem, vt probatur in. l. præsenti. C. de ijs, qui ad ecclesias confugiunt. & in cap. diffiniuit. 17. quæstione. 4. & in. l. 2. titulo. 11. part. 1. In aliquibus tamen locis non injciuntur vincula delinquentibus intra ecclesiam stantibus, sed ecclesia positis custodibus obsidetur, donec à iudicibus terminetur, an delinquens gaudere debeat immunitate ecclesiæ, & hoc magis frequentatur. Quod etiam de consuetudine procedit: nam de iure ecclesia obsideri nõ debet, vt probatur in dict. l. præsenti. & in dicto capit. diffiniuit. & in dicta. l. 2. titulo. 11. part. 1. quæ iura intelligi poterunt, quando constaret, delinquentem debere gaudere immunitate ecclesiæ: tamen quando dubitaretur, interim custodes poni poterunt, ne delinquens inde exeat, donec causa decidatur, dummodo victus aut requies ei nõ denegetur, secundum Greg. Lup. in dicta. l. 2. verbo, Cercarlo. Et quòd vterque iudex simul cognoscere debeat, & terminare prædictum articulum, firmant Igneus, Remigius, Couarruuias, Iulius Clarus: & reliqui DD. vbi suprà. & probatur ex eo, quòd si ab vtroq; iudice injcienda sint vincula, & custodes ponendi, interim quòd causa decidatur sequitur inde, quòd cũ sint iudices causæ præparantis, debeant etiam esse iudices causæ præparatæ, secundum glos. in cap. parochianos. de sententia excommunicationis. & ibi Felin. & eundẽ Feli. in cap. cùm sit generale. columna. 5. de foro comp. Perusinum in cap. fin. colũna. 3. de foro comp. in. 6. & Decium in Rubrica, extra de iudicijs. numero. 2.

4 5 6 7 8 9

10 Et si iudices vnanimiter determinẽt, delinquentem non gaudere immunitate ecclesiæ, tunc extrahendus erit: cauebit
11 tamen iudex ecclesiasticus ne delinquẽtem tradat iudici seculari, sed dissimulet, vel toleret quòd eum secularis ex-
12 trahat. Si verò iudices fuerint discordes in determinatione huius articuli, tertius ab eis eligendus erit, argumẽto tex. in. l. offerendis. C. de appellationibus. & ibi notat Bartol. & Felin. post Panor. & alios in cap. fin. de re iudicata. columna. 2. verfic. prima declaratio. & Iaff. in l. si duo iudices. & in. l. inter pares. ff. de
13 re iudicata. Si tamẽ prædicti iudices noluerint tertium eligere, compellendi erunt per superiorem ad illum eligendum, vel superior illum dabit, argumẽto eorum, quæ notantur à gloss. & DD. in cap. suspitionis. de officio delegati. & in cap. cum speciali. §. 1. de appellationibus. text. in. l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arbitris. Et tunc adeundus erit
14 superior illius iudicis, qui dignior fuerit vt putà si vnus est ordinarius, & alter delegatus principis, erit recurrendum ad principem, quia delegatus principis potentior & dignior est ordinario, vt in capit. sanè. de officio delegati. & in capitu. pastoralis. §. 1. de officio ordinarij. & ita docet Bartol. in dicta. l. si duo. Nam magis dignum trahit ad se minus dignum, vt cap. 1. de consecratione ecclesiæ. lib. 6. & notat gloss. & ibi Panormit. in cap. quod in dubijs. de consecratione ecclesiæ. & facit text. in cap. per hoc. de hæreticis. lib. 6. Felin. notat in cap. fin. de re iudicata. columna. 2. verficulo. quarta declaratio. & Iaff. in dict. l. si duo. columna fin. verficulo. extra glossam. Sed si prædicti iudices fuerint ambo ordinarij. putà iudex regius & ordinarius ecclesiasticus, tunc recurrendum erit ad regem, vel eius concilium: nam iudex regius ordinarius potentior est ordinario ecclesiastico, ex rationibus allegatis per Bartol. in dicta. l. si duo. Tamen si vnus esset ordinarius ecclesiasticus,

Vide curiam. philipicam 3. f. 512 n. 55.

& alter ordinarius alicuius dominitem poralis, qui ponit iudicem ordinarium in sua villa, vel loco tunc in hac discordia recurrendum erit ad superiorem iudicis ecclesiastici, quia ecclesiasticus est dignior, & maior tali domino habenti iurisdictionem ordinariam. vt in cap. solitè. de maioritate & obedientia. Et si in illo loco non fuerit iudex ordinarius ecclesiasticus, sed secularis tantum, tunc delinquens custodiendus erit à rectore, vel vicario illius ecclesiæ: qui rector vel vicarius statim consulere debebit suum superiorem. Et si in illo loco nec ecclesiasticus nec secularis ordinarius fuerit, vt in locis ruralibus, vbi tantùm sunt iurati, tunc ab illis iuratis, & à rectore ecclesiæ delinquens erit custodiendus, & statim vterque debebit consulere suum superiorem. At verò si ambo iudices fuerint discordes in sententia lata, quia de facto tulerunt sententias contrarias, tunc videtur seruanda regula text. in capit. fin. de re iudicata. cum suis fallentijs, scilicet, quòd valeat sententia in fauorem rei lata. Sed quia in hoc casu ex vna parte versatur fauor Reipublicæ, & ex altera fauor ecclesiæ, & nõ apparet quis sit actor vel reus, tunc vtraque sententia pendet à confirmatione superioris, secundum Bartol. in dicta. l. si duo. & Felinum in cap. fin. de re iudicata. versicul. secunda declaratio. Et si
15 interim iudex secularis de facto vel absque aliqua discussione, an delinquens gaudere debeat immunitate, illum extraxerit: tunc ecclesiasticus iudex illum repetet, & suis censuris aduersus secularem procedet, secundum Panormit. in cap. inter alia. numero. 26. de immunitate ecclesiarum post Bartol. in dicta. l. præsenti. per text. in cap. miror. 17. quæstione. 4. Clauasium in summa. verbo. Immunitas. versiculo, quæro. columna 4. & Syluest. in summa. verbo. Immunitas. 3. quæstione. 7. Nec talis extractio iustificari poterit ex subsequenti cognio
16 tione: nam ecclesia spoliata ante omni erit restituenda, iuxta text. in capit. conquerente. & in capit. item cum quis. de restitutione spoliatorum. & resoluit Remigius vbi suprà in quæstione fin. Nec tunc clerici poterunt armis defendere delinquentem ad ecclesiam confugientem, ne de facto extrahatur: sed tantum censuris ecclesiasticis erit defendendus per text. in cap. 1. de officio delegati. & in cap. fin. de rebus ecclesiæ nõ alienandis. & in cap. dilectus. de pœnis. & in capit. ex parte. 1. de verborum significatione. tradit Collectarius in dicto capitulo inter alia. Et Remigius vbi suprà quæst. 12. Et tunc iudex secularis tanquã violator immunitatis ecclesiæ, puniendus erit, si delinquentem absque prædicta discussione, vel ea pendente, delinquẽtem inuitum ab ecclesia extraxerit: de iure enim ciuili erit puniendus tanquã committens crimen læsæ maiestatis, vt in dicta. l. præsenti. de iure verò canonico puniendus erit excommunicatione, & pœna pecuniaria triginta librarum argenti purissimi, & imponenda erit sibi pœnitentia publica, neq; absoluẽdus erit, donec extractum delinquentem ecclesiæ restituat, iuxta tex. in cap. miror. & in cap. siquis cõtumax. & in cap. quisquis. 17. quæst. 4. & tradit Panormit. in cap. penultim. columna fin. de immunitate ecclesiarum. sequitur Mainerius in. l. nemo de domo. ff. de regulis iur. Ioã. Idneꝰ in repetitione dict. l. 1. fol. 14. ff. ad Silanianum. & Remigius vbi supr. quæstione. 9. & probat. l. 4. titulo. 11. pa. 1. & ibi notat & sequitur Grego. Lupus. in glo. fi. quas pœnas in prædictis canonibus statutas, innouat Concilium Tridẽtinũ, Sessione. 25. de reformatione cap. 20. Verùm tamen est, quòd prædicta pœna pecuniaria triginta librarum hodie ab ecclesia non exigitur, quia per desuetudinem ecclesia perdidit ius eam exigendi, vt firmat gloss. in cap. cũ multæ. verbo. Connubio. 15. quæstione vltima. recepta ab Angel. de Castro inter consilia Pauli de Cast. consilio. 438. circa

ca finem. lib. 2. & Iulio Claro in. d. quæstione. 30. numero. 1. Vnde vt iudices seculares & ecclesiastici faciliùs intelligant, quando immunitas ecclesiæ sit seruanda ad eam confugientibus, & quando licitum sit reos extrahere ab ecclesia, quandoquè violatores ecclesiasticæ immunitatis dicantur: opere prætiũ duximus in præsenti resoluere, quę immunitas concessa sit delinquentibus ad ecclesiam confugientibus, & quæ loca prędicta immunitate gaudeant, & in quibus casibus ab eisdem extrahi inuiti possint delinquentes.

17 Quoad primũ dicendum erit, quòd duplex immunitas concessa est delinquentibus ad ecclesiam confugiẽtibus, vna vt non possit delinquens inde extrahi: altera verò quòd licet inde nõ fuerint violenter extracti, sed voluntariè exierint, vel sponte à prælatis ecclesiæ fuerint traditi iudicibus secularibus, nõ tamen ex illo delicto amplius erunt cõdemnandi ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, seu corporis afflictiuam: sed tantùm erunt pecuniariter puniendi, & cogendi ad pœnitentiam, & ad aliam satisfactionem faciendã. Quæ duplex immunitas delinquentibus concedi tur per text. in cap. inter alia. de immunitate ecclesiarum. in illis verbis, ibi, Non est violenter ab ecclesia extrahendus, nec inde damnari debet ad mortẽ, vel ad pœnam, &c. ex quo text. ita notant communiter omnes secundum Panormit. ibi. numero. 8. citantem adhoc glossam ibi, verbo, Puniendus. & gloss. in cap. reum. 17. quæstio. 4. & eandem conclusionem tenẽt communiter omnes ex Angel. in summa. verbo, Immunitas. nume. 16. Sylvest. in summa. verbo, Immunitas. 3. versiculo. 4. Et ratio est, quia ex eo quòd delinquentes ad ecclesiam confugerunt, statim consequuti fuerunt eius immunitatem, vt probatur in cap. id constituimus. 17. quæstio. 4 Quam tamen conclusionem intelligendam veram esse existimo in delinquente ad ecclesiam confugiente, qui gaudere debebat eius immunitate: tunc enim si voluntariè extrahatur, casu quo inuitus non erat extrahendus, puniendus non erit ad mortem vel ad pœnam corporalem, sed iudex secularis præstabit iuramentum & cautionem de vita, & membris eius seruandis, vt inquit text. in dicto capit. inter alia. Cæterùm si delinquens confugiens ad ecclesiam non deberet gaudere eius immunitate, imò posset licitè ab ea extrahi, si extrahatur vel sponte tradatur, bene puniri poterit pœna mortis, & alia corporis afflictiua: ita prædictam conclusionem intelligit Cassaneus in consuetudinibus Burgundiæ. titulo. des iustices. §. 5. versicu. decimo sextò. casu. 54. & sequitur Remigius vbi sup, à quæstione. 3. in fin. pro qua in

18 terpretatione expendo text. in dicto capit. inter alia. quatenus text. ille inquit, quòd in illis duobus casibus exceptis, delinquens potest extrahi ab ecclesia immunitate non præstita à iudice seculari, ergo idem iuris erit in reliquis casibus, in quibus delinquens non gaudet immunitate ecclesiæ, sed aduersus hanc secundam immunitatem concessam delinquentibus ad ecclesiam confugientibus obstat, quòd attento omni iure diuino, naturali, & humano pœna commensurari debet delicto, vt constat Deuteronom. capit. 25. ibi, Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Et lege etiam Mosaica cautum erat, oculum pro oculo, dentem prodente in pœnam eruendum esse, vt constat Exodi cap. 21. & lege duodecim tabularum, titul. de iniurijs dicebatur, si membrum ruperit meum e pato talio esto. Lege etiam diuina constat etiam hoc statutum esse, vt Genes. capit. 9. Leuit. cap. 24. Numerorum. capit. 25. Matthæi. cap. 26. omnes enim qui acceperint gladium gladio peribunt. Et habetur in capit. duo ista. 23. quæstione. 4. Lege etiam humana idem cautum est, vt in. l. 3. C. de episcopali audiẽtia. in. l. vnica. C. de raptu virginum.

in.l.3.§.legis.ff.ad.l. Corneliam de sicarijs.& in.l.15.titul.8.part.7. Ergo videtur quòd prædicta immunitas delinquẽtibus ad ecclesiam confugientibus concessa(vt si exinde violenter extrahãtur, vel voluntariè exeant, seu sponte à prælatis tradantur,non debeant ad mortem vel ad aliam pœnam corporis afflictiuam condemnari,) contraria sit omni iuri. Quamobrem pro solutione huius difficultatis dicendum erit cum Aristotele,lib.5.Ethicorum cap.5.quòd licet exactè proportione obseruata scelera delinquentium punienda sint, iuxta mensuram & qualitatem criminis, non tamen id semper obseruare conuenit
19 Reipublicæ. Sed potius pœna erit constituenda iuxta proportionem delicti attenta qualitate iniuriam inferentis, & eius cui fuerit illata,vt putà si magistratum quis gerens iniquè percusserit alterum,non erit repercutiendus: & si quis percusserit gerentem magistratum,non tantùm percutiendus erit,sed etiam maiori pœna afficiendus.hæc Aristot. Cui consentit D.Thom.2.2.quæstione.61. articulo.4.& quæstione.68.articulo.4. & latè prosequitur Couarruuias libr.2. Variarum.capit.9.numero.2.Ac proin
20 de conuenienter à iure fuit concessa prædicta immunitas propter honorem Templis sacris exhibendum,vt ad ea cõfugientes,si voluntariè exierint,vel violenter extrahantur,aut sponte à prælatis tradantur,damnãdi non sint ad mortem,nec ad aliam pœnam corporalem, vt probatur in dicto capitulo.inter alia. Hæc tamen secunda immunitas,prout
21 supra intelleximus,licet de iure procedat,in vsu & praxi hodie non recipitur,nec in Hispania obseruatur, imò si confugiens ad ecclesiam voluntariè exierit, vel sponte à prælatis traditus fuerit,aut per vim licitè extractus fuerit,damnari poterit ad mortem, vel ad aliam corporalem pœnam,prout testãtur Boerius decisione.109.numero.8. Remigius vbi suprà.quæstione.3.in fine.& Iulius Clarus in dicto.§.fin. quæstione.30.numero primo.in fin. Vnde
22 hodiè solùm remanet prima immunitas,nempè quòd delinquens ad ecclesiam confugiens inuitus non sit inde abducendus, quantuncunque graue crimen perpetrauerit, vt probat textus in dicto capitul.inter alia.& in cap.reum. & in cap.miror.& in capit.constituit.& in cap.definiuit.17.quæstione.4.& in.l. 2.titulo.11.part.1.&in.l.2.&.3.titulo. 2.libro.1.Recopil.& notant omnes frequentissimè ex Couarruuias lib.2.Variarum cap.20.numero.6.verficulo.septimò.& pro regula ponit Remigius in Tractatu de immunitate ecclesiarum. & Didacus Perez in.l.6.titulo.2.glossa 2.libr.1.Ordinamenti.Anto.Gom.3.tomo Variarum.cap.10.numero.1.& est communis omnium doctrina secundũ Iulium Clarum.libro.5.receptarum.§. fin.quæstione.30.numero.1. Et ratio
23 quare hæc immunitas fuit concessa sacris templis est,propter honorem,& reuerentiam,quæ locis sacris diuino cultui dicatis debetur, & propter charitatem & pietatem proximi, vt refugium & tutamen loca sacra præstarent miseris, qui fragilitate humana, aut casu in aliquod crimen incurrissent,secũdum Ioannem Bichis in Tractatu de immunitate ecclesiarum.columna fina.versi. trigesimò secundo quæro. Remigium, Couarru.& Iulium Clarum in locis suprà proximè citatis. A qua tamen regula plures casus excipiũtur,in quib⁹ reus delinquens gaudere non debet immunitate ecclesiæ,de quibus dicemus infrà in tertio membro.Nunc autem de secũdo membro agendum erit.

Quoad secundum nempè quæ loca sacra prædicta immunitate gaudere debeant,vt ad ea confugientes non sint inde abducendi,dicendum erit,quòd nedum ecclesia,in quibus seruatur conti-
24 nuè sanctissimum eucharistiæ sacramẽtum, & diuina ministeria celebrantur, gaudere debent prædicta immunitate

(vt

(vt inprædicto cap. inter alia. cum similibus probatur) verùm etiam ecclesiæ nondum consecratæ, & in quibus diuina officia non essent celebrata, gaudere debent prædicta immunitate, dum tamen autoritate superioris prædictæ ecclesiæ fuerint fundatæ, vt probat tex. sic intellectus in cap. ecclesiæ. de immunitate ecclesiarum, secundum Hostiensem, Ioan. Andr. Pauorin. Card. & omnes ibi. & consentiunt Remigius vbi suprà ampliatione. 1. Couarruuias. lib. 2. Variarum. cap. 20. numero. 4. & Iulius Clarus in dicta quæstio. 30. numero. 4. tametsi gloss. in. dict. capit. ecclesiæ. requirat diuinorum officiorũ celebrationem per textum illum ibi, in qua diuina ministeria celebrantur. & Rebuffus in Tractatu de immunitate ecclesiarũ in gloss. 1 numero. 10. quæ verba substinẽdo prædictam communem intelligentiam, sunt exponenda, idest, celebrari possunt, secundum Panormita. ibi. numero. 9. qui tandem concludit, hac in re standum esse consuetudini. Cuius opinioni se subscribit Maineriusin. l. nemo de domo. ff. de regulis iuris. numero. 21. & Remigius & Couarruuias vbi
25 suprà. Nam in hac materia immunitatis concessæ sacris templis plurimum sunt obseruandæ consuetudines: opor-
26 tet enim reprimere audaciam eorum, qui hac immunitate freti crimina passim committunt, alioquin de facili crimina committerentur, & esset contra mentem eorum, qui prædictam immunitatem sacris locis præstiterunt, non vt essent refugium & spelunca latronum, sed vt præstarent tu tamen miseris, qui fragilitate humana, aut casu, in aliquod crimen incurrissent, secundum Couarruuiam in dicto capitul. 20. numero. 4. & Iulium Clarum in dicta quæstio. 30. numero. 1. versiculo, sciasautem. Pari
27 modo eadem immunitate gaudet hospitale autoritate episcopi constructum, secundum Archid. in cap. definiuit. 17. quæstione. 4. Felin. in cap. de quarta de præscriptionibus. Barbatiam in capit. 1. de probationibus. columna. 23. Iassonem in. l. plerique. columna. 3. ff. de in ius vocando Rodericum Suar. in. l. 2. titul. de los gouiernos. quęstio. 5. & Remigium vbi suprà ampliatione. 17. Nã
28 ex eo quòd hospitale fuit autoritate episcopi constructum, religiosum fuit effectum, nec ad vsus humanos reddire potest, vt probatur in cap. ad hæc de religiosis domibus. prædictaque immunitate gaudere debet, vt probat text. in dicto cap. ecclesiæ. de immunitate ecclesiarum. & facit text. in. l. omnia priuilegia. C. de episcopis & clericis. Similiter
29 eremitæ, & oratoria constructa autoritate episcopi gaudent prædicta immunitate, secundum Hostiens. & Panormi. in dicto cap. ecclesię. columna. 2. & Remigium vbi sup. ampliatione. 1. num. 12. & ampliatione. 2. & 3. Qua in re standum erit consuetudini, secundum Panormi. in dicto cap. ecclesiæ numero. 7. idque verisimum esse censet Couarru. in dicto cap. 20. numero. 4. in. fine. Non tamen idem dicendum erit de orato-
30 rijs priuatis, licet ibi diuina officia celebrentur: nam cum non sint authoritate episcopi ædificata, ad voluntatem domini domus hodie erit oratorium & cras camera, secundum Panorm. in capit. fin. numero. 4. de censibus. & communiter omnes secundum Iulium Clarum in dicta quæstione. 30. numero. 6. versiculo, sed quid dicendum. Simili-
31 ter monasterium eadem immunitate gaudet: nam cum construi non possit sine autoritate episcopi, vt probat text. in Authentico, de monachis. in principio. collatione. 1. & in cap. quidem. 18. quæstione. 2. consequitur locum religiosum esse, diuinoque cultui dicatum, ac persequens gaudere debere prædicta immunitate, vt probatur in dicto capit. ecclesiæ. in sui ratione. Quinimo
32 omnia contenta intra septa & ambitus monasterij, & quæ vna clausura clauduntur, vt putà dormitorium, refectorium,

rium, clauſtrum, horti, atria, & areæ prę dicta immunitate gaudent: nã hæc omnia appellatione monaſterij veniunt, ſecundum gloſſ. in cap. 1. verbo, Exempto. de priuilegijs. libro. 6. & ita expreſſè reſoluit Remigius vbi ſupra, ampliatione. 3. numero. 11. Similiter cœmeterium eccleſiæ prædicta immunitate gaudet, iuxta text. in cap. fin. de immunitate eccleſiarum. & in cap. cum eccleſia. eodem titul. vbi glo. verbo, Cœmeterijs. inquit, cœmeterium gaudere eodem priuilegio, quo eccleſia & idem probat text. in cap. quiſquis. 17. quæſt. 4 & facit text. in. c. ciuitas, & in capit. is cui de ſententia excommunicationis. lib. 6. & ita cum pluribus Doctoribus ab eo relatis reſoluit Remigius vbi ſupra ampliatione. 4. nume. 9. verſiculo, His non obſtantibus. Similiter prædicta immunitas nedum conceſſa eſt ipſis eccleſijs, verùm etiam quadraginta paſsibus circum eccleſiam matricem, vt probatur in capit. ſicut antiquitus. 17. quæſtione. 4. & triginta paſsibus circa reliquas eccleſias inferiores, vt probatur in capit. definiuit. & in cap. quiſquis. 17. quæſtione. 4. & firmant Panorm. Henricus, & omnes in cap. eccleſiæ. de immunitate eccleſiarum. quod tamen vſu receptum non eſt, ſecundum Ioannem igneum in l. 1. numero. 58. ff. ad Sillanianum. cuius opinioni conſentiunt Couarruuias in dicto cap. 20. numero. 5. & Iulius Clarus in dicta quæſtione. 30. numero. 2. Similiter prædicta immunitas conceſſa eſt Palatio epiſcopi, vt probat text. in capitul. id conſtituimus. 17. quæſtione. 4. & firmant communiter omnes ſecundum Barbatiam in conſilio. 33. numero. 7. libro. 4. quod procedit etiam ſi palatium epiſcopi ſit extra quadraginta paſſus eccleſiæ matricis, ſecundum gloſſam primam in dicto capit. id conſtituimus. quam teſtatur communiter receptam Couarru. in dicto capit. 20. numero. 5. in fine. Nihilominus tamen oppoſita ſententia, imò quòd palatium epiſcopi debeat eſſe intra quadraginta paſſus eccleſiæ matricis, ad hoc vt gaudeat immunitate, recepta eſt in praxi forenſi, ſecundum omnes teſte Couarru. in loco ſuprà proximo citato, & Iulio Claro in dicta quæſtione. 30. numero. 3. Similiter confugiens ad ſacerdotem ma-
36 nibus portantem ſacram euchariſtiam, prædicta immunitate gaudet: nam ſi illa cõceſſa eſt templis propter honorem & reuerẽtiam debitam locis diuino cultui dicatis, à fortiori conceſſa erit ſacratiſsimo Dei corpori, argumento text. in Authentica, multo magis. C. de ſacroſanctis eccleſijs. & ita expreſsè firmat Archid. in cap. quæſitum. 13. quæſtione. 2. & communiter omnes ſecundum Anton. Gom. 3. tomo Variarum. capit. 10. numero. 1. Plaçam libro. 1. delictorum. cap. 34. numero. 16. Menchacam lib. 3. de teſtamentis. §. 22. numero. 55. Remigium vbi ſupra ampliatione. 18. num. 3. & plures alios, quos refert Couar. in dicto capit. 20. numer. 6. licet ipſe de hac opinione dubitet: & ſequitur Doctor Azebedo vir tam doctus quam diligẽs in. l. 2. Tract. 1. lib. 1. Recop. Quæ tamen opinio non procedit quando ca-
37 ptus in carceribus ad euchariſtiam, quæ ad eum ducitur, confugerit, vel quando corpus Chriſti ſuſceperit, vt omnes ſupra dicti D D. fatentur, approbantes gloſſ. in capit. quæſitum. 13. quæſtio. 2. Similiter eccleſia totaliter abſque auto-
38 ritate ſuperioris deſtructa, quando eſſe ſpes reædificationis eadem immunitate gaudet: quia tunc omnia priuilegia retinet, ſecundum gloſſ. in capit. priuilegium. de regulis iuris. in. 6. & in capit. & hoc diximus. verbo, Deſtructa. 16. quæſtione. 7. & gloſſ. in cap. ſtatutum. de electione. lib. 6. quod tamen non procedit, quando deſtructa eſſet autoritate ſuperioris, vel per rerum naturam ſine ſpe reparationis: nam tunc non retinet priuilegium immunitatis, nec reliqua priuilegia, ſecundum communiter omnes ex Remigio vbi ſuprà. ampliatione

20. &

20. & subscribit Iulius Clarus in dicta quæstione 30. numero. 6. Similiter ec-
39 clesia inter dicta gaudet prędicta immunitate: nam honor, qui ecclesijs debetur, eisdem præstatur propter honorem Dei, ergo non debet eis auferri propter hominum culpam, secundum Gofredum & communiter omnes, teste Angelo in summa. verbo, Immunitas. quæstione. 27. & Iul. Clar. in dicta quæstione. 30. numero. 5. Similiter confugiens ad ecclesiam, quando iudex secularis,
40 vel eius familia ad oculum & cursu prosequebatur, ingressusque ecclesiam fuit, prædicta immunitate gaudet, nec inde euelli potest: nam eadem ratio militat in hac specie, vt firmant Bald. Romanus. Alexand. & Iass. in. l. plerique. ff. de in ius vocando. Cassaneus in consuetudinibus Burgũdiæ. Rubrica. 1. §. 5. versiculo, Archidiaconus. numero. 116. Rodericus Suarez in. l. 2. titulo, De los gouiernos, quæstione. 5. numero. 3. & Palatius Rub. in repetitione Rubricæ. de donationibus inter virum & vxorem. §. 28. & Ioannes Igneus in. l. 1. in principio. columna. 2. &. 3. ff. ad Sillanianum. & nouissimè Salazar Tractatu de vsu & consuetud. cap. 6. numero. 19. quamuis contrarium teneant Cinus in Authentica. si quis ei. C. de adulterijs. Alexand. in consilio. 24. numer. 26. libro. 2. & Hippolytus in. l. vnica. numero. 111. C. de raptu virginum. Quo fit, idem dicendum esse, si captus à iudicis familia ab ea se
41 exemerit, & liber ad ecclesiam confugerit, nam tunc non erit inde extrahendus, secundum Ioan. Igneum in dicta. l. 1. columna. 3. & Boerium in decisione 110. columna penultima. & Salazar vbi supra. quinimò si captus in carceribus
42 carceres confregerit, & ad ecclesiã confugerit, non poterit inde euelli, imò immunitate gaudebit, secũdum Boerium in dicta decisione. 110. columna penultima. & Cassaneum vbi suprà. & Iulium Clarum in quæstione. 30. numero. 19. Quorum opinio comprobatur ex eo,
43 quòd si in carceribus detentus, præstito iuramento de redeundo exierit de licẽtia custodis, & deinde ad ecclesiam confugerit, non poterit inuitus abduci, secũdum Albericum in. l. fideli. C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. Henricum in capit. ecclesiæ. de immunitate ecclesiarum. Præpositum in capit. ius gentium. numero. 10. distinctione. 1. & Aufreriũ in additionibus Capellæ Tolosanæ, decisione. 422. à fortiori idem dicendum erit, quando quis effractis carceribus ad
44 ecclesiam confugerit. Idemque dicendum erit, quando delinquens iam paratus ad mortem, vel ad aliam pœnã corporis afflictiuam à carceribus se exemerit, vel è manibus satellitum aufugerit ad ecclesiam, vel ad sacerdotem portãtem sacratissimam eucharistiam, etiam si ad supplicium duceretur. Quinimò
45 idem erit, quando si ad supplicium duceretur, per ecclesiam vel cœmeteriũ transiret: nam non poterit inde violenter extrahi, vt cum communi resoluit Remigius vbi suprà. fallentia. 30. & plures alij, quos refert & sequitur Iul. Clarus in dicto libro. 5. receptarum. §. fina. quæstione. 30. numero. 22. & quæstione. 98. numero. 1. &. 2. & Salazar vbi su-
46 prà. Similiter si delinquẽs ad ecclesiam cõfugiens inueniat ea clausam, & manu portas, earũue ansam, aut vectes apprehendat, immunitate eius gaudebit, neq; poterit inde extrahi secundum Ioannẽ Igneum in dicta. l. 1. numero. 57. & Couarruuias in dicto cap. 20. numero. 18. & iam in praxi vidi ita obseruari in causa cuiusdam cõsanguinei mei. Idem-
47 que dicendum erit, quando delinquens intra ecclesiam existẽs per vestem eius extensam extra ecclesiam à familia apprehensus fuerit, & ab ecclesia extractus, restituẽdus eidem ecclesiæ erit, secũdum Igneum & Couarru. in locis suprà proximè citatis. Similiter prædicta immunitate gaudebit ille, qui dum ad
48 mortem & supplicium ducitur, obuiã sibi habet Cardinalem, qui pileum suũ

siue

siue galerum purpureum in capite condemnati poni faciat, secundum Bald. in l. addictos. C. de appellationibus. & Gomez Arias in. l. 2. Tauri. numero. 85. & tota ferè vtriusque iuris schola in hoc consentit, secundum Plaçam. lib. 1. delictorum. cap. 34. numero. 1. & hanc tenet communem opinionem Gom. in. §. pœnales. nume. 50. Instit. de actionibus. & ita in practica obseruari testantur Paul. de Cast. & alij relati à Tiraquello in tractatu de pœnis temperãdis causa. 55. & ita de consuetudine esse firmat Remigius vbi suprà. ampliatione. 19. & Duenas in regula. 81. Iulius Clarus tamen in dicto. §. fina. quæstione. 98. numero. 5. inquit, se nunquam vidisse hoc
49 in practica contingere, tamen si casus eueniret, esset in sententia vt posset pœna mortis mitigari, & reus ad tirre-
50 mes remitti. Similiter confugiens ad personam principis, seu regis immunitatem & securitatem habebit secundum Cassaneum in consuetudinibus Burgundiæ. fol. 57. colum. 3. versicu. 8. & Castaldum Perusinum in tractatu de Imperatore. quæstione. 96. fol. 166.
51 & Remigium. ampliatione. 24. vbi suprà: idemque dicendum erit de confugiente ad statuam Principis, per text. in l. 1. ff. de officio præfecti vrbis. in principio. & facit text. in. l. 2. §. ideoque. ibi, Ad statuam confugerunt. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. & text. in. §. nam Antonius. & in. §. fin. Institutis. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. vbi æquiparantur ædes sacra & statua principis, & probat text. in. l. vnica. C. de his, qui ad statuas confugiunt. vbi idem notant Salicetus, Hostiensis, & Cardin. in capitulo penultimo. de immunitate ecclesiarum. & Castaldus Perusinus vbi suprà. & cõmuniter omnes ex Remigio vbi suprà. ampliatione. 23. quod tamen procedit nisi malicioſè quis ad statuã principis confugeret, secundum Paulum Salicetum, & Remigiũ vbi suprà. vel nisi consuetudo in contrarium esset, quæ multum hac in re attendi debet, secundum Guilielmum de Monte Lauduno in Clem. 1. de pœnitentijs & remissio-
52 nibus. quem sequitur ibi Imola & Remigius in dicta ampliatione. 23. Idemque obseruandum erit, quando delinquens ad palatium regis confugerit: nã non erit inde extrahendus, nisi de speciali mandato regis, vel nisi commisserit proditionem, vel aleue, secundum Montaluum in. l. 7. titu. 5. libr. 1. fori. in gloss. penultimu & Remigiũ vbi suprà. ampliatione. 25. numer. 1. Non tamen
53 eadem immunitas concessa est palatijs nobilium, seu dominorum, secundum Bald. & Alexand. in. l. plerique. ff. de iudiis vocando. nisi de consuetudine, vel statuto municipali prædicta immunitas concessa esset palatijs dominorum, secundum Bartholomæum Socinum in dicta. l. plerique. Et in regno Nauarræ hanc immunitatem concessam esse pa-
54 larijs de los infançones, per quandam legem illius regni testatur Remigius vbi suprà. ampliatione. 21.

55 Quoad tertium constituenda est regula generalis, quòd omnis delinquens ad ecclesiam confugiens non debet inde violenter extrahi, quantumcunque graue & attrox crimen perpetrauerit: quæ regula probatur in capit. inter alia. de immunitate ecclesiarum. & in capit. penult. & cap. fin. eod. tit. in cap. sicut antiquitus. cap. reum. ca. miror. cum alijs. 17. quæst. 4. in. l. 2. titu. 11. part. 1. l. 2. & 3. titul. 2. libr. 1. Recopil. & eam notant Panorm. in. d. c. inter alia. notabili. 3. Remigius vbi suprà. Anto. Gom. 3. tomo Variarum. c. 10. num. 1. & cõmuniter omnes ex Couar. lib. 2. Variarum. cap. 20. nu. 6. versic. septimò. Dida. Per. in. l. 6. tit. 2. libr. 1. Ordinamenti in glos. 2. & Iulio Claro. lib. 5 receptarũ. §. fin. q. 30.
56 num. 1. A qua tamen regula duo tantum casus excipiuntur, in quibus ad ecclesiam cõfugiens extrahi poterit, nempè publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum, per tex. in. d. c. inter alia.

& ita

& ita in reliquis casibus regula remanet firma: quia casus exceptus firmat regulam in contrarium, iuxta tex. in l. hæ
57 reditarium. §. sed neque. ff. de fundo instructo. & in cap. 1. de confessis. Neque obstat text. in Authentico de mandatis principum. § sed neque. versic. neq; collatione. 3. vbi dicitur, quòd adulteri, ra
58 ptores virginum, homicidæ, & reliqui delinquentes ad ecclesiam confugientes possint inde extrahi: nam ibi fit mētio generaliter de delinquētibus. Cum quo tex. concordat text. in l. vltima. tit. 11. part. 1. ergo videtur quòd omnis delinquens regulariter sit extrahendus. Nam, omissis pluribus interpretationibus, relatis à Panor. in. d. c. inter alia. nu. 14. verius dicendum est, quòd tex. in di
59 cto Authentico, de mandatis principū & iura similia sunt correcta de iure canonico per tex. in. d. c. inter alia: quā interpretationem satis veram esse dicit Panor. in. d. c. inter alia. nu. 18. & communem testantur Remigius vbi supra. fallentia. 28. Couar. in. d. c. 20. n. 7. in fine. Greg. Lup. in. d. l. vlti. tit. 11. par. 1. & Iulius Clarus vbi suprà. versicul. quæro
60 nunquid. Et prædictam dispositionem iuris canonici consuetudine esse approbatam testatur Ioan. Faber in. § sed hoc tempore. Inst. de ijs, qui sunt sui vel alieni iuris. dicit communem Alexan. cōs. 145. nu. 4. lib. 7. practica Iodoci. c. 106. nu. 12. Et ita seruari à iudicibus Deum timētibus ait Bosius tit. de captura post numerum. 21. Neque huic versiculo, & communi interpretationi refragātur
61 verba tex. in. d. c. inter alia. in principio. ibi, Iuxta sacrorum canonum statuta, & traditiones legū. quibus verbis ostenditur summum Pontificem non improbare ius ciuile, imò illud approbare: nā respondeo, quòd summus Pontifex in illo text. respexit ad traditiones legum Codicis, inter quas & ius canonicū nul
62 lum discrimen est, vt constat ex text. in l. fideli. & in. l. præsenti. & in toto titul. C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. vbi idem quod iure canonico statutum erat in cap. sicut antiquitus. cap. miror. cap. definiuit. cap. reum cum alijs. 17. quæstione. 4. statuitur etiam in prædictis legibus. & prædictam correctionē
63 iuris ciuilis ius canonicum inducere potuit: nam cum ista materia immunitatis concernat honorem & reuerentiam exhibendam sacris templis, quorum cura spectat ad Pontifices & Prælatos ecclesiæ, ideo standum erit dispositioni iuris canonici, neque curandum erit de iure ciuili, etiam in foro seculari, secundum Panormitan. in dicto cap. inter alia. numer. 15. & 24. & communiter omnes ex Couarruuias lib. 2. Variarum. capit. 20. numero. 3. Ex quibus constat, standum esse prædictæ regulæ generali, nēpè quòd omnis delinquens ad ecclesiam confugiens, non debeat inde violenter extrahi. à qua tamen regula excipiuntur casus sequentes.

64 Primo excipitur publicus latro, qui si ad ecclesiam confugerit extrahi poterit, per text. in dict. cap. inter alia. & in dicto cap. sicut antiquitus. 17. quæstio. 4.
65 & in. l. 4. tit. 11. part. 1. & in ordinatione Lusitanorū lib. 2. titu. 4. §. 1. & publicus latro dicitur, qui publicè furatur, vt putà pirata, & stans in stratis, & vijs publicis, vel habens arcem, aut castrū, vt vi & armis prædetur transeuntes, secundum Panormitanum in dicto cap. inter alia. notabili vltimo. & facit text. in. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & ibi gloss. & ita interpretatur dict. l. 4. tit. 11. part. 1. & Couarru. lib. 2. Variarum. capit. 9. num. 7.

66 Secundo excipitur nocturnus depopulator agrorum, per text. in dicto cap. inter alia. & in. d. l. 4. tit. 11. part. 1. & no
67 cturnus depopulator agrorum dicitur, qui segetes in nocte destruit, vel comburit, & in loco occulto latet, propter homicidia & rapinas, quas facit, secundum Innocen. in dict. cap. inter alia. Hostiensem in summa. titul. de immunitate ecclesiarum. versiculo, in quantum.

& Maine-

& Mainerium in l. nemo. ff. de regulis iuris. numero. 17. & ita explicat. text. in l. 8. titul. 5. lib. 1. fori. & l. 4. titulo. 11. part. 1. & text. in ordinatione Lusitanorum libro. 2. titu. 4. § 3. Intellige tamen quòd
68 ad hoc vt publicus latro & nocturnus depopulator agrorum reddantur indigni beneficio immunitatis, necesse est quòd prædicta delicta insidiosè perpetrent, vt manifestè probatur in dicto capit. inter alia. & communiter ita intelligitur à tota caterua canonistarum, secũdum Igneum in l. 1. § subuenitur numero. 107. ff. ad Sillanianum. & testatur cõmunem interpretationem esse Remi-
69 gius, vbi supra fallentia. 2. numer. 4. Et ratio, ob quam magis isti duo casus à iure excipiuntur quam alij malefactores, potissima est, quia isti duo sunt deteriores, & plurimum interest illos puniri, quàm alios, cùm pluribus plura exitia cogitent; quam alij argumẽto, tex. in. c. est iniusta. 23. q. 4. quam rationem assignauit glos. fi. in cap. fina. de immunitate Ecclesiarum.

70 Tertiò excipitur simplex fur, qui attenta consuetudine consensu clericorũ & laicorũ inducta nõ gaudet immunitate, & ita passim ab ecclesijs abducitur, vt resoluit Couarruuias libro. 2. Variarum cap. 20. numero. 13. versiculo decimonono, & sequitur Iulius Clarus vbi suprà. versi. quæro an fures. quæ cõsuetudo, cùm sit legitima & præscripta obtinet contra prædictam regulam tex. in dict. cap. inter alia, ex text. in capit. final. de consuetudine. Et in hac materia immunitatis consuetudines sunt obseruandæ, vt suprà resoluimus in. 2. membro
71 in principio. De iure verò, simplex fur immunitate ecclesiæ gaudet, neque inde extrahi potest secundum communiter omnes ex Anto. Gom. 3. Tomo. Variarum cap. 10. numero. 2. Couar. & Iulio Claro in locis suprà proximè citatis quod verum est, nisi talis fur tria vel plura furta cõmitteret, quia per talem
72 consuetudinem efficeretur famosus, iuxt. in text. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœnis. & in Authentica. sed nouo iure. iuncta glos. ibi recepta cõmuniter. C. de seruis fugitiuis. & ita in hoc casu, nedum de consuetudine verũ etiã de iure fur extrahi poterit secundum Anto. Gom. vbi suprà.

73 Quartò excipitur committens homicidium, mutilationẽ membrorum, vel aliud quodcũq; crimen intra ipsam ecclesiam: nam talis extrahi poterit, per text. in capitul. final. de immunitate ecclesiarum. & in l. 4. titulo. 11. part. 1. & in ordinatione Lusitanorum. libro. 2. titulo. 4. §. 2. & expressè firmat Panormitan. in dicto capitulo fin. numero. 9. & Couarruuias in dicto capitul. 20. numero. 15. Nauarrus in Manuali capitulo. 25. numero. 20. & Remigius vbi suprà fallentia. 3. & Iulius Clarus in dicta quæstione. 30. versiculo, item quæro, quamuis Cardinalis in dicto capitul. fina. contrarium teneat, asserens solummodo committentes homicidium vel mutilationem membrorum intra ecclesiam non gaudere eius immunitate, cõmittentes verò alia delicta gaudere. Cõtra cuius opinionem facit, quòd rationes illius textus in capitul. fina. generales sunt ad omnia delicta saltim enor-
74 mia: Prima enim ratio est, quia indignũ esset, quòd qui ecclesiam delinquendo offendit, eius beneficio iuuaretur, argumento text. in capit. de viro. 12. quęstione. 2. in cap. an sit. de appellationibus. & in cap. quia frustra de vsuris. Secunda ra-
75 tio illius textus est, quia qui intra ecclesiam delinquit videtur ea spe & fiducia deliquisse, vt ab ipsa ecclesia defenderetur: alioquin crimen non commissurus, ideoque grauem iniuriam ecclesiæ facit. Quo fit, committentem quodcũque graue crimen intra ecclesiam, etiã fine spe & fiducia consequendi eius immunitatem, iustè ab ea extrahi posse: nam licet in isto casu cesset secunda ratio illius textus prima tamen remanet firma, secundum Panormitanum in dicto

cto capitulo fina.num.8.sic illum tex. intelligendo.cuius opinio in praxi ob seruatur secundum Stepha Aufrerium in capella Tolosana. 422. Nauarrũ in Manuali capit.25.num.20.Couar.in. d. cap.20.nu.15.versiculo,vicesimo secũ do.&Iuliũ Clarum vbi supra. versiculo,item quęro.asserentem,semper se vi disse indistincte seruari,quod qui in ec
76 clesia delinquit,inde extrahatur. Tametsi communis opinio DD.sit in cõ trarium, imo necessarium esse quod quis committat delictũ in ecclesia sub spe & fiducia consequendę immunitatis ad hoc vt ea non gaudeat, alioquin deficiente illa spe,quod bene gudeat se
77 cundũ Hostiẽsem cõmuniter receptũ ex Panor.in.dic.cap.fin.nume.8.Remigio in tractatu de immunitate ecclesiarum.fallentia.3.ampliatione.1.num.4. Nauarro &Iulio Claro vbi suprà.Quæ communis distinctio iure & ordinatione Lusitanorum comprobatur in.d. ti. 4.§.2.& apud Lusitanos obseruatur, secundum Nauarrum in.d.ca.25.nu.20. Vnde necesse erit,quod spe consequendæ immunitatis ecclesiæ quis committat delictum intra eam,ad hoc vt non gaudeat:quod colligetur, quando ex
78 proposito & ex veteri odio quis committeret crimen intra ecclesiam,cæterum si casu fortuito,& ex verbis contumeliosis, ibidem inter rixantes ortis homicidium commissum fuerit, tunc cõmittens bene gaudebit immunitate, secundum Hostiensem,Ioannem Andream,Cardi.& Ancharra.in dict.cap. fi.& Remigium vbi supra. nihilominus tamen prior opinio in praxi recep
79 ta est.Intellige insuper, quod si committens delictum graue in vna ecclesia ad aliam confugerit,ab ista secunda ecclesia extrahi poterit:nam cum vna sit per totum orbem vniuersalis ecclesia,qui facit iniuriam vni particulari, omnes offendisse videtur.ita post alios resoluit Henricus in capit. ecclesiæ. de immunitate ecclesiarum.columna.3. & est communis interpretatio secundum Remigium vbi supra.fallentia.11. n.2.& Couarruuias libro 2.Variarum. ca.20.nume.15.versiculo,vicesimo tertiò.quamuis Silvest.in summa. verb.
80 Immunitas.3.quæstione.2.dicat, apud aliquos de consuetudine contrarium seruari:tamen apud nos communis opinio in praxi seruatur secundum Iul. Clarũ vbi supra.vers.sed quid. Rursus intellige,quod adhoc vt committens crimẽ intra ecclesiã nõ debeat gaude-
81 re eius immunitate,necesse erit, quod crimen sit graue,alioquin propter crimen leue intra ecclesiam commissum non erit inde delinquens euellendus, secundum Panormitanum post alios, in.d.c.fin.& Henricum in.d.ca.ecclesiæ. columna.3 Silvest. in summa. verb.Immunitas.3.§.2. & hanc testatur communem opinionem Ang.Castrensis in consilio.459.columna.1.li. 2.consiliorum Pauli Castrensis.Præte-
82 rea intellige,quod cõmittens delictum graue intra ecclesiam nedum priuatur eius immunitate quo ad illud delictũ, verũ etiam quoad omnia delicta priùs aut posterius cõmissa extra ecclesiam, ita quod si ob illa ad ecclesiã confugerit,poterit inde extrahi,per tex.in cap. ad episcopos.17.quæstio.4.quia puniri debet in eo,in quo deliquit : frustra enim legis auxilũ implorat,qui in legẽ cõmittit,& ita in specie fuit decisũ in Capella Tolosana. 422.& sequitur Cassaneus in consuetudinibus Bugundiæ.Rubrica.1.§.5.versicu.Archidiaconus.n.112.& Iul.Clarus in.d.quæst.30. versic.sed quid.Quod intelligit verũ esse Boeri.decisione.110.n.10. quando
83 delictum in ecclesia cõmissum non esset punitũ: & eo nõ relato idẽ firmat Remigius vbi supra fallentia.11.nu. 2. Sed Couar.li.2.Variarũ.c.20.n.15.versiculo,vicesimo quarto.inquit,quod indistincte verius est,quod cõmittens de

lictum intra ecclesiam, quoad alia delicta extra ecclesiam commissa gaudet
84 immunitate ecclesiæ ex supra dicta regula generali, & quod ita respõdet Boerius in d. decisio. 110. n. 10. in fine. qui tamen loquitur quando delictũ intra ecclesiam cõmissum, esset iã punitum.
85 Quintò excipitur adulteriũ cõmittens intra ecclesiam, secundũ Ancharranũ, & Anto. in c. fina. de immunitat. eccles. per text. ibi prout in 4. casu intellexisti. & firmat Remig. fallentia. 3. n. 8.
86 Sexto excipiuntur raptores virginũ intra ecclesiam secundum Anton. Ancharranum, & Remigium in dicta fallentia. 3.
87 Septimò excipitur surripiens monialem à monasterio, secundum Cassan. in consuetudinibus Burgundię. folio. 56. num. 24.
88 Octauò excipitur committens furtum intra ecclesiam, secundum Hostiẽsem in dict. cap. fin. per text. ibi. & text. in capit. frater. 17. quæstione 4. resoluit Remigius vbi supra. fallentia. 3. ampliatione. 3. & communiter omnes, secundum Angelum Cattrensem cons. 958. numero. 1. lib. 2 consil. Paul. de Castro & Nava. c. postulasti. de foro cõp. quid quid contrariũ teneat Gofredus in. l. si quis hoc genus. C. de episcopis & clericis. & Baldus in. l. siquis ad declinandũ. C. de episcopis & clericis. & Cardinalis in dict. c. fin. imo hodie de cõsuetudine
89 etiãsi extra ecclesiã furtum cõmittat, non gaudet, vt resoluisti. in. 3. casu.
90 Nonò excipitur cõmittens furtum extra ecclesiam, si cum re furtiua ad ecclesiam confugerit: nam tunc de iure poterit extrahi, quia ex illa contrectatione, quæ in ecclesia fit, nouum furtum committitur, & cessetur commissum intra ecclesiam: mutatione enim iurisdictionis nouum furtum committitur, secundum Bartolum. l. si domi-
91 num. ff. de furtis. & ibi Alexan. & in terminis firmat Angel. Castren. cons. 459. libro. 2. consilio. Pauli Castren. Anania capi. fin. columna penultima in fine de furtis. Barb. capi. postulasti. colum. 47. de foro com. & communiter omnes
92 ex Boerio decisione. 13. numero. 47.
93 Contrariũ tamen verius est, imo quod in tali specie non sit extrahendus, secũdum Fulgo. consil. 149. & Barb. dicto ca. postulasti. col. 48. & ibi Socinũ col. 5. q. 8. & Couar. d. c. 20. nu. 15. vers. vicesimo octauo. & ratio potest esse, quia in tali casu non cõtingit mutatio territorii, cum ecclesia territorium non habeat, secundum Panor. cap. cũm sit. n. 27. de foro comp. de consuetudine extrahitur, vt supra diximus.
94 Decimò excipitur delinquens propè ecclesiam vel cœmeterium deliberate, quia ex vicinitate loci præsumitur, quod fecit sub spe consequẽdæ immunitatis, secundum Anchar. dicto cap. fi. Alciat. de præsump regula. 3. præsump. 33. nu. 3. & Couar. d. capit. 20. nu. 15. versic. vicesimo sexto. Et facit in comprobationem doctrina Ioan. Lupi. de Pala. Rub. in repetitione ca. per vestras. §. 10. nu. 2. versic. intellige, de donat. inter virum & vxorem. dum docet, quod peccans spe consequendæ absolutionis vir
95 tute indulgentiarũ Apostolicarũ, non potest absolui ex viipsarum, argumento. tex. in. l. 1. §. hæc autẽ actio. ff. siquis testamento liber esse iussus fuerit. cap. quando. 1. de consecrat. dist. 1. sequitur Couarr. d. cap. 20. nu. 15. versic. vicesimo sexto. Quod intellige verum, quãdo ex confidentia talis facultatis, quis mouetur ad cõmittendum id, ad quod non moueretur sine ea, secundum Anto. Cordub. tractatu de indulgentijs. q. 34. propositione 3. Nauar. vero. in. d. c. 25. numero. 22. inquit, quod apud Lusitanos non refert, quod prope ecclesiã
96 delinquat quis cum illa spe: sed quod casu vel deliberatione, vt in ordinatione Lusitanorum lib. 2. tit. 4 §. 2. nec etiã inquit, quoad ius commune idem refer

re,

re, cum nullus text. ita distingat.

97 Vndecimò excipitur qui existens in ecclesia percutit existentem extra ecclesiam, quia delictum fuit principiatũ in ecclesia, licet alibi consummatum, secũdum Panor. d. c. fin. n. 11. & facit text. c. 1. de præsump. & quæ notat Ioan. Andreas in regula obscuris de regu. iuris in. 6. & sequitur Siluest. in summa, verbo. Immunitas. 3. quæst. 6. & Nauarr. in Manuali. c. 25. nu. 21.

98 Duodecimò excipitur, qui existens in ecclesia mandauit delictum committi extra ecclesiam, si agatur cõtra ipsum de delicto cõmisso in mandando: secus verò si agatur de ipso delicto sequuto extra ecclesiam, secundũ Remi. vbi supra fallẽtia. 5. & Nauarr. in. ca. 25. nu. 21.

99 Decimotertiò excipitur, qui existẽs extra ecclesiam percusserit sagitta, iaculo, lapide, vel alio modo existẽtẽ in ecclesia, secundum Panor. & alios communiter in dicto cap. fina. Coua. dicto cap. 20. nu. 5. versiculo vicesimo septimò. & Nauar. in Manuali. c. 25. n. 21. & Remigium fallentia. 6.

100 Decimoquartò excipitur, qui existens extra ecclesiam mandauit percutere existentem in ecclesia, si de illo mãdato agatur, vt intellexisti in. 12. casu. & firmat. Marian. Socinus. ca. postulasti. columna. 5. de foro comp. & Felin. ca. 1. de præsump. Remigi. fallentia. 7.

101 Decimoquintò excipitur, qui per vim extrahit aliquem existentem in ecclesia, & postea percusit, quia ex illa extractione ecclesia violatur, secundũ Hostiens. & Panormi. num. 10. dict. ca. fin. de immunitate eccles. Remigium fallentia. 9. & 10. & Nauar. in Manuali. c. 25. nu. 21.

102 Decimosextò excipitur, qui mandauit alicui, vt extraheret existentem in ecclesia, & percuteret, quantum ad delictum commissum in mandãdo nõ verò quantum ad delictum commissum in percussione sequuta, secundum Remig. fallentia. 10. n. 4. & Nauarr. in Manuali. c. 25. n. 21. Et idẽ dicendũ esse de ipso mandatario firmant dicti DD.

103 Decimoseptimò excipitur sacrilegus, secundũ Collectarium in cap. fi. de immu. eccles. per text. & ibi gloss. 2. capit. frater. 17. quæstio. 4. firmat Boerius decisione. 110. numero. 3. & Remigius

104 vbi supra. fallentia. 34. Et sacrilegus dicitur tollens sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vt cap. quisquis. capit. siquis contumax. 17. quæstione. 4. & notat Iulius clarus. libro. 5. receptarum. §. sacrilegium. Intellige tamẽ, hũc

105 casum verum esse, quando intra ecclesiam sacrilegium commissum fuisset, secus si extra ecclesiam, secundum Nauar. d. c. 15. n. 19.

106 Decimooctauò excipitur infidelis confugiens ad ecclesiam propter delictum ab ipso commissum, per text. & ibi glossa. l. 1. C. de his, qui ad ecclesiam confugerunt. glossa in Authentico. de mandatis principum. verbo cogetur. §. publicorum. collatione. 3. Boerius decis. 110. Panor. d. c. inter alia. numero. 6. & hanc testatur communem opinionem Hippolytus. l. ex Senatusconsulto. nu. 10. ff. de siccarijs. Contrariam tamen opinionem tenet glo. d. c. inter alia verbo. Extrahendus. Hostiensis, Ioannes Andreas, & Card. ibi. Siluest. verbo, Immunitas. 3. quæstione. 3. & frequentiori calculo autorum receptam videri firmat Couarruuias libro 2. Variarum capit. 20. numero. 11. ipse tamen priorem probat, & à priori communi opinione tanquam veriori, & cõmuniori non esse recedendum testatur Iulius Clarus. libro. 5. receptarum. §. fin. quæst. 30. vers. Præterea. Poterunt tamen componi prædictæ opiniones, vt prior procedat, quando infidelis & iudæi confugiunt non propter zelum fidei, sed propter euasionem delictorum, tunc non gaudẽt: posterior opinio pro

cedat quando confugiunt ad eccleſiã
107 & petunt baptiſmum,& volunt effici Chriſtiani,tũc gaudebũt. quæ concordia colligitur ex gl.d.c.inter alia.Pan. & Boerio vbi ſupra.& eam probat Remig.fallentia.18.n.4.& Nauar.in Manua.cap.25.n.20.

108 Decimononò excipitur hæreticus, quia eccleſiam offendit,ſecundum Villadiegum in Tractatu de hæreticis.q. 11.nu.15. Hippolytum.l.ex Senatuſcõſulto.ad finem.ff.de ſiccarijs.Gigantẽ, Tractatu de crimine læſæ maieſtatis. rubrica.de varijs quæſtionibus,quæſt. 3.nu.19.Simancas de inſtitu.catholi.tit 46.nu.65.& Couarru.d.capitu.20.numero.11.

109 Vigeſimò excipitur apoſtatata,id eſt renegado,ſecundum Boerium deciſio. 110.n.6.& gloſ.in ptagmatica ſanctione.tit.de interdictis indifferenter non ponendis.refert quandã extrauagantẽ Martini,circa Apoſtatas confugientes ad eccleſiam & ſequitur Remigius fallentia.18.nu.3.

110 Vigeſimoprimò excipitur blaſphemus Dei & Virginis Mariæ:nam ſi cõmittens contra eccleſiam, & ſponſam Dei, gaudere non debet immunitate, vt.c.fi.de imm.eccl.à fortiori, qui offendit ſponſum eccleſiæ,& eius caput, c.vergẽtes.de hæreticis.Si enim propter honorem Dei templis ſacris cõceſſa eſt hæc immunitas,multo fortius ipſi Deo deferendũ erit, argumento tex. in Authẽtica.multo magis.C.de ſacro ſanct.eccleſ.& ita firmat Boerius deciſione.110.Remigius fallentia.24. nu. 2. Couarru.lib.2.Variarum.cap.20.num. 11.in fin.quidquid teneat Nauarr. in.d. c.25.n.20.

111 Vigeſimoſecundò excipitur maleficus,& percutiens imagines, vel mala ſacrificia faciens, ſecundum Hippolytum in.l.ex Senatusconſulto.ff.de ſiccarijs.

Vigeſimo tertio excipitur excõmunicatus,interdictus,vel ſuſpenſus: nam ſi delictum committat,& ad eccleſiam confugiat,poterit extrahi, ſecundum ſummã confeſſorum.titul.de immunitate eccleſiarum quæſtione.5. & Felin
112 num.cap.2.columna.2.de except. Contrarium tamẽ verius eſt, imò quòd gaudet hac immunitate, quia delictum excommunicati non attenditur: ſed potius amor Dei, cui cõpetit iſte honor, & ita tenent Guillelmus,Imola,Bonifacius,& omnes in Clementina.1.de pœnitentijs & remiſ. & hanc opinionem dicit communem Boeri. deciſione.110. nu.7.Nauarrus in Manual.cap.25.num. 19.& Couarruias libro.2.Variarum ca. 20.num.11.& Remigius vbi ſupra.fallentia.19.à qua in praxi non eſt recedẽdum,licet in puncto iuris non ſit ſine difficultate,ſecundum Iul.Clar.vbi ſupra,verſic.quæro etiam.

113 Vigeſimoquartò excipitur qui proditorie, & inſidioſe aliquem occidit. per tex.cap.1.de homicidio. quem ter, in hunc ſenſum accipiunt ibi, gloſſa
114 Anania,& Felin. Aret.cap. cum non ab homine colum.10.de iud. Et iſte eſt verus ſenſus illius cap.1.& communiter receptus à cõſuetudine totius orbis Chriſtiani,ex Couarruuias libro 2.Variarum.cap.20.num.7. & comprobatur.l.vltima.tit.11.p.1.& ordinatione Luſitanorum libro 2.ti.4.§.1. tenent Nauar.in Manuali.cap.25.nu.21.Anto. Gomez.3.tomo Variarum cap.10.n.2. verſiculo,quinto limita.& Iulius Clarus vbi ſupra,verſiculo,ſcias tamen.& ſi contrarium teneant Panor.dicto capitulo.1.& Henricus cap.fin.col.2.infra iſto titulo,intelligentes tex.dict.ca. 1.non in laico proditorie occidente,cõfugiente ad eccleſiam, ſed in clerico proditorie aliquem occidente,vt is cauſa cognita à iudice eccleſiaſtico degradatus tradatur iudici ſeculari, vt eum occidat.Quem intellectum refutat Couarruuias vbi ſupra. & Anto. Gomez

vbi

vbi supra, inquit, in puncto iuris verio rem esse opinionem Panormi. licèt à cómuni non esse recedendum in iudi
115 cando & consulendo. Et aduerte, quod homicida proditorius & aleuosus dici tur, qui veneno alterum occiderit, secũ dum Bald. l. nemo. C. de summa Trinit. colũna 3. Ananiã. & Felin. dict. cap. 1. de homicid. Item dicitur qui occiderit eum, qui eius inimicus non esset, nullaque causa rixę, vel discordiæ inter eos esset, vt in cap. si cupis. 16. quæstio. 1. no tat gloss. cap. clericus. 46. distinctione. Bar. l. respiciendum. §. delinquũt. ff. de pœnis. Felin. in cap. 1. de homicid. vbi
116 est text. optimus dum eum proditorẽ appellat, qui per industriam alium occi derit, id est per insidiosam industriam. ita illa verba exponuntur ex gloss. Bar. & Iass. l. 1. in principio. ff. de pactis. verbo, Placitum & consensum. vnde Bart. dicto. §. delinquunt. infert eum, qui in-
117 terfecit, vel offendit suum inimicum à tergo, & aleuose modis prædictis, non esse proditorium homicidam, quia inimicus debuerat caute pręuidere, & prę cauere ab inimico: idem firmat Bald. in cap. 1. quibus modis feudum amitta tur, Ancharranus cap. 1. de homicid. & Gerald. in singulari. 14. Aduersus quos tenet Couarruuias in dicto cap. 20. numero. 7. per text. in dict. cap. 1. de homi
118 cid. vbi solùm sufficit, quod homidiũ sit cómissum per industriã insidiosam. & opinio Barto. expresse improbatur ex. l. 1. titul. 25. libro. 8. Recopil. & l. 10. titul. 26. libro. 8. Recopil. vbi proditor vel aleuosus dicitur, qui secure aliũ interficit, id est non in prælio, bello, aut rixa, sed à tergo, & non facie ad faciem, ita vt obscure occidat vel offendat, taliter quod offensus non possit se defen dere. & Ant. Gom. 3. tomo Variarum. cap. 3. numero. 5. in effectu idem tenet,
119 sic componẽs, quod aut erant inuicem amici, & tunc offensor qualitercunque occidat, siue facie ad faciem, siue à tergo dicitur proditor, quia offensus non poterat sibi præcaueri, ac ideo mors secura dicitur: & talis præsumitur semper, nisi probetur quod in prelio, bello, vel rixa fuit, iuxta tex. in. d. l. 1. tit. 25. li. 8. Recopil. aut erant inimici, & tunc offensor qualitercunque non cómittit proditionẽ secundũ Barto. & sequaces vbi supr. illos tamen optimè refutat Co uarruuias dicto capitul. 20. nu. 7. De iu re tamen regio per dictas leges etiam
120 inimicus offendens secure, id est nó in prælio, vel rixa, sed à tergo vel taliter, quod offensus non possit se defendere, & præcauere, proditor appellatur.

121 Vigesimoquintò excipitur, qui veneno aliquem occiderit, quia huiusmo di homicidium reputatur proditoriũ, secundum Bald. capit. 1. quibus modis feudum amittat. & Ananiã, & Feli. ca-
122 pit. 1. de homicid. & quia est mors secura ac ideo proditorie facta censetur, vt. l. 10. titu. 26. li. 8. Recopil.

123 Vigesimosexto excipitur occidens patrem, vel è contra pater occidens filium, quia huiusmodi homicidium secure commissum censetur, & quia occi sus non potuit sibi præcaueri, secundũ Paris. consil. 96. vol. 1.

124 Vigesimo septimo excipitur qui ali quem ducit insidiose ad locum vbi occidatur secundm Igneum. l. 1. §. si dominus. columna. 9. in fine. ff. ad Sillania nũ. argumento text. in. l. item si obstetrix iũcta glos. verb. In factum. & l. qua actio. §. sed siquis de póte. ff. ad. l. aquiliam. glos. in. §. penult. Instit. de lege acquil. & in. l. in pecoribus. C. ad. l. aquil. tradit Remigius Tractatu de immun. eccles. fallentia. 14.

125 Vigesimooctauo excipitur socius qui in itinere occidit consocium, quia occisus non debebat sibi præcauere, & securè censetur factum homicidiũ, secundũ Bart. dicta. l. respiciendũ. §. 1. ff. de pœnis. & Remigiũ dicta fallétia. 14.

126 Vigesimonono excipitur, qui proditorie

ditoriè aliquem vulnerauerit animo occidendi, licet mors sequuta non fuerit, secundum Ioannem Igneũ pro vtraque parte disputantẽ. in.l.1.§.si dominus. verbo.7.ff.ad Sillanianũ. Remigium vbi suprà fallentia,13.numero.4. Couarruuias libro.2.cap. 20.numer.7. & Nauar. in Manuali cap.25.nume.21.

127 Cæterùm si absque animo occidendi proditoriè percusserit, cõfugiens ad ecclesiam gaudebit, secundum DD. vbi suprà.& animus occidendi vel non occidẽdi deprehenditur ex instrumento

128 percussionis iuxta text. in.l.1.§.diuus. ff.ad.l. Corneliam. de siccarijs. & text. cap.significasti.2.de homicid.notãt Igneus & Remigius vbi suprà. Apud Lu-

129 sitanos indistinctè vulnerans aliquem proditorie, siue animo occidendi, siue animo non occidendi, immunitate nõ gaudet, vt ordinatione Lusitan.lib.2.titul.4.§.3.constat.

130 Trigesimò excipitur,qui ex deliberatione animi ex interuallo post repentinum iræ motũ absque vlla proditione alium occiderit:nam is immunitate non gaudebit,quia per insidias cẽsetur tunc homicidium commissum, & sub spe consequendæ immunitatis, secundum Ancharranum cap.1.dehomicid. Alexand. consilio.145.libro.7.numero.5.Speculat. Tractatu de concil. 2. part. titul.45. Guidonem Papam decisione.121 Boerium decisio.109.Cassan.in consuetud. Burgundiæ,rubrica. 1.§.5.versiculo, Archidiaconus.numero.113. & Alciat. de prẽsump. regul.3. præsumptione.33.nume.4. & ita tenent fere omnes. propter quorum autoritatem ita sæpissime fit, secundum Couarru.libro.2.Variarum.cap.20.nume.7.versi.in his.qui secundum hanc communem opinionem tanquã magis communem,& à consuetudine approbatam se vidisse pluries iudicari,& ab ea in practica non esse recedendũ testatur IuliusClarus lib.5. receptarum. §.fin. quæstio. 30. versiculo. punctus est.& comprobatur.l.vltima.titul. 11 part.1.& ordinatione Lusitaorum, libro.2.titul.4.§.3. Oppositam tamen sententiam,imò quòd homicida ex pro

131 posito & deliberatione absque proditione tamẽ debet gaudere immunitate, firmat Panor.d.c.inter.n.18.& in dicto cap.1.de homici. per text.in capit. fin. de immun.per locum ab speciali, & per text.in dict.ca.inter alia.vbi generaliter dicitur quod committẽs quantũcunque atrox crimen, si ad ecclesiam confugerit,non debebit inde extrahi, & facit etiam quia homicidium manifeste distinguitur ab homicidio proditorièe commisso,& sic non comprehenditur in capit.1.de homicid.Et hanc opinionem testatur communem Alex. consilio.145. numero. 46. &.11. libro 7.vt refert practicaConradi.folio.268. n.6.in fine.& hãc opinioné iure verioré esse existimat Couarruias in loco supra proxime citato, & in practica seruari firmat Blancus in practica criminali. folio.4.numero.26.& Marian. Socinus.cap.1.de homicid.& intractatu de citatione articulo.17.quæstio.6. colũna.1.& Bosius in practica criminali tit. de captura post numerum.21.& ita paucis ab hinc diebus iudicatum fuit in supremo Senatu inuictissimi Regis nostri Philippi.II.in fauorem cuiusdam nobilis occidẽtis ex proposito in quodam duelo alium,qui confugit ad ecclesiam & inde fuit extractus, & senatus præcepit illum ecclesiæ restitui. Ex

132 quibus constat,simpliceem homicidã, id est,qui casu,culpa,vel etiam dolo,nulla tamen deliberatione animi præcedẽte aliquem occiderit,immunitate gaudere.quam opinionem testatur cõmunem Couarru.vbi supra. & Iulius Clarus vbi supra. versiculo,scias tamen. & colligitur sumpto argumento ex casibus exceptis in.d.c.inter alia.& in cap. fin.de immu.eccle.& c.1 de homicid.

Nec

Nec obstat text. in Authentico, de mãdatis principum. §. sed neque, versicul. neque. collatione. 3. & in. l. fina. titul. 11. part. 1. vbi contarium apertè probatur. quia illa iura sunt ablata iure pontificio, vt resoluisti supra.

331 Trigesimo primò excipitur assassinus, quia frequentius insidiosè delictum committit, secundum Marcum Mantuam. libro. 5. obseruationũ legalium. obseruatione. 41. titulo de assassinis. sequitur Remigius. fallentia. 15. nu. 7. argumento tex. cap. 1. de homicid. in 6. vbi assassinus est inimicus diffidatus Reipublicæ, & potest vbicunque occidi, argumẽto tex. in. l. 3. §. 1. de siccarijs. l. 3. tit. 27. p. 7. Et pro explicatione huius articuli videndũ erit, quis dicatur assassinus & dicendũ erit, quod secundũ vulgarẽ & communẽ modum dicẽdi dicit ille, qui pecunia alioue pretio con
134 ductus aliquẽ occidit vel percutit nil ab eo præcauentẽ, ita Domi. Ancharranus, Francus, Archidia. & Probus in capit. 1. de homicid. in. 6. intelligẽtes il-
135 lum tex. in his qui aliquẽ hominẽ Christianum mandant occidi per homines ad id pecunia conductos, etiam si mandatarij Christiani sint. Idem tenet Bart. l. non solum. §. si mãdato. ff. de iniurijs. numero. 14. Bartol. l. Cicero. ff. de pœnis. Paul. Castr. l. 1. §. vltim. ff. de eo per quem factum erit. & communiter omnes ex Aretino consilio. 165. columna 11. & Anto. Gom. 3. tomo Variarum. capit. 3. numer. 11. secundũ quos hoc cri-
136 men assassinatus dicitur, tã quo ad mãdantem conductorem, quam quoad mandatarium, & locatorem. Quod cri
137 mẽ grauissimum est, vt cõstat ex eo, qui potum causa abortionis dedit, & sequuta fuit mors infantis iam animati: nam is pœna mortis erit puniẽdus, vt l. diuus. ff. de varijs & extra ord. crimi. l. penultima. C. de siccarijs. l. 8. tiulo. 8. part. 7. Si vero aborsus fuerit factus infantis nondum animati, pœna extraordinaria exilij erit puniendus, vt. l. si mulierem. & ibi Hippolytus. ff. de siccarijs. Igneus. l. 1. §. occisorum. colum. 3. ff. ad Sillanianum. Et si nec mors, nec aborsus fuerit ex potatione sequutus, vilis persona dãnanda erit in metallũ, & honesta persona in insulam relegan da, text. l. siquis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Tamẽ fœmina quę ob pecuniam receptam fœtum nondũ animatũ sumpto potu fecit abortire, mortis pœna est punienda, iuxta text. dicta l. Cicero. ff. de pœnis. quem ad hoc notãt Anania, & Felinus capitu. si aliquis, de homicid. Decius consi. 535. Et quod assassinus dicatur is qui pecunia conductus aliquem occidit, & quod in eo sit accipiendus textus dict. capit. 1. de homicid. in. 6. communis opinio est absque dubio, & pauci refragantur, secundum Couarru. lib. 2. capit. 20. numero. 10. Cui tamen non placet hæc communis opinio, & asserit decisionem text.
138 dict. cap. 1. non esse intelligendam in eo, qui mandat aliquem occidi pecunia ad id præstita, nec in eo, qui operas suas pecunia ad id locauerit: sed tantũ in eo, qui aliquem Christianũ occidit opera & industria quorundam hominum infidelium, qui proprio nomine assassini dicuntur, secundum Archidi. & Ioannem Andream in cap. 1. de homic. in. 6. Aretin. consil. 165. columna. 11. Silue. verbo. Assassinus. & Caieta. in summa verbo, Assassinus. & verbo, Excommunicatio. casu. 16. vbi prædicti DD. dicunt quod assassini sunt quidam infideles, qui subsunt principi infideli: quia ab eo edocti sunt, vt quos ille occidi iusserit, facilime occidant, &
139 arbitrẽtur mortẽ ex hoc nõ esse timẽdam, nec pœna aliqua esse afficiẽdos, imò existiment se obsequium præstare Deo. Et sic intelligendo text. dict. ca. 1. de homicid. in. 6. dicendum erit, quòd cõmittens tale crimen non gaudebit immunitate ecclesię, sed per lai-

eum iudicem poterit extrahi,& puni-
140 ri vt constat ex tex.dicto c.1.Cæterũ si intelligamus prout communis opinio intelligit,in eo qui pecunia accepta Christianum occidit de mandato alterius non gaudebit, si simul proditorie fecerit:nec etiam mandans, fautor, & receptator, vt ex dict.c.1.constat, & firmat Remigius fallentia.16.numero. 8.&.9.& Couarru.in.d.cap.20.num.10 infine.

141 Trigesimo secundò excipiũtur persone ecclesiasticę,puta clerici & religiosi:nam si delinquant,& ad ecclesiam cõfugiant, extrahi poterunt à suo iudice ecclesiastico,vt puniantur secundũ Panormit.dict.cap.inter alia.numero.13. sex fundamenta pro hac opinione adducentem:cuius opinionem moribus & consuetudine obtineri testatur Bernardus Diaz in practica criminali. ca. 115.& ita seruari & practicari indistincte firmat Remigius vbi supra.fallẽtia 21.& Nauar.in.d.c.25. Manuali. n. 22. & Iulius Clarus.lib.5.receptarum.§.fi. quæstione.30.versicul.vlterius.Tamet si oppositam sentẽtiam,post Innocent. Cardin.& alios teneat Romanus consilio.227.& consilio.234.cuius opinionem de iure veriorem, & communiorem esse dixit Bernardus Dias vbi sup. tamen de consuetudine obseruatur opinio Panor.

Tregesimo tertiò excipitur raptor virginum:nam si ad ecclesiam confugerit,poterit inde extrahi,iuxta text.in l.vnica.de raptu virginum.& in Authẽtico,de mandatis principum.§. sed neque,versiculo,neque,columna.3. & in l.fina.titu.11.par.1.& firmat Hippolytus dicta.l.vnica.numero.100 & sequitur Couarruuias libro.2.Variarum.capit.20.numero.8.propter criminis atrocitatem. Nihilominus tamen oppo-
142 sita sentẽtia verior & tenenda est,quã probat textus in capit.lex illa.in fine.& in cap.de raptoribus.36.quæstione.1.& comprobatur ordinatione Lusitanorũ lib.2.titu.4.§.7.Et hanc opinionem testatur communem Cassaneus in consuetudini.Burgundiæ.fol.57.Abb. d.c. inter alia.& Iul.Clar.li.5 receptarum.§. fina quæstione.30.numero.10. Neque obstant iura superius adducta:nam iuri canonico in hac materia stãdum erit, vt supra resoluimus.

143 Trigesimo quarto excipitur cõcremator ecclesiæ, secundum Henricum in cap.fin.de immunit.eccles.Ioannem Fab.l.1.C.de his,qui ad ecclesiam confug.argumento capi.conquesti.de, sententia excommunicationis&.t. canonica.11.quæstione.3. Remigium fallentia.33.& Igneũ.l.1.§. si dominus.columna.3.ff.ad Sillanianum & Nauarr. in Manua.ca.25.nu.22.

144 Trigesimo quintò excipitur spoliator ecclesiæ per vim,secundũ Marcum Mantuam consilio.91.Remig. & Nauar.vbi supra.

145 Trigesimo sextò excipitur destructor vel frangens portas ecclesiæ per tex.in capit.conquesti.& ibi Panor.& DD.de sententia excommunicationis. & Nauar.dicto capit.25. numero.22.in fine.

146 Trigesimo septimo excipitur transfuga,id est qui ab eo,sub cuius imperio est,desistit,& in hostes se transfert: nã iste talis rebellis & proditor patriæ est, vt.l.qui omissione.§.qui deserant.ff.de capit. dimi.& Bartol.in.q. incipiente, Lucanæ ciuitatis.numero.18.& in specie firmat Marcus Mantua,cons.91.Cõtrarium tamẽ tenet Boerius decisione 109. & Nauar. in capit.25. num.19.in fine.reprobans supra relatos pro cõtraria opinione.

147 Trigesimo octauo excipitur exul per iudicis sententiam,cui consensit,& in autoritatem rei iudicatæ transiuit,secundum Odofredum decisione. 422. contrarium tamen verius est,secũdum Nauar.d.c.25.n.19.in fine.

148 Tri-

148 Trigesimononò excipitur ille, qui se in ecclesia inuiste defendit, secũdum Remig. fallentia. 22. & Nauar. dict. cap. 25. nu. 22.

149 Quadragesimo excipitur, qui arma prohibita intra ecclesiam habet: nam quo ad arma non gaudebit immunitate, & sic armis priuandus erit à iudice laico, quia deferendo arma prohibita intra ecclesiam committit delictũ in ea, ac ideo priuari eisdem poterit. quia vsus armorũ vetitus est tam laicis quã clericis, tã intra ecclesias, quam foris, vt. l. 1. C. vt armorum vsus. lib. 10. cap. clerici arma. de vita, & honesta. cleric. & firmat Couarr. lib. 2. Variarum ca. 20. n. 18. in fine.

Quadragesimoprimò excipitur debitor ære alieno grauatus, fugiẽs ad ecclesiam propter debitum: nam poterit inde extrahi, quia debitor fugitiuus potest capi die feriato, secundum glossam celebrem in. l. vltima. C. de ferijs. quam sequitur Bald. capit. fin. de ferijs. Baptista de sancto Seuer. Tractatu de debitore suspecto, & fugitiuo. quæstio. 8. Bar. l. ait prętor §. si debitorem. ff. si quid in fraudem creditoris. Angel. & Iasso. numero. 77. in principio Instit. de act. Sed validum est argumentum de tempore

150 ad locum. l. vinum. ff. si certum petatur. l. vltim. ff. de triticar. l. ratio. §. si per venditorem. ff. de action. empt. ergo & in loco sacro capi poterit, ita in specie firmat Iasso. dict. l. vinum. col. 4 & in. l. plerique. limitatione. 10. ff. de in ius vocando. Præsertim si statuto alicuius loci cautũ sit, quod debitor capiatur pro debito, & in seruitute creditoris detur: quia immunitas non censetur cõcessa in præiudicium creditoris, qui est quasi dominus, argumẽto eius, quod de seruo dicitur in. d. c. inter alia. & ita firmat Oldraldus consil. 54. Aufrer. in Capella Tolosana. 422. Panormit. in dict. capit. inter alia. numero. 22. in fine. Boerius decisione. 215. nume. 7. & ita apud nos constitutum est. l. 5. 6. & 7. titul. 16. libro. 5. Recopil. Vnde cum seruus fugiens ad ecclesiam possit inde extrahi, vt domino seruiat, vt probat text. dicto ca. inter alia. & tex. in. l. si seruus. C. de his, qui ad ecclesiam cõfugi. ita debitor

151 pecuniarius poterit extrahi: & ita expresse decisum est in. l. fina. titu. 2. li 1. Recopi. & ita fuisse prouisum in supremo senatu huius regni anno. 1530. firmat Couar. dicto cap. 20. num. 14. in fi-

152 ne. Nihilominus cõtrarium verius est de iure communi, imo quod debitor pecuniarius fugiens ad ecclesiam debeat eius immunitate gaudere: nam cum homo liber de iure communi non possit capi pro debito, nec creditoribus tradi, vt in. l. ob ęs. Authẽtica, imo. C. de actionibus & obligationibus. in ca. lator. de pigno. text. in Authentico, vt nulli iudicum. §. quia verò collatione. 9. & in. l. 2 C. quæ res pignori obligari poss. & tradit Couarruias libro. 2. Variarum. capitulo 1. numero. 1. non debebit ab ecclesia extrahi: nam si esset extra, non caperetur, si vellet bonis cædere, vt. l. 1. C. qui bonis cædere possint. Et hæc opinio probatur ex regul generali dict. capitul. inter alia. & in. l. præsenti. C. qui ad ecclesiam confug. & in. l. 2. titu. 11. par. 1. & ita tenent communiter omnes secundum Remigium fallẽtia. 27. & Couarru. in dicto capitul. 20. numero. 14. Quamuis DD. communiter hoc limitent, quãdo statuto municipali cautũ esset, vt debitor posset capi, & tradi creditoribus, vt illis seruiat, secundum Oldraldum & sequaces vbi sup. tamen

153 contrarium verius est, imò quod etiã ſtãte illo statuto non posset extrahi ab ecclesia, secundum Rodericum Suaré l. 2. titulo de los gouiernos. libr. 2 for. quæst. 5 Remig. dicta fallentia. 27. Nauar. in Manuali. cap. 25. numero. 19. & Couarruuias vbi supra asserentes sic in praxi obseruari: alioquin sequeretur quòd statutum municipale posset tolle

re immunitatē eccleſijs conceſſam iure Pontificio, contra ca. quæ in eccleſiarū cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ. de conſtit. ac ideo tex. in dicta. l. fina. titul. 2. lib. 1. Recopil. non potuit diſponere contra ius canonicū cuius. l. meminit Auendānius longo cōmento eam ornans in tract. ad. l. 4. &. 5. ti. de las excepciones lib. 3. ordin. à. nu. 53. Nec obſtant. ll. huius regni de tradēdis debitoribus in ſeruitutē creditoribus, ac ideo poſſe extrahi, ſicuti ſerui, vt in dicto cap. inter alia. &. l. ſi ſeruus. C. qui ad eccleſiam cōfug. nam reſpondeo quod text. dict. cap. inter alia. & dicta. l. ſi ſeruus loquūtur in
154 vero ſeruo, & in iure veræ ſeruitutis: quòd ius non datur creditori in debitorem, vt manifeſte conſtat ex dictis. ll. huius regni, ſecundum Suar. & Couarru. vbi ſupr. Non etiam obſtat quod debitor fugitiuus poſsit capi die feriato, ergo & in loco ſacro: nā diſpar ratio eſt, quia die feriato homicidæ & alij delinquentes capiuntur, & tamen ab eccleſia hi non poſſunt extrahi, quia locis ſacris hæc immunitas conceſſa eſt, & ita hac ratione ab opinione Iaſſonis diſcedunt Decius numero. 8. Purpuratus. numero. 10. & Alciatus dicta. l. vinum. ff. ſi certum petatur.

155 Quadrageſimo ſecundò excipitur debitor, obnoxius publicis tributis, is enim ob debitum principis, ſi ad eccleſiam confugerit extrahendus erit, iuxta text. in Authentico, de mādatis principum. §. publicorum. collatione. 3. & in. l. fina. titulo. 11. par. 1. Salicetus in. d. l. præſenti. oppoſita tamē ſententia verior eſt, ſecundum Cinum dicta. l. præſenti. Panorm. in. d. c. inter. Aufrerium in Capella Toloſana. 422. & communiter obſeruatur ſecundum Socinum, tractatu de citatione. articulo. 17. quæſtione. 5. folio. 22. columna. 2. Gregor. Lup. in. l. 2. titulo. 11. part. 1. verbo, por deuda: Remigium fallentia. 27. numero. 3. & Couarru. dicto capitulo. 20. numero. 14. Nec obſtant iura in contrarium adducta, quia tanquam contraria iuri Pontificio accipienda non ſunt.

156 Quadrageſimo tertiò excipiūtur mercator, & campſor verſuram facientes, poſtquam operā vſuris dantes ex pecunijs & rebus alienis lautè & opiperè vixerunt, & poſtea ad eccleſias confugiunt creditores ſuos fallendo: nam inde ſunt extrahendi, ſecundum Boeriū deciſione. 215. numero. 7. ſequitur Remigius vbi ſupra fallentia. 38. & probat Dueñas in regula. 389. numero. 18. Et facit quia huiuſmodi mercatores & cāpſores falliti, appellantur latrones publici à. l. 1. & 2. titul. 19. lib. 5. Recopil. obidque hos ſe vidiſſe violenter ab eccleſijs euelli ad criminalem punitionē firmat Couar. dict. cap. 20. numero. 14. quod an iuſtè fiat relinquit aliorum iu-
157 dicio. Nauar. tamen in Manua. cap. 25. numero. 19. firmat hos debere gaudere immunitate eccleſiæ, ſed quamuis perſonæ eorum immunitate gaudeāt, res abſconditæ & depoſitæ in eccleſijs proculdubio ſunt extrahendę, vt ex eis ſatisfiat creditoribus, vt in. l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad eccleſiam confugiunt & in. l. 2. titul. 19. lib. 5. nouæ Recopil. Et quid hodie faciendum ſit diſponit. l. 6. titu. 19. lib. 5. Recopil. in nouā impreſsione.

158 Quadrageſimo quartò excipitur obligatus ad ratiocinia: nam ſi aufugerit cū bonis ad eccleſiam, poterit inde extrahi, ſecundum Remigium vbi ſuprà fallentia. 37. Nauar. tamen contrarium tenet in dict. cap. 25. nume. 19. Sed tu dic vt in caſu præcedenti.

159 Quadrageſimo quintò excipitur ſeruus, confugiens ad eccleſiam: nam tūc præſtito iuramento à domino de impunitate ipſius, erit extrahendus domino, vt eidem ſeruiat, vt probat tex. dict. cap. inter alia. in fine. & tex. in cap. definiuit. & capit. metuentes. 17. quæſtione 4. l. præſenti. §. ſanè. C. de his, qui ad ecclesiam

cleſiam confugiunt.l.3.titul. 11. part.1.

160 Qua in re erit diſtinguendum, quod aut ſeruus confugit ad eccleſiam cauſa religionis,quia vult eã ingredi,& tunc ſi repetatur à domino infra triẽnium, debet ei reſtitui præſtita cautione à domino quod eum non offendet, iuxta tex.in Authẽtico de Monachis §.ſi verò collatione.1.& in Authẽtico de ſanctiſsimis epiſcopis.§.ſiquis autem.colla

161 tione.9. Aut confugit ad eccleſiam cauſa conſequẽdæ immunitatis,& tũc aut propter magnã ſæuitiã domini,& non eſt ei reſtituẽdus,ſed dominus compelliturillum vendere,vt in.§.fina.Inſt.de his,qui ſunt ſui vel alieni iuris.l.3. titul. 8.part.5.aut fugit ad eccleſiam propter modicam ſæuitiã domini, velpropter modicum delictum, quod in dominũ cõmiſsit,vt puta quia ſurripuit aliquã rem leuem,& tunc erit extrahendus,& tradendus domino prẽſtita cautione iuratoria à domino quod eum non puniet,per text.d.c.inter.& ſimiles ſupra relatos. Aut fugit propter aliudmagnũ delictum,& ſi timet puniri à dño,&nõ ab alio erit dicendum vt in text.d.c.inter.ſi tamen timeat ab alio puniri,vt à

162 iudice,tunc gaudebit immunitate eccleſiæ,ſicuti homo liber,per regulã generalem text.d.c.inter.ita reſoluit Panormitanus in dicto capitu.inter alia. Cinus in dicta.l.præſenti. Marianus Socinus tractatu de citatione.articulo.18. fol.22.columna.3.verſiculo. ſecundo caſu. Gregor,Lup.in.l.3.tit.11.part. 1.in gloſſ.2.& Remigius vbi ſup. fallentia. 17.& Nauarr.in Manuali capit.25. numero.19.

163 Quadrageſimoſextò excipitur effractor carceris,confugiens ad eccleſiã quierit extrahendus,ſecundum Archidiaconum cap.ſicut antiquitus.17.quẽſtione.4.& Caſſaneum in cõſuetudinibus Burgundiæ,titulo.des juſtices. fol. 54.columna.4. Contraria tamen opinio in praxi ſeruatur,imo quòd gaudere debeat,ſecundum Boerium deciſione.110.columna.penul.Remig.fallẽtia 29.& Couar.in.d.c.10.n.13.verſic.decimo octauò.

164 Quadrageſimo ſeptimò excipitur qui relaxatus à carceribus præſtito iuramẽto de redeũdo,ſi ad eccleſiã cõfugerit,poterit extrahi ſecũdum Aufrerium in Capella Tolloſana.422. Nihilominus contrarium verius eſt, ſecundũ Nauar. in Manuali.c.25.n.21. & Couar.d.c.20.n.13.

165 Quadrageſimo octauò excipitur, qui exiſtens in eccleſia voluntariè & ſponte exijt ab ea,& captus eſt à iudice:nam non erit reſtituendus, quia tunc nulla violentia eccleſiæ fit, argumento capſcienti.de regul.iuris.in.6.& facit text. in cap.frater.verſiculo,reluctãtem.17. quæſt.4.& firmãt Hoſtienſ.Ioan.And. Anto.Card.Panor.& Henricus in cap. fin.de immu.eccle.& cõmuniter omnes ex Nauar.in Manuali c.25.nu.21. in fine.& Remigium fallentia.12.

166 Quadrageſimonono excipitur quiverbis doloſis inductus à iudice præſtita ſecuriate exijt ab eccleſia:nam iſte talis non erit reſtituendus,nec iudex tenebitur ſeruare illi fidem præſtitam de non puniendo illum,ſecundum Archid.in cap.definiuit.17.quæſt.4.Felin. cap. afferte.num.3.de præſumptionibus. Iaſſ. l.ſi mora.col.3.ff.ſoluto matrimonio. & plures alios,quos refert Couar.lib.1. Variarum.cap.2.num.14.& Nauar. in Manuali.c.25.nume.22. Contraria tamen opinio magis placet & verior eſt ſecundum plures,quos refert & ſequitur Remigi.fallentia.26.& Anto. Gomez.3.Tomo Variarũ.c.12.n.7. & Couar.d.c.2.nu.16.& Plaça de delictis lib. 1.c.37.& Iulius Clarus li.5.recept.§. fi. quæſt.55.circa princi.

167 Quinquageſimò excipitur,qui exiſtens in eccleſia propter terrorem ſibi incuſſum à iudice, vel ab eius familia exijt:nam ſi capiatur,nõ erit reſtituendus,

tuendus,secundum Ioan. Igneum in. l. 1.num.4.fol.8.col.3.ff.ad Sillanianum. Contraria tamen opinio verior est, imo quod tunc sit restituendus.& probatur in ca.definuit.17.quæst.4.ibi,inde vi extrahere,aut quodcunq; nociui litatis,vel damni,vel spolij residētibus inloco sacro inferre,& ita firmat Remigius vbi supra.in quæst.15.

168 Quinquagesimò primo excipitur, qui de mandato Papæ extrahitur ab ecclesia per iudicem ecclesiasticum, per text.secundum vnum intellectum in cap.vxor.17. quæst.4. & facit quia papa est supra ius positiuum. cap. proposuit.de concessione præbend.& firmat Ioan.Bichius Tract.de immunit. eccl. col.6.versic.fallit.1.& Nauarr. in Manuali.c.25.n.21.in fine.

169 Quinquagesimosecundò excipitur laicus occidens clericum, secundum Ioannem de Bichis tractatu de immunitate ecclesiarum.columna.14. versiculo,septimo.citans pro sua opinione Archidia.cap.frater. 17. quæstione.4. per tex.in cap.fina.de immunitate eccles. Nam si delinquens in ecclesia nō gaudet,à fortiori nec delinquēs in persona ecclesiastica.citat etiam text.in capit.nullus. 17.quæstione.4.vbi probatur secundum vnum intellectum quod clericus percutiens clericum,& ad ecclesiam cōfugiens debet per episcopū abduci & puniri.allegat glos.& Inno-

170 cen.in.c.fi.de immu. Sed contraria opinio tenenda est, vt resoluit Boerius decisione. 109. numero.3.& Remigius vbi supra.fallentia.32. Nauarrus in Manuali.capitulo. 25. numero.19.

171 Nec obstat tex.in cap.fi.nam respondeo, quod hæc immunitas ipsis templis sacris concessa est,non verò personis ecclesiasticis.Non etiam obstat tex. dict.cap.nullus.nam respondeo, quod tex.ille loquitur de clerico percutiente clericum,qui non gaudet immunitate ecclesię,vt resoluisti supra,in casu.32. nec huius cōtrariū tenēt Archid. glo. & Innoc.supra relati à Ioanne Bichis.

172 Quinquagesimo tertio excipitur euellens limites,iuxta tex.in.l.8.tit.5.li. 1.Fori.quæ habetur in.l.3.tit.2.li.1. Recop.& tradit Didac.Perez.in.l.6.tit.2. li.1.Ordin.glo.2.

173 Quinquagesimoquartò excipitur, qui propter metum famis ab ecclesia exijt,attēta consuetudine,qua inductū esset,quod cōfugiēntibus ad eā alimēta denegētur:tunc enim si capiatur, non

174 erit restituēdus ecclesię. Nihilomin* tamē cōtrariū verius est,quia in casib* in quibus confugiēs ad ecclesiā immunitate gaudere debet,iure Pōtificio nō potest ecclesia obsideri, nec alimenta,victus aut vestitus cōfugientibus denegari:nā hoc esset immunitatē violare,

175 iuxta tex.in.l.prędicti.C.de his qui ad ecclesiā cōfug.c.diffinuit.17. quæst.4. l.2.tit.11.par.1.tradūt Hostien. Anto. Card.& Panor.in.d.c.inter alia.nu. 13. Guido Papa.q.121.nec cōsuetudo incō trariū valet,secundum Ioan.Igne.l.1.in prin.col.3.ff.ad Sillania.Remig.Tract. de immunit.ecclesię.quæst.3.& Couar. li.2.Variarū.c.20.n.17.versi.tricesimo

176 primo: & tūc ecclesia de bonis suis prouidebit de alimētis ipsis cōfugientibus,secundū glo.d.c.diffinuit per tex. in.d.l.prędicti.sequūtur Guiliel.de mōte Laud.in Clemētina.1.de pœniten.& remis.quæst.2.& ibi Anchar. quæstio. 2.Cardina.quæstione.4. & Bonifacius conclusione.7.Verum illa glos.procedit,quando delinquens non habet bona,nec proprijs manibus potest laborare,& victum quærere, secundum Archidiaconum ibi receptum à Panorm. dict.cap.inter alia.numero.28.Felin.capit.ex rescripto.de iureiuran.Siluestro. in summa verb. immunitas.3.quæsto. 5.Igneo alios referente in.l.1.versi.13. columna.4.ff.ad Sillania. & Mainerio

177 l.nemo de domo.ff.de regulis iuris.numero.30 Quinimò confugiens ad ecclesiam

clesiam non debet ibi neruis, compedi bus aut catenis ligari: nam esset contra libertatem & immunitatem ecclesiæ vt in capi. diffiniuit. 17. quæstione. 4. di cta. l. præsenti. & in. l. 2. titulo. 11. par. 1. & si de consuetudine in aliquibus locis
178 contrarium receptum sit. Quod tamẽ erit obseruandum, quãdo dubitaretur, an deberet gaudere immunitate ecclesiæ, interim quod cognoscitur, vincula ab vtroque iudice ecclesiastico & secu lari injciuntur, secundum Ioannem Igneum, Remig. & Couar. vbi supra. & cõmuniter omnes ex Iul. Claro li. 5. receptarum. §. fin. quæst. 30. n. 21.

179 Quinquagesimoquintò excipitur iudex qui tempore sindicatus recessit à sindicatu, & ad ecclesiam confugijt, tum propter delicta, de quibus accusa batur, tum etiam ex eo quod ære alieno grauatus erat: iis enim immunitate ecclesiæ non gaudet, sed ab ea extrahi pot. st, iuxta text. in l. vnica. in versiculo, non domi. & in versiculo, vbicunq; repertus fuerit. C. vt omn. iudi. probatur etiam quia iudex fugiens à sindicatu æquiparatur seruo, secundum gloss. in dicta. l. vnica. verbo, Inferre. sed seruus confugiens ad ecclesiam immunitate non gaudet, vt probatur in dict. ca pitulo inter alia. in fine. & in capit. diffi niuit. & in capit. metuentes. 17. quæstio ne. 4. & in. l. præsenti. §. sanè. C. de his qui ad eccles. confug. & in. l. 3. titul. 11. par. 1. & nos supra resoluimus in. 45. ca su. numero. 159. ergo iudex à sindicatu fugiens non gaudebit immunitate ec clesiæ. Facit etiam quia talis iudex cõ fugit ad ecclesiam tãquam debitor, no lens respondere, & satisfacere suis cre ditoribus: sed debitor æris alieni immu nitate non gaudet, ergo iudex à syndi catu ad ecclesiam confugiens eius im munitate non gaudet. Maior nota est, & minor probatur quia validum est ar gumentum de tempore ad locum vt probatur in. l. vinum. ff. si certum peta tur. l. vlt. ff. de triticar. At verò debitor fugitiuus die feriata potest. ca. secundũ glos. in. l. vlti. C. de feriis. ergo & in loco sacro poterit capi, vt firmat Iass. d. l. vinũ. col. 4. & in. l. plerique. limitatione. 10. ff. de in ius vocan. nã immunitas nõ censetur concessa in præiudiciũ cre ditoris qui est quasi dominus argumen. text. d. c. inter alia. vbi de seruo agitur. Quo fit quod cum seruus possit extrahi ab ecclesia, vt domino seruiat iuxta text. d. l si seruus. C. de his qui ad eccle siam confugi. & in. d. cap. inter alia. ita debitor pecuniarius poterit extrahi, & quod debitor æris alieni nõ gaudeat im munitate, de iure regio decisum extat in. l. fin. tit. 2. li. 1. Recopil. igitur iudex à syndicatu recedens & ad ecclesia cõfu giens non gaudet immunitate. Et in specie hanc opinionem tenet Paris de Puteo in Tractatu syndicatus. §. viso de modo procedendi. n. 6. & Auiles in capit. Prætorum cap. 1. in glossa. verbo, Dadiuas. nu. 25. Ego vero existimo con trariam opinionem veriorem esse per regulam text. in dicto cap. inter alia, à qua non est recedendũ, nisi in casibus à iure expressis. Præterea, quia talis iu dex tanquam debitor cõfugit: sed de bitor de iure communi immunitate gaudet, vt resoluimus supra in isto. §. 3. 41. casu. Nec huic vere opinioni obstat text. in. d. l. vnica. versiculo, non domi. & in versicu. vbicunque reper tus. nam verus sensus illius textus est, quod iudex tempore syndicatus habi tare non debet in ecclesijs, & alijs locis sacris, cum in eis cessare debeat omnis strepitus iudiciorum, causa per laicos ibidem agitari non debeat, iuxta textũ in capit. decet. de immunitate eccles. l. 6. & ita in. l. d. vnica, in effectu prohi betur, ne causa syndicatus intra eccle siam agitetur. Non etiam obstant alia fundamenta pro priori opinione addu cta, nam eis satisfieri potest, ex supra re solutis in. d. 41. casu. nu. 154.

Qu bus

Quibus casibus supra exceptis non obstat regula generalis text.in dicto.c. inter alia.à qua solùmodo excipiuntur ibi duo casus. vnde videbatur in reliquis prædictam regulam firmam manere,iuxta text.in.l. hæreditarium.§. sed neque.ff.de fundo instructo. & in cap.dominus.32.quæst.7.& in.ca.1. de
181 confessis. Nam respondetur, quod quando aliqua constitutio loquitur in materia iuris communis,& aliquos casus excipit,non per hoc firmat regulã in non numeratis,imò suppletur à iure communi in casibus in ea non exceptis secundum Panor.in dicto capit. inter alia.n.15.per tex.in.c.ad audiẽtiã. de cleri.non residen.vbi nume.2.idem firmat.tenent gloss.& Bar.in.l.serui.ff. de vsucapionibus.& facit text. iuncta glossa in cap. quoniam frequenter. in principio.vt lite non contestata.& ibi latè Felinus num.3. & Couarr.libro.2. Variarum ca.5.nu.6.

Ex quibus omnibus iudices facillimè intelligere poterunt, quando reus ad ecclesiam confugiens immunitate eius gaudere debeat,& quando inde extrahi possit:vnde quoties casus occurrerit,in quo confugiens gaudere nõ de
182 beat, iudex secularis impunè (cognito prius quod reus gaudere non debet)poterit illum extrahere.Et si iudex Ecclesiasticus suis censuris impedire velit,ab eo appellare poterit ad iudicem Ecclesiasticum superiorem,Protestando el auxilio Real de la fuerça,y ha de
183 embiar luego a la Chancilleria por la Prouision ordinaria, para que por via de fuerça se lleue el processo original, y ha se de embiar poder a vn procurador de la Chancilleria con vna relació del caso:la qual Prouision se da luego, para que se lleue el dicho processo,y para que el juez Ecclesiastico absuelua los descomulgados, y alce el entredicho,si estuuiere puesto,por espacio de sesenta dias. Y si en la Chancilleria se remitiere el negocio al juez seglar, declarando auer auido lugar su appellacion del Ecclesiastico., el dicho juez seglar procede contra el delinquente.

Et redeundo vnde digressi fuimus, nempè quando reus fuit deprehensus, & in carcere detrusus vel ab ecclesia iustè extractus,tunc iudex aduertere debet,quod causa incarcerati pia est,secũdum Barto.& Cinum,quos refert & sequitur Tiraquelus in Tractatu de priuilegijs piæ causæ.in præfatione.ac proinde celeriter erit expedienda, iuxta textum in.l.finali.C. de custodia reorum. Et quàm primum iudex visitabit delinquentem incarceratum,& eius cõfessionem recipiet, monebitque priùs custodem carceris, ne ante confessionem receptam permittat aliquem cũ delinquente loqui,ne eum instruat ad negandum,secundum Grego. Lupum in.l.6.titu.29.part.7.in glos.finali.

Ex.§. Quarto

SVMMARIA.

1 *DElinquente incarcerato iudex statim coram tabellione confessionem eius assumere debet, & in scriptis eam redigi facere.*

2 *Tabellio solus confessionem delinquẽtis incarcerati assumere non potest.*

3 *Capto delinquente statim ante confessionem quærere debet iudex ab eo, cuius status, conditionisue sit, & ætatem quam habeat.*

4 *Si delinquens maior viginti quinque annis sit, recipiendum ab eo iuramentum de veritate dicenda, & interrogationes, secundum circunstantias negotij faciendæ.*

5 Si

5 Si delinquens minorem vigintiquinque annis se dixerit, & talis appareat, dandus sibi curator est.

6 Confessio minoris absque curatore etiam sponte facta nullius momenti est.

7 Iudex antequam à delinquente minore confessionem recipiat, præstat ad litẽ curatorem aliquẽ ex procuratoribus audientiæ: qui acceptat, & iurat, & fideiussorem præstat, coram tabellione ipsius causæ.

8 Iudex recipit à delinquente minore iuramentum de veritate dicenda corã suo curatore: quod iuramentum præstare tenetur, & ad interrogata respondere.

9 Tam maior, quam minor, à quibus iuramentum de veritate dicenda iuste petitur, eam proferre tenetur.

10 Resoluuntur plurima, quæ obstare videntur, contra magis communẽ opinionem: quæ habet, eum à quo receptum est iuramentum de veritate dicenda debere eam dicere.

11 Quamuis ei interrogatur à iudice de delicto à se commisso ei verum dicere non tenetur: cæterum si iuste, tenetur se prodere, & veritatem fateri.

12 Iuste interrogatur quis à iudice de delicto, quando de eo semiplena probatio adest: & de ea innotescit interrogato.

13 Delinquens sciens iuste à se inquiri veritatem, eam fateri tenetur: & quæ contra eum sunt indicia sibi manifestanda sunt.

14 Tabellio debet legere delinquẽti a quo recipitur confessio vnam, duas de testificationes receptas in summaria informatione, testiũ nominibus tacitis: vt ex eis delinquens intelligat qualiter delictum probetur.

15 Delinquens iniuste interrogatus (vel quia semiplene de delicto non constat vel a iudice incompetenti interrogatus, aut à legitime recusato, aut ab eo à quo legitime appellatum extat, poterit declinare versutiam iudicis alia adhibita fraude.

16 Delinquens iniuste interrogatus a iudice non potest simpliciter veritatem negare: licet subterfugio verborum iudicem fallere possit.

Mendacium prolatum ab iuste interrogato a iudice super delicto, si sine iuramento veniale peccatum, si cum iuramento mortale est.

18 Delinquens qui confitetur delictum, in carcerem reducendus, confessione inscriptis redacta, donec sententia feratur.

19 Confessus in ciuilibus pro condemnato habetur: in criminalibus autẽ sententia iudicis declaratoria adesse debet.

20 Delinquens ex sola sua confessione cõdemnandus non est.

21 Clericus ex sola sua cõfessione absque alia probatione condemnandus, secundum Bernardum Diaz.

22 Minori confitenti delictum cum iuramento curatore præsente, an cõpetat in integrum restitutio aduersus confessionem.

23 Delinquenti confitenti delictum assignãdus terminus trium dierum vel alius maior vel minor ad allegandas suas exceptiones, & eo elapso fertur sentẽtia, & excutioni mandatur.

24 *Si delinquens neget, intimari debet parti offensæ, quod accusationem proponat.*

§. Quartus. De confessione delinquentis.

POstquam delinquens fuerit in carcerem detrusus, statim iudex recipere debet eius confessionem coram tabellione, facereque quod in scriptis à tabellione confessio redigatur, iuxta text. in l. 1. in principio ff. de custodia reorum. & in l. 4. & 6. ti
2 tul. 29. part. 7. Nec solus tabellio confessionem delinquentis assumere potest, secundum glossam receptam in. l. iubemus. verbo. aliud iudicium. C. de liberali causa: quam notat Ripa in practica crimin. §. postquam. num. 17. Florianus in. l. proinde. num. 112. ff. ad l. Aquiliã. & Matthæus de Afflictis in decisione. 182. num. 6. Quamobrem iudex illico accedere debebit ad carcerẽ cum tabellione, & mandabit quod coram se delinquens compareat, interrogabitque eum cuius status, conditio-
3 nis, & ætatis sit: qui si responderit se maiorem esse viginti quinque annis, iuramentum de veritate dicenda ab eo
4 recipiet, & interrogationes faciet secũdum circunstantias negotij: si vero delinquens responderit, se minorem esse viginti quinque annis, & ita ex eius as-
5 pectu apparuerit, iuxta tex. in. l. minor viginti quinque annis ex aspectu. ff. de minor. tunc iudex ante omnia curatorem ei dabit, quia minor viginti quinque annis non habet personam legitimã standi in iudicio, vt probat textus in. l. clarum. C. de authoritate præst. alioquin confessio minoris absque cu-
6 ratore facta, esset nulla, etiam si sponte minor eam fecerit, vt probatur in. l. cũ & minores. C. si aduersus rem iudicatam. & notat Bartolus in. l. finali. §. in pupillo. columna. 2. ff. de verborũ obligationibus. & Hippolitus in practica criminali. §. nunc videndum. numero 31. & probat tex in. l. 11. titulo. 2. part. 3. & ita resoluit Antonius Gomez in. 3. tomo Variarum capitulo. 1. num. 64. Et hanc testantur communem opinionem, & in regnis Hispaniarum vsu receptam, & in praxi obseruatam plures DD. relati ac recepti à Iulio Claro, libro. 5. sententiarum. §. finali. quæstione. 51. nume. 2. & quæst. 55. num. 12. Y
7 assi luego el juez le ha de proueer de curador ad litem, y de ordinario le da por su curador vn procurador de la audiencia, el qual luego accepta la curaduria, y haze juramento en forma, de que como bueno y fiel curador defendera la causa de su menor, segun de derecho es obligado, y da alli fiador de que lo cumplira: y el curador y su fiador se obligan en forma ante el escriuano de la causa. Y hecho esto, el juez le
8 discierne la curaduria: & tunc iudex coram curatore recipit iuramentum à minore de veritate dicenda, quod iuramentum minor præstare tenetur, & ad interrogata respondere. iuxta text. in dicta. l. clarum. & firmat expresse glos. in. l. 2. §. quod obseruari. C. de iuramento calumniæ. verbo. scire possum. & ibi notant Bartol. Cynus, & Paulus. numero. 7. idem firmat glossa magna in l. 2. C. de edendo. & glossa in capit. 1. de iuramento calumniæ. quarũ gloss. opinionem testatur communiter receptam Hippolitus in. l. penultima. ff. de quęstionibus numero. 72. & Rodericus Suarez in. l. 4. titulo de las juras. versiculo, vnum nota. libro. 2. fori columna. 7. Pro qua opinione Anton. Gomez eam sequens in. 3. tomo Variarũ capitulo 1. numero 65. expendit text.

in. l.

in l. 4. titulo finali part. 6. Et ita obseruatur, licet contrarium teneant plures relati per Iasso. in. l. ambiguitatis. C. de in dicta viduitate tollenda. Et tam iste minor quàm maior interrogatus à iudice
9 tenetur veritatem confiteri: nam cuicũque reo iuramentum de veritate dicenda deferendum est, secundum Bartolũ in. l. inter omnes. §. rectè in fine. ff. de furtis. cuius opinionem magis cõmunem esse firmat Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. finali. quæst. 45. nume. 9.
10 Nec obstat textus in cap. quis aliquando. versiculo, item illud. de pœnitentia. distinctio. 1. vbi dicitur, quod nemo tenetur suum delictum patefacere: & illud Esayas. capit. 3. ibi, reprehenduntur qui peccata sua tanquam sodoma prædicant, nec abscondunt: & facit text. in cap. nullo. 12. quæst. 1. & in cap. nõ sunt audiendi. 11. quæst. 3. vbi dicitur, quod vita & conscientia nobis sunt necessaria, & proximo fama bona: facit illud Matthæi capitulo. 11. vbi dicitur, quod iugum Domini suaue est, & præcepta eius leuia, sed grauissima esset lex, quæ obligaret aliquem ad se prodendum, quinimò & esset contra ius naturale, cum perinde esset ac si eum obligaret ad se occidendum, ergo videtur quod delinquens non tenetur veritatem delicti fateri. Nam respondeo, quod in cõtrarium adducta procedunt, quando aliquis iniustè interrogaretur à iudice:
11 nos autem loquimur, quando debitè & iustè interrogatur: nam tunc tenetur veritatem fateri, & se prodere, secundum Diuum Thomam secunda secundæ quæstione. 69. articulo. 1. & ibi Caietanum, Paludanum in. 4. distinctione. 19. quæstione. 4. columna. 3. & Nauarrum in cap. inter verba. 11. quæstione. 3. conclusione. 6. & in manual. cap. 18. nume.
12 57. & cap. 25. nume. 35. Iustè autem dicitur quis à iudice interrogari, quando in actis processus delictum aduersus eum semiplenè probatum est per vnum testem occulatum, & omni exceptione maiorem, vel famam publicam, aut vnum inditium, vel plura illi æquipolentia plenè probata, & hoc ei notificatum est à iudice ex D. Thom. vbi supra articulo. 2. & ibi Caietan. consentit Soto in Tractatu de ratione tegendi & detegendi secretum. membro. 2. quæst. 7. pag. 62. col. 1. & Nauarrus in ca. inter verba. 11. quæst. 3. nu. 730. & in manual. cap. 18. num. 57. & in cap. 25. numer. 36.
13 Ac ideò delinquens non tenetur veritatem fateri, nisi quando scit ritè & rectè posse à iudice interrogari: quo circa manifestari debent delinquẽti indicia, quę sunt contra eum & copiam eorum ei tradi secundum Sotum & Nauarrum vbi suprà. & Greg. Lup. in. l. 4. titul. 29.
14 partit. 7. in glossa magna. Y assi el juez deue mandar al escriuano de la causa, q̃ lea vno o dos testigos de la summaria informacion, de los que dizen contra el que esta declarando su confesion, sin dezir los nombres dellos: y entonces el juez ha de dezir al confessante, q̃ vea lo que aquellos testigos dizen contra el: por tanto que diga la verdad de lo que sabe en aquel negocio: non tamen erit necessum copiã inditiorũ ipsi reo, eius ve aduocato decernendã fore, vt opinabatur doctor Segura Daualos vir alioquin doctus in suo directorio iudiciũ ecclesiasticorũ. 2. p. c. 14. n. 34. per tex. in. c. quoniã cõtra falsam. de proba. quẽ voluit allegare, dũ citauit tex. in. c. quoniã frequenter: Nã cũ à tabellione causæ ex mandato iudicis legãtur & referãtur depositiones testiũ testificantiũ cõtra reũ cõfitentẽ, iã nõ solũ verbo iudicis statur, imo obseruatur forma à Põtifice præscripta in. d. c. qñ cõtra falsam. Cæterũ si iniuste & indebite prędictis deficiẽtibus delinquẽs interrogetur
15 vel si iudex incõpetens sit, aut legitimè recusatus, seu legitime ab eo sit appellatũ, tunc delinquẽs nõ tenetur veritatẽ fateri, sed poterit declinare versutiã iu-

dicis alia fraude adhibita, ex traditis per glossam in simili in cap. cupientes. verbo. Malignantium. de electione. libr. 6. & poterit vti subterfugio: & obscuritate, & amphibologia verborum, nempe negando interrogationem, prout in ea continetur, aut negando interrogationem prout sibi proponitur, eo sensu intra se retento, quòd sibi proponitur ac si ad delictum confitendum teneretur, cùm tamen non teneatur, vt colligitur ex text. in ca. qualiter & quãdo el. 1. de accusationibus. ibi, exceptis occultis. iuncto text. in cap. erubescant 32. distinctio. & tradit Adrianus. in 4. de sacramento confessionis. §. ad argumenta. dubio. 9. asserens, hanc esse communem opinionem, cui consentit Nauarrus in dicto Corollario. 64. à nume.

16 765. Non tamen delinquês poterit simpliciter negare veritatem absque subterfugio verborum: nam tunc mendacium committeret, quod non permittitur, vt probatur in cap. nequis arbitretur. 22. quæst. 2. & in capit. super eo. de vsuris. & resoluit Nauarrus in dict. Co-

17 rollario. 64. nume. 765. Quod mendacium prolatum ab iniustè interrogato sine iuramento peccatum veniale est, si verò prolatum fuerit cum iuramento peccatum mortale erit, vt resoluunt Soto in Tractatu de ratione tegendi & detegendi secretum. membro. 3. quæstione. 3. conclusione. 6. Nauarrus in capit. fina. de pœnitentia. distinctione. 5. numero. 13. & Couarruuias in libro 1. Variarum resolutionum. c. 1. num. 2.

18 Si verò delinquens delictum confiteatur, statim eius confessio in scriptis redigenda erit, & ipse in carcerem reducendus donec sententia feratur, iuxta text. in l. si confessus. ff. de custodia reorum. & in l. 4. tit. 29. part. 7. nam licet

19 in causis ciuilibus confessus habeatur pro condemnato, tamen in criminalibus requiritur sententia declaratoria iudicis, secundum glossam receptam in l. vnica. C. de confessis. & glossam. in dicta l. si confessus. ff. de custodia reorum. & ibi notant Bartolus, & omnes.

20 Quinimò ex sola confessione delinquentis condemnatio fieri non debet, sed requiritur quod de delicto cõmisso constet, secundum Bald. n. 7. Barbac. nu. 57. in c. at si clerici. de iudic. Paulum Castr. in auth. Sed nouo iure. C. de seruis fugit. & communiter DD. ex Simãcas de institutionibus catholicis. tit. 13. nu. 2. & Iulio Claro in lib. 5. sententiarum. §. fina. q. 55. nu. 10. per text. in l. 1. §. item illud. ff. ad Syla. ne contingat innocentes falsa confitentes damnari, cõtra tex. in l. 1. §. siquis vltro. ff. de quæst. & in l. absentem. ff. de pœnis. quia in manu cuiusdam non est, vitam profundere, vt in c. si non licet. 23. q. 5. nec famam, seu honorem prodigere, vt in ca. nolo. 12. q. 1. quod in clericis obseruandum etiam est, qui ex sola confessione, sine eo quòd constet de delicto perpetrato cõdẽnandi nõ sunt: nã ratio quę in laicis militat, magis perstringit clericis, quorũ fama integra necessaria est reipublicæ, cũ in altiorẽ locũ sint sublati, vt reliqui in eos, tanquam in speculũ occulos conijciant, & ex eis summant quod imitentur, iuxta tex. cap. qualiter & quando. 2. de accus. c. cleros. 21. dist. in Concil. Trid. Sess. 14. de reformat. c. 1. & hanc opinionẽ tenent Bald. & Barbac. vbi supra, dum ad tex. in. d. ca. at si clerici. agentem de clericis, supplẽt, modo confiterentur de crimine commisso, & ita existimo tenendum esse, Quãuis Bernard. Diaz, in practica criminali

21 cap. 119. resoluat, clericum condemnari posse ex sola eius confessione absq; eo q̃ de delicto cõmisso cõstet: quo in loco alias plures specialitates resultantes ex confessione clerici cõgerit. Et plura alia vtilia circa cõfessionẽ delinquẽtis refert Iul. Cla. in. d. q. 55. Aduertendum tamen erit, quòd si deliquens sit minor vigintiquinque annis, & delictum confiteatur,

fiteatur, statim quod sibi datus fuerit cu-
rator, caute iudex agere debet, quod
non eo momento temporis, quo datus
fuit curator, autoritatem præstet cura-
tor confessioni factæ per minorē: quia
tunc non valeret talis actus tanquam
factus absque causæ cognitione prop-
ter modicitatem & breuitatem tempo
ris, ex qua apparet cognitionem causæ
non præcessisse, nec interueniſſe, quæ
ad validitatem actus deberet interueni
re. ita in proprijs terminis firmat Hi-
polytus de Marsilijs in practica crimi-
nali. §. nunc videndum. nume. 32. &. 33.
ex doctrina Ancharrani in consilio. 72
& in consilio. 35. columna. 1. & in consi
lio. 115. columna. 2. & sequitur Iasso. in
l. iudices. C. de iudic. & pro hac resolu-
tione plura alia refert Hipolytus in lo-
22 co proximè citato. Aduertendum etiã
erit circa supra dicta, quod si delinquẽs
fuerit minor, & autoritate curatoris cõ
fessus fuerit delictum, eidem competere
re poterit restitutio in integrum aduer
sus confessionem etiam cum iuramen-
to factam, secũdum Angelum. & DD.
in. l. certum. §. in pupillo. ff. de confes-
sis, Alexand. in consilio. 115. num. 6. libr.
3. & plures, quos refert Menochius. lib.
de arbit. casu. 268. num. 4. & in cõsilio.
100. num. 283. Oppositam tamen sentẽ
tiam, imò tunc restitutionem minori
non competere, tenet Ant. Gom. in. 3.
tomo Variarum. cap. 1. num: 66. & eius
opinionem indistinctè sequitur Iulius
Clarus. lib. 5. sententiarum. §. fin. quæst.
60. num. 4. & eam veram esse intelligit
Menochius in dicto consilio. 100. nu.
306. quando illa confessio minoris alijs
indicijs & coniecturis comprobaretur
ex doctrina Iasso. in. l. nam & postea. §.
si minor. nume. 7. ff. de iure iurando. &
Ruini in consilio. 135. nume. 8. libr. 1. Et
prædictam opinionem ad vtramq; par
tem disputat D. Franciscus à Sarmiẽto.
lib. 3. select. capit. 13. & quodam fœdere
distinctionis eam dissoluit. Deinde iu-
23 dex delinquenti confesso assignat ter-
minum trium dierum, aut alium, maio
rem vel minorem ad allegandas suas
exceptiones, & defensiones, & termino
24 elapso peruenitur ad sententiã, & eius
executionem, vt resoluit Hipolytus in
practica criminali. §. postquam. sed si
delinquens delictum neget peruenien
dum est ad accusationem, & intimari
debet parti offensæ, vt accusationẽ pro
ponat.

Ex. §. Quinto

SVMMARIA.

1 *IV dice, ex officio procedente contra delinquentem, recepta summa ria informatione requirendi sunt offensus, vel qui suorum iniuriam perse qui possunt, an querelare velint, & si voluerint, interponant querelam per viam actus coram tabellione, & post recipitur confessio.*

2 *Iudice procedente contra delinquentẽ ad instantiam partis, querela proponitur per viam actus, vel ab aduocato subscripta, & sibi data summaria informatione, per semiplenã probationẽ decernitur mandatum captionis.*

3 *Querela per viam actus.*

4 *Querela ad requisitionem iudicis proposita iudex recipit confessionem delinquentis, & facit notificari parti: vt intra certum tempus accusationem proponat in forma.*

5 *Iudice ex officiõ requirente partẽ delinquẽs petit, quòd præcipiat parti offensæ, vt accusationẽ proponat intra terminum etiam intentando remediũ: l. diffamari.*

6 *Iudex præfigit terminum prætendenti aliquod ius contra delinquentem, post quem non audiatur.*

7 *Non proposita accusatione à parte intra terminum incusatur eius contumacia, & iudex præcipit quod amplius non audiatur, & quod fiscalis causam assumat.*

8 *Vnica monitio sufficit vt transacto termino amplius pars offensa contra delinquentem non audiatur.*

§. 5. De intimatione parti offensæ facienda, vt accusationem proponat.

1 ADuertendum est, quod quando iudex à principio procedit ex officio, recepta summaria informatione de delicto, & eius delinquente, antequam ad vlteriora procedat requirit offensum vel eos, qui possunt prosequi suorum iniuriam, an velint querelare, & si respõdeant quòd sic, tunc per viam actus coram tabellione interponunt querelam, & deinde iudex recipit confessionẽ de linquentis, vt supra resoluimus. Non tamen poterit iudex cogere offensum ad accusandum delinquentem, secundum glo. in. l. siquis homicidij. verbo, coges. C. de accusa. quam testatur communiter receptam Couar. lib. 1. Variarum capit. 11. circa fin. nec etiam poterit compellere hæredem offensi ad accusandũ, & ita in praxi obseruatur secundum Iulium Clarum. lib. 5. sentent. §. fin. quæstione. 15. numero. 5. bene tamen offensus compellitur sub iuramento declarare, & narrare seriem facti. 2 Quando verò iudex à principio procedit ad instantiam partis offensæ, tunc pars offensa proponit querelam coram tabellione per viam actus, vel subscriptam ab aduocato, vt in. l. siquis se iniuriam. C. de accusationibus. & iudex inquit, quòd sibi detur informatio, & data semiplena probatione, datur mandatum de capiẽdo personam delinquentis, & querela vtroque casu proponitur modo sequenti.

QVERELLA.

3 *EN Salamanca a tantos dias de tal mes y de tal año ante el Illustre Señor Alcalde mayor, y en presencia de mi el presente escriuano, y testigos, parecio presente Ticio vezino desta ciudad, y dixo que en la mejor via y forma que de derecho podia, se querellaua, y querello criminalmente de Seyo, y de los demas que paresciessen culpados en la prosecucion desta causa, y contando la causa de su querella dixo, q̃ auidas por premissas las solennidades del derecho en vn dia deste presente mes, q̃ se contaron veynte y siete dias del, el suso dicho reo acusado, con poco temor de Dios, y menosprecio de su consciencia, y en desacato de la justicia Real, vino a el, y sin le dezir cosa ni hazer por do mal ni daño le huuiesse de venir, le dio vna muy grã cuchillada en la cabeça, de q̃ le corto cuero y carne, y le salio mucha sangre: en lo qual ansi auer fecho, auia cometido y cometio graue y atroz delicto digno de punicion y castigo. Porende que pidia y pidio a su merced, que auida sumaria informacion de lo contenido en su querella, mandasse prender al dicho reo acusado y a los demas que paresciessen culpados, y tenerlos presos y a buen recaudo en la carcel publica*

desta ciudad, donde protestaua y protesto acusarle mas en forma para que fuesse castigado por todo rigor de derecho, y para ello el officio de su merced imploro, pidio justicia y costas, y juro en forma, &c.

Porrecta & interposita hac querela, quando à principio ad instantiam partis proceditur, dataque summaria informatione, & delinquente capto, vel interposita prædicta querela à parte, quãdo ad requisitionem iudicis fuit proposita, tũc iudex recipit confessionem delinquentis, vt suprà resoluimus: & deinde præcipit notificari parti offensæ, vt intra certum tempus accusationem in forma aduersus delinquentem proponat. Et ista praxis obseruatur in nostro Regno, vt firmat Anto. Gom. in. 3. tomo. capitulo. 1. numero. 17. cum sequẽtibus. & eam vnico tantum verbo proposuit Bald. in. l. quanuis. l. 2. C. ad. l. Iuliam. de adulterijs. & idẽ disponit text. in. l. 17. titulo. 1. par. 7. & in. l. fina. tit. 26. lib. 4. fori. & ordinatione Lusitanorum lib. 5. tit. 1. in principio. Et si iudex ex officio non requirat partem offensam, tunc delinquens detentus in carcere petit à iudice, quòd præcipiat parti offensę, vt accusationem proponat, intra certum terminum, intentando si opus fuerit remediũ. l. diffamari. C. de ingenuis, & manumissis. vt resoluit Anton. Gomez. vbi supra num. 17. & Couarruuias libro 1. Variarum. cap. 18. & tunc iudex præfigit terminum pretẽdenti aliquod ius, vt intra illum proponat accusationem, alioquin postea nõ audiatur. Qua accusatione intra terminum non proposita, delinquens inculat contumaciã parti offensæ, & iudex præcipit eã amplius non esse audiendam, iubetque fiscali, causam assumere, accusationemq; proponere. Et adhoc quod post lapsum terminum præfixum à iudice, offensus non audiatur, sufficit vnica tantum monitio, & termini assignatio, iuxta tex. in l. Titia. ff. de accusationibus. iuncta doctrina Bart. ibi. & text. in. l. si ea. C. qui accusare non possunt. vbi DD. cõmuniter. & firmat Bartolus in extrauaganti ad reprimendum. verbo, super directo crimine, in fine. & concludit Antonius Gom. in dicto capi. 1. num. 24. vbi satisfacit fundamentis in contrarium adductis, resoluens quando lapso termino offensus poterit admitti. Et tunc fiscalis vel offensus sim termino comparuerit mutatis mutandis proponit suam accusationinem forma.

Ex. §. Sexto

SVMMARIA.

1 *Accusatio solennis inscriptis proponenda est.*

2 *Accusatio accusatoris & accusati personas contineat, & nomẽ imperatoris aut regis, diẽ & mẽsem, & locũ cõmissi delicti, & ipsummet delictum.*

3 *Libellus seu forma accusationis solennis Hispano sermone concepta.*

4 *Forma intentandi incidenter actionẽ ciuilem, damna, & interesse sermone Hispano concepta.*

5 *Libellus seu forma intentandi accusationem ciuiliter Hispano sermone.*

6 *Quare ponatur in libello accusationis, Titio vezino de tal lugar, &c.*

7 *Accusatio nomen accusatoris continere debet.*

8 *Absque accusatore nemo damnandus.*

9 *Accusator ipse, & non per procuratorem proponere debet accusationem criminalem.*

10 *Persona illustris per procuratorem accusare*

cusare, & se defendere potest in crimine iniuriarũ, secus in alijs grauissimis delictis.

11 Procurator admittitur ad accusandũ delictum, ex quo solummodo veniat imponenda pœna relegationis, infamiæ, vel pecuniæ.

12 Procurator non admittitur ad accusandum si veniat imponenda pœna relegationis perpetuæ iure regio.

13 Praxi introductum quod mulier, vel alia honesta & nobilis persona, infirmus, vel in carcere detentus petat à iudice facultatem accusandi per procuratorem vel se defendendi.

14 Processus gestus cum procuratore super accusatione criminali est nullus etiam parte non opponente.

14 Clausula, Como mejor aya lugar de derecho, acuso criminalmente &c. quomodo intelligenda.

15 Clausula, Presidiendo en la yglesia de Dios, &c. de iure est necessaria, licet de consuetudine non.

16 In delictis atrocibus superior clausula solet apponi per aduocatos: cæterum in paruis solum dicitur, Auidas aqui por premissas las solennidades del derecho, &c.

17 Nomen iudicis coram quo accusatio proponitur, an in ea apponi debeat.

18 Clausula, En vn dia de tal mes deste presente año, &c. & ibi. En la plaça. apponitur, ad denotandum quod accusatio debet continere annum, mensem & locum commissi delicti.

19 Libellus mensem, & annum & locum commissi delicti non continens nõ est admittendus.

20 Si non probetur tali mẽse, & anno, & loco expressis in libello commissum delictum, reus absoluendus venit.

21 Dies & hora commissi delicti non est de substantia accusationis, nec apponi debet.

22 Si pars petat diem & horam apponi in accusatione, vt possit se defendere coarctando negatiuam exprimenda est.

23 Clausula, Saluo y seguro. apponitur vt denotet accusatum fuisse aggressorem.

24 Aggressor grauiùs punitur, quam qui in rixa deliquit.

25 Clausula, Postpuesto el temor de Dios apponitur ad magis prouocandum iudicem.

26 Clausula, Acompañado de muchas personas, y armado de todas armas, nõ est necessaria: sed apponitur ad aggrauãdum delictũ, & vt delinquẽtem prius delictum excogitasse constet.

27 Armatus præsumitur prius rixam parasse.

28 Clausula, Con animo diabolico sobre pensado quare ponatur in accusatione.

29 Delictum ex proposito commissum magis puniendum, quàm id quod repente, & calore iracundiæ perpetratur.

30 Mens, & animus distingunt maleficia.

31 Clausula, A traycion, y aleuosamente, &c. quid importet.

32 Proditoriè occidit vel offendit, qui re-

tro, nõ facie ad faciem in prelio, vel rixa offendit aliquem, etiam suum inimicum.

33 Quis dicatur proditor de iure cummuni.

34 Proditorie occidens qua pœna puniendus.

35 Clausula, Y me tiro muchos golpes y cuchilladas, y me dio vna cuchillada &c. quare ponitur.

36 Non solum de delicto & delinquente, verumetiam de vulnere constare debet.

37 Clausula, Lo qual hizo con animo de me injuriar, y la prouoq̃en mi animo. quare posita.

38 Animus injuriandi requiritur in delictis, quia mens & animus ea distingnunt.

39 Offensus debet iniuriam sibi illatam ad animam reuocare, vt accusare valeat.

40 Clausula, La qual injuria y delicto es graue y atroz, quare posita.

41 Atrocem iniuriam esse, ex quibus contingit.

42 Clausula, Y por ello incurrio en graues, &c. quare posita.

43 Delictum pluribus pœnis & diuersis solet inueniri punitum.

44 Si pluribus pœnis delictum reperiatur puaitum, & non constet: quæ illarum aliam corrigat, omnes infligendæ, secundum communem. & secundũ quod praxis recepit, illa duntaxat quæ à posteriori lege imposita reperitur.

45 Pluribus pœnis diuersis cumulatiuè impositis à pluribus legibus pro vno delicto, si ab eis exprimatur, omnes infligẽdas esse, & habere locum: omnes imponendæ sunt.

46 Constito quod vna pœna tollat aliam, illa infligenda.

47 Si vnica pœna reperiatur delictũ vna vel pluribus legibus punitum, illa est infligenda.

48 Si nulla pœna delictum reperiatur punitum, arbitrio iudicis extraordinariè erit puniendum.

49 Clausula, Porende a V. m. pido, &c. quare posita in libello.

50 In criminalibus conclusio libelli de iure non est necessaria: licet ea vtantur de consuetudine practici aduocati.

51 Clausulæ, Y en lo necessario el officio de V. m. &c. & ibi, y juro a Dios, &c. quare ponantur.

52 Licet de iure acusator teneatur se subscribere ad pœnam talionis, tamen de consuetudine talis subscriptio necessaria non est.

53 Accusator tenetur de iure canonico se subscribere ad pœnam talionis, secundum Iulium Clarum.

54 Iudex ex arbitrio suo calumnioſum accusatorem punire poterit.

55 Accusator calumnioſus qualiter de iure canonico puniatur remissiuè.

56 Clausula, E incidẽter de su officio, &c. quare posita in libello.

57 AEstimatio iniuriæ in libello alternatiuè ponenda ad lucrum, aut ad damnum.

58 Iudex taxare debet summam petitam à parte pro iniuria sibi illata, attenta qualitate iniuriæ, & personæ.

59 Clausula, Saluo en todo la tassacion, &c. quare posita.

60 Oblata accusatione statim intimatur accusato, vt ad primam audientiam respondeat.

61 Libellus responsorius rei ad accusationem contra se positam Hispanè conceptus.

62 Clausula, Pro persona de mi procurador, con licencia &c. apposita in libello responsorio rei, quare posita.

63 Clausula, En que en effecto dize. quare posita, & quomodo explicanda.

64 Clausula, ni se puede ni deue de mi presumir, por ser muy buen Christiano, &c. quare posita.

65 Semel bonus semper præsumitur bonus.

66 Nobilis non præsumitur malum committere.

67 Quod bonus præsumatur semper bonus, & nobilis quod malum non committet sunt præsumptiones iuris tantùm: quæ per probationem contrariã cessant.

68 Clausula, Lo otro porque al tiẽpo que el dicho aduerso, &c. quid importet.

69 Si locus in quo accusatus dicit, se fuisse parum distet à loco commissi delicti, dicere debet in libello, quòd continuè per totum id tempus quo dicit accusator commissum delictum, adfuit in illo loco nec inde recessit.

70 Si locus commissi delicti multum distet à loco, in quo accusatus dicit eo tẽpore fuisse: non est opus dicere se nunquam recessisse ab eo loco.

71 Clausula, Hazer loya para mi propria defensa, &c. quare apposita.

72 Delictum commissum ad defensionẽ necessariam, non est punibile, quia omni iure permissa.

73 Qui ad sui necessariam defensionẽ clericum occidit: nec in excõmunicationem nec irregularitatem incidit.

74 Defensio necessaria etiam pro rebus propriis consanguineis & vicinis permissa.

75 Defensio permissa cum moderamine inculpatæ tutelæ, & quando tale moderamen adesse dicatur.

76 Qui aduersarium videt ad se venientem gladio nudo, dicitur in vitæ discrimine constitutus, nec tenetur expectare quod ab eo prius percutiatur.

77 Inuasus modum defensionis excedens, non est ordinarie puniendus, sed mitius.

78 Ignoscendum ei, qui prouocatus voluit vlcisci.

79 Homo dolore intenso promotus, non est in plenitudine intellectus.

80 Reus qui delictum negauit, si postea habita copia processus, videat se cõuictum, poterit allegare, & probare ad sui defensionem fecisse.

81 Accusatus non debet dicere simpliciter, se commisisse crimen ad sui defensionem, sed præmissa negatiua, vt in libello, Porque caso no confessado &c.

82 Accusator potest pro parte acceptare accusati confessionem, & pro parte repudiare.

83 Accusatus ex sola confessione sua de cõmisso delicto non punitur ordinariè.

84 Ad probandam defensionem necessariam

Etiam admittuntur coniecturæ, & probationes præsumptiuæ, & testes familiares & consanguinei.

85 *Iniuria priuata per pactum remitti potest.*

86 *Iniuria priuata remissa, an iudex ex officio procedere possit aduersus delinquentem.*

87 *In omnibus criminibus pœnam sanguinis ingerẽtibus excepto crimine adulterij transactio licita est.*

88 *Offensus simpliciter iniuriã remittẽs, non censetur remisisse damna, expensas, & interesse.*

89 *Clausula, Alomenos dar en fiado, quare posita.*

90 *Reus potest à carcere relaxari, sub fideiussoribus quotiens ex delicto pœna corporalis non venit imponenda: & fallit in casibus hic positis. Si verò corporalis imponenda veniat, non est relaxandus.*

91 *Etiam vbi veniret imponenda corporalis pœna, si constat de innocentia rei, etiam absque fideiussoribus absoluendus erit.*

92 *Innocentia rei constabit testium facta publicatione.*

93 *Iudex qui in casibus, inquibus reus sub fideiussoribus relaxari potest, & debet, eum non relaxauerit, irrogat ei iniuriam, & in sindicatu tenebitur.*

§. 6. Qualiter accusatio concipienda sit.

1 ACcusatio solennis contra delinquentem in scriptis proponenda est: continens personam accusatoris & accu-
2 sati, & nomen imperatoris, & regis, & diem & mensem, & locum cõmissi delicti, & ipsum delictum de quo accusatio fit, iuxta text. in cap. 1. iuncto tex. in cap. quisquis. & in cap. fin. versic. libellorum. 2. quæstione. 8. quæ iura ad hoc notant Archidia. & omnes ibi. & probatur in. l. libellorum. ff. de accusationibus. vbi gloss. & DD. in. l. fina. C. eod. titul. & ibi gloss. quibus conuenit lex. 14. titul. 1. part. 7. & l. 5. titulo. 20. libr. 4. fori. Et vt aptius singulæ clausulæ accusationis explicentur, operæpretium duxi, in forma concipere accusationem, tam criminalem, quam ciuilem, & vtramque simul.

Libellus accusationis criminaliter intentatę.

Illustre Señor.

3 TItio vezino desta ciudad de Salamanca, como mejor aya lugar de derecho, accuso criminalmente a Seyo vezino otrosi desta ciudad, preso en la carcel publica della, y contando el caso digo, que presidiẽdo en la yglesia de Dios nuestro muy Sancto Padre Gregorio decimo tercio, y reynãdo en estos Reynos la Catholica Magestad del Rey Don Phelippe nuestro Señor, y siendo su Corregidor en esta Ciudad el muy Illustre Señor Dõ Henrique, y V. m. su Teniẽte, en vn dia del mes de Abril

proximo passado deste presente año de mil y quinientos y setenta y tres, estando yo en la plaça mayor desta Ciudad saluo y seguro, sin hazer ni dezir cosa alguna por donde mal ni daño me huuiesse de venir, el suso dicho reo acusado pospuesto el temor de Dios, y menosprecio de su conscientia, y en desacato de la jurisdiction Real, acompañado de muchas personas para ello conuocadas, sobre caso pensado, a traycion y aleuosamente con animo diabolico de me matar, se vino para mi armado de todas armas offensiuas y defensiuas con la espada desembaynada, tirando muchos golpes y cuchilladas, y me dio vna herida en la cabeça, y otra en vna mano: de las quales me corto cuero y carne, y me salio mucha sangre, y me sacaron muchos huessos, y dellas estoy en la cama a pũto de muerte, y a biẽ librar q̃dare mãco, y el dicho reo me acabara d̃ matar si pudiera, sino por Dios principalmẽte q̃ me quiso guardar, y por las buenas gẽtes que se metierõ de por medio: lo qual hizo con animo de me injuriar, como me injurio, y yo prouoque la dicha injuria en mi animo para me querellar delãte de v.m. la qual injuria y delicto es graue, y atroz, y por ello incurrio en graues y diuersas penas establecidas por fuero y derecho, leyes y pragmaticas destos Reynos. Porẽde a v.m. pido que auida mi relacion por verdadera, en la parte que baste al vencimiento desta causa, pronuncie y declare al dicho reo acusado por hechor y perpetrador del dicho delicto, y assi declarado le condene en las mayores y mas graues penas establecidas por fuero, derecho, leyes y pragmaticas destos reynos contra los semejãtes delinquentes: las quales execute en su persona y bienes, para que a el sea castigo y a otros exemplo, y en lo necessario el officio de v. m. imploro, pido cumplimiẽto de justicia, y las costas protesto, y juro a Dios y a esta Cruz ✠ que esta acusacion no pongo de malicia.

Et si in isto libello accusatorio criminaliter intentato offensus simul voluerit intentare actionẽ ciuilẽ ad dãna interesse, & ad alias expensas in fine eius succesiuè post illa verba. Y a otros exẽplo, debet apponere clausulã sequentẽ.

Jematería incidentis. Vide Thom. Sanchez de matr. lib. 10. disp. 3. n. 19. fol. 1393.

4 *E incidenter de officio de v.m. (el qual para ello imploro) pido cõdene al dicho reo acusado en mil ducados, que estimo el daño de la mãquedad, siẽdo como soy buẽ official de cãteria, de edad d̃ veynte y seys años, y q̃ ganaua cada dia seys reales, y mas le cõdene en treynta mil marauedis, que he gastado en medicos y çurujanos y botica y manjares delicados de enfermo, los quales mil ducados y gastos quisiera mas auer dexado de ganar en caso q̃ pudiera, o perderlos de mi hazieda, en caso q̃ los tuuiera, antes q̃ auer recebido la dicha manq̃dad, y hecho los dichos gastos por causa de las dichas cuchilladas, y ansi lo juro a Dios y a esta ✠, saluo en todo la judicial tassacion de v.m. y pa ello. etc.*

De actione ex damnis petita ex incidentia. Libellan competat ex off. Judicis. Vide Anto Gomez 3. Sho c. 6. n. 16.

q. Seres oc cisso vis tem e ad damna o interesse pro operibz quæ fu tuisset exerare occisus tolo tem pore Vite fue. utte net Hyppolitus de Mars. lib. 2 cons. cons. 115. n. 19 ubi late

Libellus accusationis ciuiliter intentatę.

Illustre Señor.

5 CAyo en nombre y como procurador de Ticio, como mejor aya lugar de derecho, acuso a Seyo vezino desta ciudad de Salamanca, y preso en la carcel publica della, y auidas por premissas las solennidades de derecho, &c. Digo que en vn dia del mes de Abril proximo passado deste presente año de mil y quinientos y setenta y tres, estando el dicho mi padre en la plaça publica desta ciudad saluo y seguro, sin hazer ni dezir cosa por do mal ni daño le huuiesse de venir, el dicho reo acusado con poco temor de Dios y menosprecio de su consciencia, en desacato de la justicia real, se fue para el dicho mi parte sobre caso pensado, con la espada desembaynada, y le dio muchos golpes y cuchilladas, y le hirio en la cara, y en vna mano, y le acabara de matar, sino fuera por Dios y las buenas gentes. De las quales heridas le corto cuero y carne, y le saco mucha sangre, y queda manco de la mano, lo qual todo hizo por hazer daño e injuria al dicho mi parte, la qual injuria y daño fue y es graue y atroz, por ser en la plaça publica, y attenta la calidad de la persona de mi parte, por ser como es hõbre honrado y de buenos parientes, y muy buen official de canteria, y el dicho aduerso ser hombre de baxa suerte. Y juro a Dios y a esta Cruz ✠ en anima de mi parte y la mia, que el dicho mi parte no quisiera auer recebido la dicha injuria, y daño de manquedad por mil y quinientos ducados, por ser hombre honrado, y muy buen official de canteria, de edad de veynte y seys años, y ganaua cada dia seys reales, y quisiera antes auer perdido de su hazienda los dichos mil e quinientos ducados, o dexado de ganar los en caso que pudiera, que no recebir la dicha injuria e daño de manquedad. Y ansi mismo ha gastado en la cura de las dichas heridas treynta mil marauedis, y mas. Porende a v.m. pido que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste al vencimiento desta causa, declare al dicho aduerso por hechor e perpetrador del dicho delicto, y ansi declarado, le cõdene en los dichos mil e quiniẽtos ducados, y mas en los treynta mil maraudis de gastos de cura, saluo en todo la judicial tassaciõ de v.m. Y en lo necessario el officio de v m. imploro, y pido justicia y costas y juro a Dios y a esta ✠ en anima de mi parte y la mia, que esta acusacion no la pongo de malicia.

Expositio cuiuslibet clausulæ omnium libellorum.

6 IN libellō criminaliter concepto diximus, Ticio vezino de Salamanca, &c. ad denotandum, quòd in accusatione nomen accusatoris contineri debet, vt in dicta.l.libellorum.in principio.ff. de accusationibus.& in cap. fin.versic. 7 libellorum ista. 2. quæstione. 8.& in.l. 8 14.tit.1.part. 7. quia absque accusatore nemo damnatur,vt in.l.rescripto.§. si quis accusatorem. ff. de muneribus & honoribus. & notat Bosius in practica criminali.tit.de accusatione.num.1. ad denotandum,quod in propria persona & non per procuratorem accusator in 9 terponere debet accusationem criminalem,iuxta text.in.l.penultima.§.ad crimen.ff.de publicis iudicijs.& in.l. tunc conuenit.C. de accusat.l.defide.C.ad.l. Corn.de falſ.& in.cap.veniens.& ibi latè Marianus Socinus de accusationibus & est text.in cap.in criminalibus. 5. q. 3.& in cap.qui accusare.3.q.9.& in.l.12. tit.5.part.3.& in.l.6.tit.1.part.7.& vtro biqué DD.& Didacus Perez in.l. 1. tit. 11.libr.2.ordinamenti.columna.505.& Anto.Gom.in.3.tomo.cap.1.nume. 12. & hanc regulam, scilicet, procuratoré in criminibus publici iudicij pro accusatore non deberi admitti constituit Iacobus Menochius lib. 1. de arbitrarijs quæst. 79. nume.2.congerens quatuor casus in quibus pro accusatore procurator non admittitur. Primum,in accusationibus publicorū iudiciorum per dict.l.penult. §. ad crimen. cum similibus.triplicem rationem referens,& publica crimina dicuntur ea quæ supra in hac.5.part.huius.1.tomi.c.3.in princip. à num.34.connumerauimus. Secundū, in iudicijs quasi publicis, vt in accusatione suspecti tutoris vt. l. 1. §. consequens.ff.de suspect.tutor.tradit Barto. in dict.§. ad crimen num. 3. & Socinus in dict.ca. veniens col.12.quod intelligunt quando agitur cōtra tutoré suspectū vt puniatur, secus si solū agatur vt ab administratione amoueatur. Tertiū casum in delictis priuatis de quibus egimus supra in ista.5.p.1.tom.c. 3. in principio à nu. 38. Quartū, quando seruus 4 proclamat in libertatem contra dominum vt in.l.1.C.de assertor. tollend. & ibi Salic.aliam regulam,scilicet, procuratorem pro reo non posse interuenire in causis criminalibus in quibus pœna corporalis venerit infligenda, constituit idem Menochius eodem libr. 1. de arbitr.quæst.80.à num.1.quo in loco rationē huius regulæ adducit, & decem & nouem casus cōnumerat,in quibus nō admittitur procurator pro reo, & decem declarationes congerit,inquibus procurator admittitur.Hanc tamē resolutionem intellige veram nisi esset 10 persona illustris,quæ per procuratorē potest accusare,& se defendere,vt in.l. fina. C.de iniurijs.& in.§ in summa.Institutis de iniurijs.& in cap.absens 3. q. 9. quæ limitatio est vera in crimine iniuriatum, secus tamen est in alijs delictis grauissimis,vt in.l. tunc conuenit. C.de accusationibus.& ibi Bald.& Salicetus.Secundo prædictam rosolutionē 11 intellige veram nisi ex tali delicto solū modo veniat imponenda pœna relegationis,infamiæ, vel pecuniæ:quia tunc procurator admittitur,vt in.l. 1. versiculo, sint autem. ff. an per alium causæ appellationis,reddi possint. & notat gl. in dicto.cap.veniens.verbo, criminali. & ibi late Socinus.numero. 100. atque ideò libellum criminaliter conceptum nomine proprio formauimus. At verò 12 attento iure Regio si pœna relegationis perpetuæ esset imponenda,tunc nō admittitur procurator, vt in.l.12.titu.5. in part.3.Vnde cū in criminalibus procurator non admittatur regulariter,secundum glossam dict.cap.veniens. verbo, criminali.& ibi Socinus à numero.273. vbi ponit hanc regulam cum.39 fallentijs.& Iulius Clarus lib.5.sententiarum. §.fin.quæstione.32.à numero.1.& Villalobos in suis communibus oppinionibus.

folio 131 vbi dicitq delicta priuata sunt crimen sunt h. in Iuris & alia ut b. Vi Gebis

Accusator per se & non per procuratorem debet accusationem in scribere Vcaballos cum 3 cum 9 237.

1 limitatio

2 limitatio

3 limitatio

13 nibus. verbo, absens. numero. 10 praxis iam obseruat, quòd quando accusator est mulier, vel alia honesta & nobilis persona, vel est infirmus, vel detentus in carcere, vel est vnus ex casibus exceptis petit licentiam à iudice ad accusandum, vel defendendum per procuratorem aliàs processus cum procuratore 14 gestus esset nullus, etiam si a parte non opponatur exceptio nullitatis, secundũ Bartolum in dict. §. ad crimen. cuius opinionem testantur veriorem, & communem esse Marianus Socinus. num. 256. Aret. num. 87. &. 89. in dicto capit. veniens. Antonius Gomez. 3. tomo Variarum. cap. 1. num. 16. Iulius Clarus lib. 5. sententiarum. §. fi. quæst. 32. num. 24. licet glos. in. l. quanuis. C. de adulterijs. communiter recepta ex Felino in cap. meminimus. nu. 15. de accusationibus. teneat, ad annullãdum huiusmodi processum requiri, quòd exceptio nullitatis à parte opponatur. & idem defendãt plures alij relati ab Ant. Gomez. & Iulio Claro vbi supr. in quo articulo Marianus, Iulius Clarus, & alij locis supra citatis diuersimodè loquuntur.

In eodem libello ibi, Como mejor aya lugar de derecho acuso criminalmente a Seyo, y contando el caso, digo &c. Hanc clausulam explica per ea quę resoluisti in prima parte huius primi tomi, in quarto tempore, in explicatione libelli petitionis principalis.

15 In eodem libello ibi, Presidiendo en la yglesia de Dios, &c. ista clausula, in qua nomen Pontificis & Regis apponitur, licet de iure sit necessaria iuxta gl. in dicta. l. libellorum. verbo, consul. tamen de consuetudine necessaria nõ est, vt docet Bart. in dict. l. libellorum. pro quo facit text. in. l. 14. titu. 1. part. 7. vbi prescribitur solennitas necessaria accusationis, & tamen de prædicta clausula nihil dicitur. Cæterùm in delictis atro-
16 cibus aduocati semper eam apponunt, secundum Gregorium Lup. in dicta. l. 14. in glo. 3. in alijs verò iniurijs & delictis paruis solummodo dicitur, Auidas aqui por prẽmissas las solẽnidades del derecho. vt supra diximus in libello ciuiliter intentato. Nomen tamẽ iudicis,
17 coram quo accusatio proponitur, licet in libello de iure apponi debeat, iuxta tex. in dict. l. libellorum. & in capit. fin. versiculo, libellorum. 2. quæst. 8. & in dicta. l. 14. tamen hodie praxis & consuetudo obseruat id, quod resoluisti supra in prima parte huius primi tomi, in 4. tempore, in versiculo, quinto requiritur.

18 In eodem libello apponitur illa clausula, En vn dia del mes deste presente año. & ibi, En la plaça, &c: ad denotandum, quod accusatio continere debet annum, mensem, & locum commissi delicti, vt probat text. in dict. l. libellorum. & in dict. c. fi. §. libellorum. & in
19 dict. l. 14. alioquin non esset admittendus, secundum Romanum in cons. 191. & Alex. in. l. i. num. 31. ff. de edendo. & Iuliũ Clarũ lib. 5. receptarum. §. fi. q. 12.
20 num. 9. Vnde si accusator in libello dicat, delictum fuisse tali mense, anno, & loco, & postea non probet tempore illo, & loco, sed alijs fuisse commissum reus absoluendus erit, vt cum Baldo, & Saliceto resoluit Ant. Gom. in. 3. tomo Varia. cap. 11. num. 2. & Bosius in pract. crim. tit. de inquisitione. num. 93. Iulius Clar. tamen vbi supra num. 14. dicit, nũquam sibi hanc opinionem placuisse.
21 Dies autem & hora commissi delicti non est de substantia, nec apponi debet vt probatur in dict. l. libellorum. & in d. c. fi. versic. libellorum. & in dict. l. 14. & in. l. 4. titu. 2. lib. 4. Recop. ac ideo in libello diximus, En vn dia del mes de Abril. non specificando, quo die fuerit
22 commissum. Tamen si à parte aduersa petatur quòd dies & hora commissi delicti exprimatur, vt reus possit se defendere coarctando negatiuam, dicendo se alibi esse, tunc debet ab accusatore ex

primi,

primi, aliàs defensio tolleretur accusato, secundum Bart. in l. is, qui reus. ff. de publicis iudicijs. & resoluit Bosius vbi supra num. 92. & Grego. Lup. in. d. l. 14. in verbo, el mes. & ita praxis obseruat, quanuis Anto. Gomez. in dict. cap. 11. ab hac communi opinione recedat. & Iul. Cla. lib. 5. recep. §. fi. q. 12. nu. 13. nec supra dictis obstat lex. 10. tit. 17. libr. 4. Recop. vbi dicitur, quod procedatur at tenta sola veritate vt aduertit Auen. in Responso. 1. num. 23.

23 In eodem libello ibi, Saluo y seguro, &c. Hæc clausula apponitur ad deno-
24 tãdum accusatũ fuisse aggressorẽ, quia aggressor grauius puniri debet, quam illi, qui in ipsa rixa deliquit, iuxta text. in l. quoniã. C. ad. l. Iuliam. de vi publica. & in. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.

25 In eo libello ibi, Postpuesto el temor de Dios. Ista clausula necessaria nõ est, sed apponitur ad magis prouocandum iudicem.

26 In eodem libello ibi, Acompañado de muchas personas, y armado de todas armas. clausula ista necessaria non est, sed apponitur ad aggrauandum delictum, & vt constet delinquentem paratum accessisse, & prius delictum excogitasse: nã armatus præsumitur se prius
27 ad rixam parasse, iuxta gl. in. l. licet, verbo, Per gentes. C. de Pactis. & ibi notat Bald. & quæ veniant appellatione armorum constat ex. l. armorum. & ibi Alcia. ff. de verb. signi. & ex. l. 4. & 5. tit. 6. libr. 9. Recop. & tradit Anto. Gom. in. l. 45. Tauri. & nos resoluimus infra in octaua parte huius primi tomi. cap. 1. num. 9.

28 In eodem libello ibi, Con animo diabolico sobre caso pensado. Ista clausula apponitur ad magis incitandum animum iudicis, quia grauius puniri debet
29 delictum, ex proposito & deliberatione commissum, quàm id quod repentè & suborta rixa calore iracundiæ atque impetu perpetratum fuit, vt cum pluribus DD. resoluit Couarruuias libro. 2. Variarum. cap. 20. num. 7. versiculo, in his. & facit text. in. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Corneliam. de sicarijs. & in. l. respiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœnis. Nã mens &
30 animus distingnunt maleficia, iux. tex. in. l. qui iniuriæ. versic. nam maleficia. ff. de furtis.

31 In eodem libello ibi, A traycion y aleuosamente, &c. Quæ sit proditio attento iure regio explicat. l. 1. tit. 2. part. 7. in fine. & ibi Gregor. Lup. Et proditorie occidere vel offendere dicitur qui retro, & non facie ad faciem in prælio
32 vel rixa occidit, vel offendit aliquem etiam si offensus esset suus inimicus, iuxta text. in. l. 1. in fine. titu. 25. lib. 8. Recopil. & in. l. 10. titu. 26. libro. 8. Recopil. quod attento iure Regio obseruari debet, vt resoluit Anton. Gom. 3. tomo. Variarum. capitulo. 3. numero. 5. & Couarruuias libro. 2. Variarum. capitulo. 20. numero. 7. quanuis de iure communi proditor dicatur ille, qui cum esset
33 amicus alicuius nulla interueniente causa rixę, securè eum occidit vel offendit, iuxta text. in. l. propter insidias. C. qui accusare non possunt. & ita colligitur ex gloss. 2. in cap. clericus qui. 46. distinctione. & notat Bart. in. l. respiciendũ. §. deliquunt. ff. de pœnis. Et qui aliquẽ
34 Proditorie occiderit, ducendus erit ad caudam animalis per vias publicas, & furca suspendendus, & dimidietas bonorum eius erit fisco applicanda, iuxta text. in. l. 10. tit. 23. lib. 8. Recopil. & in. l. 10. tit. 26. lib. 8. Recop.

35 In eodem libello ibi, Y me tiro muchos golpes y cuchilladas, y me dio vna cuchillada. &c. Ista clausula apponitur ad denotandum, quod nedum de
36 delicto & delinquente constare debet, verum etiam de vulnere illato, iux. tex. in. l. fin. ff. ad. l. Corneliam. de sicarijs. & notat A Egidius Bosius in praxi criminali in titulo. de delicto. numero. 24.

&

& de ista clausula agit Socinus cap. qualiter & quando. el. 2. num. 864.

37 In eodē libello ibi, Lo qual hizo con animo de me injuriar, y la prouoque en mi animo. Ista clausula apponitur

38 ad denotandum, quod animus iniuriandi in delictis requiritur, iuxta text. in. l. si non conuitij. C. de iniurijs. cum mēs & animus distinguant maleficia, iuxta text. in. l. qui iniuria. versic. nam maleficia. ff. de furtis. & requiritur quod of-

39 fensus illam iniuriam ad animum suū reuocauerit, vt probat tex. in. §. fina. institutis de iniurijs. & notat Ant. Gom. 3. tomo. c. 6. num. 15. in fine.

40 In eodem libello ibi, La qual iniuria y delicto es graue y atroz. Ista clausula apponitur ad aggrauandum delictum,

41 quæ aggrauatio & atrocitas contingit vel ratione ipsius facti, vel ratione personæ, vel ratione temporis, aut loci, vt probatur in. l. prætor edixit. ff. de iniurijs. & in. §. attrox. Instit. de iniurijs. & in. l. Pedius. ff. de incendio, ruina. & in. l. 20. tit. 9. part. 7.

42 In eodem libello ibi, Y por ello incurrio en graues y diuersas penas, &c.

43 Ad denotandum, quòd delictum reperitur aliquando pluribus pœnis punitū vt probatur in. l. quoties. ff. de actio. &

44 oblig. & tunc si non constet expresse, quæ illarum corrigat aliam, omnes infligendæ erunt secundū DD. cōmuniter: praxis tamen obseruat, quod solūmodo sit imponenda pœna, quæ à lege noua & posteriori reperiretur imposita, ita cum Cino, Saliceto, & Alberico, resoluit Anto. Gom. 3. tomo. c. 1. nu. 38. Si verò diuersæ pœnæ cummulatiuè pro vno delicto impositæ reperiuntur

45 à pluribus legibus, & expressè caueatur quod vtraque pœna locum habeat, tūc vtraque infligenda erit, iuxta text. in. l. qui sepulchra. C. de sepulchro violato. & in. l. in eum. C. de furtis. Sed si cōstet,

46 quòd vna pœna aliā tollat, tunc illa infligenda erit, iuxta text. in. l. 1. ff. ad. l.

47 Aquiliam. Si verò vnica tantum pœna reperiatur imposita pro vnō delicto, illa sola erit infligenda, siue per vnam legem siue per plures inueniatur imposita, iuxta text. in. l. senatus. ff. de accusat. qui text. sic intelligi potest ex glo. & cō

48 muniter alijs ibi. Cæterum si delictum nulla pœna expressa in. l. reperiatur punitum: tunc pœna extraordinaria arbitrio iudicis infligenda erit iuxta tex. in l. hodie. ff. de pœnis. & in. l. 1. §. expilatores. ff. de effractoribus. & in. l. 2. ff. de crimine stellionatus. & vtrobique notant DD. & in. l. 21. tit. 9. par. 7.

49 In eodem libello ibi, Porende a v. m. pido, &c. Per hanc clausulam inducitur libelli conclusio, quæ licet in criminali

50 bus de iure non sit necessaria, tamen de consuetudine ea vtuntur aduocati in praxi, vt cum communi resoluit Anto. Gomezius in. 3. tomo cap. 11. num. 3. & Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. fin. q. 12. num. 21.

51 In eodem libello ibi, Y en lo necessario el officio de v. m. &c. & ibi, Y juro a Dios, &c. Istæ clausulæ erunt explicādæ per ea, quæ resoluisti in prima parte huius primi tomi, in quarto Tempore circa explicationem clausularum libelli actoris.

52 Aduerte tamen, quòd licet olim de iure accusator tenebatur se subscribere ad pœnam talionis, iuxta tex. in dicta. l. libellorum. & in. l. qui crimen. C. qui accusare non possunt. hodie tamen de generali consuetudine talis inscriptio necessaria non est, vt cum Bartolo & alijs resoluit Antonius Gomezius. 3. tomo Variarum. cap. 11. num. 3. in fine. & Iulius Clarus in lib. 5. receptarum. §. fin. q. 12. nume. 15. cum sequentibus. qui nu. 18. testatur de iure Canonico prædictā

53 inscriptionem necessariam esse: iudex

54 verò suo arbitrio punire poterit calumniosum accusatorem, vt resoluit Couarruuias libro. 2. Variarum. capitulo nono. numero. 1. & vltra eum Panormitan.

tan. in capit. accepimus numero. 7. de fide instrumentorum. & qualiter de iure
55 canonico calumniosus accusator puniri debeat, tradit Bernardus Diaz in sua practica criminali canonica. cap. 59.

56 In eodem libello ibi, E incidenter de su officio, &c. Ista clausula procedit ex ijs, quæ supra resoluimus in cap. de modo procedendi per viam accusationis. in versiculo, aduerte quòd ex quocunque crimine.

57 Aduerte insuper, quod æstimatio iniuriæ in libello accusationis ab offenso facienda erit alternatiue, referendo se ad damnum, aut ad lucrum, prout in vtroque libello diximus, ibi, Quisiera mas dexar de ganar o perder. & ista est communis praxis secundum Antoniũ Gomezium. 3. tomo Variarum capit. 6.
58 numero. 7. Et tunc iudex taxare debet & moderare summam à parte petitam attenta qualitate iniuriæ, & personæ, iuxta text. in. l. constitutionibus. ff. de iniurijs. & in. §. pœna. Institut. de iniurijs. & in. l. 21. titulo. 9. partita. 3. ac ideo
59 in prædictis libellis diximus, Saluo en todo la judicial tassacion de v. m. &c.

60 Oblata prædicta accusatione coram iudice statim iudex præcipit eam reo accusato intimari, & quod ad primam audientiam eidem respondeat, vt diximus in prima Parte huius primi Tomi, in quarto tempore in fine. & tunc reus accusatus respondet forma sequenti.

Libellus responsorius rei.

Illustre Señor.

61 *SEyo vezino desta ciudad de Salamanca, y preso en la carcel publica della por persona de mi procurador, cõ licẽcia que para ello tengo, respondiendo a vna acusacion contra mi presentada por Ticio vezino desta dicha ciudad, en que en effecto diZe yo auerle herido de ciertas heridas que tiene, a cuya causa queda manco, y ha hecho grandes gastos, segun y que mas largamente en la dicha su acusacion se contiene, cuya forma auida aqui por repetida, y a ella me refiriẽdo, digo que de justicia v. m. me deue dar por libre de la dicha acusacion, y de lo enella contenido, condemnãdo en costas al dicho aduerso por lo siguiẽte. Lo primero por todo lo general, que se suele dezir y alegar que he aqui por expresso, porque la dicha acusacion no es puesta por parte ni contra parte, en tiempo ni en forma, carece de relaciõ verdadera, y de las solennidades de derecho, y ansi la niego en todo y por todo segun y como enella se contiene, affirmando me en la confession por mi hecha. Lo otro porque niego auer yo herido al dicho Titio nital con verdad se prouara, ni se puede ni deue de mi presumir, por ser como soy buen Christiano, temeroso de nuestro Señor, hombre honrado*

rado, y hijo dalgo, y quieto y pacifico y de buena fama, y por tal soy auido y tenido, y cõmunmente reputado. Principalmẽte q̃ yo y el dicho Ticio eramos muy intimos amigos, y entre nosotros no precedio enojo por do se ouiesse de seguir la dicha question. Lo otro porque al tiẽpo q̃ el dicho aduerso dize auerle herido en la plaça mayor desta ciudad, estaua yo en la Vega, y cõforme a la distãcia del lugar en vn mismo tiempo, esta claro estar yo sin culpa, y ser imposible auerle yo herido. Lo otro porque caso no confessado que yo huuiera cometido el dicho delicto, y que contra mi se prouara hazer lo ya para mi propria y necessaria defensa, con la moderacion requerida del derecho porque el dicho Ticio o seria el aggressor, y el me acometeria primero para me matar, de tal suerte que para defender mi vida seria necessario el yo herirle. Lo otro porque el dicho Ticio me perdono, y remitio el derecho que contra mi podia tener por razõ de la dicha question. Lo otro porque en lo que toca a la estimacion de la injuria, daños de manquedad, y cura quel dicho aduerso pide, no ha lugar: porque en caso negado, que yo huuiera cometido el dicho delicto, la dicha estimacion no se deue hazer en tanta cãtidad, attento la calidad de su persona, y lo q̃ podia ganar el dicho aduerso a su officio, que serian treynta ducados cada año poco mas o menos. Por las quales razones y la que mas en mi fauor haga, a v.m. pido segun de suso pedido tengo, y en lo necessario el officio de v.m. imploro, pido cumplimiento de justicia, y las costas protesto.

¶ Otrosi a v.m. pido, y necessario siendo con el deuido acatamiẽto requiero las vezes que soy obligado, que pues del processo no resulta culpa alguna contra mi, me mande soltar libremente de la prisiõ en que estoy, o alomenos me mande dar enfiado, y para ello, &c.

Expositio clausularum huius libelli responsorij.

62 Diximus, Por persona de mi procurador, con licencia que para ello tengo, &c. Ista clausula procedit ex his, quæ supra resoluimus circa expositionẽ primæ clausulæ, libelli accusatoris.

63 Diximus, En que en effecto dize, &c. Ista clausula vsque ibi, lo otro, erit explicanda iuxta ea, quæ resoluimus in prima parte huius primi tomi, in septimo Tempore, circa explicationem libelli responsorij rei.

64 Diximus, ni se puede, ni deue de mi presumir, por ser muy buen Christiano, &c. Ista clausula apponitur ad effe-

ctum,quod si cótra accusatum sint aliqua indicia leuia,& præsumptiones minus idoneæ ad torturam,per eam purgentur:quia semel bonus semper præsumitur bonus,iuxta text.in capit. miramur.61.distinctione. & in capit.mandata.& in capit. fina.de præsumptionibus.Et similiter nobilis honoratus nõ præsumitur aliquid mali facere, argumento text.in.l.non omnes.§.à Barbaris.ff.de re militari.& in.l.2.titu.9.par.2.& faciunt quæ DD.notant in cap.de multa.de prębendis.& in.l.nobiliores. C.de cómertijs,& mercatoribus. quæ tamen præsumptiones sunt iuris solũmodo,secundum glossam in regula semel malus.de regulis iuris.libr.6.& ita per probationem in contrarium adducta cessant,ac ideo accusatus tenetur eas allegare,articulare,& probare,vt in pristinum statum reponatur,vt probatur in capit.illud.de præsumptionibus. & in cap.inquisitionis.& in capi. qualiter& quando.el.2.de accusationibus & praxis huius clausulæ ortum habuit ex Angelo de maleficijs.vers.fama publica.Et de ista clausula vide omnino Iul. Clarum lib.quinto sententiarum.§.fin. quæstio.60.numero.23.& in quæstione.21.numero.1.

68 Diximus, lo otro porque al tiempo que el dicho aduerso.&c. Ista clausula apponitur ad probandã exceptionem negatiuam loco & tempore coarctatã, iuxta text.in cap.3.loco.de probationibus.& notat gloss.cap.bona.verbo,facti naturam.de electione. & probatur in.l.1.&.2.titulo.14.part.3. & resoluit Lanfrancus de Oriana in capit.quoniã cõtra falsam.de probationibus.Et si locus vbi reus accusatus dicit,se fuisse tẽpore commissi delicti,parum abesset à loco cõmissi delicti,ita quod tempore
69 illo potuisset ire,& redire,tunc accusatus dicere debet,quod continue per totum id tempus quo accusator dixit,cõmissum fuisse delictum in illo loco accusatus fuit, nec vnquã ab eo recessit, secundum Ioannem Andream & alios in capi.ex tenore.de testibus.Bald.in.l. optimam.C.de contrahenda & committenda stipulatione.&glossam.in.§. item verborum.verbo,quo.Institutis.
70 de inutilibus stipulationibus.Sed si locus commissi delicti multũ distaret à loco vbi accusatus tẽpore illo fuerat, ita quod nullo modo tempore illo accusatus posset ibi adesse, tunc necesse nõ est,quod reus dicat se cõtinue toto tempore illo fuisse in alio loco,secũdũ Albericum & Bald. in. d.l. optimã.& AEgidium Bosium in praxi criminali. titulo.de defensionibus reorum. n.24.

71 Diximus,Lo otro porque caso no cõfessado,que yo huuiera cometido el dicho dĉho hazer lo ya para mi propria defensa,&c.Ista clausula apponitur ad denotandum, quod quando delictum
72 commissum fuit ad necessariam defensionem delinquentis,quòd non est punibile,quia defensio iure diuino, naturali, & humano cuilibet permissa est, iuxta text.in.l.vt vim.ff.de iustitia & iure.& in.l.1.§.cum arietes. ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.in.l.sciẽtiam.§.qui cum aliter.ff.ad.l. Aquiliã. in.l.1.C.vnde vi.& in.§,quod vero.Institutis.de iure naturali,gentium & ciuil.& in capit.significasti el.2.versicul. si verò.de homicidio. & in Clementina.1.de homicidio.& vtrobiq́ue hanc conclusionem notant DD. & probat etiam text.in.l.2.titulo.8.part.7.& in.l. 3.&.4.titulo.23.libro.8.Recopil. & in ordinatione Lusitanorum libro.5.titulo.10.in principio.& pro regula eã ponit Petrus Dueñas in regula. 192. & latè explicat Iulius Clarus libro. 5.receptarum sententiarum.§.homicidium.à
73 numero. 24. quæ in tantum procedit, quod offendens vel occidens clericum ad sui defensionem nõ incurrit excommunicationem,neque irregularis efficitur,iuxta text.in cap.si verò el.1.versi

culo,

culo,si verò. de sententia excommunicationis.& in Clementina.1. de homi-
74 cidio.& nedum defensio licita est pro se, verum etiam pro rebus suis, & pro consanguineis,& vicinis,iuxta text. in l. lex Cornelia.ff.de iniurijs. & in. l.secunda & tertia. ff. de liberali causa. & in.l.siquis in seruitute. ff.de furtis. & in capit. dilecto. de sententia excommunicationis.libro sexto.& in capit. non inferenda.& in capit.fortitudo.23.quęstione.3. & in capitul.error. 83. distinctione .& vltra DD. ibi notat Petrus Dueñas in Regula.191.Nauarrus in dicto capitulo non inferenda.in fine Manualis Hispani. & in Manuali Latino capitulo.24.à numero.15.& Iulius Cla
75 rus vbi supra. Quæ defensio permissa est cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta text.in.l.1.C.vnde vi. hoc est quando inuasus esset, ita in periculo vitæ constitutus, quod si non se defenderet,mortem vel iniuriam euadere non posset, iuxta text.in dicta Clemen.1.de homicidio.& in.l.is, qui aggressorem.versic.in discrimine vitæ constitutus. C. de siccarijs. & notat
76 glossa magistra.in.l.1.C.vnde vi. Et dicitur quis in discrimine vitæ constitutus eo ipso quod videret aduersarium ad se venientem armatum cum gladio euaginato,nec tenetur expectare quod prius ab eo percutiatur, vel offendatur,iuxta glossam in dicta.l.1.& notat Petrus Dueñas cum pluribus in dicta regula.192.limitatione. 1. & Iulius Clarus in dicto.§.homicidium.numero.33.

77 Aduerte tamen, quod si inuasus modum defensionis excedat, puniri non debet pœna ordinaria, sed mitius propter excessum, quia non videtur fuisse in tanta culpa qui iustum dolorem temperare non potuit, argumento text.in.l.si adulterium.§. imperato-
87 res.ff.de adulterijs.Et facit, quia ignoscendum est ei, qui prouocatus voluit vlciscì, iuxta text. in. l. qui cum maior.§.si libertus. ff.de bonis libertorum. Facit etiam quia imputandum est aggressori, qui causam delicti præbuit, vt in.l.quoniam multa.C. ad. l. Iuliam.de vi. Facit etiam quia
79 homo intenso dolore promotus, non est in plenitudine intellectus, secundum Bald. columna final. Iasson. columna.2. Decium columna.4. Fortunium Gratiã.columna.3. numero. 8. in dicta. l. vt vim. & Panormita. in capitu.1. de iniurijs. & in capit. dilecti de exceptionibus.& Felinum in capit. significasti.el.2.de homicidio. & ante eos tenet glossa in capitulo.1. verbo, Propulsandam in fine.23. quæstione. 1. & resoluit Antonius Gomez in 3. tomo Variarum. capit. 3. numero. 24.& Couarruuias in clementina vnica.3.parte.§.vnico numero.3.de homi
80 cidio. Quibus adde, quod si reus in sua confessione negauerit, se delictum illud commisisse, & deinde habita copia processus viderit se de illo delicto conuictum esse, adhuc poterit probare se illud fecisse ad sui defensionem, & erit audiendus secundum Bartolum in l.nemo ex his. ff. de regulis iuris. cuius opinio communis est, teste Decio in capitu. Pastoralis. numero. 15. in fine. de exceptionibus. Boerio in decisione. 164. numero. 12. & Bosio in praxi criminali in titulo de defensione reorum numero.4. Et est ratio, quia reus pluribus & diuersis exceptionibus vti potest, vt in regula nemo pluribus. de regulis iuris libro.6.

81 Et aduerte quod accusatus non debet simpliciter dicere se commisisse delictum ad sui defensionem, sed debet dicere præmittendo negationem eius,vt in libello diximus, ibi, Lo otro porque caso no confessado que yo huuiera cometido el dicho delicto, &c. ita consulit Decius in

ca.cum venerabilis. nu.20. in fin.de ex cept.est communis opinio ex AEgidio Bosio in practica crimin. titul.de confess.numero.36. & Iulio Claro lib.5. sen tent.§. finali. quæst. 55. numero. 17. & refert Menoch. libr. secundo. de arbitrar.caus.279. numero. 7. Alioquin si simpliciter diceret, se ad sui defensionē
82 feciſſe, accusator posset acceptare suā confessionem pro illa parte,qua cōfessus fuit delictum,& eam repudiare pro ea parte, qua dixit se ad sui defensionē feciſſe,secundum Bartolum receptum communiter in.l. Aurelius, §. idem. ff. de liberatione legata. & ita cum pluribus resoluit Ant.Gomezius tom3.. Va riarum. capitulo.3. numero. 26. & Alciat.in Tractatu de præsumptionibus. regula.3.præsumptione.39.num.7. Bo sius in praxi criminali.titul. de cōfessio ne.nume.19. & Iulius Clarus in dict. q. 55.num.15. Didac. Perez in.l.1. tit. 4.li. 3.ordin.col.929.& Menoch.lib.2.de ar
83 bitr.caus.93.nu.37. Non tamen ex hac sola confessione reus erit puniēdus pœ na ordinaria, sed alia extraordinaria se cundum Panor.c.auditis.nu.32.de præ script. Decium in. c. cum venerabilis. nu.20.de except.& Antonium Gome zium in dicto capitulo.3.numer. 26. & Tiraquel.in Tractat. de pœnis temperādis causa.27.n.7. Gramma.decis.5.n mero.14.Didacum Perez in.l.1. tit.4. lib.3.ordin.col.932.Menochium lib.2. de arbit.casu 279.nu.6.Iulium Clarum vbi supra. nu. 16. & decisionem Pedamontanam 60.nu.9. Alexan. Stiat. in pract.iud.cap.20.nume. 42.Quidquid contrarium resoluat Socinus in.l. non vtique.ff.de except.& aliter contra Panormit.& Socinum resoluat Dominus Franciscus à Sarmiento libr.1. Selectarum cap.1. num.11.&.12. ac proinde ad vitandas has contrarietates optima erit suprà dicta cautela,vt præmissa conditione, protestatione, vel negatione, ex qua mendacium non inferatur,reus dicat ad sui defensionem commisisse, tunc enim ex tali confessione euitabit torturam,& mortem, vt notat Panormitanus in dicto capitulo. auditis. columna penultima. Alexander de Imola in.l.non solum.§.sciendum. columna prima. ff. de operis noui nuntiatione.Hippolytus in singul.185.Iass.in dicta.l.vt vim. columna prima & secunda.& Rebufus in repetitione.l. Diuus: ff. ad Senatusconsult. Syllanian. super gloss.1.nume.53.

84 Aduerte etiam, quòd ad probandam hanc defensionem admittuntur coniecturæ,& aliæ probationes præsumptæ, & testes familiares & consanguinei, vt cum communi doctorum resoluit Anton.Gomezius in dicto capitulo.3. numero.27.

Diximus, Lo otro porque el dicho Ticio me perdono y remitio, &c. Ista clausula apposita fuit ad excusandum
85 se reum à pœna delicti, quia iniuria priuata per pactum remittitur, iuxta text. in.l.si tibi decem. §.primo. ff. de pactis. & in.l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. eodem. & in.l.non solum.§.1.ff. de in-
86 iurijs.& an tunc iudex ex officio procedere possit aduersus delinquentem, resoluit Anton. Gomez in tertio tomo capitul.primo. numero decimo.& capitul. tertio. numero. 55. & Dominus Antonius Menesius in.l. transigere à numero.41.C. de transactionibus.

87 Quinimo in omnibus criminibus capitalibus pœnam sanguinis ingerentibus, excepto crimine adulterij transactio licita est, iuxta text. in.l. transigere.C. de transactionibus.& in.l.21.titulo primo.part.7. Et an tunc facta transactione iudex ex officio ꝓcedere possit,resoluunt Anto. Gom.& Dominus
88 Menes. vbi suprà. Et est aduertendum, quòd si offensus remittat simpliciter iniuriā sibi illatam, non ex eo censetur remisisse damna, expensas & interesse, secundum Baldum in dicta.l.si tibi decem.

cem. § 1. & ibi Alexan. numero 2. & Panormit. & omnes communiter in capitulo 1. de iniurijs. & Iaſ. in. l. 1. numero 16. ff. de pactis.

89 Diximus in fine libelli, Alomenos dar en fiado, &c. Pro cuius explicatione reſolue, quòd quotieſcunque ex de-
90 licto venit imponenda pœna pecuniaria, & non corporalis, reus poterit relaxari à carceribus ſub fideiuſſoribus, vt in. l. 1. §. Diuus. ff. de cuſtodia reorum. & ibi communiter DD. & in. l. eos. la 1. §. ſuper his. C. de appellationibus. & in. l. 10. titu. 29. par. 7. Fallit tamen hoc 1 in caſu legis 2. titul. 10. libro. 8. Recop. & in caſu. l. 1. & 2. titul. 7. libro. 8. Recopil. & in caſu. l. 5. titul. 4. libro. 8. Recopil. At verò ſi pœna corporalis imponenda ſit, tunc ſub fideiuſſoribus relaxari non poteſt, vt in. l. 3. ff. de cuſtodia reorum. & reſoluit Suar. in allegatione de fideiuſſore in cauſa criminali. numero. 13. Hippolytus in practica criminali. §. attingam. numero. 1. cum ſequẽtibus. Boſius in practica criminali. titulo de incarcerato fideiuſſoribus relaxãdo. numero. 1. Antonius Gom. in. 3. tomo. capitulo 9. numero. 8. & probatur in. l. 16. titul. 1. part. 7. & ibi Gregorius Lupus, verbo, Sobre fiador. Et quotieſ-
91 cunque conſtiterit de innocẽtia rei, poterit ſub fideiuſſoribus relaxari, quinimo & abſque eis, iuxta text. in dict. l. 1.
92 ff. de cuſtodia reorum. & cõſtare hoc poterit facta publicatione teſtium, vt in. l. 2. in fine. C. de exhibẽdis reis. & notat Bald. in. l. ſed ſi is. C. de in ius vocando. Alexand. in additionibus ad Barto. in. l. 1. ff. de cuſtodia reorum. colum. 2. Rodericus Suarez in allegatione de fideiuſſore in cauſa criminali. numer. 26. & Hippolyt. in dicto. §. attingam. numero. 16. & Anto. Gom. in dicto capit. 2 9. num. 7. ac ideo in dicto libello prædi
93 cta clauſula fuit appoſita. Et aduerte, quòd ſi in caſibus, in quib⁹ reus poteſt 3 ſub fideiuſſoribus relaxari, iudex nolit eum relaxare, irrogat ei iniuriam, & in ſyndicatu tenebitur actione iniuriarũ, iuxta tex. in. l ſi verò pro condemnato. §. 1. ff. qui ſatiſdare cogantur. Et ita firmat Ang. in tractatu de maleficijs. verbo, pro quibus Antonius fideiuſſit. & in verſic. & nota q̃ ſi aliquis. & Hippolytus in dict. §. attingam. nume. 17.

Ex §. Septimo

SVMMARIA.

1 *Libelli reſponſorij rei danda eſt accuſatori copia vt intra certum tẽpus reſpõdeat: & vtraq; parte replicante concludendũ ad probationem.*

2 *In cauſis criminalibus breuiores termini arbitrio iudicis præſtandi ſunt quã in ciuilibus.*

3 *In criminalibus cauſis etiam feriatis diebus procedendum.*

§. 7. De replica accuſatoris & duplica rei.

POſtquam prædictus libellus reſpõſorius rei fuerit porrect⁹, iudex præcipit eius copiam exhiberi accuſatori, & q̃ intra certũ tempus reſpondeat, & tunc vtraque pars allegat cum replica & duplica, & concluditur ad probationẽ. Circa quæ obſerua omnia reſoluta ſuprà in prima parte huius primi tomi, in ſeptimo Tẽpore, circa explicationem libellorum replicationis & duplicationis. Et aduerte, q̃ licet in criminalibus procedatur ad inſtar cauſarum ciuilium, vt in. l. abſentem. ff. de pœnis. tamen termini breuiores in criminalibus arbitrio iudicis debent aſsignari, & in eis poteſt proce-

di diebus feriatis, cùm causa incarceratorum sit pia, vt supra diximus, & firmat Romanus singulari. 694.

Ex §. Octauo

SVMMARIA.

1 *IVdex recipit partes ad probationem pro lata sua interlocutoria, postquam ab eis conclusum est: & intra terminum ab eo assignatum interrogatoria adducenda sunt.*

2 *Interrogatoria in criminalibus solummodo ex parte accusatoris, aut fisci pro positionibus ponuntur reo, quibus respondebit, ex eius tamen parte nullæ positiones recipiendæ de consuetudine.*

§. 8. De sententia interlocutoria ad probandum, & de termino probatorio.

1 POstquam concluſum eſt per partes, iudex profert ſententiam interlocutoriam, qua recipit partes ad probationem, eodem modo quo diximus ſuprà in prima parte huius primi tomi, in octauo Tempore. & infrà terminum aſsignatum à iudice in hac ſententia, partes producunt ſua interrogatoria eodem pacto, quo diximus in dicto octauo tẽpore. Et licet in cauſis ciuilibus vnaquæq; pars ponat ſuũ interrogatoriũ pro poſitionibus alteri, vt reſoluimus in dicto octauo Tempore. Tamen in cauſis criminalibus ſolummodo reſpectu accuſatoris, vel fiſci poſitiones ponuntur reo, quibus reſpondere cogitur: ex parte verò rei accuſati poſitiones non ponuntur accuſatori vel fiſco, & ita de conſuetudine obſeruari firmat Iulius Clarus libro. 5. receptarum. §. fin. quæſtione. 45. numero. 4. Deinde in prædicto termino probatorio vtraque pars producit ſuos teſtes, qui debent iurare & examinari in termino dicto, vt diximus in dict. octauo Tempore. Teſtes tamen in his cauſis criminalibus ipſi iudici ſunt producendi, & iuramentum præſtare, & ab eo debent examinari, nec ipſe poterit tabellioni, vel alteri hoc committere, vt reſoluimus ſuprà in iſta ſexta parte poſt nu. 10. Et probat etiam. l. 26. titulo 16. par. 3. & vltrà ea quæ ibi allegauim' in iſto articulo eſt videndus Alexand. de Imol. in. l. ſiquis autem. C. de teſta. nu. 2. cum ſequentibus. & Alexan. Stiaticus in pract. iudiciaria. cap. 16. à nu. 4. vbi plura congerit.

Ex §. Nono

SVMMARIA.

1 *TEſtes examinati in ſummario iudicio reproducendi ſunt in plenario: vt fidem faciant.*

2 *Quia teſtes in ſummaria recepti ſunt parte non citata: & ante litem conteſta. non probant in iudicio plenario abſque noua reproductione.*

3 *Etiam ſi delinquentis conſenſus interueniat, non probant teſtes recepti in ſummaria niſi verè ratificentur, & repetantur in ſummario iudicio.*

4 *Reus in criminalibus non poteſt renũtiare ſuis probationibus, & defenſionibus, quia tendit in præiudicium perſonæ.*

5 *Quæ ſunt de ſubſtantialibus iudicij cõ ſenſu partium tolli nequeunt.*

6 Quando

6 *Quando ex delicto pœna pecuniaria, vel alia quæ non irroget infamiã imnẽda venit, reus suis defensionibus renuntiare potest, & habere testes pro reproductis, & ratificatis, secus si alia pœna.*

7 *Reus in quacunque litis parte vsque ad realem executionem sententiæ innocentiam suã probare non prohibetur.*

§. 9. De repetitione, & ratificatione testium.

ACcusator diligenter aduertere debet, quod in termimino probatorio faciat reproducere testes, in summaria informatione examinatos: & quod ratificentur in plenario iudicio, alioquin fidem non faciunt in iudicio plenario, secundum Angelum in Tractatu de maleficijs. verbo, Fama publica. Bartol. in l. fin. ff. de quæstionibus. Panormitanum post Innocentium in cap. bonæ. el. 1. Hippolytum in practica criminali. §. nunc videndum. numero. 29. Folerium in practica criminali. prima parte secundę partis in Rubrica demum repetantur testes numero. 1.

2 Et est ratio, quia testes in summaria informatione fuerunt recepti parte aduersa non citata, ac ideo fidem non faciunt, iuxta text. in ca. 2. de testibus. & quia recepti fuerunt ante litem contestatam, iuxta tex. in ca. 1. & in cap. quoniam frequẽter in principio. vt lite nõ contestata. nec sufficit, si cõsensu. &

3 approbatione delinquentis, testes in summaria informatione recepti habeãtur pro productis in plenario iudicio: sed requiritur, quod re vera repetantur, & ratificẽtur in plenario iudicio. Et ratio

4 est, quia reus non potest in causis criminalibus renuntiare suis defensionibus, & termino probatorio sibi assignato, iuxta glos. singularem in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. verbo, cum liceat. Nam huiusmodi renuntiatio nõ valet, cum tendat in præiudicium personæ, vel status, argumento tex. in l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam. & in l. Cornelia. §. fi. ff. de siccarijs. Et hanc opinionem in proprijs terminis tenet Auẽd. in responso. 111. numero. 5. & Ioan. Redin. in lib. de maiestate principis in parte, sed per legitimos calumniantium limites. numero. 114. & Dueñas in Regula 23. limitatione. 1. Ex alia ratione, scilicet, quia cum prædicti testes in summario iudicio, recepti fuerint ante litẽ non contestatam, & sic in casu nõ permisso attestationes eorum inualidæ cõsensu partium validari non potuerunt secundum Baldum in l. 1. ff. de ferijs. & in Authẽtic. si quis in aliquo. C. de edẽdo. Nã litis contestatio. & similes actus

5 sunt de substãtialibus iudicij, ac ideo cõsensu partium tolli non possunt, secundum glos. in capit. de causis. de officio delegati. Et eandem opinionem sequitur eam dicens communiter receptam Antonius Gomez in. 3. tomo. Variarũ. capitulo. 13. numero. 33. & Rojas in singulari. 203. in medio: quæ opinio vera est, quãdo ex tali delicto veniret imponẽda pœna corporalis, aut infamię. Cęterum si esset imponenda pœna pecu-

6 niaria, vel alia, non irrogans infamiam, reus bene poterit renuntiare suis defensionibus, & termino probatorio, habere que testes pro reproductis & ratificatis, secundum Ioannem de Immola in l. custodias. ff. de publicis iudicijs. quẽ sequuntur Ioan. Redin. & Anto. Gom. vbi supra. Qui testes recepti & examinati in summario iudicio, ne postea in isto plenario variẽt, & vacillent, possunt se ad primam depositionem referre, & iudici petere primam attestationẽ sibi exhiberi. ita docet Bar. in l. eos qui, numer. 6. ff. de falsis. Bal. in l. ius iurandi. C. de test. numero. 3. Hippolytus

in.l.ex libero homine.a numero.13. ff. de quæstionibus. Alexand.in consil.56. columna.2.n.2.volumine.2. & quotidie ita in praxi obseruatur. Baldus tamen in.l.fin.num.7. C. de testibus. tenet quod testis iterato depronēs debet in repetitione ad extensum,& clare deponere,nec sufficit se ad primam depositionem referre,cuius opinionem pluribus confirmat decisio Pedamontanea.128.à.n.7.&tandē concludit,quod si prior examinatio facta fuit diligenter in iudicio plenario , tunc valebit secunda depositio relatiua ad primam testificationem, & in isto casu intelligit doctrinam Bartoli & Sequacium, si vero prior examinatio facta fuerit in iudicio summario,in quo tanta diligentia adhiberi non solet,tunc secūda examinatio ad extensum fieri debebit,nec sufficiet si testis se referat ad primum testimonium,& in hoc casu intelligit doctrinam Baldi,quæ compositio rationi & æquitati congrua mihi videtur,& iudicibus consulo quod ita obseruare faciant,quanuis opinionem Bartoli semper vidi obseruari in praxi. Bene verum est,quod in crimine hæresis testes tenē tur iterum in plenario iudicio testificari nō exhibito nec ostenso primo testimonio secundum Simancam de institutionibus catho.titulo.64. numer. 24 vbi citat ad idem Boerium in decisione 108.Sed certe hæc praxis quam dura videtur,ex eo quod si longum interuallū fluxerit postquam primū testimoniū dedit, iā illius immemor esset testis:cū memoria hominis fragilis sit.ca. porrecta.de confir.vtil.vel inutil.cap.præterea.23.distinctione. tamen cum causa hæresis,super qua testimonium præstitum fuit,sit res tam memorabilis,& ardua,nō facile obliuioni tradi potest:ac proinde vt rectiùs intelligi possit,anvera vel falsa fuerint testificata prædicta praxis obtinuit.Erit tamen tunc tutum consilium,quod testes protestentur, q si apparuerit se aliter in prima attestatione dixisse,quā in ista , quod ex tunc istud testimonium reducāt ad illud, cū tunc temporis magis memores huius rei essent,& hoc consilium tradit Bart. in dicta.l.eos.& Menochius in lib.2.de arbitrar.censur.2.casu.109.numer.13.

7 Aduerte tamen quod reus poterit probare suam innocentiam,& defensionē in qualibet parte litis vsque ad realem executionem sententiæ , vt eleganter resoluit Antonius Gomez omnino videndus.in.3.tomo.Variarum.capi.13. nume.33.

Ex.§. Decimo

SVMMARIA.

1 *Elapso termino probatorio est facienda publicatio testium.*

2 *Publicatis attestationibus probationes partium excluduntur, & amplius nō admittuntur.*

3 *In causis criminalibus iudex ex suo officio poterit recipere probationes quascunque etiam publicatis attestationibus, & causa concluſa.*

4 *Ad instantiam accusatoris non poterit iudex post conclusionem in causa probationes alias admittere.*

5 *Admittuntur probationes etiam post lapsum termini probatorij, & post cōclusum in causa ad defensionem & rei innocentiam: etiam postquam renuntiatum fuerit termino probatorio ex parte rei.*

6 *Etiam post sententiam diffinitiuam admittitur reus ad probandam suam innocen-*

nocentiam, quando de ea per euidẽtiã facti constare poterit.

7 *Licet iudex non possit de iure reuocare sententiam suam, tamen quando eidẽ constet de innocentia rei, debet in eius executione supersedere, & principi rescribere: quod secus est de iure regio, iuxta quod sententia reuocari poterit in consulto principe.*

§. 10. De publicatione testium.

1 LApso termino probatorio publicatio testium facienda erit eodem modo, quo diximus in prima parte huius primi tomi, in fine octaui tẽporis. Et licet ibi resoluimus, per prædictam publicationem probationes vtriusque partis excludi, & non posse amplius admitti, de qua regula vltra ibi posita est videndus Socinus in regula. 498. & Ioan. Matiençø in dialogo relatorum. 3. par. cap. 46. tamen in causis criminalibus iudex ex officio ad offensam & punitionem rei, etiam post publicationem testium, & conclusionẽ in causa ad definitiuam sententiã, poterit testes & omnes alias probationes recipere, secundum Barto. in l. 1. §. si quis vltro. columna. 1. ff. de quæstionibus. & eundem Barto. in l. vnius. §. 1. ff. eodem titu. Salicetum in Authentica. at qui semel. C. de probationibus. Hippolytum in practica criminali. §. sequens nu. 7. & Ant. Gom. in. 3. to. Variarum. c. 13. n. 34. & hanc testatur communẽ opinionem Iul. Cla. lib. 5. sententiarũ. §. fin. quæst. 61. numer. 2. At vero ad instantiam accusatoris hoc minime fieri posset, secundum DD. vbi supra. Similiter ad defensionem & innocentiã rei accusati probandam, testes & probationes admittuntur post lapsum termini probatorij & post publicationem testium & conclusionem in causa, iuxta text. in l. vnius. §. cogniturum. versiculo, quanuis. & ibi glo. ordinaria Bart. & alij communiter. Feli. in. c. cum clamorem. 3. de testibus. & etiã postquam renuntiatum fuerit à partibus termino probatorio ex parte rei probationes admitti poterunt, secundum glos. singularem in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis in glossa fina. recepta communiter ex Bald. Paul. & Iass. ibi. & Antoni. Gomez vbi supra. & Rojas in singulari. 40. quinimo ex parte rei testes & probationes admittuntur ad probandam suam innocentiam & defensionem, etiã post sententiam diffinitiuam aduersus eum latam, quando per euidentiam facti de eius innocentia constare posset, probando negatiuam, & ostendendo delictum non fuisse commissum, vt puta probando hominẽ viuere, quem se interfeciſe dicebatur, vel quid simile, iuxta tex. sic intelligẽdũ in l. 1. §. siquis vltro. ff. de quæstionibus. vbi hanc opinionem tenet Bart. & cõmuniter DD. & Salicet. in l. 2. C. de requirendis reis. numero. 2. & ita illum textum intelligit Anto. Gom. in dict. capit. 13. num. 33. prope finem vbi satisfacit textui in l. 4 ff. de cõfessis. qui prædicto intellectui refragari videbatur. Et ibidem resoluit, quod licet de iure communi per textum. in dicto. §. si quis vltro. quando manifestè cõstat de innocentia rei post sententiam diffinitiuam iudex non possit reuocare prædictã suam sententiam, sed in executione eius debet supersedere, & principi rescribere: tamẽ attento iure regio per tex. in l. 4. titu. 3. part. 7. iudex bene poterit in tali casu suam sententiã reuocare inconsulto principe, & idẽ firmat Gregor. Lup. in. d. l. 4. in verbo, Deue lo quitar.

Ex. §. Vndecimo

SVMMARIA.

1 *TEstium publicatione facta, libellus disputationis seu de bien probado porrigendus est.*

2 *Libellus de bien probado quomodo concipiendus.*

3 *Si accusator inspiciat suam intentionẽ plene probatam, concludat in libello, reum diffinitiue condemnandum: si vero semiplene, ad torturam.*

§. 11. De disputatione & allegatione vtriusque partis.

1 FActa prædicta publicatione testium, vtraque pars diligenter inspicere debet processum, & tunc libellus disputationis, qui vulgo dicitur, Escripto de bien prouado, porrigendus erit, & in eo repulsæ erunt obijciendæ aduersus personas, & dicta testium. Circa quæ omnia erunt obseruanda, quę resoluimus in prima parte huius primi tomi, in nono tem-

2 pore: qui libellus concipiendus erit forma de qua ibi diximus, mutatis mutan-

3 dis. Et est aduertendum, quod accusator inspicere debet, an sua intentio sit plene probata: quo casu in tali libello concludere debet, quod reus definitiuè condemnetur ad pœnam delicti. At vero si accusator inspexerit suam intentionẽ, non esse plene probatam, tunc in illo libello concludere, debet quod reus ad torturam condemnetur.

Ex. § Duodecimo

SVMMARIA.

1 *PVblicatis attestationibus, si semiplene constet de delicto peti debet reus condemnari ad torturam, quæ ante publicationẽ testiũ adhiberi non debet.*

2 *Ante publicationem testium non potest constare de meritis causæ.*

3 *Forma concludendi quod reus condemnetur ad torturam Hispano sermone concepta.*

4 *Quare apponatur clausula, Y caso no confessado que no aya para ello bastãte prouança.*

5 *Torturæ locus non est, delicto legitime probato.*

6 *Semiplene delicto probato, vel aliquo indicio habito torturæ locus est.*

7 *Tortura inuenta in subsidium probationum.*

8 *Si legitime probato crimine reus torqueatur, iudex tenetur in syndicatu ad damna, & interesse.*

9 *Reijcitur opinio Bald. asserentis reum torqueri posse etiã legitime cõuictum ad effectum vt confitcatur delictum, & appellationi locus non sit, quia conuictus & cõfessus nõ auditur appellãs.*

10 *Reum, qui legitime conuictus torturæ adhuc traditur, & neget, puniendũ & legitimas probationes non elidi verius resoluitur. Et vnde orta praxis quod in sententia torturæ potest etiam iudex, legitimas probationes contra reũ in suo robore remanere velle.*

11 *Clausula. V. m. mande poner y põga. quare apposita.*

12 *Reum*

12 Reum absque petitione partis torqueri posse verius resoluitur.

13 Clausula, Reyterando se la tantas vezes, &c. quare apposita.

14 Si reus non fuerit sufficienter tortus, iterum torquendus.

15 Etiam reus sufficienter tortus torquẽdus est: si primæ torturæ indicia vrgẽtissima sint, secundum veriorem contra magis communem opinionem.

16 Tortura repetẽda ꝓpter noua indicia.

17 Tortura iteratur si in ratificatione suæ confessionis reus neget.

18 Torturæ etiam tertio subdi poterit: qui in prima ratificatione negans, & secundo tortus etiam negauerit.

19 Tortura quarta non est adhibẽda, etiã si reus in tertia confessus in ratificatione negauerit.

20 Vltra tertiam torturam non est procedendum, ne vltra secundam secundũ Simancam.

21 Tortura bis iterari potest post primam de iure regio in criminibus proditionis, falsæ monetæ, furti, & rapinæ: in alijs semel tantùm.

22 Si reus in tortura negauerit, vel nõ perseuerauerit in confessione diffinitiuè absoluendus est, vel ratione indiciorũ extraordinariè puniendus.

23 Clausula, hasta que lo confiesse, y en el se ratifique, quare posita.

24 Confessio facta in tortura non sufficit nisi post eam ratificetur & duret.

25 Torturã legitima indicia præcedere, & perseuerantia confessionis subsequi debet.

26 Perseuerãtia post torturam opus esse, quanuis ante eam extra iudiciũ reus crimen confessus sit verius est.

27 Ratificatio cõfessiõis in tortura facta post viginti quatuor horas fieri debet.

28 Inquisitores ratificationẽ vsq; in tertiũ diem differunt, & benignius apparet.

29 Si dolor tormentorum duret ratificatio eorũ metu facta præsumeretur.

30 Porrecti libelli petitionis torturæ copia reo exhibẽda est, vt intra certum tempus eidem respondeat.

31 Libellus allegationis ex parte rei sermone Hispano conceptus.

32 Clausula, Attentala calidad de la causa, quare apposita.

33 Reum non torquendum nisi in graui, & atroci causa.

34 Causæ graues & atroces quæ dicantur remissiuè.

35 Clausula, Ay indicio bastãte para ello, &c. quare apposita.

36 Reum non torquendum absque sufficientibus indicijs.

37 Indicia legitima, & sufficientia quæ dicantur, remissiuè.

38 Clausula, Ni que sufficientemente este prouado. quare posita.

39 Indicia probanda legitimè per vnum testem deponentem per actum visus de ipso facto, & delicto

40 Testis probans indicia omni exceptione maior debet esse.

41 Testis deponens de indicio remoto non sufficit vnus, sed duobus opus est qui omni exceptione maiores sint.

42 Clausula, Por ser como soy hijo dalgo, &c. quare apponatur.

43 Quilibet torqueri potest qui non reperitur prohibitus.

44 Nobilis torqueri non potest.

45 Impubes

45 *Impubes torqueri non potest.*

46 *Senex decrepitus non potest torqueri.*

47 *Miles & doctor torqueri nequeunt, nec decurio.*

48 *Mulier prægnans, & aliæ plures personæ torqueri non possunt.*

49 *Clericum contra quem infamia, & indicia insurgunt torquendum esse, cõmunis opinio obseruat: quam in praxi non seruari Iul. Clar. asserit. Et sufficere sola indicia tenet cum alijs quos refert autor.*

50 *Qui in crimine læsæ maiestatis torqueri possunt, & in crimine hæresis torqueri poterunt: ideo minores viginti quinque annis propter suspicionẽ hæresis torquentur, & minores quatuordecim annis terreri possunt.*

51 *Personæ priuilegiatæ ne torqueantur terreri possunt.*

52 *Clausula, Para la determinacion, & c. quæ apponitur in fine libelli, quare apponatur.*

53 *Iudex recusatus in criminalibus in foro seculari de iure regio associatur duobus decurionibus habentibus assessorem, qui per consistorium nominantur qui omnes simul procedunt in causa vsque ad sententiam inclusiuè.*

54 *Si iudex recusatus in causa criminali dissentit ab assessore decurionum, qui sibi assotiantur, requirunt eum ipsi vt se componat, aliàs proferãt sententiã cum suo assessore: & aditur superior.*

55 *Votum decurionũ qui in criminalibus recusato iudici iunguntur, non præualet eius voto, quia votum eius solius reputatur pro vno, & votum eorum pro vno alio duntaxat.*

56 *Si votum alicuius ex decurionibus, qui recusato iudici in criminalibus sociantur, concordat cum voto iudicis, eius sententia præualebit.*

57 *Si in loco recusati iudicis in criminalibus, non sint decuriones, tunc iudex assumit quatuor viros prouidos, inter quos sorte dirimitur, qui duo eorũ in causa procedant cum iudice recusato.*

58 *Porrectis libellis allegatiõis ab vtrãq; parte: si repulsas contra testes legitimas esse iudex repererit, partes ad probationem recipiet.*

59 *Iudex plura obseruare debet, priusquã ad torturã deueniat: et quæ remissiuê.*

60 *Iudex ad torturã deuenire volẽs Deũ ante oculos habeat: & neminem torqueat priusquã id iura fieri pmittant.*

61 *Qui torserit extra casum à iure expressum propter imperitiam, tenetur læso reo vtroque in foro pro modo damni & culpæ satisfacere.*

62 *Iudex qui dolo malo hominem torserit, arbitrio iudicis seuerius puniendus.*

63 *Iudex qui dolo malo hominem torserit, qui moriatur, vel membrum amittat: Similẽ pœnã de iure regio patietur vel maiorẽ, attẽta qualitate eius, et torti.*

64 *Si tortus dolo malo, nec vitam, nec mẽbrum amittat, arbitraria pœna iudex puniendus erit.*

65 *Iudex quibusdam attentis adhibere debet torturam, ita vt tortus illæsus à morte & membri alicuius amissione remaneat.*

66 *Iudices cauere debent ab exquisitis tormentorum speciebus: illæ nanq; & nõ vsitatæ imponendæ sunt propter crimen læsæ maiest. homicidij, parricidij, &*

dij, & similia atrocia crimina.

67 Propter atrociora crimina acerrima indagatio facienda.

68 Quæ tormenta in his Hispaniarũ regnis magis in vsu sint, cõnumerãtur.

69 Forma pronuntiandi sententiam torturæ aquæ & funium, concepta Hispano sermone.

70 Forma sentẽtiæ torturæ de garrucha.

71 Forma sententiæ torturæ de ladrillo y sueño Hispano modo.

72 Practica torquendi Italo modo, torturæ del sueño y tablillas.

73 Practica torturæ de tablillas.

74 Iudices aliquando suis in sententijs nõ explicant genus tormenti, nec eius qualitatem, sed simpliciter reum condemnant modum sibi reseruando.

75 Modus proferẽdi sententiã torturæ genere eius nõ expresso, nec quantitate.

76 Pesquisitores communiter vtũtur forma sententiæ torturæ quæ non explicet modum, nec eius quantitatem.

77 Ordinarij iudices primo & secundo genere tormentorum quæ suprà retulimus magis frequenter vtuntur.

78 Sententia torturæ lata, statim reo maiori intimanda, minori verò cum eius curatore intimanda est.

79 Reus qui in sententia torturæ senserit se grauatum appellare poterit ab ea.

80 Appellationi interpositæ à sententia torturæ deferendum: nisi fuerit manifestè frriola.

81 Sententiam torturæ non exequetur iudex, priusquam à iudice superiore confirmata fuerit, vel ab ea interposita appellatio friuola declaretur.

82 Si reus sententiæ torturæ acquieuerit, vel ea fuerit per superiorem confirmata, vel tanquam friuola reiecta, iudex debet præcipere ducere reum ad locũ destinatũ corã se, tabelliõe et tortore.

83 Iudex caueat ne tempore torturæ, procurator, aduocatus, vel alij adsint.

84 In alijs regnis delinquẽtes publicè torquentur in hisce Hispaniarum nõ, sed se creto.

85 Tortura inchoanda ab eo qui ex delinquentibus minor sit ætate, vel à creato in delitijs.

86 Ab eo, qui paruæ ætatis est, & qui in delitijs vixit eius veritatem eruendam per torturam.

87 A filio prius incipere debet tortura, quam ab eius patre.

88 Tortura prius à fœmina quam à masculo incipienda.

89 Tortura inter pares à magis suspecto ineunda.

90 Torquendus ex pluribus ab eis separãdus, cuius dicta in scriptis redigenda sunt eisdem verbis quibus protulit.

91 Iudex benignè admoneat torquendum vt veritatem confiteatur absque tormentis sibi paratis: alioquin protestetur iudex vt hic, & omnia in scriptis redigi faciat.

92 Torquẽdus generaliter, & non specialiter & designatiuè est interrogãdus.

93 Forma executionis sententiæ torturæ sermone Hispano concepta.

94 Forma ratificationis torturæ.

95 Conuicto aut confesso reo proferre debet iudex cõdemnatoriã sententiã exprimendo pœnam, quam reus passurus est, vt praxis obseruat.

96 De iure sufficit quod iudex pronũtiet delictum

delictum commissum: quãuis eius pœnam taceat, tunc enim ea imposita cẽsetur, quæ iure decreta est.

97 Iudex pœnã ordinariam à iure impositam ex causa temperare valet.

98 Iudex in prolatione sententiæ quid præoculis habere debet.

99 Iudex pronior ad lenitatem, quã ad seueritatem esse debet.

100 Iudex in dubijs absoluat potius quã reum condemnet.

101 Iudex maiorem honorem cosequitur ex absoluendo, quam condemnando.

102 Iudex in condẽnando minorẽ pœnam eligat.

103 Versus quidã qui clementiã suadẽt.

104 Iudici satius est in misericordia peccare, quam in seueritate.

105 Iudex dolose condemnans qua pœna puniendus.

106 De iure regio iudex dolose condẽnãs puniendus eadem pœna, qua delinquẽtem puniuit.

107 Iudex qui ignorãtia iratus condẽnauerit reum & modum excesserit pœna arbitraria puniendus.

108 Forma sententiæ diffinitiuæ condemnatoriæ in criminalibus.

109 Iudex imponere potest pœnam exilij, quã si delinquẽs nõ obseruauerit tempus quod supererit duplicandũ erit.

110 Iudex qui pœnam exilij ad decenniũ imposuit, si reus eam non obseruauerit, exilium perpetuabit.

111 Si reo imposita fuerit perpetua pœna exilij, quã non seruauerit mortis pœna puniendus erit.

112 Iudex qui reum condemnauit in pœna exilij ad tempus, censetur eum ad decẽnium condemnasse: si vero eum cõdemnauit nulla temporis mentione facta, vt condemno in pœna exilij, censetur reus exul factus perpetuo.

113 Exilium debet esse continuum, & nõ interpolatum.

114 Materia exilij vbi videnda.

115 Clausula posita in sententia condemnatoria, videlicet, pague dentro de nueue dias, quare posita.

116 Condemnatus in pecunia in ciuilibus habet quatuor menses vt soluat: in criminalibus autem terminus arbitrio iudicis relinquitur.

117 Terminus quo quis debet in criminalibus pecuniariam pœnam soluere de consuetudine decem dierum est.

118 Reus condemnatus ad pecuniam, si inopia laboret, & eam non valeat soluere in corpore eam luat.

119 Reus qui pecuniam in qua condemnatus est soluere non valet: nec cessionem bonorum facere poterit, siue pœna fuerit imposita pro vindicta delicti, siue pro satisfactione damnillati.

120 Hodie de iure regio damnatus ad pecuniam pro vera damni æstimatione, qua soluere non potest, poterit vti beneficio cessionis bonorum, secus si illa pecunia soluenda sit pro vindicta publica delicti: quia tunc corpore luet condemnatus.

121 Commutatio pœnæ pecuniariæ in corporalem fieri non debet si pars cuilla venit applicanda in parte vel in totum non consentiat.

122 Pecuniaria pœna non commutatur in corporalem priuato accusatore, cui venit applicanda non consentiente: se-

cus

cus si fisco applicetur: quo renitente commutatio fit.

123 *Commutatio pœnæ pecuniariæ fit etiã si reus in vno dumtaxat nummo contumaciter deficiat à solutione.*

124 *Cõmutatio pecuniariæ pœnæ in corporalẽ nõ faciẽda, quãdo reus esset soluẽdo, & malet corporalem subire pœnã.*

125 *Forma sentẽtiæ diffinitiuæ vbi imponitur pœna mortis, concepta sermone Hispano.*

126 *Sententiæ condemnatoriæ statim reis intimandæ per tabellionem, & etiã executioni mandandæ.*

127 *Sententiæ condemnatoriæ delinquentium ita demum mandandæ executioni si in rem iudicatam trasiuerint, idque de iure, de consuetudine tñ statim executio earum facienda quacunque appellatione non obstante.*

28 *Consuetudine propter quam in criminalibus sententiæ statim non obstante appellatione exequentur intelligit Iul. Clar. in casibus, in quibus non licet appellare: secus vbi appellationi deferre debet iudex.*

129 *Sententiæ condemnatoriæ exequendæ præter quam in casibus, in quibus executio earum impediri suspendiue potest: qui duodecim sunt.*

130 *Executio sententiæ condemnatoriæ facienda in casibus, in quibus appellationi locus non est: qui plures sunt vt hic remissiuè.*

131 *Admonitio autoris, vt iudices procliues & faciles sint ad reorum appellationes admittendas.*

132 *Reus criminis iuste appellãs, interim non soluendus, sed remittendus ad superiorem cum custodibus suis expensis.*

133 *Executio sententiæ corporalis publice de die, & non de nocte faciẽda, & in loco ad id deputato.*

134 *Propter criminum grauitatem solet executio condẽnatoriæ sententiæ eorum fieri in locis, vbi cõmissa fuerunt.*

§. 12. De tortura reorũ.

1 SI accusator post publicationẽ testiũ factã inspexerit suã intentionẽ & accusationẽ nõ esse plene probatã, tunc in cõclusione libelli allegatiõis, vel segregratim petere debebit, reũ condẽnandum esse ad tor-
2 turam, quæ post publicationem testiũ adhiberi debet: nã antea liquere, & cõstare non potest de meritis causæ, secũdum Bartolum in. l. vnius. § reus. ff. de quæstionibus. numero. 1. Bald. in. l. milites. C. de quæstionibus. Salicetum. in. l. fin. C. eodem titulo. & Anton. Gonez in. 3. tomo Variarum. capitu. 13. nu. 19. Quæ petitio torturæ facienda erit forma sequenti. Postquam enim accusator in suo libello allegationis dixerit suam intentionem bene probatam, & intentionem rei male probatam esse, obieceritque repulsas contra personas & dicta testium rei in prędicto libello debet concludere hac forma.

3 ¶ *Porende a v. m. pido condemne al dicho aduerso diffinitiuamente a la pena ordinaria del dicho delicto, y a lo demas que pedido tẽgo: y caso no confessado* [a] *q̃ no aya para ello bastante prouança v. m. mande poner, y ponga* [b] *al dicho aduerso a rigurosa questiõ de tormẽto reyterãdose la tãtas vezes* [c] *hasta que confiesse el dicho delicto y se ratifique* [d] *en su confession, y le hagan las preguntas conforme al in-*

ter-

terrogatorio por mi presentado, y las demas que V.m. viere ser necessarias. Y para ello el officio de V.m imploro, y pido justicia. Y si assi V.m lo hiziere, bara justicia y lo q̃ deue: en otra manera lo cõtrario haziẽdo, cõtra V.m. y sus bienes y fiadores protesto, lo que en tal caso protestar me conuiene, y pido lo por testimonio.

Expositio huius petitionis torturæ.

a DIximus, Y caso no cõfessado que no aya para ello bastãte prouãça, 4 &c. Ista clausula fuit apposita ad denotãdũ, quod tortura adhiberi nõ potest, 5 quando delictum legitimis probationibus plene probatum est: sed solummodò qñ semiplene est probatũ, vel quando aliquod indicium probatũ est: quo 6 casu proprie tortura locum habet, iuxta tex. in. l. 1. & totũ tit. ff. & C. de quæstionibus. quia tortura inuenta fuit in 7 subsidium & defectũ probationũ pro veritate eruenda. Alioquin si stantibus 8 legitimis probationibus reus torqueretur, iudex teneretur ei in syndicatu ad damna & interesse, vt probat text. in. l. 1. in fine. & in. l. edictum. versiculo. 1. & in. l. Diuus pius. ff. de quęstionibus. & in l. quoties. & in. l. finali. C. de quæstionibus. & in. l. 1. titulo. 30. part. 7. Quanuis 9 Bald. in. l. obseruare. numero. 9. C. quorum appellationes non recipiantur. teneat legitime conuictũ torqueri posse ad hoc, vt delictũ confiteatur & non sit locus appellationi. iuxta regu. iuris quę habet, quod conuictus simul & confessus non auditur appellans, vt probatur in. l. 2. C. quorũ appellationes non recipiantur. & opinionem Bald. ipse Bald. teneat in. l. 1. numero. 9. C. de iuramento calumniæ. & Thomas Grãmaticus nota. 1. columna. 1. Quam tamen opinionem falsam esse testantur Angel. & Ioã. Ign. in. l. & si certus. ff. ad Sillanianũ. & Aug. in additionibus ad Ang. in Tractatu. de maleficijs. in verbo, Fama publica. quorum opinionem contra Baldum fatetur communem esse eam sequutus Couarr. in practicis quæstio. cap. 23. num. 5. quia non est locus tormento vbi de crimine legitimis probationibus constat, vt communis opinio firmat secundum Couarruiam vbi supra qui resoluit duobus casibus, conuictum torqueri posse. sequitur etiam Iulius Clarus in praxi criminali. §. finali. quæstione. 64. numero. 4. Quinimo si 10 stantibus legitimis probationibus reus torqueretur, & in tortura delictum negaret, ex tali negatione eneruarentur & eliderentur legitimæ probationes aduersus eum receptæ, secundum Hippolytum in dicta. l. edictum, numer. 2. & in sua practica criminali. §. nunc videndum. numero. 26. Quam opinionem testatur communem Thomas de Ferrara in cautela. 5. columna. 3. Iulius Clarus vbi supra numero. 7. & numero. 43. Obidque orta fuit praxis, quod iudex in sententia torturæ protestatur, quòd legitimæ probationes contentæ in processu aduersus reum in sua firmitate remaneant. Sed licet prædicta opinio cõmunis sit, contraria tamen verior est, imò quod & si stantibus legitimis probationibus reus torqueatur, negetque delictum, nec iudex protestetur quod legitimæ probationes in suo robore remaneant, adhuc tamen legitimæ probationes non eliduntur, nec eneruantur, vt contra prædictam communem opinionem resoluunt Anto. Gom. in. 3. tomo. capitulo. 13. numero. 20. Couarruias in practicis quæstionibus. capitulo 23. numero. 5. Auenda. in suo dictionario. verbo, Tormento. versiculo. vndecimo. & Villalobos in antinomia iuris, litera T. nu. 12.

11 Dixi-

11 Diximus, V.m. mande poner y ponga, &c. Ista clausula fuit apposita ad de
notandum, quòd reus torqueri non po
test, nisi ad petitionem partis, iuxt. tex.
iuncta gloss. in l. quanuis. la. 1. verb. que
stionibus. C. ad. l. Iuliam de adulterijs.
& in l. quicunque. iuncta glos. verb. o-
portet. C. de seruis fugitiuis. & in l. fin.
ff. de calúniatoribus. & ita expressè cũ
Baldo resoluit Paris de Puteo in tracta
tu syndicatus. in parte, officialis. nu. 6.
& Hippoly. in l. 1. ff. de quæstionibus.
colum. 3. versic. requiritur & quinto. &
in sua practica criminali. §. nunc viden
dum. numero. 27. & Cisuentes in. l. 79.
Tauri. columna fina. Simãcas de catho
licis institutionibus. titulo. 65. numero.
12 18. &. 19. In hoc tamen contrarium ve-
rius est, imò quòd absque petitione par
tis iudex ex officio possit reum subijce
re torturæ, & ad hoc præcisse tenetur,
vt resoluit Antonius Gom. in dict. ca.
13. num. 22. quanuis Cisuentes vbi supr.
colum. fina. contrarium teneat.

C Diximus, Reiterando se la tantas ve-
13 zes, &c. Ista clausula fuit apposita ad de
14 notandum, quòd si reus non fuerit suffi
cienter tortus in prima tortura, & deli-
ctum in ea negauerit, iterum torqueri
poterit, vt probat text. in l. repeti. ff. de
quæstionibus. & ita cum Baldo & alijs
resoluit Hippolytus in practica crimi-
neli. §. quoniam. numero. 2. & Grego-
rius Lupus. in l. 4. titulo. 30. part. 7. ver-
15 bo, Otra vez. Imò etiam si reus sufficien
ter tortus fuisset, posset iterum torque-
ri, si indicia, ex quibus fuit prima vice
tortus, essent vrgentissima & grauissi-
ma, secundum Bartol. in l. vnius. versi-
culo primo. ff. de quæstionibus. Salicet.
in l. 2. C. de custodia reorum. & Greg.
Lup. in dicta l. 4. verbo, E si por auentu-
ra negasse. Et ista est verior opinio se-
cundum Antonium Gomezium in di-
cto capitulo. 13. nume. 26. quanuis con
trariam opinionem magis communẽ
esse dicat. Similiter si post primam tor-

16 turam noua indicia superuenerint, reus
poterit iterum torqueri, iuxta text. in
dict. l. vnius. versiculo primo. Barto. Sa
licetum, Anton. Gom. & Gregor. Lup.
vbi supra. & resoluit Menochius lib. 2.
17 de arbit. Centuria. 3. casu. 272. Pari mo-
do si reus in tortura confessus fuerit de
lictum, & postmodum ductus ad ratifi
candum neget delictum, dicens se con-
fessum fuisse propter dolorem torturę,
2 poterit iterum torqueri, secũdum Bar-
tolum in dict. l. vnius. versiculo, primo,
& Bald. in l. in bonæ fidei. C. de rebus
creditis. columna. 2. in fine. Hippolytã
in l. repeti. numero. 11. ff. de quæstioni-
bus. & probatur in dicta l. 4. titulo. 30.
18 part. 7. Quinimo dicendum est, quod
quando reus in prima tortura delictum
confiteretur, & postea in ratificatione
negaret, & idem faceret in secunda tor
19 tura, poterit tertio torqueri: tamen si in
tertia tortura delictum confiteretur, &
in ratificatione negaret, non poterit
20 quarto tortura repeti: nam vltra tertiã
vicem pro vno delicto non potest quis
torqueri, secundum Angelum in l. fin.
C. de quæstionibus. & Alexand. in addi
tionibus ad Barto. in l. 1. §. Diuus Seue-
rus. versic. quæro, vtrũ semel. ff. de quę-
stionibus. Hippolytũ in pract. crimin.
§. quoniam. num. 4. vers. sed succesiuè.
Cisuentes in. l. 79. Tauri. versic. itẽ qui-
bus vicibus. & Bosium in pract. crimin.
tit. de tortura. num. 43. vbi asserit, quod
sic in practica seruatur, nec vltra trinã
vicé reus torquetur, nisi à carnificibus.
Simancas verò de catholicis institutio-
nibus titul. 65. numero. 76. testatur, reũ
bis tantum pro vno delicto torquendũ
esse: nec sibi placere opinionem asserẽ-
tiũ ter torqueri posse, quia nec lege ali-
qua nec probabili ratione opinio eorũ
fulcitur: quinimo in numero. 81. firmat
quod reus bis tortus & bis confessus, &
bis reuocans confessionem, nõ erit ter
tio torquendus, & si multi DD. opposi
tum teneant, quorum opinionem dicit

recipiendam esse cum reus bis fuerit le
uissimè tortus & in posteriori illa con
fessione, aliqua noua signa confessioni
addiderit. Sed vltra prædictos DD. ad-
21 uerte quòd de iure regio in criminibus
proditionis, falsæ monetæ, furti, & rapi
næ vltra primam torturam reus pote-
rit bis torqueri: tamen in alijs delictis
tortura semel debet repeti, iuxta text.
in l. 4. titulo. 30 part. 7. & in his casibus
22 quando reus negauit delictum in tortu
ra, vel non perseuerauit in confessione
tempore ratificationis absoluendus est
definitiuè, vel saltim ratione indiciorũ,
vel præsumptionum condemnãdus est
aliqua pœna arbitraria, secundum Bar-
tolum in l. finali. numero. 1. ff. de quæ-
stionibus. & consentit Cifuentes in dic-
ta. l. 79. Tauri. versiculo, sed si nõ per-
seuerauerit. & Antonius Gomezius in
dict. cap. 13. num. 28.

d Diximus, Hasta que lo confiesse, y
23 enel se ratifique, &c. Ista clausula appo
sita fuit ad denotandum, quod non suf
24 ficit cõfessio facta in tortura, nisi sequa
tur perseuerãtia & ratificatio eius post
torturam, vt probat text. in l. 1. §. Diuus
Seuerus. & ibi gloss. Bart. Hippolyt. &
alij ff. de quæstionibus. text. in l. 2. C. de
custodia reorum. & ibi gl. & omnes, &
in capit. 1. 15 quæstione. 6. & in l. 7. titu-
lo. 29 part. 7. resoluit Cifuentes in l. 79.
Tauri. versiculo, sed si non perseuera-
uerit, & Bosius in practica criminali. ti-
tulo de confessis per torturam. numer.
1. & Simancas de catholicis institutio-
nibus. titu. 65. numero. 67. Quinimo re-
25 quiritur, quòd indicia legitima præce-
dant torturam, & perseuerantia confes
sionis subsequatur eãdem, vt latè resol-
uit Iass. in l. qui in aliena. §. Celsus colũ
na. 5. ff. de adquirenda hæreditate. & De
cius in cap. At si clerici. in principio. nu
mero. 3. versiculo, octauo limitatur. de
iudicijs. Quorum resolutio vera est, ni-
26 si reus extra iudicium prius fuisset con
fessus delictum, & postea in tortura ite
rum illud confiteretur: nã tunc non es-
set necessaria perseuerantia, & ratifica-
tio post torturam, secũdum glossam fi
nalem in l. capit. quinto. ff. ad. l. Iuliam.
de adulterijs. quã sequitur Iass. in l. ma
gistratibus. num. 4. ff. de iurisdictione
omnium iudicum. & Cifuentes cũ plu
ribus ab eo relatis. in dicta. l. 79. Tauri.
versiculo, sed si nõ perseuerauerit. Præ
dicta tamen opinio optimis fundamen
tis refutatur ab Antonio Gomezio in
3. tomo Variarum. capit. 13. numero. 8.
propè finem. & à Blanco. in l. vltima. ff.
de quæstionibus. numero. 208. Displi-
cet etiam AEgidio Bosio in practica cri
minali. titul. de confessis per torturam
numero. 5. asserenti in practica non ob
seruari. & prædictam opinionem glos.
nec iure, nec ratione fundari, imò cru-
delem, inhumanam, & iniquam omni-
no esse testatur Simancas in. d. titul. 65.
27 numero. 70. Quæ ratificatio confessio-
nis fieri debet post spaciũ vnius diei na
turalis vigintiquatuor horarum, & ita
cõmuniter in præxi obseruatur ex An-
to. Gom. in. d. c. 13. num. 24. per text. in
l. 4. titulo. 30. part. 7. & Simancas in. d.
titulo. 65. numero. 71. vbi asserit, quòd
28 inquisitores in tertium diem solẽt diffe-
re prædictam ratificationẽ, & quòd
id benignius est, quia dolor tormẽtorũ
& vehemens animi perturbatio nõ du-
29 rat: nam quando dolor tormentorum
duraret, præsumeretur ratificatio facta
fuisse metu tormentorum, vt cum Ci-
no & Bald. resoluit Cifuentes in dict. l.
79. Tauri. versicul. decimo sexto requi-
ritur. & Simancas in. d. tit. 65. nu. 71. Et
quibus verbis iudex alloqui debeat reũ
tortum ad prædictam ratificationẽm
faciendãm paulò inferius dicemus.

30 Porrectò ex parte accusatoris prædi
cto libello, allegationis & [illegible]
torturæ, iudex mãdat eius copiã fieri
hiberi, & quod intra certũ terminũ ei-
dem respondeat, qui suum libellum al-
legationis producit forma sequenti.

Libel-

Libellus allegationis ex parte rei.

Illustre Señor.

31 SEyo preso en la carcel publica desta ciudad, en la causa criminal con Ticio por persona de mi procurador digo, que visto por v.m. el presente processo, hallara mis excepciones y defensiones bien, y cumplidamente prouadas con mucho numero de testigos mayores de toda excepcion, y en particular prueuo como soy buen Christiano, honrado, quieto y pacifico, y de buena fama, y tal que no se pueda presumir de mi semejante delicto, de que soy acusado: prueuo ansi mismo que al tiempo que hirieron al dicho Ticio en la plaça publica desta ciudad, estaua yo en la Vega, y que conforme a la distãcia del lugar, fue imposible en vn mismo tiempo poderle yo herir. Y tambien prueuo que el dicho Ticio fue el agressor, y que si yo le heri, fue para mi defensa, porque se prueua, que el dicho aduerso se fue para mi con la espada desembaynada. Otrosi prueuo que el dicho Ticio hizo pacto y transaction comigo, y me remitio todo el derecho que podia tener contra mi, por razon de la dicha question. Y finalmente prueuo, que conforme a la calidad de la persona del dicho aduerso, y a lo q̃ a su officio ganaua, y a la manera con que se trataua, que tan solamente merece dozientos ducados por la manquedad y gastos: y ansi por mi prouança se excluye la intencion del dicho aduerso, el qual no prueua cosa alguna que me pueda dañar, y perjudicar: porque los testigos por el presentados, son varios y singulares, deponen de oydas y vanas creencias, no concluyen ni dan razon de sus dichos, son parientes, criados, y amigos del dicho aduerso, y tales que se presume que en esta causa diran cõ afficion lo contrario de la verdad, y ansi los tacho y contradigo. Y en especial no me daña el dicho de fulano testigo por la parte cõtraria presentado, por quanto es mi enemigo capital, por tal causa, y por tal lo tacho y contradigo. Nime daña el dicho de fulano, por ser hombre infame, frequentador de tabernas, y acostumbrado a jurar temerariamente, y por tal le tacho y contradigo. Conforme a lo qual cõsta que deuo ser dado por libre de la dicha acusacion y demanda. Y en lo que toca al tormento pedido por el dicho aduerso, digo que no ha lugar de derecho, atento que la calidad de la causa [a] no lo requiere, y porque no ay bastante indicio para ello [b] que sufficientemente este prouado [c]: y caso no confessado que lo huuiera, no puedo ser puesto a question de tormento, por ser como soy hijo dalgo [d] de solar conoscido, de vengan los quinientos sueldos, segun fuero de España, y siendo tal, conforme a derecho no puedo ser puesto a tormento. Por ende a v.m. pido lo pronuncie ansi, y me mande dar por libre de todo lo por el dicho aduerso pedido, y en lo necessario el officio de v. m. imploro, pido justicia y costas, y juro a Dios y a esta Cruz ✝ que las tachas de

los dichos testigos, no las pongo de malicia ni por injuriarlos, y pido ser recebido a prueua dellas.

¶ Otro si para la determinacion desta causa [c], y los demas autos della tengo por sospechoso a V.m. y a los demas justicias seglares desta ciudad, y a fulano y fulano letrados, y por tales sospechosos los recuso. Y pido y requiero a V.m. y a los demas recusados, las vezes que puedo y deuo, que no sentencien esta causa, ni V. m. prouea otro auto alguno sin acompañado, y lo contrario haziendo protesto la nullidad dello, y lo que protestar me conuiene, y pidolo por testimonio, y juro en forma que esta recusacion no hago de malicia.

Expositio supra dicti libelli.

a Diximus in isto libello, Attenta la
32 calidad de la causa. Ista clausula apposita fuit ad notandum, quòd non in qualibet causa criminali reus debet
33 torqueri: sed tantum in atroci & graui, iuxta text. in l. editum. ff. de quæstionibus. & ibi notant Bartolus & communiter alij ex AEgidio Bosio in pract. criminali. titulo de indicijs. & considerationibus ante torturam. numer. 92. Simancas de catholicis institutionibus. titulo. 65. num. 62. Et quæ dicantur cau-
34 sæ graues & atroces explicat Bart. in. l. non solum. §. si mandato. ff. de iniurijs. & Platea. in. l. si grauius. C. de dignitatibus libro. 12. Felinus in capit. cum illorum. columna. 4. versic. in eadem glos. de sententia excommunicationis. Bosius in dict. titu. de indicijs. num. 93.

b Diximus, Ay indicio bastante para
35 ello, &c. Ista clausula apposita fuit ad denotandum quòd reus non debet tor-
36 queri, nisi præcedentibus legitimis indicijs, vt in. l. 1. in principio. & in. l. fin. ff. de quæstionibus. & vtrobique Bart. & communiter DD. Hippolytus in. l. quæstionis. col vltima. ff. de quæstionibus. & in practica criminali. §. diligenter. Simancas de catholicis institutionibus. titu. 65. à numero. 13. Menochius libro. 1. de arbitr. quæstione. 84. numero. 1. Et
37 quæ dicantur legitima inditia & sufficientia explicat Bosius in pract. criminali. titu. de inditijs, & considerationibus ante torturã. & Gomezius in. 3. tomo. c. 13. nu. 7. & Menoch. lib. 2. de arbi. Centuria. 3. calu. 270. à num. 2. & quod hoc relinquatur arbitrio iudicis firmat Rojas in secunda parte. de hæret. numero. 291.

c Diximus, Ni que sufficientemente
38 este probado, &c. Ista clausula apposita fuit ad denotandum, quod inditia legi-
39 tima debent probari: quæ probantur per vnum testem deponentem de ipso facto, & delicto per actum visus, secundum glo. in. l. 3. C. ad. l. Iuliam maiestatis. verbo, conuictus. receptam communiter à doctoribus ibi, & ab Ant. Gom. in dicto capitulo. 13. numero. 7. &. 18. & à Bosio in dicto titulo de inditijs numero. 8. Quod intellige verum dũmo-
40 dò ille vnicus testis sit omni exceptione maior, vt in. l. 1. versiculo, idem Cornelio. ff. de quæstionibus. & ibi notat Bartol. & alij communiter. idẽ Bart. & alij in. l. maritus. ff. de quæstionibus. & probatur in. l. 3. titulo 30. part. 7. & in. l.
41 10. titulo. 11. partit. 3. Sed si testis deponat de circunstantijs facti, & sic de inditio remoto, ex quo præsumitur delictũ tunc per duos testes cõtestes inditium probari debet, secundum glossam singularem in. l. fi. verbo, vel inditijs. C. fa-

miliæ

milliæ herciſcundæ, receptam à Bartol. Baldo, & Saliceto, ibi. & notat Hippolytus in. l. fi. num. 6. ff. de quæſtionibus. & Iaſſ. in. l. admonendi. ff. de iure iurando in ſecunda lectura. num. 153. & Boſius in titulo de inditijs. num. 5. Qui duo teſtes deponétes de inditio remoto debent eſſe omni exceptione maiores, vt eruditè reſoluit Anto. Gom. in. d. num. 18. contra alios DD. alias confeſsio facta in tormentis, non præcedentibus legitimis inditijs & probatis, non præiudicat confitenti, nec ex ea condemnari debet, vt probatur in. l. penult. ff. de quæſtio. ſecundum lecturam, quã Barto. & omnes communiter ſequuntur, & omnes moderni in. ca. at ſi clerici. in proprio, extra de iudic. quos & alios ſequitur Decius ibi. numero. 3. verſiculo. octauo limitatur. etiam ſi confeſſus perſeueret in illa confeſsione, ſecundum magis communem opinionem, à qua non eſſe recedendum putat Iulius Clarus lib. 5. receptarum. §. fina. quæſtione 55. num. 14. & in quæſtione. 64. num. 9. teſtatur quod ab hac opinione nemo diſcrepat, quæ obtinet etiam ſi poſt illam confeſsionem factam in tormentis, non præcedentibus indicijs, legitima indicia ſuperueniant, adhuc enim illa confeſsio non conualidatur, vt Decius & Iulius clarus vbi ſupra reſoluũt.

d Diximus, Por ſer como ſoy hijo de al
42 go, &c. Iſta clauſula apponitur ad denotandum, quòd licet regulariter quili-
43 bet poſsit torqueri, qui non reperiatur prohibitus, vt in. l. 1. iuncta communi opinione doctorum. ff. de quæſtionibus. tamen multi excipiuntur, qui non
44 poſſunt torqueri, vt puta nobilis, ex Ri
nobilis pa in. l. Centurio. num. 14. ff. de vulgari. & probatur de iure regio. in. l. 2. tit. 30. part. 7. l. 24. titu. 21. part. 2. & in. l. 4. & 5. titu. de los hijos dalgo. nouæ Recopil. & in. l. 13. titu. 7. libr. 2. Recopil. & reſoluit Otalora de nobilitate in. 5. par. cap.
impubes 45 fin. nume. 4. Item impubes non poteſt torqueri, vt in. l. 1. §. occiſorum. verſic. impuberi. ff. ad Senatus conſultum Syllanianum. & in. l. de minore. ff. de quæſtionibus. Similiter ſenex conſtitutus ſenex
46 in ætate decrepita non poteſt torqueri, vt in. l. ſiquis in graui. ff. ad Syllania-
47 num. Pari modo miles, & doctor, non miles & doctor poſſunt torqueri, vt in. l. milites. C. de quæſtionibus. nec etiam de curio, vt in. l. Diuo Marco. & in. l. decuriones. ff. de quæſtionibus. & tradit Bernardus Diaz in practica criminali. capit. 117. Petrus Dueñas in Regula. 190. limitatione. 3. & Iulius Clarus libro. 5. ſententiarum. §. finali. quæſtione. 64. numer. 24.
48 Nec etiam mulier pregnãs, vt in. l. preg mulier pregnans
nantis. ff. de pœnis. nec aliæ plures perſonæ exceptæ à lege. 2. titulo. 30. partit. 7. & à Ciſuente in. l. 79. Tauri. & à Boſio in dicto titulo de indicijs. numero 102. cum ſequentibus, vbi reſoluit clericum poſſe torqueri, iuxta tex. in cap.
49 1. depoſito. & hanc teſtatur communẽ opinionem Panormita. in capit. cum in contemplatione extra de regulis iuris in libro decretalium, reſoluentes clericum torqueri non poſſe, niſi infamatus ſit de crimine, & inditia ſimul contra eum ſint, & eorum opinionem dicunt communem Simancas de inſtitutionibus cathol. titu. 65. nume. 47. & Didacus Perez in. l. 1. titu. 3. libr. 1. ordin. col. 106. verbo. non debet. tamen prædictã communem opinionem in pract. non obſeruari credit Iulius Clarus vbi ſupr. aſſerẽs ſola indicia ſufficere vt clericus torqueri poſsit: cuius opinionem ante eũ tenuit Alcia. in. c. 1. de offi. ord. n. 43. quẽ refert & ſequitur Simãcas. in. d. tit. 65. nu. 48. cuius opinionẽ verioré & probabiliorem eſſe dicens, & adijciens clericos & monachos præſertim ſacerdotes rarius & mitius eſſe torquẽdos propter dignitatem ſacerdotij, & periculũ excõmunicationis, ſi modus quęſtionis excederetur, ad hãc opinionẽ citãs præpoſitum in ca. illi qui. 5. q. 5. Silueſtrum

in ſumma verb. inquiſito. 2. §. 9. & Ber. Diaz in. d. ca. 117. qui omnes reſoluunt quod quando clericus torturæ ſubijciẽdus fuerit nõ à miniſtro ſeu tortore laico torqueri debebit, niſi clerici inueniri non poſſent, qui id facere ſciãt aut velint, nam tunc à miniſtris laicis clericus
50 torqueri poterit. Tamen in crimine hęreſis omnes illi torquẽdi ſunt, qui in crimine læſæ maieſtatis humanæ torqueri poſſunt: quia longè grauius eſt diuinam, quàm temporalem lædere maieſtatem, ac proinde nobiles, milites, decuriones, doctores, & omnes, qui quantalibet prærogatiua præfulgent, in crimine hæreſis, & in crimine læſæ maieſtatis humanæ torqueri poſſunt, iuxta text. in l. 3. & 4. C. ad l. Iuliam maieſtatis. & in l. decuriones. C. de quæſtionibus. & in l. de minore. ff. de quæſtionibus. & in l. proditores. ff. de re militari. & in Authen. Gaçaros. C. de hæreticis. & in c. vergentis. de hæreticis. Hippolytus in l. edictum. ff. de quæſtionibus. Couar. lib. 2. Variarum. c. 9. Grillan. in Tractatu de quæſtionibus & tortura. quæſtione. 6. Gregorius Lupus in dicta l. 2. titulo. 30. part. 7. verb. cauallero. Boſius in practica criminali. titu. de indicijs. num. 121. & in titulo de tortura reorum. num. 20. Anton. Gom. in. d. c. 13. num. 4. Quo fit, quod minores viginti quinque annis propter ſuſpitionem hęreſis, & læſæ maieſtatis torqueri poſſunt, minores etiam quatuor decim annis terreri poterunt, & habena vel ferula cædi, vt. l. 1. §. impuberi. & in. l. excipiuntur. ff. ad Syllanianum. & in. l. de minore. & ibi Hippoly. ff. de quæſtionibus. glo. in. l. 3. §. idem Diuus. ff. de teſtibus. Grilandus in Tractatu de quæſtionibus. Fit etiam, quod clerici, monachi ſancti moniales, & cæteri omnes religioſi torqueri poterunt, propter crimẽ hæreſis, iuxta text. in cap. 1. de depoſito. & in cap. ad abolẽdam. §. vltimo. de hæreticis. & reſoluit Simancas in. d. tit. 65.
51 num. 44. cum duobus ſequentibus. Et an prædictæ perſonæ priuilegiatæ poſſint terreri, iam quod non poſſint torqueri, reſoluit Boſius in. d. nu. 121. & in d. titu. de tortura reorum. nu. 20. & Antonius Gomezius in dicto capit. 13. numero. 4.

e Diximus in fine libelli, Otro ſi para la *Materia Recuſationis*
52 determinacion, &c. Per hanc clauſulã iudex ſuſpectus recuſatur: de qua recuſatione erunt videnda, quę reſoluiſti in prima parte huius primi Tomi in Tempore decimo. Et vltra ibi poſita, aduerte: quod licet in cauſis ciuilibus ipſemet iudex recuſatus poſsit aſſumere ſecum ſocium probũ, & candidũ, vt ibi diximus tamen in cauſis criminalibus de iure re
53 gio in foro ſeculari iudex recuſatur non aſſumit ſecum ſocium, ſed nominantur per conſiſtorium loci duo decuriones, cum quibus iudex recuſatus aſſociandus eſt, & prędicti decuriones debent ſecum habere aſſeſſorem literatũ, & omnes ſimul debent procedere in
54 cauſa criminali vſque ad ſententiam incluſiue: & ſi iudex recuſatus non ſe componat cum aſſeſſore decurionum, decuriones debent requirere iudicem, vt ſe concordet: qui ſi noluerit, tunc debent cum ſuo aſſeſſore proferre ſentẽtiam, & adeundus erit ſuperior. Nec vo
55 tum duorum decurionum prævalebit voto vnius iudicis recuſati: nam votum duorum reputatur pro vno, & votum
56 iudicis pro alio: ſi verò cum voto iudicis recuſati concordaret votum vnius decurionis, tunc prævalebit ſentẽtia iudicis cũ iam ſit maior pars, ita colliges ex. l. 1. titu. 16. lib. 4. Recop. & explicat Auen. in capitibus prætorũ in. 2. par. c. 23. nu. 12. & Didac. Perez in. l. 1. tit. 5. lib. 3. Ordin. col. 966. Quæ forma & praxis verſatur in loco, vbi ſunt decuriones, id
57 eſt, dõde ay regimiẽto. At vero in loco vbi non eſt conſiſtorium, tũc iudex recuſatus etiã in cauſa criminali aſſumit ſecum quatuor viros prouidos, qui in-

ter se sortiri debent, qui duo eorũ procedere debeant cum iudice recusato, vt expressè probat text. in. l. 1. tit. 16. lib. 4. Recopilationis.

Porrectis prædictis libellis allegationis ab vtraque parte, iudex animaduer
58 tere debet, an repulsæ oppositæ contra personas, & dicta testium legitimę sint necne: & si inuenerit legitimas esse, recipiet partes ad probationem super eisdem, eodem pacto, quo diximus in prima parte huius primi tomi, in nono Tępore. Inspicere etiam diligenter debebit iudex, an ad torturam perueniri possit, & debeat. Circa quem articulũ, ob-
59 seruare debebit plura, quæ requiruntur adhoc, vt ad torturam peruenire possit, quæ congerit Hipolytus in. l. 1. in princip. ff. de quæstionibus. Cisuentes in. d. l. 79. Tauri. col. 6. & Simancas in tit. 65. à num. 13. Animaduertere enim iudices semper debent, vt ante oculos Deum
60 habentes, neminem prius torqueant, quam id fieri iura permittant, nec leuiter moueri debent ad homines torquẽdos, alioquin si per imperitiam nõ seruatis ad vnguem omnibus requisitis, extra casum à iure expressum torserint hominem, tenentur pro modo dãni, & culpæ reo satisfacere, nedum in foro exteriori, verùm etiam in foro conscien-
23 culo,ne quidem. columna.3. Similiter inquit Bartolus vbi supra, quod quando interlocutoria habet vim diffinitiuę ab ea potest appellari: & exemplificat hoc in sententijs interlocutorijs negatiuis, vt puta si iudex pronuntiet nō esse procedendum ex eo,quòd accusator non egit intra tempus ei præfixum, vt in. l. Titia. ff. de accusationibus. vel si pronuntiet se non esse iudicem, vt in cap.significantibus.de officio delegati. quem ad hoc notat Baldus in.l.2.num. 12.C.de episcopali audientia. vel si pronuntiet non esse procedendum propter exceptiones obiectas, ita docet Bartolus vbi supra.numero.13. & numero. 16.& ibidem testatur.numero.16. & numero.17.appellationem interponi posse etiam à sententijs interlocutorijs affirmatiuis, vt puta si iudex pronuntiet procedendum esse in causa, reiecta exceptione dilatoria, qualis est exceptio inepti libelli,aut illa quæ respicit inhabilitatem agentis,vel si peremptoria opponatur,quæ impediat litis ingressum, qualis est exceptio rei iudicatæ,transactionis,aut iurisiurandi:nam in his speciebus inducitur vexatio irreparabilis aduersus opponentem exceptiones, & Bartolo in hoc consentit Baldus vbi supra.numero.5.&.6.& Angel.in.l.2.numero.6 ff. de appellationibus recipiendis.& cum hac opinione Bartoli & sequacium transit Alexander Stiaticus in practica iudiciaria.capitu. 4. numer.6.
24 Sed ista vltima opinio Bartoli & sequacium non est admittenda, aliàs passim deferendum esset appellationi interpositæ ab interlocutoria super omni exceptione dilatoria,quia facile posset considerari vexatio facti. Præterea à Bartolo non suffragatur tex.in.l.4.ff.de appellationibus recipiendis. quia non debet

sumi argumentum à contrario sensu ad correctionem regulæ prohibentis appellationem ab interlocutoria,iuxta text.in cap.à nobis.cl.2.de sententia excommunicationis.& huiusmodi impugnatio Bartoli deprehenditur ex.l.3.titulo. 16. libro quarto Recopilationis. vbi disponitur, appellationem ab interlocutorijs affirmatiuis super exceptionibus dilatorijs solummodo admittendam esse in tribus casibus.ergo manifeste constat in alijs denegatam esse,argumento text.in.l.cum prætor.ff.de iudi. & supradictæ limitationes Bartoli cōprobantur iure regio in dicta.l.10. titu.
25 7.libro.2.Recopilationis. De iure autē Canonico appellatio ab interlocutoria indistinctè admittebatur,vt in capit. super eo.cl.2.de appellationibus.cū mille complicibus.Hodie vero per Concilium Tridentinum,Sessione vigesima quarta de reformatione.capit. 20. in principio. etiam in foro canonico appellatio ab interlocutoria sublata est,nisi interlocutoria habeat vim diffinitiuæ, vel contineat grauamen irreparabile per diffinitiuam. & idem dispositum est in causis criminalibus ab eodem Cōcilio Sessione.13.de reformatione.cap.1.in fi
26 ne.Quæ decreta Concilij procedunt in interlocutorijs latis tā à iudice ordinario,quam à delegato, tam in prima instantia quam in secunda: quia nō sunt correctoria iuris communis,sed potius declaratoria,cum ius canonicum antiquum declarent:nempe quod in quanquantum simpliciter dispoſuerat, ab interlocutorijs esse appellandum intelligatur verum, quādo interlocutoriæ haberent vim diffinitiuæ, vel inducerent grauamen irreparabile. & lex declara-
27 toria extendi debet ad casum similem, secundum Bartolum receptum in.l. si constante.numero.43.ff.soluto matrimonio.Rursus & si fateamur,prædicta decreta correctoria esse, adhuc tamen extendenda sunt ad similem casum ex

identitate rationis aſsignatæ in eis, ſecũ dum DD. in Authentica, quas actiones C. de ſacroſanctis eccleſijs. ſed in dicto Decreto vigeſimo diſponitur, quod cauſa in prima inſtantia terminetur biẽ nio, & quod ab interlocutorijs non ap pelletur. ergo mẽs & ratio concilij eſt, ne biennium illud conſummatur in in terponendis appellationibus ab inter locutorijs: ſed in ſecunda inſtantia ver titur eadem ratio, imo maior cum vno anno terminari debeat, vt in cap. cum ſit Romana. de appellationibus. ergo etiam appellatio cẽſetur prohibita ab interlocutorijs latis in ſecunda inſtan tia: nam quando eadem ratio vertitur in ſecunda inſtantia diſpoſitum in pri ma inſtantia extenditur ad ſecundam inſtantiam ex reſolutis per Aretinum in cap. fraternitatis. num. 7. de teſtibus.

28 Præterea quando maior fauor vertitur in extenſione legis, quã in reſtrictione, eius extenſio fieri debet ex identitate rationis, ſecundum Alexandrum in di cta. l. ſi conſtante. numero. 5. ſed in hac ſpecie maior fauor verſatur in extenſio ne, nempe fauor Reipublicæ cum eius interſit, quod finis litibus imponatur, quam in reſtrictione, in qua tantum fa uor priuati appellantis vertitur. ergo, &c. deprehenditur etiam intellectus iſte ex regula. 35. cancellariæ à Summo Pontifice Gregorio decimotertio poſt Concilium Tridentinum promulgata, & ad eiuſdem Concilij explicationem emanata: vbi indiſtinctè diſponitur, quod in cauſis in Romana curia pen dentibus, & quæ in poſterum contigerit agitari non licet ante diffinitiuam appellare. Ex quibus plane conſtat, ſu blatam eſſe appellationem ab interlo cutoria lata etiam in ſecunda inſtantia cum attento Concilio Tridentino in dicto cap. 20. in principio, in Curia Ro mana cauſæ eccleſiaſticæ non debeant agitari, niſi per appellationem à diffini tiua. ergo cẽſetur ſublata appellatio ab interlocutoria lata nedum in prima in ſtantia, verumetiam in ſecunda. Et de hac appellatione ab interlocutoria ha betur apud Luſitanos in Ordin. lib. 3. ti tu. 53. per totum.

Septimo erit videndum qualiter ap pellatio interponi debeat, & erit dicen 29 dum, quod appellatio aliquando inter ponitur viua voce verbaliter, vt puta 30 quando incontinenti poſt prolationẽ ſententiæ grauatus viua voce appellat, & facit eã redigi in actis proceſſus per 31 notarium: aliquando vero in ſcriptis, in terponitur, quando poſt latam ſenten tiam grauatus ex interuallo appellat, iuxta tex. in. l. litigatoribus. C. de appel lationibus. & cap. ei qui. 2. quæſtione. 6. & reſoluit Maranta de ordine iudi ciorum. 6. parte. titulo. de appellatione numero. 124. & Damhouderius in pra xi. capit. 236. Et in ſcriptis dicitur appel lari, quando porrigitur libellus appella torius ſcriptus, alias quando viua voce appellans dictaret, & tabellio ſcriberet non diceretur appellatio in ſcriptis, ſed potius viua voce facta, ſecundum Ma rantam in dicto titulo de appellatione. 32 numer. 127. Et eſt aduertendum, quòd à ſententia diffinitiua vel ab interlocu toria habente vim diffinitiuæ viua vo ce incontinenti appellari poteſt, ſecun dum Peruſinum in cap. vt debitus ho nor. columna. 8. verſiculo. ſeptimo quę ritur. extra de appellationibus. & Marã tam in dicto titulo de appellatione. nu mero. 124. & numero. 180. tamen ex in teruallo à quacunque ſententia appel landum eſt in ſcriptis, nec ſufficit viua voce, vt in dict. l litigatoribus. & in. l. 1. §. fina. ff. de appellationibus. Quod eſt verum, niſi in cauſis breuioribus, à qui bus etiam ex interuallo viua voce po terit appellari, ſecundum Baldum in. l. maioribus. C. de appellationib. Et quæ dicantur cauſæ breuiores, habetur in Authentica. niſi breuiores. iuncta gloſ. in ibi. C. de ſententijs ex breui loco re-

citan-

citandis. & in isto nostro regno quæ causæ dicantur breuiores obseruat Didacus Perez in Rubrica. titulo. 1. libro tertio ordinamenti. columna. 750. cum
33 sequentibus. At verò à sententia interlocutoria in casibus, in quibus potest appellari, semper appellãdum est in scriptis, siue in continenti siue ex interuallo, vt in capitulo. 1. de appellationibus. in. 6. & docet Speculator titul. de appellationibus. §. qualiter. & Barto. in. l. eius. ff. de appellationibus recipiendis. Perusinus in dicto capitulo. vt debitus. colũna. 7. versicul. secundo quæritur. & notat Castrensis in Consilio. 270. volumine. 2. in principio. & Romanus Consilio. 4. tamen ab interlocutoria habente vim diffinitiuę in continẽti poterit appellari viua voce, vt supra proxime re-
34 soluisti. Rursus in appellatione à diffinitiua causa grauaminis nõ debet exprimi, vt in. l. scio. & ibi glossa. fin. ff. de appellationibus. gloss. & communiter Doctores in capit. cum in ecclesia. extra de appellationibus. Similiter in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ expręssio causæ non requiritur, arguendo ab æquiparatis, & ita in terminis firmat Perusinus in capit. 1. numero 6. de appellationibus. in. 6. & testatur communem opinionem Decius in capit. peruenit, el. 2. extra de appellationi
35 bus. Quæ resolutio est vera, nisi quando appellatio in aliquo casu prohibita est à iure, vel à Principe: tunc enim causa debet exprimi tam in appellatione à diffinitiua, quam in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, secundum glossam in capit. Romana. §. si autem. verbo, Mandetur. de appellationibus in. 6. communiter receptam ex Decio in capit. ad nostram. numero. 13. extra, de appellationibus. Cæterùm in appellatione à sententia interlocutoria continente grauamen irreparabile, specialiter & nominatim causa grauaminis debet exprimi, per text. in capit. 1. de appellationibus in. 6. iuncta Clemẽtina. appellanti. eodem titulo. & ita resoluit Baldus in. l. minoribus. numero. 5. C de his, quibus vt indignis. In quo casu solummodo hodie habet locum textus in dicto capitulo. 1. in foro Ecclesiastico; tamen in foro seculari etiam habet locum in [illegible] tribus casibus, in bus ab interlocutoria potest appellari vt habetur in. l. 3. titulo. 18. libro. 4. Re-
36 copilationis. Præterea appellatio continere debet nomen appellantis, & appellati, continentiamque sententiæ, à qua appellatur cum relatione iudicis à quo, & iudicis ad quem, vt in. l. 1. §. finali. &
37 ibi Bartol. ff. de appellationibus, sufficit tamen in appellatione apponere nomẽ officij iudicis à quo, licèt nomen proprium non apponatur, vt docet Barto. in dicta. l. 1. §. fina. numero. 6. Similiter sufficit quod appellatio generaliter fiat non expresso nomine proprio iudicis ad quem, vt puta si solummodo dicatur, appello ad iudicem competentem, iuxta text. in. l. qui Romæ. §. Seia. ff. de verborum obligationibus. Quæ resolutio procedit tã de iure ciuili quã de iure canonico, vt contra Panormit. resoluit Decius in capitul. inter cætera. numero. 4. de appellationibus. & Perusinus in capitulo. dilecti. el. 2. quæstione 17. extra de appellationibus. & subscribit Alexand. in dicto. §. Seia. numer. 3. & ita praxis obseruat. Quæ opinio procedit non ea ratione videlicet, quia secundum iuris ordinem censetur appellatio interposita ad proximum superiorem, vt communis opinatur (sic enim censeretur appellatus Papa, qui est maximus omnium ordinarius, vt optime pungit Socinus. num. 3. & Iaff. num. 17. in dicto. §. Seia.) sed ex alia ratione prædicta opinio procedit, nempè quia in pe
38 tendis apostolis exprimitur iudex ad quem, vt in capit. post appellationem. versiculo. forma. 2. quæst. 6. vel quia saltim prosecutio appellantis sequuta citatione

tatione declarat iudicem, vt colligitur ex Rota noua. 209. aliàs. 303. sub titulo.
39 de appellationibus. Appellatio vero alternatiua, vt puta, si dicatur appello ad Archiepiscopum, vel ad Papam, nó valet, secundum glossam in capit. si is, qui. verbo, Durante. de officio delegati. in libr. 6. receptam à Decio in cap. 2. num. 6. & ibi Felino. numero. 2. extra de appellationibus. & Perusino in cap. dilecti. el segundo. eodem titul. quæstione. 19. & Aretino in dicto. §. Scia. numero. 19. Quæ opinio vera est, quando appellatio fuit à iudice recepta, & iudex assignauit terminũ ad eius prosecutionem: quia cum talis assignatio termini habeat vim peremptorij, in tantum quod contra absentem poterit procedi ac si peremptoriè fuisset citatus, vt in capit. sæpè. de appellationibus. Interest appellãtis scire coram quo iudice debeat comparere: sed si appellatio non fuit recepta à iudice, nec terminus prosequutionis fuit præfixus, tunc bene valet, cũ exigatur citatio ex qua appellatus certior efficiatur, coram quo iudice comparere debeat, ita colligitur ex text. supra citato. & firmat Dominicus in capit. si is qui. numero. 3. receptus à Præposito in capit. si quis. 2. quæstione. 6. numero. 1. Requiritur etiam, quod in
40 appellatione Apostoli petantur, alioquin appellatio non valebit, vt cum Innocentio resoluit Maranta in dicto titulo. de appellatione. numero. 119. debentque peti instanter, instantius, & instantissimè, & sæpè, sepius, & sæpissimè, vt in capit. ab eo. & in capit. vt super. de appellationibus. in libr. 6. Sufficit tamen, quod vnico actu sæpius petantur in vno & eodem libello, vt in Clementina. quanuis. de appellationi-
41 bus. Dicuntur enim Apostoli quædam missio, quæ fit per tabellionem in testimonio de iudice à quo ad iudicem ad quem, vt ipse instruatur ex actis processus, vt in dicta Clementina quanuis. & ibi gloss. verbo, Apostoli. appellanturque ab Apò, id est, D-, & Stolon, id est,
42 missio, quam facit vnus vnus iudex ad alium: & huiusmodi Apostoli, id est, literæ demissoriæ sunt aut reuerentiales aut testimoniales, aut refutatorię, quod colligitur ex responso præstito à iudice à quo quando appellatio interponitur. Nam si respondeat, se non intulisse grauamen appellanti, tamen propter reuerentiam superioris defert appellationi, tunc istæ literæ demissoriæ dicuntur reuerentiales: quando vero iudex à quo nec defert appellationi, nec eam denegat, sed dicit quod audit, tunc dicuntur literæ testimoniales; sed si expresse appellationem deneget, dicuntur refutatoriæ. Ita colliges ex Speculatore in Quarta Parte. titulo. de Apo-
43 stolis. Denique appellatio fieri debet de minori ad maiorem iudicem, vt in. l. 1. §. si quis. ff. de appellatio. & in capit. non putamus. de consuetudine. in lib. 6. resoluunt Panormitan. & Felin. in Rubrica de appellationibus. debetque gradatim ad iudicem maiorem immediatum & non omisso medio interponi, vt in. l. imperatores. ff. de appella. l. præcipimus. C. eodem titul. in cap. dilecti. 3. de appellat. cap. Metropolitanũ. 2. quæstione. 7. tamẽ de iure regio ad ipsum regem omisso medio appellari potest iuxta text. in. l. 18. titulo. 23. parti. 3. Quo fit quod licet Domini oppidorũ ex legitimo titulo habeant ius primarum appellationum, tamen eorum subditi liberè poterunt omisso medio ad regem, vel eius curiam, aut cancellarias appellare iuxta text. in. l. 1. titulo. 1. libr. 4. Recopilationis. & resoluit Couarru. in practiç. quæstioni. capit. 4. numer. 9. & libellus appellationis concipitur forma sequenti.

(?)

LIBEL-

LIBELLVS APPELLATIONIS.

Illustre Señor.

44 HIeronymo Hernandez en la causa con Hernan Rodriguez, digo que la sentencia que vuestra merced dio y pronuncio contra mi, y en fauor del dicho aduerso, en que en effecto me condemno a que diesse y pagasse al dicho aduerso cien ducados, segun en la dicha sentencia se contiene, cuyo tenor auido por repetido, y a el me refiriendo, hablando con el acatamiento deuido, [a] es ninguna, [b] (y do alguna) injusta, y muy agrauiada, digna de ser reuocada por lo siguiente. Lo primero por todas las razones de nullidad, y agrauio que del processo resultan, y se pueden collegir que he aqui por insertas. Lo otro, porque no fue dada a pedimiento de parte, ni cõtra parte, en tiempo ni en forma. Lo otro, porque yo no fuy citado [c] para la ver dar, ni el processo estaua en tal estado, ni en dar la seguardo el orden del derecho. Lo otro, porque yo proue bien y cumplidamente mi intencion, y mis exceptiones, y defensiones, y deuiendo las vuestra merced dar por tales bien prouadas, y absoluerme de la demanda, las dio por no prouadas, y me condemno. Por las quales causas, [d] y qualquier dellas, y por las que ante el superior protesto dezir, y alegar sintiendome agrauiado, saluo iure nullitatis, [e] y otro deuido remedio, appelo de vuestra merced y de la dicha sentencia en quanto contra mi haze, y no en mas, ni allende para ante los Señores [f] Presidentes y Oydores, que residen en la Real Chancilleria de Valladolid, so cuya protectiõ y amparo pongo mi persona y bienes y esta causa, y pido los apostolos desta mi appellacion sæpe, sæpius, & sæpissimè, instanter, instantius, & instãtissimè, con todas las instantias, y afincamientos, que de derecho se requieren. Y si esta appellacion tacita o expressamente denegada me fuere añadiendo agrauio a agrauio, y fuerça a fuerça, y appellacion a appellacion, iterum appello de la dicha denegacion, segun y para ante quien appelado tengo, y pidolo por testimonio, y a los presentes ruego dello me sean testigos, para en guarda de mi derecho y justicia.

Expositio libelli appellationis.

a 45 DIximus con el deuido acatamiẽto, &c. ad denotandum, quòd appellans non debet conuitiari iudici à quo, alias puniri debet, vt in. l. illud. la. 1. ff. de appellationibus. & in. l. 12. titulo. 18. libro quarto Recopilationis. nec ex diuerso iudex à quo conuitiari debet appellanti, vt in. l. iudici. ff. de iniurijs. & in. l. & in maioribus. C. de appellationibus. & in. d. l. 12.

b 46 Diximus, Es ninguna, y do alguna injusta. &c. Quæ clausula procedit ex gl. fina.

fina.in.l.1.C. quando prouocare nō est necesse.& tradit ibi Bald.num.13. Bart. in.l.si expresim.num. 4. ff.de appella. Decius in cap.pastoralis num. 2. de exceptio.& in cap.dilecto.num. 6. de appellat. Bancius. tract. de nullitat.text. quot et quibus modis.num.11.

c Diximus, Y no fuy citado,&c. Quæ clausula procedit ex his quæ resoluisti in prima parte huius primi tomi in decimo Tempore, paulò post principiū.

d Diximus, Por las quales causas,y las 47 que ante el superior, &c. ad denotandum,quod appellatio à diffinitiua sen-48 tentia,nedum iustificari potest ex actis & causis deductis in prima instātia,verum etiam ex nouis causis & nouis probationibus deductis in secunda instantia,vt in.l.per hanc. & ibi Doctores.C. de temporibus appellationum. & in.l. eos.§. siquid autem. C. de appellationibus.& habetur in capitul. fraternitatis. extra de testibus. & pro regula consti-49 tuit Dueñas in Regula.48. At vero appellatio ab interlocutoria nō potest iustificari ex nouis causis,sed exprimis deductis in prima instantia iustificari debet,vt in Clementina.appellanti de appellationibus.& docet Barto.in.l.eius, qui.numero.8.ff.de appellationibus recipiendis.& pro regula cum. 7. fallentijs tradit Dueñas in regula.47.&iuxta text.capit.Romana.§.cum autem.cum duobus sequentibus. de appellationibus.in.6.quod comprobatur in Concilio Tridentino,Sessione.22.de reformatio.cap.3.

e Diximus, Saluo iure nullitatis, &c. 50 ad denotandum, quod appellans non vult confirmare sententiam nullā per appellationem. Quæ clausula attento communi stylo & praxi,& pro cautela apponitur in appellatione,ita docet Butrius in capitulo.1.nu.6. de sententia & re iudicata.tamen attento iure hæc clau-51 sula non est necessaria: nam regulariter de iure sententia nulla per appellationem non efficitur aliqua,vt firmat gl; fina.in capit.1.de sententia & re iudicata.& glos.in cap.fin.verbo,Necesse.de sententia & re iudicata.in.6.& gloss.fina. in Clementina si appellationem. de appellationibus. pro quibus glosis est text.in.l.si expresim.ff.de appellationibus.& ita resoluit Perusinus in cap.dilecto.quæstione.8. & ibi Felinus. nume. 17. extra de appellationibus.

f Diximus, Para ante los señores pre-52 sidente y oydores,&c. Per hanc clausulam exprimitur nomen iudicis ad quē, & sufficeret dicere, Para ante quien, y con derecho deuo,vt supra resoluisti in isto capitulo. numero. 38. in medio. Y aduierte se que las appellaciones de las sentencias diffinitiuas, y de las interlocutorias,en los casos que han lugar,dadas por los juezes ordinarios en las causas ciuiles han de yr y van a las Chā cillerias,vt in.l.12.titulo.5. libro.secundo Recopilationis excepto algunas causas, cuya apelacion va para Consejo real,quas congerit lex.20.titu.4.lib.2. Recopila. Anſi mismo las appellaciones de las sentencias en causas ciuiles dadas por los ordinarios en los adelantamientos de Castilla,Leon,y Campos de seys mil marauedis, y de ay abaxo han de yr y van a los alcaldes mayores de los dichos adelantamientos, vt in.l. 76.titulo.4.libro.3. Recopila. Item las appelaciones de las causas ciuiles de diez mil marauedis para baxo,van a los ayuntamientos,y regimientos de los lugares,adonde se dan, vt in.l.7.titulo.18. lib.4.Recopil. excepto las appellaciones de las causas ciuiles de seys mil marauedis para baxo, que se comiēçan en los adelantamientos ante los alcaldes mayores, las quales no van a los ayuntamientos, fino a las Chancillerias, vt in.l.49.tit.4.libr.3.Recopilationis. Similiter las appelaciones de las sentencias que se dan dentro de ocho leguas do reside la Chancilleria, aunque sean

de

de menor quantia de diez mil maraue-
dis,van a la Chancilleria,vt in.l. 7. titu.
18.libr.4.Recopil.Las appellaciones de
las cauſas criminales no van a los oydo
res de las Chancillerias,ſino a los alcal
des del crimen, que reſiden enellas, vt
in.l.1.& per totum.titu.7.lib.2.Recop.
Los quales no admitten appellació de
interlocutoria, ſaluo ſi tiene fuerça de
diffinitiua,o grauamen irreparabile, vt
in.l.10.titulo.7.lib.2. Recopila. & ſunt
videndæ leges remiſsiue poſitę in noua
Recopil.poſt.l.fin.titu.18.lib.4.Recop.
ex quibus conſtat appellationes cauſa-
rum apud quos iudices ſint interponen
53 dæ. Huiuſmodi libellus appellationis
forma ſupra dicta conceptus, porrigi
debet corã iudice à quo,vt probat text.
in clement. 1. ibi coram ipſis de appel-
latio.deciſio Rotæ.366. de appellat. in
nouis.Innocen. relatus à Baldo in cap.
cum olim colum.1.de dolo & cõtum.
& hanc teſtatur communem opinio-
nem Nauarrus in relect.cap.cum con-
tingat de reſcriptis. cauſa ſexta nullita-
tis.num.10.& reſoluit Peruſinus in ca
pit.fin.colum.4.de appellationibus. &
ſi copia iudicis non poſsit haberi, quia
eſt abſens,vel propter metum eius tũc
libellus porrigi debet coram honeſtis
perſonis, dummodo poſtmodum in-
tra decendium intimetur iudici, ſecun-
dum Speculatorem.titu.de appellat. §.
qualiter,verſic. hoc etiam,ſequitur De
cius in cap. ſuggeſtum. de appellat.&
Nauar. vbi ſupra ſufficitque huiuſmo-
di intimationem iudici fieri à quocun-
que etiam non habente mandatum, vt
reſoluit Naua.vbi ſup.n.12.citãs adhoc
gl.in clemen.cauſam.de elect. verb.ple
na.in fi.& tex. in.c.ſi duobus.de appel.
& plures alios doctores aut ſuperior
poteſt adiri,& coram eo offerri,ſecun-
dum Bald.in.l.apertiſsimi.col.1.C.de iu
dicijs.& eſt gl.in Clemen.1.verb.Maio
ri.de appel.& tradit Decius in.c.fi.n.4.
de appel.& Maranta de ordine iudicio-
rum.6.part.titu.de appel.nu.121. Quæ
appellatio interponi debet in foro ſecu
lari intra quinque dies, & in foro eccle
ſiaſtico intra decem connumerandos
à die notificationis ſententiæ, vt ſupra
reſoluiſti in iſto proœmio. num. 14. &
15. Et prædicto libello appellationis o-
54 blato, pars appellans petit à tabellione
teſtimonium ſuæ appellationis, quod
vulgo dicitur (los apoſtolos) literæ de-
miſſoriæ.& hoc teſtimonium contine
re debet relationem petitionis actoris,
& eius quantitatis, & relationem ſen-
tentiæ,& eius quantitatis, cum expreſ-
ſione cauſæ, an ſit ciuilis vel crimina-
lis,vt diſponitur in.l.10.tit.18.lib.4.Re
55 copil.Et ſi tabellio cauſæ noluerit teſti-
moniũ concedere requiri debet ab ap-
pellante coram alio tabellione, tertio
quoque die, vt ſibi teſtimonium appel
lationis præſtet: quod pro teſtimonio
petere debet, cum quo teſtimonio ſe
præſentabit coram ſuperioribus, mit-
tendo mandatum alicui procuratori cã
cellariæ, ſimul cum prædicto teſtimo-
nio appellationis,vel cum alio teſtimo
nio alterius tabellionis, quod tabellio
cauſæ noluit ſibi teſtimonium appella
tionis concedere, & tunc procurator
nomine appellantis ſe pręſentat coram
ſuperioribus forma ſequenti.

Ex Capite primo

SVMMARIA.

1 *APpellans debet ſe præſentare cum teſtimonio appellatio-nis coram ſuperiori, intra terminum præfixum per iudicem à quo.*

2 *Iudex à quo poteſt aſsignari appellanti terminum ad ſe præſentandum, & ad proſequendam appellationem coram ſuperiori, ſiue iudex à quo admittat ap pellationem ſiue eam deneget.*

3 *Intel-*

3 Intellectus ad textum in cap. exeo. de regulis iuris lib. 6.

4 Iudice à quo non præfigente terminum appellanti ad se præsentandum corã superiori, tenebitur appellans se præsentare intra terminũ à iure statutũ.

5 Tẽpus à iure, vel iudice appellãti cõcessum ad se præsentandum corã superiori currit attento iuris rigore à notificatione sententiæ, sed attento communi stylo currit à die appellationis.

6 Testimonium appellationis de iure canonico peti debet intra triginta dies, cõputandos à die sententiæ.

7 Appellatio remanet deserta si appellãs non se præsentauerit coram superiori intra terminum à iure vel iudice præfixum, remanetque sententia iudicis à quo firma.

8 Libellus & forma præsentandi testimonium appellationis coram superiori sermone Hispano conceptus.

9 Appellãti præsẽtato corã auditoribus regis cũ testimonio appellationis datur p uisio regalis, quæ vulgò mejora dicitur.

10 Prouisio regalis appellanti data (quæ vulgò Mejora dicitur) quid cõtineat, & quid impetrans facere debeat.

11 Appellans debet notificare prouisionem sibi datam (quæ Mejora vulgò appellatur) parti aduersæ vt intra terminũ in ea præfixum eat ad prosequendum appellationem.

12 Appellans exemplum processus à tabellione sibi traditum simul cum prouisione regali (Mejora vulgò nuncupata) & eius notificationibus debet præsentare coram secretario causæ in regali cancellaria intra terminum in ipsa regali prouisione contentum.

13 Libellus grauaminum in causa appellationis coram regis auditoribus præsentatus Hispano sermone conceptus.

14 Libellus appellati contra libellum grauaminum ab appellante præsentatum sermone Hispano compositus.

15 Forma relationis in causa appellationis quam relator facit, vt partes ad probationem admittantur.

16 Testes non possunt produci in secunda instantia super eisdem articulis vel directo contrarijs, super quibus in prima instantia fuerunt adducti.

17 Aduocatus faciens articulos super eisdem articulis vel directo cõtrarijs primæ instantiæ, puniri debet pœna mille marapetinorum de iure regio.

18 Probatio admittitur in secunda instantia super eisdem articulis vel directo contrarijs in tribus casibus, attento cõmuni stylo.

19 Testes producti & non examinati in prima instantia possunt examinari in secunda super eisdem articulis, vel directo contrarijs super quibus fuerunt producti in prima instantia.

20 Terminus ad probandum à iure datus potest à iudicibus coarctari & prorogari secundum negotij qualitatem & locorum distantiam.

21 Relationis forma cum arguuntur instrumenta de falso.

22 Testium examinatio extra cancellariã receptori non committitur, nisi testiũ sit magnum periculum in perueniendo ad cancellariam propter summam

eorum

eorum senectutem vel alium morbum, aut legitimum impedimentum.

23 *Forma relationis cum instrumenta dicuntur non esse authentica, nec à tabellione signata.*

24 *Forma relationis cum petitur terminus vltra marinus.*

25 *Stylus qui seruatur in regijs chancellarijs postquam partes recipiuntur ad probationem in causa appellationis.*

Cap. 1. De modo procedendi per viam appellationis in chancellarijs regis.

OBlato libello appellationis coram iudice à quo, vt diximus supra in proœmio numero. 53. receptoque testimonio appellationis à tabellione, pars appellans debet se præsentare cum prædicto testimonio corã superioribus intra terminũ prefixũ per iudicé à quo: nã iudex à quo assignare potest appellanti terminum ad se præsentandũ, & ad prosequendam appellationem coram superioribus, tam in foro ecclesiastico, quam in seculari, vt probatur in cap. 1. de appellationibus. libro sexto & in. l. 2. titulo. 18. libro quarto Recopilationis. Quòd verum est, siue iudex à quo admittat appellationem, siue eam deneget, vt probat tex. in dict. cap. 1. sic eum inducendo: nã postquam in versiculo præcedenti dixerat de appelatione admittenda, vel reijciẽda, statim in versiculo sequenti subijcit de assignatione termini faciendã per iudicé à quo, & ita plane probat, iudicem à quo posse præfigere prædictum terminum appellanti, siue admiserit siue appellationem reiecerit. Et per illum tex. ita firmat Ioãnes Andreas, Dominicus. & Perus. in capitulo cum appellationibus. de appellationibus. libro sexto. Perusinus & moderni in. c. personas. extra de appellationibus. & testatur hanc communem opinionem esse Felinus in capitulo cum Bertoldus. numero. 16. de re iudicata. & probatur in capitulo personas. & in capitulo cum sit Romana. & in capitulo sæpè. extra de appellationibus. & in. l. 2. titulo. 18. libro quarto Recopilationis. quatenus in prædictis iuribus generaliter disponitur iudicem à quo posse præfigere terminum appellanti ad se præsentandum, & ad prosequendam appellationem. ergo siue iudex à quo admittat appellationem, siue eam reijciat, poterit prædictum terminum præfigere. Et ita est tenendum, quidquid oppositum teneant Innocentius Panormitan. & alij relati atque recepti à Decio in dicto capitulo cum sit Roman. numero sexto. quibus non suffragatur textus. in capitul. ex eo. de regulis iuris. libro sexto. per quem prædicti Docto. firmant, iudicem à quo denegantem appellationem non posse prædictum terminum præfigere, ex eo quod illam impugnauit: nam text. ille procedit, quando quis impugnat aliquid in vtilitatem propriam, tunc enim ex eo quod impugnauit, non poterit commodum consequi, tamen appellatio non reijcitur à iudice in sui fauorem, sed in vtilitatem appellantis, & in commodum Reipub. vt citius lis finitatur. Sed si iudex à quo non præfixerit terminum appellanti ad præsentandum, tunc tenebitur appellans se presentare coram superio-

1 2 3 4

perioribus intra terminũ à iure ſtatutũ nẽpe in foro ſeculari intra quindecim dies, ſi es aquende los puertos, y ſi es allende, intra quadraginta dies: y ſi la
4 cauſa pende en algun lugar, adonde eſta la audiencia, o donde aya otro alcalde mayor que pueda conoſcer en grado de appellacion, huiuſmodi præſentatio debet fieri intra tres dies, vt diſpoſitum eſt in.l.2.& in.l.15. titulo.18. libro quarto Recop. per quæ iura intelligitur tex.in.l.23.tit.23.p.3. Et iſtud tẽpus præſentationis, attento iuris rigore,
5 currit à notificatione ſententiæ, tamen attento communi ſtylo currit à die appellationis: ſed tutius eſt, quòd pars appellans ſe preſentet intra prædictũ terminum, connumerandum à notificatione ſententiæ. De iure autem canoni
6 co teſtimoniũ appellationis, id eſt apoſtoli, debet peti intra triginta dies, vt in.c.ab eo.de appellatiõibus.in.6. quod tempus currit à die ſententiæ, ſecundum gloſſam in Clementina. ſicut. verbo, à die. de appellationibus. Et iſta eſt magis communis opinio, teſte Maranta de ordine iudiciorum. in ſexta parte titulo de appellatione. numero. 209. Et intra annum vel biennium ex cauſa tenetur ſe preſentare & proſequi appellationem, vt in capit. cum ſit Romana. de appellat. & in Clementina. ſicut.
7 eodem titulo. Alioquin ſi appellans fuerit negligens in ſe preſentando intra terminum iudicis, vel iuris, appellatio cenſebitur deſerta, & à iudice talis pronũtiari debebit, remanebitque firma ſentẽtia iudicis à quo, vt expreſſe deciditur in.l.23.titu.23.par.3.& in.l.2. titulo.18. libro quarto Recopil. & probatur ex textu. & ibi gloſ. in.l. ſi præſens. C. quo modo & quãdo iudex. & in Clementina ſicut. de appellationibus. & in Rota in antiquis, deciſio. 690. & reſoluit Didac. Per. in. l.2. tit.16. li.3. Ordinamenti. in gloſſ.2.&.3. Et ad hoc vt appellatio à iudice pronuntietur deſerta, debent adhiberi diligentiæ, de quibus diximus in. 1. par. huius primi tomi in.12. Tempore. Et tunc appellãs ſi perſonaliter ſe preſentauerit coram ſuperioribus, tenetur conſtituere procuratorem numeri illius cancellariæ, cum quo cauſa agitetur, & ita ei per tabellionem intimatur: alioquin dicitur quod acta proceſſus fient cum auditorio. Sed ſi per procuratorem ſe præſentauerit, neceſſe non erit quod à tabellione intimetur, vt procuratorem conſtituat, alias quod cum auditorio acta proceſſus fient. Et præſentatio fit forma ſequenti.

Muy poderoſo Señor.

8 *ALonſo Sanchez en nombre de Hieronymo Hernãdez me preſento ante V.A. en grado de appellacion de la ſentencia que cõtra mi parte dio y pronũcio el teniente de Salamãca, en fauor de Hernan Rodriguez, en q̃ en effecto condemno a mi parte, a que le dieſſe e pagaſſe cien ducados, de la qual ſintiendoſe agrauiado, apello para ante V.A. como conſta deſte teſtimonio, de que hago preſentaciõ cõ el juramento e ſolennidad neceſſaria, et c. A V.A. pido e ſuplico mãde dar ſu prouiſion real, inhibitoria, citatoria, y compulſoria en la forma acoſtumbrada, y para ello, &c.*

9 Viſo

9 Viſo prædicto libello præſentationis cum teſtimonio appellationis, & mandato procuratoris per ſuperiores, tunc auditores regij præcipiunt, quòd prouiſio regalis detur appellanti, quæ vulgo
10 Mejora dicitur. & eſt citatoria, quia per eam pars appellata citatur ad proſequẽdam appellationem, iuxta tex. in. l. 5 tit. 18. lib. 4. Recopil. & explicat Didac. Perez in. l. 8. titul. 16. libr. 3. Ordinamenti. Item eſt compulſoria, quia per eam tabellio cauſæ compellitur ad trãſmittẽdũ proceſſum exhibito ſibi ſalario, niſi appellans ſit pauper: nam tunc recepta ſummaria informatione paupertatis, oblataq; coram ſuperioribus ſimul cum teſtimonio appellationis, præcipitur tabellioni in prędicta prouiſione regali, quod gratis proceſſum trãſmittat, præſtita cautione ab appellãte, quod ſi in cauſa obtinuerit, expenſas ſoluet tabellioni, vt probat tex. in. l. 2. titulo. 18. lib. 4. Recopil. & tradit Didac. Per in. l. 2. tit. 16. lib. 3. Ordinamenti in gloſ. fin. Quæ prouiſo regalis intimat tabellioni, para q̃ la cumpla y de el proceſſo dẽtro del termino en ella contenido: y ſi no le diere, ha le dẽ requerir el appellãte por otro, o otros dos requerimiẽtos, que le de el proceſſo, y ſiẽpre offreciendo le dinero d̃ ſus derechos, ſaluo ſi fuere pobre: y ſi el eſcriuano toda via no le quiſiere dar el proceſſo, el appellante con los dichos requerimientos buelue al ſuperior, y pide ſobrecarta contra el eſcriuano, y da ſe le con coſtas: y notificada la dicha prouiſion o ſobre carta al eſcriuano, y dada el proceſſo, luego el appelante ha de ha-
11 zer notificar la dicha prouiſion a ſu contrario, y citarle, para que dentro del dicho termino en ella contenido vaya en proſecucion de la cauſa. Y aduiertele que primero que la dicha prouiſion ſe notifique a la parte cõtraria, ſe ha de nõtificar el eſcriuano de la cauſa, porque podria ſucceder, que ſi ſe notificaſſe primero a la parte, pareceria al termino ante el juez ſuperior, y deſpues el eſcriuano no daria el proceſſo, y como el appelante no parecieſſe cõ el proceſſo, quedaria circũducto el termino, y condemnarle han en coſtas, vt reſoluit Monterroſo in Tractatu 5. de las Chancillerias. folio. 79 columna. 2. no ſolo en las proceſſales, pero en perſonales. vt. l. 5. titulo. 3. libro. 4. Recopi. In qua prouiſione regia iudices ſuperiores non concedunt appellanti inhibitionem contra iudicem inferiorem, quia ſuperioribus prohibitum eſt inferioribus inhibere, donec acta proceſſus primę inſtãtię ad ſuperiores delata ſint & ex eis videãt an inferioribus inhibere debeant, ita probatur in. l. 55. titul. 5. libro. 2. Recopil. vbi in omnibus cauſis hoc ſuperioribus prohibetur, probatur etiam in. l. 54. eiuſdem ti. & lib. vbi prohibetur ſuperioribus inhibere inferioribus, quando ab eorũ ſententijs appellatũ fuerit in cauſis concernentibus rectam gubernationem Reipub. taxationem alimentorum, vel obſeruantiam conſtitutionum ciuitatis, anteaquam ab inferioribus recipiant rationem, & informationem eorum quæ decreuerãt, & ordinauerant. Probatur inſuper in. l. 5. tit. 5. lib. 7. Recop. vbi idem prohibetur quando appellatũ fuerit in cauſis cõcernentibus proprios redditus publicos ciuitatis, villæ, aut oppidi. Probatur etiam in. l. 9. 10. & 11. tit. 7. lib. 2. Recop. vbi iudicibus ſuperioribus criminũ exiſtentibus in audientijs regijs prohibetur inhibitionem dari, niſi prius acta proceſſus ad eos fuerint deducta: acideo quãdo appellans comparet coram ſuperioribus cum teſtimonio ſuæ appellationis, ſolummodo datur ei à ſuperioribus mandatum regium citationis contra appellatum, & compulſionis contra tabellionem: quod mandatum eiſdem intimatur, vt ſuprà dixi mus.

12 Y despues que al appellante le sea entregado el traslado del processo, ha lo de presentar cõ la dicha prouisiõ, y sus notificaciones ante el secretario de la causa en la dicha real chãcilleria dẽtro dl termino en la dicha real prouision cõtenido, y presentado el dicho processo y la dicha prouisiõ real, el secretario ha de poner en el processo la presentaciõ, para q̃ conste del dia que se presento, por causa de la desercion, y en la prouisiõ real ha de poner las rebeldias, y todo lo ha de coser en el processo con el poder y testimonio de la appellaciõ cõ q̃ antes se auia presentado, y ha de embiar a tassar el processo. Y si el procurador lo quisiere lleuar a su letrado, o a la parte lo quisiere ver, el secretario se lo podra dar pagãdole a quatro marauedis cada hoja de las en q̃ fue tassado: pero si el procurador no lo quisiere lleuar al letrado, ni la parte ver lo no le puede compeler a q̃ le pague la reuista, sino fuere la presentaciõ, q̃ es doze marauedis de cada signo, presentãdo se en nombre de vna persona, y veynte y quatro marauedis si es en nõbre de dos o mas cõcejos, y entõces la parte si quiere alegar agrauios, presenta vn escrito en la forma siguiente.

Escrito de agrauios.

Muy poderoso Señor.

13 *A Lonso Sãchez en nombre de Hieronimo Hernãdez en la causa cõ Hernã Rodriguez en grado de appellacion parezco ante V. A. y alegãdo agrauios por mi parte, digo q̃ la sentẽcia en este processo dada por el Teniente de Salamanca en fauor del dicho aduerso, y contra mi parte, es ninguna, y dõ alguna, iniusta, y agrauiada, y digna de ser reuocada, y el dicho mi parte justamente y en tiempo appelo della, en consequencia de lo qual V. A. deue mandar dar la dicha sentencia por ninguna, y en caso que alguna fuesse, la deue reuocar, pronunciando por bien appellado, y mal sentenciado, dando por libre al dicho mi parte de lo contra el pedido, y poniendo perpetuo silẽcio a la parte contraria, lo qual se deue hazer por lo siguiente. Lo primero por todas las razones de nullidad y agrauio, que del processo resultan, y se pueden colegir, que he aqui por expressadas. Lo otro porque mi parte no fue citado para ver dar sentencia, ni el processo estaua en estado dello. Lo otro porque prouo bastantemente sus exceptiones y defensiones, y en particular prouo tal cosa, y conforme a derecho deue ser dado por libre. Lo otro porque de nueuo alego tal cosa, y lo protesto prouar. Por las quales razones, y la que mas en fauor de mi parte haga a V. A. pido segun de suso pedido tengo, y en lo*

neces-

necessario vuestro real officio imploro, pido cumplimiẽto de justicia, y costas, y ser retebido a prueua.

Et si iudex inferior non obstante appellatione & pendentia eius coram superioribus in causa processerit, tunc in isto libello grauaminum appellans petit inhibitionem, vel quando acta processus producit coram superioribus, & cum iam sint ad eos deducta, datur ei prædicta inhibitio, quam appellans intimat inferiori cum aliquo tabellione, requirituq; inferior quod inhibeatur à cognitione causę, & oblato isto libello iudices superiores præcipiunt copiã eius exhiberi parti aduersæ, & ei respõdet forma sequenti.

Respuesta al escrito de agrauios.

Muy poderoso Señor.

14 *PEro Diaz en nõbre de Hernan Rodriguez en la causa cõ Hieronymo Hernandez, respõdiendo a vn escripto de agrauios por el asserto procurador de la parte cõtraria presentado, cuya forma auida aqui por repetida, digo q̃ sin embargo de las razones a manera de agrauios por la parte contraria alegadas, V. A. deue confirmar la sentencia dada y pronunciada por el Teniente de Salamanca contra el dicho aduerso, e en fauor de mi parte condemnandole en las costas, e declarando mal appelado e bien sentenciado, lo qual se deue hazer por lo siguiente. Lo primero por todas las razones que de la dicha sentencia e processo se pueden colegir, y porque fue dada conforme a derecho atento lo alegado e prouado, e la parte aduersa fue citada para ver la dar. Lo otro porque el dicho aduerso no prouo cosa alguna, que prouada le aprouechasse. Lo otro porque niego lo que de nueuo dize e alega, e lo demas que alega lo tiene ya dicho e articulado en la primera instancia, e conforme a derecho, leyes e pragmaticas destos reynos no ha lugar de lo alegar en esta segunda, antes por ello deue ser castigado, por las quales razones, y las que mas en fauor de mi parte hagan, a V. A. pido segun de suso pedido tengo, e en lo necessario vuestro Real officio imploro, pido justicia e costas, &c.*

Oblato prædicto libello responsorio, copia eius exhibetur appellanti, & vtraque pars allegat cum replica & duplica, sicut in prima instantia, obseruan

do ea quæ resoluimus in prima parte primi tomi in septimo Tempore circa expositionem libelli responsorij rei,& libelli duplicationis,& replicationis:& vtraque pars in hac secunda instantia debet statim producere instrumenta quæ habet ad probandam suam intentionem,iuxta text.in.l.2.&.3.tit.9.libr. 4.Recopil.& nos diximus in dicta prima parte primi tomi in septimo Tempore.& per partes concluditur ad probationem,vt in prima instantia secundum ea quæ resoluimus in dicto septimo Tempore.Circa quod tamẽ aduertendum erit,quod in hac secũda instantia conclusio fit ad sententiam probationis,vel ad diffinitiuam vnica tantum contumacia incusata,nec requiritur quod tres cõtumacię incusentur, vt regulariter fit in prima instantia, vt probat text.in.l.51.titul.4.libro. 2.Recopilationis. Y siendo concluso para prueua , el relator lleua el processo al audiencia,para ver si se ha de recebir a prueua , y haze relacion en la forma siguiente.

Relator.

15 *ANte la justicia de Salamanca se trato pleyto entre Hieronymo Hernandez e Hernan Rodriguez, sobre que el dicho Hernan Rodriguez pide cien ducados al dicho Hieronimo Hernãdez, e el Licẽciado fulano, teniẽte de corregidor de la dicha ciudad, dio sentencia diffinitiua en que condemno al dicho Hieronimo Hernãdez, a que pagasse los dichos cien ducados al dicho Hernã Rodriguez, de la qual appelo el dicho Hieronimo Hernandez para ante V.S. y ha alegado agrauios contra la dicha sentencia, y offrece se a prouar, y alega de nueuo,* [a] *y ay testigos publicados* [b] *en la dicha ciudad de Salamãca.* [c]

Expositio prædictæ relationis.

a DIxit relator, Y alega de nueuo, &c.ad denotãdũ quod in secũda
16 instãtia partes litigãtes nõ sunt recipiẽdæ ad probationẽ super eisdẽ articulis, vel directo cõtrarijs , super quibus in prima instãtia fuerunt adducti & recepti testes,nisi solummodo velint probationem facere per instrumenta,vel per cõfessiones partium,alioquin probatio super eisdem articulis primæ instãtiæ, vel directo contrarijs facta esset nulla, iuxta tex.in Clementina. 2.de testibus. & notat Bart.in.l.per hanc.C.de tẽporibus appellationum.nu.4.Bar.& DD. in Authẽtica,qui semel.C.de probationibus.Panorm.& Felin.in cap.fraternitatis de testibus,& expresse disponitur in.l.4.tit.9.li.quarto Recopila.& resoluit Couarr.in practicis quæstionibus. cap.18.numero.6.& Didacus Perez in l.4.titulo.19.libro tertio Ordinamenti in glossa.1.& Ioan.Matiençó in dialogo relatorum.3.part.capit.46.numero 2.quem omnino vide,& prędictam regulam ponunt per text.ibi Ioan.Andr. Panormit.Aret.Socin.Felin.& omnes in capit. fraternitatis de test. Nam licet regula generalis sit, quod in secun-

da instantia non allegata allegabo, & non probata probabo, iuxta text. in dicta.l. per hãc. illud tamen verum est super nouis articulis dependentibus à veteribus facientibus ad causam & respicientibus primam actionem secundũ prædictos DD. vbi suprà. per text. in dicta.l. per hanc. ibi quæ non ad nouum. & in cap. cum Ioannes. ibi quod si nouum capitulum. de fid. inst. ex quo tex. colligit quis dicatur nouus articulus dependens à veteri, & explicant. Pan. n. 7. Felin. numero. 11. in dict. cap. fraternitatis. & Speculator in tit. de teste. §. satis viliter. numero. 7. vbi omnes resoluont super nouis articulis omnino diuersis & separatis non posse testes produci & qui sint isti articuli noui omnino diuersi tradũt DD. vbi suprà. & ideo relator dixit, Y alega de nueuo. Vnde si
17 aduocatus partis articulos facit super eisdem articulis primæ instantiæ, vel directo contrarijs, pro vnaquaque vice puniri debet pœna mille marapetinorũ b applicanda auditorio audientiæ, iuxta text. in dicta.l. 4. titul. 9. lib. quarto Recopilationis. & qui sint articu. directo contrarij tradit glos. in Clem. 2. de test. De qua tamen re erit videnda singularis cautela tradita per Bald. in l. amplioremem. C. de appellationibus, numero. 5. recepta per Lanfrancum in capit. quoniam contra falsam. verbo, testium. numero. 75. extra de probationibus. Est ta- c
18 men aduertendum, quod licet supradicta vera sint attento iuris rigore, tamẽ de communi stylo in tribus casibus admittitur probatio in secunda instantia super eisdem articulis, vel directo con-
19 trarijs: primus est, quando in prima instantia super eisdem articulis vel directo contrarijs testes nõ fuerunt examinati, licet fuerint producti secundũ Innocen. Card. & Felin. numero. 34. in capit. cum Ioannes. de fide instrumentorum. per tex. ibi. Quod satis iuri consonum est, secundum Couarruuiam in dicto capitulo. 18. numero. 6. Secundus casus est quando vtraque pars in secunda instantia offert se probationi: nam tunc super eisdem articulis primę instãtiæ, vel super directo contrarijs ijs allegationibus, quas eius aduersarius in iudicium deduxerat, bene probatio admittitur: quia tũc fit vtraque parte volente, iuxta glos. in Clementina. 2. verbo, Producere. de testibus. & tradit Did. Perez vbi suprà. Tertius casus est, quando alicui ex partibus cõpetit restitutio de iure, & offert se probationi petendo restitutionem ad probandũ super eisdem articulis, vel directo contrarijs: & ad supra dictã resolutionẽ sunt omnino videndi Ioan. Matienço vbi suprà in dicto capitulo. 46. cum sequentibus. & Felinus dicto capitu. fraternitatis. nam plures alias limitationes adducunt.

Dixit relator, Y ay testigos publicados, ad denotandum, quod in prima instantia partes fuerũt receptæ ad probationem, & quod publicatio testiũ fuit facta ad hoc, vt præses imponat pœnam parti offerenti se probationi, si nihil probauerit, quę pœna semper imponenda erit quando facta fuerit publicatio testium, nisi vtraque pars probationi se obtulerit.

Dixit relator, En la ciudad de Salamanca, &c. ad hoc vt præles iuxta distãtiam loci assignet terminum ad probãdum: nam licet de iure certus terminus assignatus sit ad probandum, tamen iu-
20 dices illum poterunt coarctare, & prorogare secundum qualitatem negotij, & distantiam locorum vt resoluimus supra in prima parte primi tomi in octauo Tempore. & facta relatione de supradictis per relatorem, respondet el presidente.

Sextæ partis Primi Torni
Reſpueſta del Preſidente a la relacion.

Recibeſe a prueua, pena tantos ducados, y juren, &c.

Sed ſi relator in ſua relatione nõ dixerit. Y alega de nueuo, &c. vel, pide reſtitució para ſer admittido a prueua ſobre los miſmos articulos o derechamẽte contrarios, vel non dixerit. Y piden ambas las partes ſer recebidas a prueua, o pide ſer recebido a prueua por no auerſe examinado los teſtigos en la primera inſtãtia, ſobre los articulos q̃ preſento, tunc Præſes reſpondet, A la ſala en diffinitiua. Et ſi vltra prædictos caſus inter partes fuerit cõtrouerſum ſuper aliquo articulo iuris, an negotiũ debeat recipi ad probationem, tũc Præſes facta prædicta relatione à relatore dicit, A la ſala la prouiſion. Y aduierte ſe que la ſala original ſe llama aquella donde el ſecretario del tal pleyto reſide, porque el ſecretario es el que haze la ſala conforme a vn auto de acuerdo, fecho a 18 de Octubre de 1531. años.

Contingit etiam, quod vnaquæque pars ex litigantibus opponit d̃ falſitate contra inſtrumenta partis aduerſæ, & tũc ſiue ſe offerat probationi prædictę falſitatis, ſiue ſe nõ offerat, el relator ha de lleuar el proceſſo a la audiẽcia, y ha de hazer relació en la manera ſiguiẽte.

Relator.

ANte vueſtra Señoria pẽde pleyto ante fulano e fulano ſobre tal coſa: en la qual por parte del dicho fulano ſe preſentarõ tales eſcripturas, e el dicho fulano parte contraria las redarguye de falſas ciuilmente, e dize ſer falſamente fabricadas, &c.

Et tunc Præſes reſpõdet, *A prueua ſobre la falſedad, cõ termino de tantos dias e pena de tãtos ducados, e para la prueua de la falſedad vengan los teſtigos perſonalmente e juren, &c.*

Y manda ſe que vengan perſonal-
22 mente los teſtigos que han de dezir ſobre la falſedad, d̃ las eſcripturas por ſer el negocio de grã perjuyzio anſi para el eſcriuano ante quien paſſarõ como para la parte que las preſento, excepto ſi los teſtigos, por ſu mucha vejez no pudieſſen venir ſin peligro de ſus perſonas, porque entonces ſe comete la probança a vn receptor de la audiencia. Peró quãdo la parte no dize que las eſcripturas ſon falſas, ſino ſolamẽte que no ſon authẽticas ni ſignadas d̃ eſcriuanos publicos, entõces el relator dize aſsi.

Relator.

23 *ANte vueſtra Señoria pende pleyto entre fulano e fulano, ſobre tal coſa, e el dicho fulano preſento tales e tales eſcrituras, para*

en

en prueua de su intencion, e el dicho fulano parte cõtraria dize, que no son authẽticas, ni signadas de escriuanos publicos. Estan para recebir se a prueua sobre la verificacion dellas. Y en tal caso el Presidente responde. A prueua sobre la verificacion, con tantos dias, e juren.

Y aqui no manda que los testigos vẽgan personalmente por ser negocio de poco perjuyzio, y porque el que ha de verificalas y comprobarlas es la parte que las presento, vt probatur in l. 115. titul. 18. par. 3. & ibi notat Greg. Lup. y por esta razon tampoco el Presidente pone pena al que no prouare. Y si quãdo alguna de las partes alega agrauios, y se offrece a la prueua, pide termino vltra marino, entonces el relator dize assi.

Relator.

42 Consilium de Contaduria consilium supremum dicitur.

43 Consilium de Contaduria super vectigalibus, gabellis, & redditibus regijs iudicat.

44 Expenditur. l. 5. titulo. 12. libr. 2. Recopilationis.

45 Exclusio generalis remediorum intelligitur de his quæ iure ordinario competunt, & non extraordinario & speciali.

46 Lex exclusiua remediorum loquens per verbum vniuersale, Nullum. non censetur excludere remedium speciale alia lege inductum.

47 Dispositum in. l. 5. titulo. 12. libro. 2. Recopilat. quid operetur.

48 In causis cœptis coram iudice vulgò dicto, De Vizcaya. admittitur secunda supplicatio.

49 In causis inchoatis in audientijs Indiarum admittitur secunda supplicatio.

50 Audientiæ Indiarum suas proprias habent ordinationes, & quando in eis aliquid nõ reperitur decisum recurritur ad modum procedendi qui Pinciæ, & Granatæ obseruatur.

51 In audientijs Indiarum interposita secunda supplicatione non supersedetur executioni prout in Hispania.

52 In audientijs Indiarum in causis possessorijs nunquam admittitur secunda supplicatio.

53 In chancellarijs Indiarum vt sit locus secundæ supplicationi in causa proprietatis, proprietas decem mille pesos de oro tangere vel excedere debet.

54 Qui apud Indos secundam interposuit supplicationem debet coram rege comparere intra metam vnius anni à tempore notificationis sententiæ.

55 In partibus Indorum, qui secundo supplicat nec pœnæ alicui se subdit, nec fideiussorem præstat.

56 Exceptis quinque differentijs congestis sup. à num. 51. inter audientias Indiarum & Hispaniæ circa interpositionem secundæ supplicationis, in omnibus alijs similis ordo obseruãdus erit inter eas dem.

57 In causis cœptis in consilio supremo Indorum locum esse secundæ supplicationi (seruata omni modo forma quæ in supremo regali obseruatur) iuri

consonũ videtur, & praxis obseruat.

58 Consilium supremum Indorum consiliũ regium est, & ab eo nullus recursus ad aliud relictus est.

59 Lis quando cœpta dicatur expenditur.

60 Quæ sit verior resolutio, circa quando lis cœpta dicatur.

61 Vt secundæ supplicationi locus sit lis dicitur cœpta per litis cõtestationem.

62 Litem non dici cœptam in consilio supremo seu cancellarijs ab actibus & petitione, quæ ibi fiunt, sed à litis contestatione, contra Auendanium defenditur.

63 Causa debet esse ardua, vt in ea locus sit secundæ supplicationi.

64 Causa ardua dicitur: quæ in proprietate tria millia duplarum in possessione sex millia excedit, nulla facta summarum coaceruatione.

65 Resoluitur quando, An si vnus actor agat contra plures reos diuersarum summarum, qua de per se non attingũt trium millium duplarum valorem: & eorum aliquis supplicauit secundo suo nomine & consortium, prosit etiam cæteris correis, & sit benè supplicatũ.

66 Causa non solum ardua, sed continens rem æstimabilem tribus millibus duplarum auri de cabeça debet esse, vt in ea locus sit secundæ supplicationi.

67 Plures causæ arduæ reputantur, in quibus non est locus secundæ supplicationi vt causæ criminales.

68 In causis nobilitatum non est locus secundæ supplicationi.

69 In causa super priuilegio exemptionis tributorum æstimabili & arduo secũda supplicatio est admittenda.

70 In causa super diuersis iuribus iurisdictionis quæ simul iuncta excedunt debitam summam, potest, & debet admitti secunda supplicatio.

71 Causa super iurisdictione absque aliqua taxatione semper ardua censetur, vt in ea admittenda sit secunda supplicatio.

72 Specie posita & genus necessario ponitur.

73 Cognitio generis debet præcedere cognitionem specierum.

74 Posito genere, & eius species appositæ censentur, saltim affirmatiuè.

75 Valor causæ in qua potest interponi secunda supplicatio attendendus tempore petitionis, quo tempore causa iam ardua esse debet: nec sufficit quod tempore sententiæ creuerit.

76 Valor vnius duplæ de cabeça, est eiusdem valoris cum Castellano, qui sexdecim argenteis constat.

77 Valor trium millium duplarum auri de cabeça reducitur ad quadraginta octo millia argenteorum & ad quatuor millia trecenta sexaginta quatuor ducatorum, quatuor argenteis exceptis.

78 Sex mille duplæ de cabeça conficiunt nonaginta sex millia regalium, & octo millia septingenta vigintiocto ducatorum, exceptis argenteis octo.

79 Mille quingentæ duplæ de cabeça conficiunt numerum viginti quatuor millium argenteorũ, quibus Castellæ hoc tempore vtimur, & ducatorum duorum millium centum octuaginta sex,

duobus

duobus argenteis exceptis.

80 Vt secunda supplicatio interponi valeat opus est duas diffinitiuas sententias latas esse, nec sufficit si interlocutoriæ sint vim diffinitiuarum habentes.

81 Sententia interlocutoria quæ dicatur.

82 Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ quæ sit.

83 Verius est sententiam super possessorio diffinitiuam esse.

84 Intellectus ad text. in cap. 2. & capit. cum venissent. ille, de ord. cog. hic, de institut.

85 Intellectus ad. l. 8. & 9. titu. 20. libro 4 Recopil.

86 In causis criminalibus non admittitur secunda supplicatio.

87 Quando principaliter aliqua causa criminaliter intentatur, coram consilio supremo, & incidenter petitur ratione huius interesse aliqua magna summa trium millium duplarum ratione huius interesse admittendam secundã supplicationem contra Auendan. defenditur.

88 Appellatione, vel in integrum restitutione aliquo statuto sublatis, in criminalibus, censentur sublatæ respectu principalis causæ, & non respectu emergentis.

89 Expenditur text. in. l. 3. titulo. 20. lib. 4. Copi. in fine.

90 Qui principalis causæ non potest esse iudex non poterit & accessorij, quando par ratio impotentiæ militat in principali, quæ militat in accessorio.

91 Super liquidatione fructuum primæ & principalis sententiæ, cadit secunda supplicatio: si causa liquidationis summam trium millium duplarum excedat.

92 Supplicatio secunda intra viginti dies à die notificationis sententiæ de reuista est interponenda, & contra eorũ lapsum non datur restitutio cõtra Didacum Perez.

93 Supplicans secundo tenetur intra viginti dies publico instrumento se obligare, & cautionem sufficientem præstare coram auditoribus regijs àquibus interposita fuit supplicatio, alias non auditur.

94 Procurator etiam fisci secundo supplicans obligationem & fideiussionem conficere tenetur, eo discrimine inter priuatum & fiscum constituto: quod procurator fisci duntaxat ad mille duplas sõluendas se & fideiussores obligat.

95 Supplicans secundo si pauper reperiatur non compellitur cautionem aliam quam iuratoriam præstare.

96 Qui secundo supplicans & intra viginti dies se obligans, & cautionem præstans, non exhibuit intra eos instrumẽtum obligationis: & fideiussionis non admittendus erit, si post eos exhibeat.

97 Qualitas verbo adiuncta regulanda secundum tempus verbi.

98 Forma à lege data ad aliquem actum seruanda, alias actus erit nullus.

99 Habens mandatum vt rem de abolengo retrahere valeat, & intra annum petens rem retrahi, & non docens de mandato, nisi post annum, non erit

admit-

admittendus elapso anno intra quem non docuit de mandato.

100 Doctrina Speculatoris titulo de procurator. §. 1. numero. 18. versic. sed si receptum. qualiter intelligenda.

101 Si supplicans secundo dedit fideiussores intra viginti dies, quos auditores, quia non idoneos repellerunt & alios post viginti dies dari præceperunt, nõ admittitur ad secundam supplicationem, nec per auditores id fieri potest.

102 Doctrina Baldi in. l. 1. in princip. de fide inst. quo modo accipienda.

103 Supplicationem secundam illius qui supplicauit, & se obligauit, & satisdationem dedit, nõ prodesse aduersæ parti non supplicanti si sententia in melius reformetur, praxis recepit: licet de iure contrarium defendatur.

104 Supplicans (parte quæ non supplicauit etiam reluctante) à supplicatione secunda recedere valet.

105 Appellatio ab vno interposita, nõ appellanti etiam prodest, si simpliciter interponatur.

106 Appellatione victoris deserta, potest victor victi appellationi adhærere, & inde suæ desertioni remedium quærere.

107 Actor bis appellans, si reus postea appellet, admittitur ex persona rei etiã tertio appellans quamuis tertio appellare regulariter prohibitum sit.

108 Appellatio & supplicatio parificantur, vbi contrarium dispositum non reperitur.

109 Ratio. l. 1. titulo. 20. libro. 4. Copila. requirentis obligationem, & fideiussionem in secunda supplicatione, quæ fuit?

110 Aduersus lapsum viginti dierum intra quos quis se obligare & fideiussionem præstare tenetur, non datur restitutio, quod contra Didacum Perez defenditur.

111 Secunda supplicatio, obligatio, & cautio coram auditoribus à quorum sententia supplicatur interponendæ sunt.

112 Latæ duæ sententiæ conformes super alicuius rei proprietate executioni mãdandæ sunt, cum fideiussione, quod si retractentur, res cum fructibus reddetur, non tamen secunda supplicatio deneganda.

113 Intellectus. l. 1. in fine. titulo. 20. libro. 4. Recop.

114 Si super alicuius rei possessione, duæ conformes proferantur sententiæ, per auditores non admittitur amplius secunda supplicatio, sed mandantur executioni cum fideiussione, quod si in proprietate obtinuerit aduersarius, sibi reddatur reipossessio.

115 Ponitur ratio discriminis inter proprietatis causas & causas possessionis quoad interpositionem secundæ supplicationis.

116 Latis duabus etiam non conformibus sententijs super possessione alicuius maioratus, non admittitur secunda supplicatio.

117 Si duabus conformibus sententijs latis super proprietate quis voluerit supplicare secundo admittitur cum cautione, sed nõ supersedetur executioni: & est intelligendum de sententijs omni

mo-

modo conformibus, alias in ea parte quæ fuerint disformes executioni erit supersedendum.

118 Quando duæ sententiæ conformes dicantur.

119 Princeps qui ordinario iudici præcipit aliquid ab eo fieri, & obseruari pro forma eum facit delegatum quanuis illud facere posset ex sua iurisdictione ordinaria.

120 Sententia secunda, quæ aliquid addit aut à prima detrahit, non dicitur conformis: si in prima nec tacite nec expresse de additione aut detractione aliquid actum fuerit.

121 Secunda supplicatio ad regem dirigenda est, & interponenda.

122 Supplicans secundo tenetur coram rege, vel regni gubernatore intra quadraginta dies comparere cum testimonio suæ supplicationis, alioquin supplicatio deserta efficitur.

123 Aduersus lapsum quadraginta dierũ (intra quos secundo supplicans coram principe tenetur se repræsentare) datur ex iusta causa restitutio.

124 Causam secundæ supplicationis rex quinque ex suis supremis auditoribus committit: ex quibus & si aliquis decedat, cæteri ad determinationem procedunt.

125 In secunda supplicatione ex eisdem actis processus procedendum, nec aliquid vltra admittendum.

126 In causa secundæ supplicationis statim procedendum & ea omnibus anteponenda.

127 Licet in causa secundæ supplicationis nouæ allegationes excludantur, non sunt excludendæ, quæ de nouo emerserunt, dum id pars iure iurando asserat.

128 Sententia de reuista confirmata in secunda supplicatione supplicans pœna, cui se obligauit, etiam condemnandus erit, & applicabitur fisco, parti, & ipsis auditoribus qui sententiam protulerunt de reuista.

129 Iudices deputati ad causam secundæ supplicationis supplicantem qui non obtinuit minime à pœna mille quingẽtarum duplarum absoluere possunt: pro qua & pro principali executoriæ literæ in cancellaria expediẽdæ sunt.

130 Si secunda sententia de reuista confirmata non fuerit per iudices secũdæ supplicationis, tũc executoriæ coram eis decernendæ sunt & non in cancellaria.

131 Licet in totum sententia de reuista fuerit confirmata per iudices secũdæ supplicationis, pœna soluenda est: licet in fructibus aut expensis modificata aut correcta sit.

132 Moderamen respectu fructuum aut expensarum in secunda supplicatione tanti habitum, quod propter ipsum solum liceret secundo supplicare, liberat supplicantem à pœna mille quingẽtarum duplarum.

133 Secundo supplicans nulla incursa pœna potest à supplicatione recedere ante lapsum trium mensium, post vero non nisi pœnam exoluat.

134 Super dubio, an secũda supplicatio admittenda sit necne, iudices ad eam deputati inquirent, & iudicabunt.

135 Quan-

135 *Quando dubitatur an admittenda sit appellatio cognitio ad superiorem spectat, ad quem appellatum extitit.*

136 *L. 5. titulo. 20. libro. 4. Recopilationis enucleatur.*

137 *In dubio an admittenda sit supplicatio nec ne, eilocum esse decernendum est.*

138 *Princeps ex plenitudine suæ potestatis requisita ad secundam supplicationem pro forma, in aliam formam mutare poterit.*

139 *L. 4. titulo. 24. part. 3. vbi expendatur.*

140 *Forma interponendæ secundæ supplicationis, & Hispanè eam concipiendi.*

141 *Supplicationis secundæ danda copia alteri parti.*

142 *Pars quæ non supplicauit contra eam quæ secundo supplicauit ab ea præstitam cautionem sufficientem non esse, solet obijcere coram auditoribus à quibus supplicatio interponitur.*

143 *Super articulo, an sufficienter cautum sit ab ea parte, quæ secundo supplicauit: admittitur supplicatio.*

144 *Remissio decima posita in fin. titulo. 19. libro. 4. Recopilationis intelligitur.*

145 *Pars quæ secundo supplicauit si ab aduersa opponatur fideiussores minus idoneos curet intra viginti dies idoneos dare, vel quod sententia terminetur, eos quos præstitit, idoneos esse, alias post viginti dies nec etiam auditoribus præcipientibus, eos præstare poterit.*

146 *Finito articulo super fideiussione danda ab eo, qui secundo supplicauit, is ab ipso secretario petit testimonium suæ supplicationis & obligationis & fideiussionis, quod sibi statim concedit.*

147 *Forma qua secundo supplicans debet coram regia maiestate comparere & quid ab ea petere.*

148 *Comparenti in gradu secundæ supplicationis coram rege quid respondi soleat, & qualiter vltra procedendum.*

149 *Ab eo quod decernunt regij auditores (quibus causa secundæ supplicationis commissa est) circa articulum, an locus sit supplicationi vel non, non admittitur supplicatio.*

150 *Quæ circa materiam secundæ supplicationis, autor scripsit cum practicis, & aduocatis peritis consuluit.*

CAPVT Vnicum.

POst appellationis & primæ supplicationis tractatum, non incongruũ erit secundę supplicationis cũ pœna mille quingentarum duplarum tractatum describere, prout polliciti fuimus supra in sexta parte huius primi tomi, in. §. sententia diffinitiua en reuista, in fine: qui tractatus per quam vtilis, necessarius, praxique accommodatissimus erit: in quo differendum erit de his, quæ frequentius vsu forensi accidunt. Pro cuius perfecta cognitione imprimis dicendum erit, quid sit secunda supplicatio: secundò quæ personæ

illam

illam interponere posſint: tertio quæ requirantur, vt ſecundæ ſupplicationi locus ſit: quarto coram quibus, & ad quem proponi debeat: vltimo quo ordine & forma in ea procedendum ſit, & de alijs in materia neceſſarijs.

Ad primum dicendum eſt, me hactenus non reperiſſe definitionem ſecundæ ſupplicationis ab aliquo deſcriptã, licet in genere quid ſit ſupplicatio deſcribatur in.l.1.titulo.24.part.3.quo in loco Gregorius Lupus ex dicta.l.colligit, quod ſupplicatio eſt petitio principi porrecta, vt rigor iuſtitiæ reparetur. Aliam definitionem ibi ponit Mõtaluus, & aliter Didacus Perez definit in.l.25.titulo.3. libro ſecundo Ordinamenti in gloſſ.2. ex quibus tamen non cognoſcitur, quid ſit hæc ſecunda ſupplicatio, de qua agimus. Vnde exiſtimo ſic poſſe aptius definiri, ſcilicet, quod eſt petitio principi porrecta, per quam datur regreſſus ex eiſdem actis proceſſus contra iudicatum in prima ſupplicatione, quod per appellationem, nullitatem, ſeu aliud remedium ordinarium retractari nequit: & de hac ſecunda ſupplicatione agit integer titulus. 20. libri quarti Recopilationis. & aliqua de ea tradit Auendan. in Tractatu de ſecunda ſupplicatione & Didacus Perez in dicta.l. 25. titulo. 3. libro ſecundo Ordinamenti in gloſſa ſecunda.

3 Ad ſecundum dicendum eſt, quòd ſupradictam ſecundam ſupplicationem interponere poſſunt ipſæ partes grauamen ſentientes, vt probat.l.1.titulo.20. libro quarto Recopilationis. ibi, Queremos que la parte que ſe ſintiere agrauiada, &c. quam etiam poterit interponere procurator, vt ex dicta.l.1.colligitur, ibi, O en cuyo nombre fuere ſuppli cado, &c. dummodo talis procurator habeat ſpeciale mandatum ad eam interponendam, ita ſentit Auendan. in ſuo Tractatu. de ſecunda ſupplicatio. numero.14. Monte. in ſua practic. Tractatu.5.capi. 8. in principio, ibi, Y poder eſpecial. Qui intellectus ex eo ſuadetur, quod procurator habens generale mãdatum non poteſt aliquid facere, ex quo dominus eius ad pœnam obligetur, iuxta text. in Clementina non poteſt. de procurat. firmat Bartol. in.l.ſi procurator. numero. 7. & ibi Iaſſ. numero.5. ff. de condictione indebiti. Bartol. per text ibi in.l.3.§.ſi procurator. & ibi Alexand. ff. quod quiſque iuris. Felin. in capit.1.numero.8. poſt Panormit. vt lite non conteſtata. & in cap. quoad cõſultationem. de re iudicata. & Auenda. in dicto Tractatu numero.14. colum.1. in fine, & hinc docuit Angel. in. l. ab executore. columna.4. ff. de appellatio. quem ſequitur Felin. in dicto capit.1. & in dicto capit. quoad conſultationem. numero.21. Iaſſ. in.l. inuitus. numero. 5. C. de procurato. & in dicta.l.ſi procurator. numero. 10. quod licet procurator 6 habeat mandatum ad lites & cauſas, & vt poſsit appellare à quacunque ſententia interlocutoria, ſeu diffinitiua, nõ tamẽ poterit appellare ab executione, niſi habeat ſpeciale mandatum ab ea appellandi, ex eo nempe quod ſi appellet ab executione, & ſuccumbat, incidet in pœnam quinquaginta librarum argenti, iuxta text. in. l. ab executione. C. de appel. ad quam pœnam obligare non poteſt dominum ex ſupradictis. quibus relinquitur, quod ſi procurator ſine ſpeciali mandato hanc ſecundam ſupplicationem interponat, admittenda non erit, ne per eam dominus obligetur, & poſsit incidere in pœnã mille quingentarum duplarum, quæ imponitur ſupplicantibus, & non obtinentibus in dicta.l.1.titu.20.libr.4. Recopil. Et ita praxi receptum eſt, procuratorem non admitti ad interponendam hanc ſupplicationem, niſi ſpeciale mandatum adhoc habeat.

7 Quod etiam extenditur si in mandato à domino dictum sit. Et te constituo procuratorem ad iurandum de calumnia & veritate dicenda, & generaliter ad omnia ea quæ speciale mandatum exigant: nam virtute talis clausulæ non potest procurator facere grauiora expressis in ipso mandato, iuxta text. in Clementina. non potest. de procurato. & nos supra diximus in quarta annotatione totius operis. numero. 16. Vnde cùm grauius sit interponere hãc supplicationem & dominum prædictæ
8 duplarum pœnæ subdere, quam præstare iuramentum de calumnia, non est extendendum mandatum ad illud quod grauius est, iuxta text. in dict. Clementina. non potest. Hinc verum erit, quod si in mandato daretur facultas procuratori aliquid agendi, ex quo dominus posset incidere in maiorem pœnam seu æqualem pœnę dictarum mille quingentarum duplarum, tunc procurator vigore talis clausulæ admitteretur ad interponendam hanc secundam supplicationem.

9 Rursus extenditur, procuratorem admittendum non esse ad interponendam hanc secundam supplicationem, etiam si in mandato specialiter expressum sit, quod posit interponere supplicationem à quacunque sententia etiam cum pœna & fideiussione mille quingentarum duplarum, & earum pœnæ & obligationi dominum subdere, nisi specialiter causa ipsa & persona aduersa in mandato specificetur, & exprimatur: quia quando requiritur speciale mandatum principaliter in fauorem aduersarij, qui dubitat ne fortè posteà dominus reuersus dicat, se non intellexisse dare ad illud speciale mandatum, necessum est, quod exprimatur singulariter, & fiat in indiuiduo mentio causæ & personæ, vt colligitur ex dicta Clementina. non potest. ibi nisi, &c. ideo exigitur expressum mandatum, ne dominus postea dicat se non sensisse de ista causa, & euitet pœnas positas in capit. 1. §. 1. de electione in. 6. & aduersarius damnificetur. Ita concludit Bartolus in. l. filius familias. numero. 10. ff. de donationibus. & in. l. siquis mihi bona. §. sed vtrum. numero. 1. ff. de acquirenda hæreditate. & ibi Alexander & Iasson. numero. 2. Bartolus, & Paulus in. l. vnica. C. etiam per procurator. causam in integ. restitut. Bartol. in. l. illud. §. si talis. ff. de minor. & in. l. qui bona. §. qui aliena. ff. de damno infecto. & sequitur dicens communem Romanus in consilio. 241. numero. 11. Cassaneus in consuetudin. Burgundiæ Rubrica. 10. §. 1. numero. 5. fol. 333 columna. 2. Et fulcitur hęc opinio ex doctrina Angeli in. l. ab executore.
10 ff. de appellat. vbi docet, quod ad hoc quod procurator nomine domini ab executione appellare possit, opus est sibi speciali mandato, nec sufficiet si in eo dicatur, quod ab omni sententia diffinitiua aut interlocutoria appellare possit: sed expressim in specie danda est procuratori facultas appellandi ab executione. Quam doctrinam sequuntur Decius in capit. nouit. de appellationibus. numero. 6. Felinus in dicto capitulo quoad consulationem. numero. 21. & Iass. in dicta. l. inuitus. Idem ergo dicendum erit in hoc casu, cum sit eadem ratio, & idem periculum versetur, vt supra dictum est.

11 Insuper extenditur, etiam si procurator constitutus sit cũ generali & libera ad ministratione bonorum, adhuc enim hanc secundam supplicationem interponere non potest, quia non censetur talis administratio concessa vt dominũ ad penam obligare possit, nec id in tali generali mandato includitur, iuxta tex. in. l. si pater. ff. quæ in fraudem creditorum. in. l. creditor. Lucius. §. ff. mandati l. si procurator post medium. ff. de condictione indebiti. & ibi tenet Bartolus

numero.6.&.7.sequitur Iaſſ.in.l.ius iuran.§.finali.numero.4.verſiculo,ſecundo limita.ff.de iureiurando.& Socinus. in Regula.320. Ad quam pœnam (prout diximus)procurator cum libera administratione obligaret dominum ſi hanc ſecundam ſupplicationē interponeret.ergo eam interponere non poterit quantuncunque generale & liberū mandatum,& adminiſtratio ſibi conceſſa ſit.& ita practicatur.

Aduertendum tamen eſt, quod ſi procurator habens huiuſmodi ſpeciale mandatum ſufficiens ad interponendam ſecundam ſupplicationem,compareat & eam interponat & obligationem domini & ſatiſdationem ad pœnam exhibeat coram iudicibusintra ter
12 minum viginti dierum conceſſum à dicta.l.1.titulo.20.libro quarto Recopilationis.non tamen intra illud tempus mandatum domini producat, ſed poſteà elapſis viginti diebus de eo doceat, adhuc mandatum ſufficiens erit, & eius ſupplicatio admittetur: non enim neceſſum eſt intra illum terminum mā datum exhibere. quæ opinio probatur argumento text.in capitulo.1.de electione libro ſexto,vbi dicitur, quod ſi
13 quis tāquam procurator alicuius in termino ſibi præfixo crimina aduerſus electum obiecerit, & intra illum terminū de mandato quod iam habebat,non docuerit (quia forte non venerat ſibi in mentem) non nocebit ei,dum tamen mandatum poſtea producat. ita docet Speculator in titulo de procuratore. §. 1.numer.18.verſiculo, ſed ſi receptum erat,quem referunt & ſequuntur Alexxander in conſilio.78.nume.8.&.11. & 12.volumine.5. & Rippa. in capit. cum M. Ferrarienſis. numero.137.de conſti.
14 Secundò prædicta opinio ſuadetur, quia ſi procurator certior factus ſit à domino de mandato, licet ipſum non recipiat, poterit officium procuratorium exercere ex doctrina Bartoli in conſilio.73.numero.2. ſequitur Cardi.in dict.Clementina.non poteſt. quæſtione.18. & ita certificatio mandati,
15 & non receptio requiritur ſeu præſentatio.Item & tertio prædicta opinio pro
16 batur ex eo, quod quando quis litigauit tanquam procurator alicuius & non produxit mandatum, ſi re vera illud habebat, valet iudicium & tenet, dummodo producat, ſi à parte aduerſa petatur.ita de iure communi eſſe notatur in capit.licet.de procuratoribus.& in.l.Pomponius.§.ratihabitionis.ff. de procuratoribus.glo.in cap.1.verbo, abſentia. de electione.in.6. Alexander
17 in dicto conſilio.78.numero.12.Quartò facit pro dicta opinione, quod quando dubitatur an appellatio ſit deſerta nec ne, & pro vtraque parte rationes vrgent,iudex in dubio pronuntiare debet deſertam non eſſe.ex Paulo Caſtren ſi in.l.1.numero.4.ff.ſi quis caut.quem ſequuntur Alexand.ibi.numero.21.& 22.& Iaſſon.numero.17.Parietiam modo in hoc dubio, an eſſet neceſſarium præſentare mandatū intra viginti dies, iudicandum eſſet non eſſe neceſſum, cùm inde pendeat, deſerta ſit ſupplica-
18 tio nec ne. Vltimo prædicta opinio præmaxime fulcitur ex eo, quod dicta l.1.titulo.20.libro quarto Recopilationis non requirit pro forma, quod intra illos viginti dies,vel aliquod aliud tempus de mandato domini procurator doceat:duntaxat requirit quod procurator tempore, quo egerit actum tam ſecundę ſupplicationis,quam alium quēcunque, habeat ſufficiens mandatum, & quod de eo ſit certificatus:nec etiam hoc.l.expreſsit,ſed in terminis iuris cōmunis reliquit,& ſi aliud pro forma voluiſſet ſeruari,vtique expreſsiſſet, ſicut & cætera expreſsit. Quæ opinio verior & æquior apparet,& ſeruanda,non obſtantibus fundamentis in contrariū adductis per Tiraque.de retractu linagier.§.1.glo.10.nu.93.

Quo

Quo fit, quod cum tam speciale & sufficiens mandatum exigatur ad interponendam hanc secundam supplicationem, consequitur quod coniuncta 19 persona absque speciali mandato, etiã prestita cautione de rato, admittenda non erit ad interponendam hanc supplicationem: nam in his quæ speciale mã 20 datum requirunt, coniunctus non admittitur sine illo. l. patri. iuncta. l. illud. §. si talis. ff. de minor. tradunt moderni in. l. exigendi. C. de procuratoribus. & in capit. nonnulli. §. sunt & alij. de rescriptis. Socinus in consil. 120. col. 3. ver sicul. postremo. libr. 1. & in con. 231. lib. 2. & Bernard. Diaz in regula. 130. Quod 21 ego limitarem, nisi coniunctus interponat hanc supplicationem, & alter coniunctus, pro quo fuit interposita, intra viginti dies à tempore latæ sententiæ ratam eam habeat, & obligationem ad pœnam & satisdationem legitimo tempore & modo factam & exhibitam approbet: quia tunc secunda supplicatio per coniunctum interposita locum habebit, ex congestis per Tira. in dicto. §. 1. glos. 10. numero. 61. 62. 96. & 97.

22 Ad tertium dicendum est, plura requiri ad hoc vt secunda supplicatio interponi valeat: primo enim requiritur, quod causa illa super qua interponitur sit cœpta in consilio regio, vel in regijs chancellarijs seu audientijs, vt in dicta l. 1. titulo. 20. lib. 4. Recop. in principio. l. 7. eodem. l. 4. titulo. 24. partit. 3. Quod 23 intellige si causa fuerit ibi cœpta per nouam litem & petionem, & non aliter, nec alio modo, hoc est, quod petitio illa non se referat ad aliud prius actitatũ super illo negocio, petendo restitutionem, vel reclamando, vel de nullitate agendo, vel alio quouis simili modo prosequendo priora acta, quæ non habent originem de nouo in dictis curijs, vt in dicta. l. 7. ibi, Por nueua demanda, &c. hoc enim his verbis significari asserit Auend. de secũda supplicatio. numero. 10. Dici autem præsenti casu cœpta 24 debet dicta petitio, in casibus, in quibus omissis alijs inferioribus tribunalibus, petitio potuit poni in curia: quia casus erat curiæ, de quibus loquitur text. in. l. 8. titul. 3. lib. 4. nouæ Recopil. l. 5. titulo. 3. par. 3. Coruar. in pract. quæst. cap. 6. & 7. Si ergo lis aliqua ciuilis in casibus curię ibi notatis mota fuerit in curia regis, tunc post duas sententias habebit locũ secunda supplicatio: nam illa verba le- 25 gum huius regni, quę dicunt, Que se començaren, debent intelligi ciuili modo, id est in casibus, in quibus causa potest incipere in curia, alijs omissis tribunalibus, & ita aduertit & resoluit Auendan. vbi supra numero. 9. Vnde si casus qui non possunt tractari in prima instantia apud curiam forte de facto tractentur, & retineatur causa, & iudices primam & secundam proferant sententias, in tali casu non habebit locum secunda supplicatio: quia ille casus non erat talis de sui natura, qui posset apud curiam incipi. Sed in proposito casu contrarium re- 26 soluit Auendanius dicto numer. 9. quia eo ipso quod sine vlla declinatione partes litigant in curia, & iudices regij de causa cognoscunt, valent sententiæ in prima & secunda instantia, & hoc sufficit vt locum habeat secunda supplicatio, vt ibi per eum.

27 Ex quibus primo infertur, quod à sententia confirmatoria, lata per dominos de consilio, in qua confirmarunt sententiam alicuius ex iudicibus curiæ, vulgo, Alcaldes de corte, nó potest interponi hec secunda supplicatio: quia causa non fuit cœpta coram illis, sed potius venit de gradu in gradum: quo casu (vt prænotamus) non admittitur supplicatio. & ita practicatum testatur Gregorius Lupus in. l. 4. titul. 25. part. 3. ver siculo, O del adelantado. licet iuri & æquitati magis consentaneum contrarium existimet. Sed primum sequitur Auendanius vbi supra numero. 11. co-

lumna.3. Didacus Perez.in.l 8.titulo.4. libro secundo Ordinamenti.verbo,No se a hecha execucion. versicul. dubitat etiam.pagina.394. Hinc inoleuit quod cauti aduocati, vt ab instantia secundæ supplicationis fugiant, suis clientibus cõsilium hoc salutare præstent, vt curent reum coram his iudicibus curiæ conuenire.

29 Secundo ex prædictis infertur, quod si reus conuentus coram inferiori iudice declinet iurisdictionem,& tamen cõtestetur litem præ timore pœnæ contẽtæ in.l.1.titulo.4.libro quarto Recopilationis. & prosequatur declinatoriam vsquequo iudex se incompetẽtem pronuntiet, & causam ad regios consiliarios remittat,quod tunc poterit interuenire secunda supplicatio ad personam regiam,non obstante lite contestata coram inferiori iudice,per quam lis videtur coram eo cœpta,& inchoara, & ab ea initium sumit, vt in cap.ex parte.el 2.de verborum significatio. Et litis contestatio dicitur exordium litis,vt in Authentico de litigio.§. si verò.apud iudicem.& capit.1.de iur.calum. nam cum

30 lis fuerit contestata coram iudice incõpetenti,& causa deuoluta ad regiũ consilium seu chancellariam, nullum habuit effectum,nec per talem litis contestationem dicitur cœptum iudicium, iuxta tex.in Clem.2.vt lite non contest.facit gloss.cap.vt debitus honor.de appellatio.& in.l.si pater. C. ne de statu defunc. vbi dicitur quod si lis non fuerit

31 contestata coram iudice competenti, non interrumpitur præscriptio.Conducit quod docet Guiller. Lug. in.l.eum qui in principio.ff.de constituta pecun.

32 vbi ait, quod quanuis litis contestatio sit terminus exclusiuus dilatoriarum, vt in cap.pastoralis. de exceptio. illud tamen est verum, si contestatio valida sit,& eodẽ modo citatio nulla non perpetuat iurisdictionẽ.glo.in.c.pastoralis. verb.qui potest.de offic.deleg.in.6.

33 Tertio ex superioribus videbatur dicendum,quòd non possit interponi secũda supplicatio,si cœpta sit petitio coram iudice inferiori, & dum coram eo prosequitur causa,iudex per interlocutoriam intulit grauamẽ, & causam per appellationem deuoluit ad curiam, & ibi retinetur processus,vel saltim per remissionem retinetur & proferretur prima & secunda sententia,quia nec in cõsilio aut chancellaria fuit petitio prima proposita, quæ qualitas cum deficiat, dispositum in dict. l. nouæ Recopila. etiam deficeret:quia cui nõ conueniunt verba legis non conuenit eius dispositio,vt in.l.4 § toties. ff.de dam.infect. Contrarium tamen licet dubius, imo quod interponi possit secunda supplicatio,expendit Auend.vbi suprà numero 11.folio. 96. sed licet æquior videatur eius opinio, prima tamen magis consona est dispositioni.l.7.titulo.20.libro quarto Recopilationis.qua cauetur secundam supplicationem locum habere in causis & litibus.scilicet,que se encomiençan en el consejo o en las audiencias por nueua demanda y no por via de restitucion ni reclamacion,ni nullidad,ni en otra manera alguna. Quibus verbis præcluditur aditus ad secundam supplicationem in omnibus causis,quæ principaliter & nouiter non fuerint inchoatæ in chancellarijs. quam opinionem tenuit Auendani.vbi supra numero.11.

34 Quarto infertur, non esse admittendam secundam supplicationem ab eo interpositam,qui(cum esset minor, vidua,pauper,aut ex his,qui habent priuilegium vt conueniantur in curijs in prima instantia, iuxta tex.in.l.5. titulo.3. partit.3.& in.l.8.9. &.11. titulo.3. libro quarto recopilationis. & Couarruuias in pract.quæstionib.ca.6.&.7.) fuit cõuentus coram iudice inferiori,& timore pœnæ præscriptæ in.l.1.tit.4.libro.4. Recop.litem fuit contestatus,& postea

com-

comparuit in cancellaria seu curia, vbi auditores regij auocauerunt sibi cognitionem causæ ad petitionem comparẽtis,ea nempe ratione , quia causa prius fuit cœpta coram alio proprio iudice ipsius comparentis, licet inferiori , qui incompetens non erat:quanuis reus cõparens eligere posset inferiorem aut superiorem iudicem , quem maluisset, iuxta tex.in Authentica.habitata.C. ne filius pro patre. Quod tamen intelligo verum esse,si reus ille simpliciter fuit litem contestatus coram inferiori absq; aliqua protestatione,scilicet quod in illum iudicem inferiorem consentire nõ intendebat,tunc enim non erit admittẽda secunda supplicatio , cum in effectu fuerit iam lis cœpta coram illo iudice inferiori:cæterum si quando litem contestatus fuit coram inferiori, protestationem fecit,quod timore pœnæ dictæ l.1.titulo.4.libro.4.Recopilationis contestabatur litem,& non animo & volũtate tribuendi aliquam iurisdictionem iudici inferiori, aut in eum consentiendi, & deinde superiorem adiuit à quo causa fuit auocata,tunc existimo secundam supplicationem admittendam esse:quia licet lis fuerit cœpta per litis cõtestationem coram iudice inferiori,fuit tamen coram iudice incompetenti,& ita ex ea tanquam ex nihilo nullus oritur effectus prout diximus supra in proxima.2.illatione.Et huic opinioni conducunt plura quæ congerit Auend.vbi supra.num.10.

35 Quinto infertur,quod si lis fuerit cœpta coram supremis consiliarijs ordinũ in eorum consilio, ab eorum sententijs licebit secundò supplicare cum pœna & fideiussione mille quingentarum duplarum:nam inquit tex.in dicta.l.1. titulo.20.libro.4.Recopilatio.hanc supplicationem habere locum , quãdo causa fuerit cœpta in consilio aut cancellarijs:sed consilium ordinum est cõsiliũ. ergo in causa ibi cœpta secunda supplicatio locum habebit.Cuius tamen contrarium verius est,& practicatur: quia in eo nunquam hæc secunda supplicatio interponi solet nec potest.namillud consilium non est regium,sed est consi-
36 lium deseruiens tribus ordinibus militaribus, quorum Rex Hispaniarum est
37 perpetuus administrator, vt patet ex titul.prouisionum , quæ in prædicto consilio decernuntur, & expediuntur. Et ita mandatum & decretum huius consilij eam vim & facultatem habent,quã magistri ordinum habebant , qui regibus subditi erant:at verò prædicta.l.1. &.3.titul. 20. libro. 4. Recopilationis, & reliquæ de hac materia secundæ supplicationis agentes, loquuntur quando sententia lata fuerit in regio consilio seu chancellarijs, y assi dizen: Ante los nuestros oydores, y por los de nuestro consejo,&c.Secus igitur erit dicẽdum quando supplicatio interponeretur à sententijs latis in alijs consilijs,& audiẽtijs.

38 Sextò infertur,in audientijs Galleciæ & Canariæ non esse locus huic secundæ supplicationi,cum prædicta pœna & fideiussione.1500 . duplarum licet ibi lites & causæ de nouo incœperint, quia non sunt chancellariæ nec suprema regia cõsilia, prout requirit dicta.l. 1. titulo.20.libro quarto Recopilationis.ab eis enim appellatio interponitur ad regias chancellarias Vallisoletanam &Hispalensem in quibusdam casibus congestis à.l.1.9.&.15.titul.1.libro tertio Recopilationis. &.l.4.titul.3 .libro tertio Recopilationis. Idque maxime cõstat, quia in causis ciuilibus excedentibus in audientia Galleciæ centum millia marapetinorum,& in audientia Canariensi trecentum millia marapetinorum appellatio interponi potest ad Vallisoletanã & Hispalensem audientiam, vt in dict.ll.dicitur.ergo si appellatio admittitur in causis tã paruæ summæ & quantitatis,frustra interponenda erit secun-

da ſupplicatio, quæ ſolum interponi poteſt in cauſis arduis & magnæ quantitatis, in quibus nullum aliud ſupereſt remedium ordinarium, vt infra apparebit. Pari modo in audientia Hiſpalenſi non eſt locus ſecundæ ſupplicationi, licet auditores in prima inſtantia cognoſcant de caſibus curiæ vicinorum, de los lugares de ſeñorio y abbadengo, iuxta text. in l. 43. capit. 10. titulo. 2. libr. 3. Recopilationis. quia ex priuilegio particulari conceſſo illi ciuitati aufero hanc ſecundam ſupplicationem ſublatam eſſe, in ſupra dictis caſibus.

Septimo infertur, quod in cauſis nobilitatis (quas vulgo de hidalguias dicimus) admittenda non erit hæc ſecunda ſupplicatio: quia huiuſmodi cauſæ non incipiuntur in regio conſilio, aut in chancellarijs, ſed apud iudices nobilitatum, qui vulgò alcaldes de hijos dalgo dicuntur, vt conſtat ex toto titulo. 9. libro ſecundo Recopilationis, & ex titulo ſecundo. libro nono Recopilationis numero. 4. Nec id mirum eſt, quia nobilitas acquiri non debet æſtimatione nummari, ſed vel genere vel tempore. l. 2. & 12. titul. 21. partit. 2. & facit l. illud. C. de excuſati. mun. libro. 10 vnde indecens eſſet eam pretio nummario æſtimare, vt inde appareat, an locus ſit huic ſecundæ ſupplicationi nec ne, quod neceſſarium eſt, vt interponi poſsit, iuxta text. in l. 9. titulo. 20. libro quarto Recopilationis. Quare merito praxis recepit, in huiuſmodi cauſis nobilitatis ſecundam ſupplicationem non habere locum, & ita reſoluit Auendanius vbi ſuprà. numero. 17.

Octauò infertur, hanc ſecundam ſupplicationem habere locum etiã in cauſis & litibus, quæ inceptæ fuerint in conſilio de Contaduria, ſuper quibus prima & ſecunda ſententia lata fuerit: quia conſilium illud eſt regium & ſupremum, & ita conſilium regium appellatur & eius auditoribus eadem autoritas tribuitur, quæ conceſſa eſt auditoribus reliquarum audientiarum, vt conſtat ex l. 3. titul. 1. libro nono Recopilationis. Quare in eo idem obſeruandum erit, quod obſeruatur in regio ſupremo conſilio, circa huius ſecundæ ſupplicationis interpoſitionem: quia in eo idem modus & ordo procedendi obſeruatur, qui in alijs audiẽtijs huius regni, vt in l. 13. titulo. 1. libro nono Recopilationis. Nec obſtat, quod cum cõſilium iſtud cognoſcat & iudicet ſuper vectigalibus, gabellis & alijs redditibus regijs vt conſtat ex titulo. 2. libr. nono Recopilationis. à nume. 3. ſi in eo duæ proferantur ſententiæ conformes, amplius ab eis non erit appellandum, nec ſupplicandum, nec reclamandum aduerſus eas, iuxta tex. in l. 5. titulo. 12. libro. 2. Recopilationis. Idque generaliter promulgatum eſt in illa. l. vbicunque ſuper redditibus regijs duæ ſententiæ conformes prolatæ fuerint. ergo ſaltim in hoc caſu hi regij auditores de Contaduria ſuas ſententias conformes executioni mandare debent, quocunque remedio excluſo, etiam ſupplicationis ſecundæ cũ pœna & fideiuſsione mille quingentarum duplarum. Nam reſpondeo, quòd dicta. l. 5. titul. 12. libro ſecundo Recopilationis. noluit excludere hoc extraordinarium remedium ſecundæ ſupplicationis, quia generalis excluſio remediorum intelligitur de his, quæ iure cõmuni & ordinario competunt, ſecus de his, quæ iure ſpeciali extraordinario cõceſſa ſunt, ſecundum Iaſſ. in l. poſtquam litem. numero. 15. C. de pactis. ſed hoc remedium ſecundæ ſupplicationis extraordinarium eſt, & iure ſpeciali competit, vt ex modo extraordinario procedendi in eo conſtat, & ex titulo. 20. libro quarto Recopilationis. ergo dict. l. 5. noluit prædictum remedium extraordinarium excludere, ſed alia remedia ordinaria appellationis, reclamationis,

39 40 41 43 44

nis,& similia. secundo prædicta interpretatio corroboratur ex eo,quod licet lex exclusiua remediorum loquatur per verbum vniuersale, Nullum. non tamen censetur excludere remedium speciale per aliam legem inductum,secundum glossam finalem in dicta. l. postquam litem. & ibi Iasso. numero. 14. & ita dicta l.5.non dicetur excludere istud remedium secundæ supplicationis alia lege inductum, nempe per.l.1.titul.20.libro quarto Recopilationis. Vlterius probatur ex eo,quod clarum est hoc remedium secundæ supplicationis introductum esse, vt causis grauibus & magnæ quantitatis subueniatur, quanuis nec appellationis nec supplicationis aliud remediũ supersit, prout est quando in chancellarijs lata est.1. &. 2. sententia de vista & reuista, à qua sententia de reuista non licet amplius appellare seu supplicare. l. 2. &.3. titulo.19.libro quarto Recopilationis: & nihilominus tamen conceditur secũda supplicatio cum pœna & fideiusione mille quingentarum duplarum per l.1. titul. 2. libro quarto Recopilationis.ergo etiam per interpositionem prę dictæ secundæ supplicationis debet succursum esse causis grauibus & magnæ quantitatis,agitatis super regijs redditibus,licet in eis denegetur remediũ supplicationis latis duabus sententijs conformibus. Vnde existimo,quod dispoſi
47 tio dictę.l.5.titulo.12.libro secundo Recopilationis.id operabitur, quod latis duabus sententijs conformibus in dicto consilio de Contaduria, amplius non admittatur hæc secunda supplicatio, quæ impedire valeat earum executionem, sed quod executioni mandentur data sufficienti fideiusione ab eo,in cuius fauorem latæ fuerint: quod si reuocentur per iudices secundæ supplicationis,reddetrem cum fructibus,iuxta terminos.l.fina.titul.20.libro quarto Recopilationis. & hoc respectu dictę. l. 5. nullum continet speciale. illud tamen continet,in eo quod coram quibuscunque iudicibus latæ sint duæ sententiæ conformes in causis super redditibus regijs, non expectatur tertia sententia, etiam si lata sit prima sententia coram inferiori iudice,& ab ea appelletur ad notarios prouinciarum, seu consilium de Contaduria,& ibi confirmetur, non admittetur amplius appellatio seu prima supplicatio quę in alijs causis admitti solet vt in titulo.19.libro quarto Recopilationis.& multo minus ista secunda supplicatio cum pœna & fideiusione mille quingentarum duplarũ, quia causa fuit cœpta coram iudice inferiori.

48 Nonò infertur,quod in causis,de quibus cognoscit iudex ille,qui vulgo dicitur, Iuez de Vizcaya, secunda supplicatio locum habet si causæ coram eo cœptæ fuerint, quia illud tribunal superius est, & in chancellaria continetur, nec ab eo ad aliud recursus appellationis est, & ita decisum extat in.l.68. titulo. 5.libro secundo Recopilatio.

49 Decimò infertur,quod in causis cœptis in chancellarijs & audientijs noui regni Indorum locus erit huic secundæ supplicationi,quia sunt suprema tribunalia & lites & causę expediuntur,prout in nostris chancellarijs Hispaniarum, vt in.l.15.in ordinationibs factis ad Indorum gubernationem,quas ordinatio
50 nes obseruant prædictę audiẽtiæ,& vbi in eis aliquid non reperitur decisum recurrendum erit ad modum & ordinem procedendi in chancellarijs Vallisoleti, & Granatæ.iuxta.l.18.in dicta ordinatione.Quare latis duabus sententijs in dictis audientijs, admittenda erit hæc secunda supplicatio, & ita ordinatum fuit in.l.13.&.17.in dictis ordinatio. Et interposita prædicta secunda
51 supplicatio non erit supersedendum executioni sententiæ de reuista,sed exe-

cutioni mandabitur præstita cautione sufficienti ab eo in cuius fauorem lata fuit. Quod si reuocetur, reddet rem cum fructibus alteri parti, iuxta text. in dicta.l.13. & in hoc differat secunda supplicatio interposita in illis partibus Indorum ab ea, quæ in hoc Castellæ Regno interponitur, quia in his partibus interim quod pendet lis, interposita secunda supplicatione, non traditur sententia executioni, nisi ambæ conformes sint, vt in.l.1.& fina. titulo.20. libro quarto Recopilationis. Sunt & aliæ differentiæ, nam in illis partibus siue sententia prima & secunda de vista & reuista sint conformes, siue non, in causis possessorijs nunquam admittitur secunda supplicatio, vt in dict.l.13. in his verò Hispaniarum cancellarijs non denegatur, dum modo proprietas excedat, vel accedat ad summam sex millium duplarum, vt in.l.9. titulo.20.libro quarto Recopilationis.

53 Tertia differentia est, quod in illis partibus in causis super proprietate alicuius rei excedente, vel tangente decem mille pesos de oro, secunda supplicatio interponi potest, vt in dicta.l.13. at verò in illis regnis Hispaniarũ sufficit, quod proprietas rei æstimetur trium mille duplarum, vt in dict.l.9 titu.20.libr.quarto Recopilationis. Quarta differentia

54 est, quod qui in illis partibus hanc secũdam supplicationem interponunt, comparere debent apud regem intra spaciũ vnius anni connumerandi à die notificationis sententiæ, factæ parti vel suo procuratori, vt in dict.l.13. in Hispania verò intra quadraginta dies connumerandos à die interpositæ supplicationis supplicans comparere debet coram rege, vt in.l.4.titulo.20.libro quarto Re-

55 copilationis. Quinta & vltima differentia est, quod in illis partibus supplicans nõ obligatur alicui pœnæ, nec cautionẽ aliquã præstat, quia illa supplicatio non habet naturam, quã habet supplicatio, de qua loquitur.l.1.tit.20.li.4. Recop. vt colligitur ex dict.l.13. Ordinat.ind. at verò secundo supplicãs in his regnis se subdit pœnę mille quingentarum duplarum, & præstat fideiussores in euentum, quod prima supplicatio & sententia de reuista confirmetur vt in dict.l.1. tit.20.lib.4.Recop. & ita practicatur. Et

56 exceptis his quinque differentijs in omnibus alijs, quæ pertinent ad expeditionem causarum in hac secunda supplicatione similis ordo obseruandus erit, & eadem requisita necessaria erunt in audientijs noui regni Indorum, quæ sunt in nostris cancellarijs, & consilio supremo Hispaniæ (de quibus præsens est tractatus) nam vltra hoc, quod sic veniunt intelligendæ. ll.14. &. 17. Indo. ordina clare constat ex.l.16. dict. ordi. vbi expresse decidit, quod quid quid per dictas ordinationes decisum non fuerit, decernatur per ordinationes cancellariarum Pinciæ, & Granatæ. Vnde cum in dictis ordinationibus Indorum solum supradicta decreta sint circa secundam hanc supplicationem, recurrendum erit ad ordinationes Vallisoletanas, & Granatenses circa id quod in illis non reperiatur decisum.

57 Ex quibus adnotandum erit, hanc secundam supplicationem interponere posse eos, qui litigant in consilio supremo Indorum, in quo causæ exor-

58 dium sumpserunt, nam si in illis Indorum cancellarijs supplicationi locus est, à fortiori debet esse in consilio supremo, quod consilium regium est, & ita nuncupatur, & ab eo nulla appellatio seu recursus ad aliud conceditur: & ideo dispositum circa consilium regale, comprehendit etiam hoc Indorum supremum consilium, & ita in eo obseruandus erit ordo, qui obseruatur in consilio regali circa interpositionem huius secundæ supplicationis cum pœna & fideiussione duplarum

plarum & non erit obseruandum id quod dispositũ est in dict. ordina. Indorum. Quod probatur ex eo quòd consilium supremum Indorum venit appellatione supremi consilij regij, vt traditur in l. 5. in ordinatione Indorum, vbi cum daretur forma procedendi in consilio supremo Indorum præceptum fuit, quod obseruarentur ordinationes & statuta tradita consiliarijs regalibus. Vnde constat, quod hoc consilium Indorum sequitur naturam consilij regalis. Quod sic conijcio, quia illa discrimina supra relata inter supplicationem secundam in illis partibus interpositam, & inter eam, quæ in Hispania interponitur, prodita sunt, quia distantia locorum aliud non patitur, & quia pluris vel tanti habentur in Hispania tria millia duplarum, quam apud Indos decem millia ducatorum, seu pesos monetæ illarum partium, quod in consilio supremo Indorum cessat, & ita praxis obseruat, quod in eo interponatur supplicatio prout in consilio regali.

Supereſt tamen nunc videre pro intelligentia supradictorum, per quem actum dicatur cœpta lis in casibus, in quibus actio & petitio poni & intentari potest in prima instantia coram auditoribus supremi consilij Regalis, vel cancellariarum, quorum meminit. l. 5. titul. 3 partit. 3. & l. 8. 9. & 11. titulo. 3. libro quarto Recopilationis. & Couarruuias in practic. quæstion. capitulo. 6. & 7. ad hoc vt secundæ supplicationi locus sit. Et videtur dicendum, quod lis cœpta dicatur per citationem parti intimatam, iuxta text. in. l. more. & in. l. & quia. ff. de iurisdictione omnium iudicum. vbi iurisdictio delegati perpetuatur per citationem, & lis dicitur cœpta & non integra. secundò facit text. in Clementina. 2. vt lite pendente. vbi lis pendere dicitur per citationem à iudice emanatam. Tertio

59

suadetur ex. l. siquis postquam. ff. de iud. vbi dicitur, quod per solam citationem præuenitur iurisdictio, per quem text. Fulgosius, Paulus, Alexand. & Iaſſ. in. l. cum quædam puella. ff. de iurisdictione omnium iud. & Barto. in. l. si pluribus. ff. delegatis. 1. & ibi Iasso. numero. 24. & 25. dicunt, quod per solam citationem inducitur præoccupatio, & præuentio iurisdictionis. & idem disponitur in capitul. proposuisti. de foro comp. vbi notat glo. & probat gloss. in. l. vbi cœptum. ff. de iud. & ibi Bart. & Paul. & magis communiter omnes secundum Didacum Perez in Rubrica tituli. 1. libro tertio. Ordin. col. 729. Sed oppositam sententiam (imo quod à litis contestatione iudicium cœptum esse dicatur) probat late Felin. in cap. super quæstionum. nu. 6. de offi. delega. & est communis opinio secundum Paulũ Castren. in. l. 1. C. de iud. & facit text. in d. Clement. 2. vt lite pendente. ibi, litem quoad hoc pendere consemus. quibus verbis constat. citationem operari pendentiã litis, non verò effectum litis cœptæ. Est etiam text. in dict. l. cum quædã puella. vbi iurisdictio dicitur præoccupari per sententiam, aut litis cõtestationem, ergo nõ per solam citationem, & ita ibi tenent Bar. Alberic. Ang. quanuis Fulgos. Paul. & Alexã. ibi dicant illum text. intelligendum esse per alia iura: quæ tamen suppletio displicit Ias. ibi nu. 6. & Aret. in. d. l. si pluribus. & hanc partem tenet glo. in. d. l. 1. verbo. cœpto. C. de iud. & in. l. apertissimi. verbo, inchoetur. C. de iud. & in. l. fi. §. illud. verbo. exordium. C. de temp. appel. & glo. 1. in. l. vinum. ff. si certum petatur. Et est optimus text. in. l. amplius non peti. in principio. ff. rẽ ratam haberi. & tex. vbi Iaſſ in. l. si cum fundus. in principio. iuncta gloss. ff. si cert. peta. Quain re existimo, verioré resolutionem esse, quã supra tradidimus in annotationibus ad totum opus, in fine annotationis primæ,

60

nu.39.ſcilicet, litem propriè cœptã dici à litis conteſtatione, improprie vero à citatione. Sed in hac ſpecie, & in termi
61 nis propoſitæ quæſtionis, ad hoc vt locus ſit ſecundæ ſupplicationi, intelligo de lite cœpta propriè per litis conteſtationem coram auditoribus conſilij regalis aut cancellariæ: & ita opinor accipiendas eſſe.ll. regias agentes de hac ſecunda ſupplicatione. Ad quod mouer, nam ſi prædictæ. ll. permittunt hanc ſecundam ſupplicationem, intelligi debet, interponendam fore à ſententia primæ ſupplicationis, quæ coram auditoribus præceſit, ad quam ſententiam abſque litis conteſtatione peruenire non poſſent: lite enim non conteſtata regulariter ſententia ferri nõ poteſt, vt in titul. vt lite non conteſtata. & in.l. finali. titulo.10. partit.3. & ibi Gregorius Lupus in verbo, Lo que no ſe podria. Vnde verius erit dicendum, quòd.ll. volentes, litem inchoari per litis conteſtationem in conſilio ſeu cancellarijs regijs ſuadent quod ad hoc, vt hæc ſecunda ſupplicatio denegari valeat coram alijs iudicibus inferioribus, lis fuerit cœpta per litis conteſtationem. nam dum ſtatuunt, quòd cauſæ incipiantur & conteſtentur in conſilio & cancellarijs regijs, vt admittatur ſecunda ſupplicatio per conſequens, eam denegant in cauſis, quæ coram inferiotibus cœptæ fuerint per litis conteſtationem. Patet igitur, quòd licèt quis citetur coram iudice inferiori, ſi tamen coram eo non fuerit conteſtatus litem, ſi eam poſtea conteſtetur in conſilio ſeu cancellarijs, peruenire poterit ad hanc ſecundam ſupplicationem, & ita practicatur.

Ex qua vera reſolutione conſtat, per
62 peràm aliquem affirmare proceſſum incipere à petitione, & ab actibus quæ fiunt in ſupremo conſilio, vel in cancellarijs, quando cauſa & lis cœpta coram inferiori, deuoluta fuit ad regios auditores, ex eo quòd ab aliquo actu interlocutorio appellatum fuerit, & cauſa grauaminis coram auditoribus iuſtificata fuerit, & ob id ab eis retenta: vel quando lite conteſtata coram inferiori, appellatio ab aliquo actu interlocutorio interpoſita fuiſſet, & iudex inferior appellationi friuolæ, & nullæ detuliſſet, & ita in ſuperiorem tranſmiſiſſet, & totus & integer proceſſus coram ſuperioribus videretur poſitus. & per conſequens locus eſſet ſecundæ ſupplicationi, tanquam ſi cauſa nouiter cœpta eſſet coram eiſdem ſuperioribus, quia inchoari & incipi cenſeretur à petitione & actibus, quiin dicto conſilio & cancellarijs fierent. prout in hac ſpecie reſoluit Auendanius vbi ſupra. Sed id perperam & male quis affirmaret, quia ex ſupradictis dilucide apparet, à litis conteſtatione litem cœptam dici, vt ſecunda ſupplicatio interponi valeat, quæ lis ſi coram inferiori conteſtata fuerat, vt in propoſitis caſibus extat, manifeſtè ſequitur, quod ea deuoluta ad ſuperiores ſecunda ſupplicatio ceſſabit.

63 Secundò principaliter requiritur, ad hoc vt ſecunda ſupplicatio cum pœna & fide iuſsione mille quingentarum duplarum interponi poſsit, quod cauſa ſit ardua, & magnæ quantitatis, vt probatur in.l.1.7.&.9.titulo.20.libro quarto Recopilationis. & ea cauſa ardua & magnæ quantitatis olim iudicabatur, quæ mille quingentas duplas de cabeça excedebat, vel tanti res, ſuper qua cauſa pendebat, æſtimabatur, iuxta tex. in dicta.l.7. Cæterùm cum poſteà quantitas valoris bonorum excreuerit, decre-
64 tum fuit alia.l. cauſam arduam & magnæ quantitatis cenſeri, quæ trium millium duplarum valorem & æſtimationem attigerit, ſi ſuper proprietate rei cõtrouertatur: ſi verò ſuper eius poſſeſſione arduam cauſam cenſeri, quando proprietas rei ſuper cuius poſſeſsione

liti-

litigatur, sex millium duplarum auri de cabeça sit, & tanti habeatur, prout Imperator noster Carolus Quintus sua pragmatica sanctione promulgauit, quę habetur in dicta.l.9.titulo.20.lib. quarto Recopilationis. Quod intelligo verum esse, nulla facta coaceruatione summarum, veluti si plures rei conuenti ab vno actore fuerint condemnati super diuersis summis: quarum quælibet de per se non attingeret prædictam summam, & simul iunctæ excederent: quo casu non debet fieri coaceruatio, & computatio illarum summarum, vt locus sit huic secundæ supplicationi, ita resoluit Auendanius vbi supra.numero. 14.in fine. vbi eodem numero resoluit illam quæstionem, si
65 vnus actor agat contra plures reos pro diuersis summis, & quantitatibus, quarum quælibet de per se non attingit dictam summam & valorem trium millium duplarum, & simul iunctæ excedunt, & vnus ex correis supplicat à secunda sententia de reuista, & ipse solus dat fideiusionem suo nomine, & consortium, an hoc sufficiat & prosit cæteris omnibus reis, & bene supplicatum dicatur. Et tandem Auendanius ibi resoluit, quod si quilibet fuit condemnatus de per se in summa, quæ non sit triũ millium vel sex millium duplarum, tot sunt sententiæ quot condemnationes: & ita plures appellationes sunt interponendæ. Quare si vnus solus supplicauerit, nec bene supplicauit, quia non erat causa ardua, nec consortibus prodesset eius supplicatio: quanuis causa ardua & debitę quantitatis esset: nam cum plures sint condemnationes, plures etiam deberent esse supplicationes. Cæterùm si ex vna actione & defensione fieret cõdenatio, etiam in viriles portiones, tunc vna causa reputaretur & vna appellatio seu supplicatio sufficeret, quod verum esse Auendanius concludit in appellationis & primæ supplicationis gradu. At verò in gradu secũdę supplicationis, vbi pœna mille quingentarũ duplarum venit imponenda aliud dicendũ esse existimat: quia sicut non potest talis supplicatio nocere reo cõdenato, ita nec ei prodesse debet. Vnde in prædicto locõ per plura fundaméta cõcludit Auend. q̃ quãdo plures rei condẽnantur in solidũ si vnus ex eis tantũ supplicauit, cũ prędicta pœna, alter vero vel acquieuit sententiæ, vel non supplicauit, contra hũc sententia secunda de reuista exequi poterit, non obstante supplicatione alterius.

66 Vlterius considero, quod causa hæc ardua & magnæ quantitatis debet continere rem æstimabilem, & quæ æstimari possit trium millium duplarum auri de cabeça, vt colligitur ex.l.7.titulo.20. libro quarto Recopilationis. ibi. siendo
67 tan ardua la causa', y sobre tan grande cantidad, que sea de tanto valor y estimacion, &c. & ex dict.l.9.eiusdem tituli & libri. non enim sufficit quod causa sit ardua, quia plures causæ arduæ reputantur prout sunt criminales, & tamen in eis non est locus secundæ supplicationi vt probatur in.l.11.titulo.20.libr. quarto Recopilationis. sed necessum est quòd sit ardua & æstimabilis copulatiuè, vt notat Auendanius vbi sup.numero. 16. Quo fit, verum esse quod supra resoluimus in.1.requisito, illatio-
68 ne.7. nempè in causis nobilitatis locum non esse secundæ supplicationi, cũ non recipiant æstimationem nummariam.
69 Cæterum si causa esset super aliquo priuilegio exemptionis tributorum, concesso aliquibus personis, locis, aut alicui ciuitati, & in ea habitantibus, & negocium esset arduum, & tale quod si emeretur talis exemptio (quia ex tali onerosa causa potest acquiri, iuxta doctrinam Bald. & DD. in.l. qui se patris. C. vnde liberi. & in.l. vacuatis. C. de decurionibus. libr.10.) excederet summam trium millium duplarum, si de eius proprietate ageretur, vel sex mil-

lium

lium si de possessione, & esset casus qui coram supremo consilio seu cancellarijs tractaripossetprout quotidie fit in nobilitatibus pertinetibus ex priuilegio: in huiusmodi casu lata prima & secūda sentetia in gradu de vista, & reuista, bene haberet locum secunda supplicatio cum pœna & fideiussione mille quingentarum duplarum: quia tam ex instantia quàm ex æstimatione priuilegij causa est æstimabilis. Quod maxime procederet si contributio à qua priuilegiati liberantur, excederet futuris temporibus summam dictarum duplarum, & peteretur quod virtute priuilegij ab illa contributione in futurum liberentur, nam huiusmodi causæ sine dubio excedunt dictam summam, & in eis locum habet secūda supplicatio, iuxta notata per Alber. post Bart. in l. si idē in principio. num. 7. ff. de iurisdictione omnium iudicium. & facit text. in l. firmio. §. fina. ff. quando dies leg. ced. & ita in terminis resoluit Auendan. vbi supr: numero. 17. Et hinc etiam fit, quòd in controuersijs & litibus super eo, quòd aliqui admittantur ad aliqua officia in populis, quorum æstimatio accedit ad prædictam summam, locus erit huic secundæ supplicationi, & ita in consilio supremo fuit decisum.

70 Fit etiam ex supradictis, quod si aliquis habens iurisdictionem alicuius loci, aut concilium alicuius oppidi. litigat super diuersis iuribus sibi competentibus ratione iurisdictionis, quę in illis locis sibi competit, veluti si experiatur super decimis executionum sibi debitis, aut super pœnis & calumnijs, aut super alijs quibuscunque diuersis iuribus, & pręeminētijs, quę iurisdictionis fructus & effectus sunt, & valor vniuscuiusque iuris separatim non attingit valorem & æstimationem trium millium duplarū in proprietate, vel sex millium in possessione, & tamen si simul iungantur superant vel saltim attingunt prædictā summam, tunc lata secunda sententia de reuista ab ea secunda supplicatio interponi poterit: nam si vna actione vel sententia sint comprehensæ plures species vel summæ, quarum singulæ de per se non accedunt ad valorem necessarium & requisitum. vt ad principem interponi possit appellatio, tamē omnes simul iunctæ faciunt notionem principis (id est, quod accedunt ad valorem necessarium vt ad principem interponi possit appellatio) tunc bene poterit appellatio ad principem interponi, iuxta text. in l. si qui separatim. §. 1. ff. de appellationibus. ergo idem dicendum erit in casu nostro. cùm prædicta iura & pręeminē tiæ vna actione, & eodem iure proueniente à iurisdictione comprehendantur, & eadem sit lis & sententia promulgata super omnibus, & omnia simul erunt attendenda ad secundā supplicationem admittendam. Confirmatur hoc corollariū. ex l. si idem cum eodem in principio. ff. de iurisdictio. omnium iudicum iuncta glos. 1. ibi. vbi dicitur, quod si inter eosdē pluribus actionibus actum sit, quarum singularum quantitas sit intra iurisdictionem iudicantis, eis autem simul iunctis excedit, non erunt simul coaceruandæ, sed potius debet iudex de eis cognoscere: & subdit glo. 1. ibi. illud verum esse, quādo pluribus actionibus actum esset, secus vero si vna tantum actione, licet in ea de pluribus quæratur. quam glos. sequuntur ibi Bartol. & communiter omnes ex Decio ibi, ante numerū. 15. Præterea aduerto, quod quoties agitur super iurisdictione, 71 semper causa censetur ardua absque aliqua taxatione seu æstimatione, ad hoc quod interponi valeat secunda supplicatio, sed genus prædicatur de suis speciebus, vt late declarat Bartol. in l. qui vsu fructum. ff. de verborum obligation. & posita specie, genus necessario ponitur, nam animal 72 est genus, homo, equus, bos, & similia

species

ſpecies ſubiectiuæ quæ ſubijciuntur dicto generi,& eius prædicamento: quia ſi dico eſt homo neceſſario conſequitur,eſt animal.l.ſiquid earum.§. interéptum.ff.de legatis tertio.Iaſſ.in Rubrica.ff.de legatis.1.numer.7. & ita remoto genere remouentur & eius ſpecies, ſecundum Iaſſonem in.l. ſi filius à patre.ff.de liberis & poſthumis.nume.10. &.l.ſi cauſa.numero.8.poſt Paulum,numero.5.de tranſactionibus. &.l.ſcien-
73 dum.numero.3.deleg.1.& ad cognitio nem ſpecierum debet præcedere cogni tio generis.text.& omnes in.l.1.ff.ſi certum petatur.notat Paulus Caſtr.in.l.1,
74 numero.6.ff.de iuſt.& iure. & ad poſitionem generis ſequitur poſitio ſpecierum ſaltim affirmatiue,Paul.in.l.non videt.num.5.C.de in integ.reſtitu . Vnde quando his tractatur de ſpeciebus iuriſdictionis,etiam tractatur de ipſa iuriſdictione,& debet iudicari cauſa ardua, & quod in ea locum habeat ſecunda ſupplicatio.Facit etiam,quia valet argumentum de toto ad partem.l.quę de tota.ff.de rei vendicatione.l.qui ſcit , in principio.ff.de vſuris, & cuius effectus omnibus prodeſt, & partes ad vniuerſos pertinent.l.cuius effectus. ff. de reg. iur.& ibi Decius.

75 Aduertendum tamen erit,quod æſtimatio & valor requiſitus, vt poſsit interponi ſecunda ſupplicatio, conſiderari debet tempore petitionis rei , quo tempore cauſa iam debet eſſe ardua, & res petita aſcendere debet ad prædictam millium duplarum ſummam,nec ſufficit quod tempore ſententiæ creuerit valor,vt notãt Baldus & Angelus in.l. ſiidem cum eodem.§.finali. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. & ibi Iaſſo. in principio. numero.6. Vnde ſi anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo fuit petitus fundus,qui tũc æſtimabatur duarum millium duplarum,licèt non excedat tria millia,non habebit locum ſupplicatio cum pœna. & licèt in petitione plura petantur,quarum valor tempore petitionis excedebat valorem trium millium duplarum & cõdemnatio fit in rebus omnibus,ſi tamen ſuppli catio ſecunda fit tantum à condemnatione alicuius rei, debet haberi reſpectus ad valorem eius tantùm,& non ad petitionem vel condemnationem , ita ex Angel Felin.& Decio reſoluit Auẽdan.vbi ſupra.nu.15.

Supereſt videre pro explicatione ſupradicti requiſiti, quot ducatis ſeu argenteis æſtimanda ſint illa tria millia duplarum in proprietatis cauſis, & ſex millia in poſſeſſorijs,quod etiam conferet ad intellectum pœnæ mille quingentarum duplarum ſoluendæ, quando ſententia à qua fuit ſupplicatum,cõfirmaretur.Et pro reſolutione huius ar-
76 ticuli dicendum erit,quod valor vnius duplæ de cabeça eſt eiuſdem valoris cũ Caſtellano,prout reſoluit Cotarru. tractatu de veter.nummiſ.collat.cap.6.numero.3. & Caſtellanus conſtat ſexdecim argẽteis,tantique communiter habetur: vnde conſtat quod cauſa ſuper
77 proprietate,cuius valor æſtimari debet trium millium duplarum,excedere debet vel attingere quadraginta octo millia argentorum, ſeu regalium, & ducatorum quatuor millia trecenta & ſexaginta quatuor, exceptis quatuor argenteis:cauſa verò ſuper poſſeſsione, eius
78 proprietas æſtimanda eſt ſex milliũ duplarum,quæ nonaginta ſex millia regalium conficiunt,& octo millia ſeptingenta viginti octo ducatorum conſtituunt,exceptis octo argenteis.Et in hũc modum intelligendum erit quanti habenda ſit illa pœna mille quingẽtarum
79 duplarum , nam mille quingentæ duplæ de cabeça cõficiunt numerũ viginti quatuor millium argenteorum , ſeu regalium , quibus hoc tempore in Caſtella vtimur,qui reducti in ducatos cõmunes vndecim argenteorum, conſtituunt duo millia centum octuaginta

ſex

sex ducatorum, duobus exceptis argenteis, quod ita practicatur, vt inquit Couarr. vbi supra. quanuis non sic particulatim resoluat.

80 Tertio principaliter requititur, vt interponi possit secunda supplicatio cũ pœna mille quingentarum duplarum, quod latæ sint duæ sententiæ diffinitiuæ in ipso regio consilio seu cancellarijs, nec sufficit eas esse interlocutorias habentes vim diffinitiuarum, vt clare dispositum est in l. 7. titul. 20. lib. 4. Recop. per illam dictionem taxatiuam, Solamente. & expressius in l. 6. eiusdem tituli & libri, vbi omnino hoc auxilium secundæ supplicationis denegatur, & prohibetur interponi ab actibus & sententijs interlocutorijs, quanuis diffinitiuarum vim habeant, & reparari nequeant per diffinitiuam, & ita tenet Auendanius vbi supra numero. 18. & Rebuffus in Tractatu de supplicatione articulo. 1. glossa. 26. & intellige sen-

81 tentiam illam dici interlocutoriam, quæ non diffinit principalem articulum, sed media causæ respicit, secundum glossam in Clementina ad compescendas. de sequestratione possess. & fruct. verbo. Diffinitiua. & glossa. in capit. ei qui. versiculo, diffinitiua. 2. quæstione. 6. verbo, Diffinitiua. glo. in Authentico. de litigiosis. §. ad excludendas. verbo. Interlocutionibus. tradunt Abbas, & Felinus in Rubrica. de sententia & re iudicata. Auiles in. cc. prætorum. capit. 6. verbo, Sententias. numero. 10. Similiter sententia, quæ post se aliam diffinitiuam expectat, interlocutoria dicitur, vt notatur in l. post sententiam. C. de sententijs. & in l. 1. C. quando prouocare non est necesse. Simili modo sententia, quæ non efficit iudicem esse functum officio suo, interlo-

82 cutoria est, vt in capit. in literis. de officio. delegati. Sententa autem interlocutoria habens vim diffinitiuæ est ea, quæ quasi diffinit negocium principale, non tamen in totum diffinit, secũdũ Panormi. in dicta Rubrica. de sententia, & re iud. numer. 6. & 8. & hæc reuocari nõ potest per iudicem proferentem gl. ca. fin. verbo, Inanes. de electione. in. 6. quam notat Bal. in Authẽtica. Habita. C. ne filius pro patre. Iaff. in. l. minores. C. de his quibus vt indig. pro qua gloss. est tex. in cap. significantibus. de offic. deleg. Ab hac etiam sententia licet appellare antequam diffiniatur principale negocium, vt in gloss. 1. l. intra vtile. ff. de minor. sequitur Dueñas. Regula. 52. num. 3. & nihilominus ab his interlocutorijs sententijs vel vim diffinitiuarum habentibus, non datur aditus ad secundã supplicationem cum pœna & fideiussione, vt statuitur prędictis. ll. Sed eis obstare videtur. l. 8. & 9. titulo. 20. libro quarto recopilationis. vbi si sententiæ duæ proferantur super aliquo possessorio, quæ tamen non sint conformes, & concurrant alia requisita, poterit interponi secunda supplicatio: sed sententiæ super possessorio prolatæ non sunt diffinitiuæ, sed quasi diffinitiuæ, & diffinitiuarum vim habentes, quia non diffiniunt negociunt in totum, siquidẽ postea super petitorio agi potest, quod probatur in cap. 2. de ordine cogni. & in capit. cum venissent. de institutionibus vbi cum ageretur super quodam spolio, & super possessorio interloquendo pronuntiauit pontifex, significans sententiam in illo possessorio interlocutoriam esse, ergo falsum erit dicere, quod à sententia interlocutoria non possit quis secundò supplicare. Sed his non obstantibus seruanda est decisio dictarum. ll. 6. & 7. nouę Recopilatio. quia verius & receptius est sententiam su-

83 per possessorio diffinitiuam esse, quia diffinit in totum causam illam super possessione, ita glossa in dicta Clementina, ad compescendas. verbo, Possessorio. gloss. capit. cum ad sedem. verb. Interdictum. de restitut. spoli. gloss. in capit.

pit.finali.de iud.Bero.in cap.licet cau-
ſam.numero.68.de probationibus,cõ-
munis ex Decio.cap.conſultationibus.
numer.9.de offic.delegati. pro qua eſt
text. in capitul.accedens in principio.
vt lite non conteſtata. Nec huic com-
muni nocent text. in dicto capitulo.2.
& capit.cum veniſſent. qui procedunt
quando quæſtio poſſeſsionis inducta
eſt per viam exceptionis, prout ibi fuit
mota: cæterum ſi per viam principalis
quæſtionis,& de per ſe mota fuerit cau
ſa poſſeſſoria,ſententia ſuper ea lata dif
finitiua erit.ita Ant.in dicto capitulo fi-
na.de iud.& ibi Andreas Sicul. Rubeus
in.l.naturaliter.§. nihil commune.nu-
mero. 345. de acquirenda poſſeſsio-
ne.

85 Ex qua reſolutione cõmuni declaran
tur prædictæ.ll. Regiæ. 8. &.9. locum
habere, quando poſſeſſorium intenta-
tũ fuerit principaliter,& ſuper eo prola
tæ fuerint duæ ſententiæ diuerſę,ſeu cõ
trariæ, à quibus tanquam à diffinitiuis
interponi poterit ſecunda ſupplicatio:
cæterum ſi poſſeſſorium incidenter &
per viam exceptionis tractaretur, licet
duæ fuerint prolatæ ſententiæ de viſta
& reuiſta,non poterit ab hac vltima de
reuiſta ſupplicari cum pœna & fideiuſ-
ſione mille quingentarum duplarum,
quia ſententia interlocuroria eſt, à qua
ſupplicari nequit, vt in dicta. l. 6.
&.7.

86 Quarto principaliter requiritur vt
ſecundę ſupplicationi locus ſit, quod
cauſa debet eſſe ciuilis,non verò crimi-
nalis,nam in criminali ſecunda ſuppli-
catio denegatur per.l.11.titulo.20.lib.
quarto Recopilationis.Quod etiam de
iure communi obſeruatur, vt reſoluit
Rebuffus in dicto tract.de ſupplicatio.
nu.71.Et quæ ſit cauſa ciuilis,& quæ cri-
minalis iã ſupra expoſuimus in annota
tionibus ad totum opus, annotatione
1.à numero.19.Sed hoc in loco oppor-
87 tune illud dubium examinandum erit,
ſcilicet,quid ſi aliqua cauſa intentetur
in prima inſtantia criminaliter in conſi-
lio ſupremo, & incidenter petatur ali-
qua magna ſumma ratione intereſſe,
iuxta doctrinam Barto. in.l. interdum.
§.qui furem.ff.de furtis. & habetur in
cap.cum oporteat. & ibi.DD.de accu-
ſat.an ratione huius intereſſe quod inci
denter petitur.ſi excedat ſummam triũ
millium duplarum,locum habeat ſecũ-
da ſupplicatio? Qua in re videtur dicen
dum,locum non habere,nam ſi conſide-
remus quod principaliter illa eſt cau
ſa criminalis,in qua non admittitur ſe-
cunda ſupplicatio,& qui non poteſt eſ-
ſe iudex cauſæ principalis, non poterit
eſſe cauſæ incidẽtis.l.quoties.C. de iud.
notatur in cap.tuam.de ordine cog. &
Couarruuias in practicis quæſtionibus.
cap.4.in fine.ſed in propoſita ſpecie re
ſpectu cauſæ criminalis principalis non
poteſt interponi ſecunda ſupplicatio:er
go nec debet poſſe interponi reſpectu
intereſſe incidentis,& cauſæ ſubordina-
tæ. ita concludit Auendanius vbi ſu-
prà nume.18.A qua tamen opinione li-
benter recedo,imò quòd reſpectu illius
intereſſe admittenda ſit ſecunda ſuppli-
catio,motus ex doctrina Baldi & Gui-
llermi in.l.ſi ex cauſa.§.nunc vidẽdum.
ff.de minor.vbi annotaui, quod ſi ſtatu
88 to ſublata ſit appellatio in quęſtionibus
criminalibus, vel reſtitutio in integrũ,
cẽſetur ſublata reſpectu principalis cau
ſæ,& non reſpectu emergentis, ſeu inci
dentis in eam.quos ſequuntur Alexan-
der.numero.2.Iaſſo.num.7. qui Plum-
binum refert in Rubrica.ff.de re iudica.
Auiles in.cc.prætorum.cap.6. numero
4.&6.in gloſſ.verbo,Sententias. & Bo-
ſius in praxi criminali,titulo de appella
tionibus.numero.11.& faciunt per eum
ibidem adducta.numero.8.conducunt
etiam quæ adducit Didacus Perez.in.l.
8.titulo.4.libro quarto Ordenamenti.
in gloſſ.verbo,Dentro en otros veynte
dias.columna. 403. ergo idem dicendũ
erit

erit in supra dicta proposita quæstione, quod licet sublata sit supplicatio secunda in criminalibus, non censeatur sublata in dependentibus, & incidentibus, dū in eis cætera alia requisita adsint. Pro
89 qua opinione satis est text. in l. 3. titulo 20. libro quarto Recopilationis. vbi decernitur, quòd licèt sententia à qua fuit secundo supplicatum respectu interesse, seu expensarum aut cuiusuis causę incidentis & accessoriæ ad principalem sententiam fuerit modificata, reuocata, seu correcta ad huc pars, quæ supplicauit tenebitur soluere pœnam mille quingentarum duplarum nisi articulus & causa incidens tā ardua esset, & tantę quantitatis, quòd propter ipsam duntaxat, nullo habito respectu ad causam principalem esset locus huic secundæ supplicationi, & debuisset de iure admitti. Ex qua lege subtiliter perpensa elicitur, mentem eius esse, quod posset dari casus, in quo principale negocium non esset tam arduum, nec tantæ quantitatis, quod posset ab eo interponi secunda supplicatio, & tamen posset aliquis casus accessorius expensarum vel fructuum emergere tantæ arduitatis, & quantitatis, qui excederet trium millium duplarum summam & æstimationem, prout si centum equæ petantur, quæ ablatæ fuerunt ab hinc viginti annis, & prima & secunda sententia de reuista præceptum sit eas reddi, vel earum æstimationem, & partus & post partus earum: ecce casus principalis qui non erat arduus, nec quantitatis debitæ & requisitæ, vt interponeretur secūda supplicatio: tamen ratione accessorij incidentis partus, posset supplicari, siquidem partus & post partus incidēs quæstio tantæ arduitatis est: sed causa ciuilis paruæ quantitatis, & causa criminalis paribus passibus ambulant, & æquiparantur quoad hoc, quod sicut ab illa ciuili, quia non est ardua, non potest interponi secunda supplicatio, ita nec poterit ab hac criminali, quia criminalis est, & tamen si ab illa sit aliquis casus dependens arduus & debitæ quantitatis trium millium duplarum poterit interponi secunda supplicatio ratione accessorij dependentis. ergo idem dicendum est si in causam criminalem incidat aliqua quæstio, & causa tantæ summæ & arduitatis, quod eius respectu duntaxat absque consideratione causæ principalis possit interponi supplicatio, & debeat admitti. Quibus rationibus & hac l. sic animaduersa, non dubitarē asserere in proposita quæstione admittendam esse secūdam supplicationem cum pœna mille quingentarum duplarum, & sufficientibus fideiussoribus. Nec aliud suadent fundamēta Auenda. nam licet
90 verū sit quod qui principalis causę non potest esse iudex, non poterit & accessorij: illud est intelligendum quando militat eadem ratio impotentiæ & incapacitatis in accessorio, quæ militat in principali, veluti si tractetur causa super reciſsione alicuius contractus iurati ab aliquo laico, qui eius reciſsionem prætendit ex alio iure, cuius cognitio non est propria iudicis ecclesiastici, tunc iudex ecclesiasticus causam principalem reciſsionis non pertractabit, nec ei se ingereret, licet accessoriā scilicet absolutionis iuramenti sibi præsumat: quia ratio propter quam nō est competens ad causam principalem reciſsionis contractus, est quia contrahent es erāt laici & fori secularis, & cognitio causæ, ex qua prætendebat reciſsio, non pertinebat ad tribunal ecclesiasticum, est tamen competens ad accessoriam, scilicet ad absolutionem iuramenti ratione ipsius. & ita colligo ex congestis per Couarruias libro. 1. Variarum capit. 4. numero 7. Et ita decidendum est in nostræ quæstionis specie, quod diuersa ratione in criminali principali causa non est locus secundæ supplicationi, ab eaquæ militat in accessoria fructuum & interesse:

nam

nam in criminali quæstione non est locus supplicationi, quia causa criminalis non est æstimabilis pecunia, prout necessum esse, supra resoluimus. & aduertit Auendanius vbi supra numero. 16. Cæterum quæstio incidens fructuum & interesse satis æstimari potest, vt inde appareat an sit requisitæ quantitatis trium millium duplarum, & possit vel debeat admitti secunda supplicatio.

91 Et ex supradictis nec mihi etiam placet, quod si sententia de reuista transiuit in rem iudicatam, & agitur nouum iudicium super liquidatione fructuum, qui excedunt summam trium millium duplarum, super qua liquidatione prolatæ sunt duæ sententiæ, quod non possit interponi ab ea secũda supplicatio: eo quia secunda hæc instantia videatur eadem cum prima, & ab ea dependens & sicut à prima executoria, & à sententijs ibi latis non poterat supplicari, ita nec deberet posse supplicari à sententijs latis in earum declaratione. Quod displicet, nam sicut propter hanc rationẽ non liceret supplicare secundo, eodem modo non liceret supplicare primo: si quidem iam in prima causa supplicatũ est. Sed contrarium supponitur, scilicet quod possint proferri duæ sententię super liquidatione, ergo & tertia per supplicationem secundam poterit proferri. Vnde patet quod diuersa est causa supplicationis, quæ interponitur super liquidatione, ab ea, quæ interponitur in prima causa, & fortiter probatur, quia si in eadem causa principali, vbi eius ratione non poterat interponi secunda supplicatio, ostendimus posse interponi ratione emergẽtis quæstionis arduę, & requisitæ quantitatis, vt in præcedenti quæstione, à fortiori concludimus eam posse interponi vbi iam non est eadem causa, cum in ea duæ possint ferri sententiæ diffinitiuæ.

92 Quinto principaliter requiritur, vt secũda supplicatio locum habeat, quod interponatur intra viginti dies connumerandos à die notificationis sentẽtiæ de reuista, iuxta text. in dicta. l. 1. titulo 20. libro quarto Recopilation. quibus elapsis non poterit amplius hæc supplicatio interponi, nec aduersum lapsum viginti dierum restitutio competit, nec peti potest à minori, ecclesia, seu ciuitate, vel ab alijs quibus de iure beneficiũ restitutionis competit, iuxta tex. in. l. 4. titulo 20. libro quarto Recopilationis. & tenet Auendanius vbi supra. nume. 19. & Monterrosus in sua practica. Tractatu. 5. cap. 8. in principio. Ex qua. l. destruitur opinio Didaci Perez in. l. 8. titulo. 4. libro. 2. Ordinamen. in gloss. verbo, Dentro en otros veynte dias. colũna. 394. resoluentis, minoribus & reliquis personis priuilegiatis restitutionẽ aduersus lapsum viginti dierum concedendam esse, cum in dicta. l. 4. expresè cautum sit, denegandam esse, & ita iam cessat longa & prolixa disputatio Didaci Perez. Et quod isti viginti dies connumerari & currere debeant à tẽpore notificationis sententiæ de reuista (licet. d. l. 1. non aperiat) constat ex his, quæ circa interpositionem appellationis resoluimus supra in. 6. par. huius. 1. tomi in præmio. nu. 15. per glo. celebrem in. c. concertioni. verb. Sciuerit. de appellationibus. in. 6. & per ea, quæ DD. ibi citati congerunt: & vltra eos idem resoluit Iass. in consilio. 159. numero. 4. volumine. 2. versic. tertio principaliter. & versic. tertio facit. & versic. quarto. vbi ad idem citat Ancharranum in consi. 372. numero. 5. in fine. & Felinus idem tenet in capit. contingat. numero. 6. in fine. de rescript. & in capit. quoad consultationem. numero. 32. de re iudicata. Romanus consilio 343. nume. 18. & Molineus in consuetud. Paris. titulo. de materia feudi. §. 13. gloss. 12. numero. 1. & 2. Tiraquell. de retract. §. 36. glossa. 2. numero. 31. & 32. Sed appellatio & supplicatio à pari procedunt, quando con-

trarium non reperitur dispositum, vt resoluit Rebuffus Tractatu de supplicatione. numero. 89. &. 95. ergo idem in supplicatione, quod in appellatione dicēdum erit: imò maior ratio versatur in supplicatione, cum ad aliud remedium pro iustitia consequenda recurri non possit.

93 Sextò principaliter requiritur, vt locus sit secundæ supplicationi, quòd intra supradictos viginti dies connumerandos à die notificationis sentētiæ de reuista, publico instrumento supplicās se obliget, & sufficientem cautionem fideiussoriam coram auditoribus regijs, à quibus fuit supplicatū præstet de soluendis mille quingentis duplis auri de cabeça, si sententia, à qua supplicauit, confirmata fuerit: alioquin elapsis. 20. diebus, supplicatio admittēda nō erit, si inter eos obligatio cum fideiusione celebrata non fuerit, prout expressè cauetur in dict. l. 1. tit. 20. lib. 4. Recopil. vbi etiam statuitur quibus prædicta pœna

94 applicanda sit. Quam obligationem & fideiusionem non solum priuatus, verum etiam fisci procurator præstare tenetur, eo solo sibi cōcesso (vt circuitus euitetur) quod duntaxat se & suos fideiussores astringat ad persoluēdas mille duplas, ea nempe ratione, quia si sententia de reuista confirmaretur, & per consequens pœna incurreretur, quingentæ duplæ ex prædictis mille & quingētis fisco venirent applicandæ, vt dicitur in dict. l. 1. idcirco in omnem euentum sufficiet persoluere reliquas duas partes, scilicet mille duplas. Ita cautū reliquerunt Ferdinandus & Elisabet inuictissimi, atq; Catholicissimi principes, & cō firmauit noster Philippus. II. eorum pronepos, & acerrimus iustitiæ imitator, & auctor, vt constat ex. l. 10. tit. 20. lib. 4. Recop. vbi decisum extat, procuratorem fisci regij teneri omnino obseruare omnia requisita ad hanc secundam supplicationem interponendam,

95 quæ priuatus quilibet tenetur. Aduertendum tamen erit, quod si supplicans sit pauper, & de eius paupertate cōstet, nec fideiussores habeat, eius supplicatio admittenda erit, dummodo se obliget & cautionē iuratoriā præstet, intra dict. 20. dies de soluenda pœna. 1500. duplarum, in euentum quod sententia de reuista confirmata fuerit. Quæ interpretatio fulcitur ex notatis per Hippolytum in. l. 1. §. præterea. numero 83. ff. de quæstionbus. & suadetur ex eo, quod si secunda supplicatio inuenta fuit ex æquitate, vt rigor iustitiæ tēperaretur, iuxta gloss. in summa titul. 24. par. 3. fortius admittenda erit in fauorem pauperum, quam in fauorem diuitum, alioquin nunquam pauperes possent gaudere auxilio huius secundæ supplicationis, quorum pietate praxis recepit obligationem, & cautionem iuratoriam eis sufficere. & ita tenet Rebuffus vbi sup. artic 5. gloss. 1. in principio. & Monterosus vbi supr. num. 8.

96 Ex quo sexto requisito infertur, quod si aliquis supplicans intra viginti dies se obligauit, & satisfecit de persoluenda pœna mille quingentarum duplarum: non tamen intra prædictos dies exhibuit coram auditoribus Regijs scripturam instrumenti publici, super obligatione & fideiusione confecti, sed post viginti dies instrumētum obligationis & fideiusionis eis tradidit, non erit tūc admittenda eius supplicatio, vt probare videtur. l. 1. titulo. 20. libro quarto Recopilationis. ibi, Dentro de los dichos veynte dias ante los dichos oydores, &c. quibus verbis plane constat, prædictam obligationem & satisfactionē prę sentandam vel præstandam esse coram ipsis auditoribus intra viginti dies. Pro

97 qua opinione etiam facit, quia qualitas adiuncta verbo, est regulanda & intelligenda secundum tempus verbi, cui adijcitur, tex. in. § proximus. insti. de legi. agna. succes. in. l. in delictis. §. si extra-

neus.

neus.ff.de noxalibus.& ibi Bart.& Bal. & in.l.Titius.& ibi Bart.ff.de mili.testamento.Dueñas in Regula.18. numero. 4. & Tiraquellus de iure primogenitu-ræ. quæstione. 40. numero. 172. igitur prædicta qualitas,coram dictis auditoribus adiuncta,verbo,Se obligue, y de fiadores. intelligi debet secundum tempus verbi,scilicet vt coram auditoribus dicta obligatio & cautio & instrumentum,quo omnia cõtinentur dentur vel præsententur: præsertim quia omnia illa requisita ad interponendam &admittendam secundam supplicationem pro
98 forma traduntur à.dicta.l. 1. Sed forma à. l. vel statuto tradita ad aliquem actũ seruanda est ad vnguem, & ea non seruata reditur actus ipso iure nullus,vt in l.cum hi.§.prætor.ff.de transactio. tradit Hippolytus in consilio. 117. numero. 14.& in consilio.29.numero. 10. & in consilio.64.numero.22.Segura.in.l. vnum ex familia.§.sed & si fundũ n. 9. ff.deleg.2.Tiraqu.in.ll.connubialibus. gl.4 super text.consentemente.numero.3.& numero.26.& in glossa. 5. super verbo, expressè. numero. 181. ergo si non seruetur forma tradita à dicta. l. 1. nempe quod coram auditoribus intra viginti dies obligatio & cautio præstẽ tur, vel præsententur, actus erit nullus & nõ admittetur supplicatio. Vrget insuper pro prædicta opinione, quod si
99 habens mandatum expressum ad retrahẽdam rem de auolengo, & intra annũ compareat petẽs nomine domini rem retrahi, non tamen doceat de mandato,nisi elapso anno, admittendus non erit,vt per plura fundamenta notat Tiraquellus de vtroque retractu. titul.de retractu linagier.§.1. glos. 10. numero 90. Nec obstat supradictæ illationi, q cum re vera intra tempus viginti dierũ supplicãs se obligauerit& fideiussores præstiterit, licet instrumẽtum super eo confectum coram auditoribus nõ produxerit,videatur satisfeciſſe intentioni legis, quæ hoc introduxit timore dilationis supplicantis,qui dilationis timor cessat confecta obligatione,& præstita cautione fideiussoria,licet non præsentata coram auditoribus.Nam respõdeo quod cũ præsentatio seu prestatio obligationis fideiussionis coram auditoribus,sit de forma supplicationis,& sic de eius substantia,sequitur quòd ad vnguẽ
100 seruari debet. Nõ etiam obstat doctrina Speculatoris in titulo.de procuratore.§.1.numero.18.versiculo,sed si receptum. dum docet, quòd si in specie. capit.1.de electione, in. 6. procurator habens mandatum obiecerit crimina aduersus electum in termino præfixo, & intra terminum non docuerit de mandato,quod re vera habebat, non nocebit ei, dum tamen illud postea producat: cuius doctrinam sequitur Alexander in consilio.78.numero. 8. 11. &. 12. volumine.5. Cardinalis in Clementina, non potest.de procuratoribus. in quæstione fina. & Ripa in cap.cum M.Ferrariensis.de constitu.numero.137.Nam respondeo, illud procedere quoad mãdatum præstitum ad aliquem actũ gerendum,secus vero est, quando pro forma aliud requireretur, vt in proposito casu, vbi pro forma exigit. l. quod instrumentum exhibeatur intra viginti dies,& corã auditoribus præstetur. Eodem modo respondendum erit doctrinæ Bart.in consilio.73 numero.2.docẽtis, quod procurator certus de mandato poterit vti officio procuratoris, licet mandatum procuratorium non recepit,quem sequitur Cardinalis vbi supra.Pari modo satisfaciendũ erit,quod siquis obiecerit, rationem finalem dicte.l.1. decidentis, obligationem & fideiussores à supplicante dandos fore eã esse,vt supplicans obligatus maneat ad soluendam pœnam, si condemnatus fuerit, sed ita remanet obligatus efficaciter,dando satisdationem, intra terminum, ac si coram auditoribus eius in-

strumentum præsentaret. ergo videtur sufficere. Nam respondeo, quod cũ alia forma tradita sit à d. l. 1. videlicet, vt intra viginti dies coram auditoribus præsentetur, vel detur, seruanda erit, alias actus erit nullus.

101 Ex quibus consequitur, veram esse resolutionem Didaci Perez, in. l. 8. titulo. 4. libro secundo Ordinamenti in gl. verbo, Dentro en otros veynte dias. columna. 408. dum proposita quæstione quid dicendum esset, si supplicans dedit fideiussores intra viginti dies, & auditores forte putant eos non idoneos, & iubent alios fideiussores idoneos dari post viginti dies, an id per dictos auditores fieri possit, & ab eisdem admitti supplicatio, concludit quod nõ, & meritò: quia pro forma (vt diximus) introductum est, quod fideiussores intra viginti dies dentur, & necessario est intelligendum de fideiussoribus idoneis, & quorum facultates prædictæ pœnę mille quingentarum duplarum sufficiant: nam alias idem esset non præstare fideiussores, & minus idoneos & inutiliter eos pręstare, paria enim sunt non proponere vel minus bene & inutiliter proponere text. in capit. inter corporalia de translatione episcopi. ergo idoneis fideiussoribus in tempore non pręstitis supplicatio admitti nõ debet, ac proinde auditores regij non poterunt præcipere, quod post tempus viginti dierum fideiussores idonei de nouo præstẽtur, non enim eis licet à forma. l. recedere. Nec me mouet aliud dicere, quòd licet non credatur exemplis non producto exemplari (id est) originali scriptura, dum tamen intra terminum peremptorium datum ad producenda instrumenta producatur exemplum, & post terminum elapsum producatur originale productio exempli confirmatur, & facta in termino censetur, vt docet Baldus in cap. 1. in principio. de fide instrumentorum. quem sequitur Decius in consilio. 467. numero. 15. Felinus in dicto capitulo. 1. & in capitul. licet causam. numero. 18. de probationibus. versiculo, limita quinto. & Decius in Authentica. si quis in aliquo. numero. 3. C.

102 de edendo. Nam respondeo, quòd prędicta doctrina Baldi procedit quando per legem non esset introducta forma, quod illud originale intra terminũ peremptorium exhiberetur, vel produceretur: nam tunc sufficeret postea ante tempus sententiæ producere, secus verò est in proposita quæstione, vbi pro forma requiritur, quod fideiussores idonei intra viginti dierum spacium dentur, alioquin satisfactum non esset menti dict. l. 1. omnia coarctantis, & volentis legitimè fieri intra viginti dies, vt litigantium malitijs & dilationibus occurreretur, vt patet ex illis verbis, Pero es nuestra merced que porque la malicia de aquellos que supplican por alongar los pleytos no aya lugar, &c. quib⁹ verbis satisfactum nõ esset si post illud tempus viginti dierum fideiussores idonei dari possent: cõtingeret enim quod aliquis, vt executionem sententiæ impediret, supplicaret, & se obligaret & fideiussores minus idoneos præstaret; quos cum post illud tempus viginti dierum noluisset, vel nõ potuisset idoneos præstare, remaneret frustrata. dicta. l. 1. & esset tanquam si à principio nulli fideiussores interuenissent. Vnde rectius erit iuxta mentem & intentionem dictæ. l. 1. quod à principio intra viginti dies sufficiens cautio præstetur, nec postea admittatur.

103 Ex quo sexto requisito etiam infertur, quod si aliqua pars ex litigantibus supplicationem interposuit, & obligationem & sufficientem cautionem intra viginti dies coram auditoribus præstitit, & altera pars nec supplicauit, nec se obligauit, nec satisdedit intra prædictum terminum, quod talis supplicatio supplicantis non proderit aduersæ parti

ti nõ ſupplicanti, nec ex ea commodũ aliquod reportare poterit, ſi iudices ſuperiores repererint in melius reformãdam eſſe ſententiam in fauorem non ſupplicantis latam, à qua altera pars ſupplicauit, etiam ſi nõ ſupplicans poſtmodum ex ſupplicatione aduerſarij velit ſe iuuare, & eidem acquieſcere: nam cũ nec ſupplicauit, nec ſe obligauit, nec ſatiſdedit de præſtanda pœna mille quingentarum duplarum, ſupplicatio alterius partis non debet ſibi prodeſſe, ſiquidem nec ex ea aliquam pœnam & dãnum reportare debet. Prętereà pro iſto corollario facit, quod iſta ſecunda ſupplicatio eſt remedium exorbitans & extraordinarium ſecundum Marantã. de ordine iud. 6. par. actu. 2. numero. 18. & ita ſolum competere debet ei qui ſe obligauit, & ſatiſdedit de prædicta pœna ſoluenda. ergo iſtud remedium ſecũdæ ſupplicationis competere non debet ei, qui non ſupplicauit, nec ſe obliga
104 uit, nec ſatiſdedit. Quo fit, quod ſi ſupplicans voluerit recedere, & ſupplicationem deſerere: non erit ſibi impedimento altera pars non ſupplicans, quominus ea reluctante impunè intra tres menſes, & poſt eos cum pœna mille quingentarum duplarum recedere à prędicta ſupplicatione poſsit, & ita ſemper practicari audiui. Cæterũ licèt praxis ita obſeruet, oppoſita tamen ſententia verior & æquior mihi videtur, imo talem ſupplicationem communem eſſe, & ambabus partibus ſupplicanti, &
105 nõ ſupplicanti prodeſſe: nam in cauſa appellationis ſi ab vno interponatur ſimpliciter, & non limitate, talis appellatio prodeſt alteri parti nõ appellãti, vt in. l. ampliorem. l. in offerẽdis. C. de appellationibus. l. fina. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & ibi DD. Bartol. Bald. & Paulus. & Bart. in. l. ſiquis libellos. C. de appellationibus. Bald. in. l. per hanc. C. de temporibus appellat. Panormitan Felin. numero. 7. & alij in cap. ex parte, el ſegundo. de reſcriptis. & Felinus in cap. ſignificauerunt. numero. 5. de exceptio. & Rota in deciſione. 65. de appell. in nouis. Quod in tantum verũ
106 eſt, quod ſi appellatio victoris efficiatur deſerta, forte propter omiſſam apoſtolorum petitionem poterit victor adhærere appellationi victi, quæ ſola ſuffi ciebat etiam ſi ipſe non appellaſſet, ita ex Bald. tenet Felinus vbi ſupra numero. 5. & facit doctrina Bald. Imolæ, & Præpoſiti in capit. ſua. de appellationibus. ſcilicet, quòd quanuis regulariter non liceat tertio prouocare ab eodem grauamine, & ab eadem parte, ſi tamen
107 actor bis appellauit, & reus poſtea appellet, actor admittitur, etiam tertio appellans, non ex ſua perſona, ſed ex perſona, & beneficio rei appellantis: ſed ap
108 pellatio & ſupplicatio à pari procedunt, niſi contrarium reperiatur diſpoſitum, vt reſoluit Rebuffus in dict. Tractatu de ſupplicatione. nume. 89. &. 95. ergo ſicut appellatio ab vno interpoſita eſt communis alteri, qui non appellauit, & ab eo peti poteſt, vt reſcindatur ſententia, ſi in aliquo eum læſit, pari etiã modo dicendum eſt in hac ſecũda ſupplicatione, quod proſit non ſupplicanti, ſi ſententia reformetur in melius, in eo quod eum læſit. Nec huic veræ opinioni obſtat, quod is, qui non ſupplicauit, nec ſe obligauit, nec ſatiſdedit, non debeat commodum reportare ex ſupplicatione alterius partis, nec pœnã mille quingentarum duplarum, aut aliquod damnum pati, præſertim cũ hoc remedium ſecundæ ſupplicationis extraordinarium ſit. Nam reſpondeo, ꝙ
109 ratio & mens. dict. l. 1. titulo. 20 libro quarto Recopilationis. prohibẽtis hãc ſecundam ſupplicationem admitti, abſque obligatione, & ſatiſdatione pœnæ mille quingentarum duplarum fuit, ne anſa & occaſio daretur litigantibus differendi lites prætextu interponẽdę ſupplicationis: vnde vt eorum malicijs oc-

correret, id introduxit, vt cõstat ex verbis eius ibi, Pero es nuestra merced, que porque la malicia de aquellos que supplican por alongar los pleytos, no aya lugar, &c. Quæ tamen ratio & malitia cessat in parte non supplicante: si enim non supplicauit, noluit litẽ differri, sed potius sententiæ executionem desiderauit, ergo æquũ est, quod alterius partis supplicatio, de cuius malicia timor erat, prosit non supplicanti, qui ea malitia carebat. Rursus ex supplicatione alterius partis damnum sequi potest non supplicanti, veluti si sententia in eius fauorem lata reuocaretur, vel in aliquo reformaretur per iudices supplicationis, ac proinde æquum est, vt commodum etiam ex ea reportet. Et pro hac mea opinione faciunt ea, quæ propè in nostris terminis resoluit Rebuffus in dicto Tractatu de supplicatione. articulo 5. glossa vnica. versiculo, contrarium autem. Nec existimes huius contrariũ nos supra resoluisse in isto Tractatu in 2. requisito. dum ibi docuimus, supplicationem vnius ex duobus correis non prodesse alteri correo non supplicanti: nam in tali correo non cessat ratio, & mens prohibitionis dictæ. l. 1. cum correus condemnatus intendat litem differre, & executionem sententiæ aduersus eum latæ subterfugere, & ita cũ non careat malitia, non poterit se iuuare ex supplicatione alterius correi.

110 Infertur deinde ex dicto. 6. requisito, quod vsque adeo obligationem & sufficientem satisdationem de soluẽda pœna mille quingentarum duplarum supplicans præstare tenetur coram auditoribus regijs intra dictos viginti dies quod eisdem elapsis nõ dabitur eidem restitutio in integrũ etiam si sit minor, ecclesia, vel alia persona priuilegiata, cui alias de iure competat restitutio, sicuti etiam non dari aduersus lapsum viginti dierum ad supplicationem interponendã probauimus supra in isto Tractatu in. 5. requisito. per. l. 4. titulo. 20. libro quarto Recopilationis. quidquid oppositum anxiè substinere velit Didacus Perez in. l. 8. titulo. 4. libro. 2. Ordinamen. in glo. Dentro en otros veynte dias. col. 406.

111 Ad quartum dicendum est, hanc secundam supplicationem interponendam esse corã ipsis auditoribus regijs, qui secundam sentẽtiam de reuista protulerunt, & corã eisdem obligationẽ & satisdationẽ pœnæ mille quingentarũ duplarum dandã esse, iuxta tex. in dict. l. 1. titulo. 20. libro quarto Recopilationis. Quibus sic actitatis, si latæ fuerint ab eisdem auditoribus duę sentẽtiæ omnimodo conformes super proprietate, tunc auditores eas executioni mandabunt data fideiussione sufficienti: quod si retractentur per iudices secundæ supplicationis rem cum fructibus reddet is, in cuius fauorem fuerunt latæ, nõ tamen auditores denegabunt hanc secundam supplicationem, iuxta formam traditam in. l. finali. titulo. 20. libro quarto Recopilationis, per quam intelligitur & limitatur. l. 1. eiusdem tituli & lib. in fine. quæ omnino prohibet secundam sententiam executioni tradi (interposita secunda supplicatione, & obligatione, & cautione sufficiente præstita) vt illa. l. 1. intelligatur quando secũda sententia non fuit conformis primæ, nam si cõformis esset, auditores eam exequi possent, quanuis secundam supplicationem admittere debeant, iuxta tex. in dicta. l. fina. Cæterum si à prædictis auditoribus latæ essent duæ sententiæ conformes super possessione, tunc hanc secundam supplicationẽ non admittent, nec supplicans audiendus erit, sed poterunt suas sententias executioni mandare, præstita prius cautione sufficienti coram eisdem auditoribus ab eo, in cuius fauorem latæ fuerunt: quod si aduersarius in proprietate obtinuerit sibi rem, in cuius possessionem missus fuerit, restituet,

stituet, iuxta text. in l. 8. titulo. 20. libro
115 quarto Recopilationis. Quod discrimẽ inter causas proprietatis & possessionis æquum videtur, ex eo, quod potest haberi recursus ad petitorium: & sic ad re medium ordinarium, vt cesset extraordinariũ, & quia causa possessorij parui momenti, & præiudicij est, potestque in petitorio reuocari, vt optime notat Rebuffus in dicto Tractatu de supplicatione articulo. 3. glossa vnica. Id tamen
116 quod de possessorijs diximus, restringitur in possessorio super bonis alicuius maioriæ, super quo latis duabus sententijs, etiam contrarijs, aut alio modo difformibus, adhuc non erit locus huic secundæ supplicationi, quæ omnino in causis super possessione bonorum maioratus cessat, iuxta l. 14. dict. tit. 20. lib. 4. Recopil.

117 Aduertendum etiam erit, quod id, quod de sententijs cõformibus dictum est, accipio, si sententia secunda omnimodo conformis fuerit sententiæ primæ, quo casu in proprietatis causa executioni mandabitur data fideiussione, vt supra: & si in aliqua eius parte difformis fuerit, in ea duntaxat parte executioni est supersedendum, & in alia parte conformi sententiã iudices exequentur, vt in dict. l. fin. in possessorijs verò litibus duæ sententiæ conformes executioni mandantur (vt diximus) nulla
118 supplicatione admissa. Et intellige tũc conformes sententias dici, quando ambæ consonant, & secunda primę fuerit confirmatoria, in qua nihil additur, vel mutatur. Cæterum si secunda sit confirmatoria prioris, & tamen in ea aliquid additur, vel datur forma exequendi primam, veluti quod aliquid fiat, vel omittatur antequam executioni mandetur prima, tunc sententiæ dissonant interse nec conformes reputantur, nec in eis locum habebunt supradicta, quod probari videtur in. l. ius ciuile. ff. de iustitia & iure. ibi, ideòque cum aliquid addi-

tur, &c. & ibi Paulus in fi. & Iaff. nume
119 ro. 2. qui concludunt, quod quando papa princepsve in commissione, quam dat ordinario præcipit aliquid pro forma, vt illud seruet, videtur ex hoc illũ delegatum iudicem constituere, quanuis illud ex ordinaria sua iurisdictione facere possit. Item facit, quòd quando factus libellus mutatur in substantialibus, dicitur nouus libellus, & à priori diuersus, ita Iaff. ibi. numero. 11. & in. l. edita. numero. 21. C. de eodend. Ex quibus eodem modo dicendum est, quando in
120 secunda sententia aliquid additur, vel detrahitur à prima, quod non dicantur conformes, nec in eis supradicta locum habeant, ita resoluit Couarruuias pluribus citatis, in pract. capit. 25. numero. 6. Quod tamen cum eo limitari potest, quando in prima sententia super adiectione, vel detractione facta in secunda nil actum fuit tacite vel expressè: cæterum si noua vltimæ sententiæ adiectio vel detractio tacite vel expressè fuit in prima sententia tractata, examinata, & diffinita iam secunda sententia, non dicetur diuersa & alia à prima, sed eadem cum ea censebitur, & eidem conformis. Et hanc sententiam remissiuè approbat Auendanius vbi supra. numer. 1. in fine. quod conducit pro intellectu. l. 5. titulo. 12. libro. 2. Recopilationis & eorum quæ circa eam animaduerti in primo requisito ad secundãsupplicatiõ, in octaua illatione. Cognito igitur coram quibus supplicatio secunda interponi debeat, opportunè videndum erit, ad quem sit dirigenda. In quo arti-
121 culo dicendum erit ad ipsum regem interponendam esse, vt probatur in dicta l. 11. titulo. 20. libro quarto Recopilationis. ibi, pueda supplicar para nos. & in. l. 2. eiusdẽ tituli & libri. & cũ testimonio supplicationis intra quadraginta dies connumerandos à die interpositæ sup-
122 plicationis, sic supplicans debet se repræsentare & comparere coram ipso

rege, vel regni gubernatore, si rex ab his regnis absit, vt aduertit Monterrosus in sua practica Tractatu.5.cap.8.numero.9. folio. 77. alioquin supplicans patietur pœnam desertionis, vt disponit.l.4 titul.20. libro quarto Recopila
123 tionis. Poterit tamen aduersus lapsum quadraginta dierum in integrum restitui ex iusta causa, veluti si partes tãtum distent à curia, quod eã adire nequeant intra illum terminum, vel si in itinere aliqua eueniant, quæ supplicantem iustissimè detineant, ne regi se repræsentet, vel si pestis aut latronum incursus, seu similia accidant. Et facta repræsenta
124 tione coram rege, tunc rex causam cõmittit quinque auditoribus, eorum qui suo assistunt consilio, iuxta tex. in.l.2 titul.20. libro quarto Recopilationis. & si aliquis ex quinque auditoribus viso processu decedat, reliqui quatuor ad determinationẽ causæ procedent, vt probatur in.l.12 titul.20. libro quarto Re-
125 copilationis. qui ex eisdẽ actis processus sententiam proferre debent, nullo admisso libello, petitione, allegatione, probatione, scriptura, & dilatione, etiã per viam restitutionis in integrum, vel aliquo alio modo intẽtata, vt probatur in dicta.l.2.titulo.20. & prædictam cau
126 sam sibi commissam statim debẽt prę uidere, decernere, & alijs omnibus cuiuscunque qualitatis præferre, vt in dicta.l.2.dicitur, & tenet Rebuff. in Tractatu de supplicatione, in præfatione.
127 quæstione.10.numero. 80. Quam exclusionem nouarum allegationum intelligerẽ procedere, nisi de nouo emergerent, vt aduertit Ioannes Matienço in Dialogo Relat.3.part.cap.48. numero.3. vbi in terminis proprijs nostræ.l. 2. ait, quod licet in ea caueatur, nullam nouam allegationem, aut probationẽ seu instrumentorum productionem admitti, sed vt ex eisdem actis per iudices, quibus cõmissa fuerit, causa cognoscatur. posse nihilosetius allegationes & instrumenta admitti de nouo emergẽtia. Quæ opinio æqua est, & seruanda: iniquum enim esset, & satis miserum notam litigantium iustitiam propter nouas allegationes, & instrumenta de nouo reperta præoculis iudicum perire: sed tunc hæ probationes, allegationes, & instrumenta nouiter emergentia admittenda erunt, præstito prius iureiurãdo ab allegante, probante, seu producẽte, se denuò ea inuenisse, quæ proponit, quodque in alijs instantijs ea proponere verè non omisit argumento. l.4. titulo.10. libro secundo Recopilationis. & l.2.titulo.5. libro quarto Recopilationis.

128 Et prædicti regij auditores ad causam deputati per regem, si sententiam, à qua fuit secundo supplicatum confirmauerint, debẽt supplicantem condemnare, aut eum qui eius nomine supplicauit, vt exoluat mille quingentas duplas auri de cabeça, iuxta eius obligationẽ: quarum tertiam partem fisco, aliã parti, quæ obtinuit, & aliam tertiam ipsis auditoribus, qui sententiam de reuista protulerunt, reddi iubent, iuxta.l.1. titulo.20.libr.4.Recop. & meminit.l.regiæ. Rebuffus Tractatu de supplicationibus. quæst 9. in præfatione. nume.58.
129 & ab hac pœna absoluere supplicantẽ omnino vetuit: & hoc casu deuoluitur negotium ad cancellariam, vt ibi executoriæ literæ expediantur tã super principali, quam super pœna mille quingẽtarum duplarum.

130 Si verò non confirmauerint sententiam, à qua fuit supplicatum, tunc literæ executoriæ coram eis decernuntur, ita Monterrosus Tractatu.5 capit.8.numero.10 & vide.l.13.titulo.20.libro.4. Recopilationis. vbi literæ executoriæ pro dicta pœna præstantur in cancellarijs.l.4.titulo.20.libro quarto Recopi-
131 lationis. etiam si confirmata in totum sententia secunda de reuista, fuerit eadẽ modificata, aut correcta respectu fructuum,

ctuum, aut expensarum, aut alicuius accessorij: adhuc enim supplicationē qui interposuit pœnam, summamque duplarum exoluet, ita disputando concludit Rebuffus vbi supra. numer. 60. qui
132 nostræ. l. Regiæ mentionem fecit. nisi moderamen illud factum circa fructus expensas, aut aliud accessorium, tam arduum sit, & tanti habitum, quod absq; respectu ad causam principalem propter id solum esset locus secundæ supplicationi, cum pœna duplarum & necessario admittenda esset, quo casu ęquissimè cautum est, pœnam duplarum in totum vitari, & ab ea regios auditores ad causam deputatos absoluere posse, iuxta. l. 3. titu. 20. libr. 4. Recopil. Auenda. vbi sup. num. 9.

133 Eandem etiam pœnam duplarum euadet, qui ante lapsum trium mēsium à tempore interpositæ supplicationis resipuerit, & supplicationē deserere cōtigerit. licet enim supplicanti ante tres menses recedere à supplicatione secunda à se interposita, post vero non licet, nisi solutis mille quingentis duplis, ac si sententia iterum confirmata esset, iuxta dictā. l. 4 Recopil. Nihilominus tamen elapsis tribus mensibus, & alio longiori termino pars supplicans solet petitionem porrigere in consilio, qua dicit se supplicationem deserere, & tunc consilium regium remittit ad consultationē, & regem consulit, & ipse rex ex speciali gratia habet supplicantem pro deserto, & remittit ei pœnam, & ita practicari solet.

134 Et prædicti regij auditores deputati ad causam in gradu secundæ supplicationis, inquirere & cognoscere debent an in ea causa sibi commissa, sit locus secundæ supplicationi, quando aduersarius supplicantis eidem locum esse ne-
135 gat. nam quando dubitatur, an appellatio sit admittenda nec ne, cognitio spectat ad iudicem superiorem, ad quem appellatum fuit, iuxta tex. quem adhoc notat ibi Bart. in l. quirographis. §. fin. ff. de administratione tuto. Iasso. consil. 60. numero. 4. volumine. 1. text. in cap. Romana. §. si autem. & ibi Franc. not. 1. de appellationibus libro. 6. & probatur
136 in. l. 5. dict. titulo. 20. ibi, los del nuestro consejo, juezes de commissions. vbi vt lex statueret, ne esset locus supplicationi ab actu & sententia, in qua pronuntiatum id fuit, præsupponit, iudices illius causæ, an sit supplicatio admittenda nec ne, esse eos qui à rege deputati fuerant ad causam principalem supplicationis secundæ, & ait quod siue pronuntient interponi posse siue non, ab eis amplius non est supplicandum: & sic duo deducuntur ex illa. l. primū auditores deputatos à rege ad causam secundæ supplicationis esse iudices illius dubij an sit locus secundæ supplicationi nec ne: secundum quod ab eo, quod pronuntiauerint, non est admittenda
137 supplicatio. Hi tamen iudices in dubio an sit locus supplicationi secundæ vel non, decernere debent ei locum esse, secundum Paulum in. l. 1. numero. 4. ff. si quis caut. & ibi Alexand. numer. 21. Iason. numero. 17. & 18. Decium consil. 49. numero. 1. versiculo, quarto suadetur. Auend. Responso. 2. nume. 3. in fin. Speculator. 2. parte titulo. de appellationibus. part. 3. versiculo, nunc dicamus. numero. 6 Rebuf. Tractatu de sententijs execut. articulo. 7. glos. 1. numer. 32 pag. 359.

138 Omnia in supradictis articulis resoluta circa interpositionem huius secundæ supplicationis cessabunt, quādo princeps ex plenitudine suæ potestatis, & ex certa scientia aliud voluerit, nam cū forma interponendæ secundæ supplicationis ab ipso principe emanauerit, ab eodem remitti, mutari corripi, extendi, & in aliam formam reduci poterit, ex reg. text. in cap. proposuit. de conce. preb. & in terminis tertiæ appellationis, probant Bald. & Perus. in. 2. & 3. quæstion.

& Decius.numero.9. in cap.ſua nobis. de appellationibus: & Socinus in conſilio.158.columna.1. & ſuadetur ex notatis à Decio in conſilio.191.à numero. 3. & in conſilio 198.numero.2.volumine 1.& tenet Auendanius vbi ſupra.numero.19. referens caſum quo princeps ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis viginti illos dies conceſſos ad interponendam ſecundam ſupplicationem iam elapſos, ea non interpoſita reparauit,& poſt eos admitti ſupplicationem imperauit,& probat hanc opinionem.

139 l.4.titulo.24.part.3 quam optime expendit,& explicat Auend.omnino videndus vbi ſupra.num.3.

Ad vltimum articulum (ſcilicet) ad ordinem, & formam interponendi ſecundam ſupplicationem,& in ea procedendi dicendum eſt, quod lata vltima ſententia(quę de reuiſta dicitur)intimataque parti læſæ,ſi eadem pars ſecundo ſupplicare voluerit, tenebitur ſupplicationem interponere intra viginti dies connumerandos à die intimationis prędictæ vltimæ ſententiæ, coram eiſdem auditoribus in audientia publica ſimul cum obligatione,& fideiuſsione pœnę mille quingentarum duplarum(vt iam ſupra diximus) quam ſupplicationem ſermone Hiſpano formabit modo ſequenti.

Secunda ſupplicatio Hiſpano ſermone concepta.

Muy Poderoſo Señor.

140 *¶Fulano enel pleyto que trato con fulano,digo que la ſentencia en reuiſta dada y pronunciada por Vueſtra Alteza contra mi,y en fauor del dicho aduerſo,hablãdo con el acatamiento deuido es ninguna y do alguna,injuſta y muy agrauiada por todas las razones de nullidad,y agrauio que del proceſſo reſultan, y ſe pueden y deuen colegir : porque no fue dada a pedimiento de parte ni contra parte en tiempo y forma:y por todo lo demas general,que he aqui por expreſſo: y por tal y tal razon, &c. Por lo qual ſintiendome agrauiado,ſupplico della para ante Vueſtra Catholica Real perſona,con la pena y fiança de las mil y quinientas doblas, que diſpone la ley de Segouia:de la qual obligacion y fianças hago preſentacion,con la ſolennidad, y juramento neceſſario,&c. Y de como aſsi ſupplico de la dicha ſentencia,a Vueſtra Alteza pido me lo mande dar por teſtimonio, y al preſente ſecretario requiero me de teſtimonio dello para en guarda de mi derecho,&c.*

141 De la qual ſupplicacion,obligacion y fiança mandan los Señores oydores dar traſlado a la parte contraria, para q̃ reſponda a ella,porque(como arriba diximos)los ſeñores del conſejo real a quien ſu mageſtad comete la cauſa, no admitten alegacion alguna, porque el pleyto ſe ha de ver y determinar por los miſmos autos,cõ que ſalio de la real chancilleria, y la parte contraria reſpõdiendo a la dicha ſupplicacion,y a lo demas no ha de opponer diziẽdo que no ay grado de ſegunda ſupplicacion enel dicho pleyto,porque eſto tan ſolamente ſe

te se ha de tratar ante los dichos Seño-
142 res juezes de consejo real, y lo que ante los Señores de chancilleria la parte suele y acostumbra alegar es contradiziendo las fiãças, diziendo que no son bastantes: y deste articulo conocen los dichos Señores de chancilleria, y manda a las partes q̃ dé informació el vno de q̃ son bastãtes, y el otro de q̃ no, y sobre
143 este articulo pronuncian auto los dichos Señores de chãcilleria de vista y
144 reuista. De lo qual se sigue, q̃ la decima remisió puesta al fin del titulo. 19. libr. 4. Recop. en q̃ dize, q̃ no aya lugar supplicació de declarar los oydores por bastãtes o no las fiãças q̃ diere la parte q̃ quiere supplicar có las mil y quinientas, no se puede entẽder en el auto que se da destas fiãças, si no en el auto que de otras fiãças differẽtes, habla la ley q̃ la misma remisión alega, q̃ son las q̃ esta obligado a dar el q̃ tiene dos sentẽcias conformes en possesión, y pide execució dellas: las quales manda la ley q̃ se executé dando primeramente aquel en cuyo fauor fueron dadas fiãças sufficiẽtes a contento de los juezes q̃ dierõ la vltima sentẽcia, de que restituyra las cosas en que fuere fecha execució, si fuere cõdenado en la propriedad, y q̃ del auto q̃ los tales juezes dieren, sobre si las fiãças son bastantes no se puede suppli car ni appellar: y ansi consta q̃ son differentes de las que nosotros hablamos. Y
145 aduierta se, que la parte supplicãte procure de q̃ dentro de los veynte dias, en q̃ esta obligado a supplicar, se acabe el articulo sobre si las dichas fianças son sufficiẽtes o no, porq̃ si acaescieſſe, que passados los dichos veynte dias, los Señores de chãcilleria declaraſſen las fiãças por no sufficientes, no podra dar otras, aunq̃ los Señores de chãcilleria en su auto se las mandaſſen dar, y por el cõ siguiente cessaria el grado de la segũda supplicació, pues sue suya la culpa, q̃ no guardo la forma de la ley dentro de los veynte dias, como todo ello lo resoluimos arriba en este tractado. nume. 102.
146 Y acabado de determinar este articulo por los dichos señores de chancilleria, aora aya auido la dicha contradicio de las fianças, o ra no, la dicha parte supplicante pide y requiere al secretario de la causa, que le de destimonio de la dicha supplicacion y fiança, y de lo proueydo por los dichos señores de chancilleria acerca del abono y approbació de las fianças: y el dicho secretario se lo da, con relacion de las sentencias dadas en el dicho pleyto, y como tiene supplicado dellas segunda vez, con la pena y fiãça de las mil y quiniẽtas, para ante la persona de su Mageſtad, y q̃ tiene hecha obligacion, y dadas fianças de la dicha pena, las quales estã auidas por bastãtes por los dichos señores de chancilleria.

Y con este testimonio que el secretario da, la parte supplicante se va donde esta la persona Real de su Mageſtad, y con el se presenta ante su Mageſtad: lo qual ha de hazer dentro de quarenta dias, desde el dia que supplico, so pena de desercion (como arriba resoluimos en este tractado. num. 123.) Y ha se de presentar ante su Mageſtad, o ante el gouernador del Reyno en su ausencia, dãdo vna petició en la forma siguiẽte.

C. R. M.

147 ¶ *Fulano en nombre de fulano me presento ante Vuestra Mageſtad en grado de segunda supplicacion, con la pena y fiança de las mil y quinientas doblas, que dispone la ley de Segouia, de ciertas sentencias dadas y pronunciadas por Vuestro presi-*

dente

dente y oydores que reſiden en la Villa de Valladolid, enel pleyto que el dicho mi parte trata con fulano, a Vueſtra Mageſtad ſupplico me aya por preſentado enel dicho grado, y mande nombrar juezes que vean y determinen el dicho pleyto, en lo qual recebire muy gran merced, &c.

148 Su Mageſtad reſponde a eſta peticion que lo remite a los de ſu Conſejo, y el ſupplicante con la dicha peticion, y lo enella proueydo, y ſu teſtimonio ſe preſenta en conſejo, pidiendo le manden dar la ordinaria, para que el ſecretario de la Chancilleria donde pendio el dicho pleyto embie el proceſſo al conſejo, citada la parte contraria, y enel cõſejo ſuele la parte contraria opponer diziendo, que en el dicho pleyto no ay grado de ſegunda ſupplicacion, por no cõcurrir los requiſitos neceſſarios que arriba diximos enel tercero articulo deſte Tractado, deſde el numero. 22. Y de a'li adelãte ſe procede en el pleyto por
149 los dichos Señores del Conſejo, y del auto que pronuncian ſobre ſi ay grado de ſegunda ſupplicacio, o no, no ſe puede ſupplicar, ni ſe admitte ſuplicacion, como lo diſpone la. l. 5. titulo. 24. libro quarto Recopilationis. Y declarando auer lugar el dicho grado de ſegunda ſupplicacion, los dichos Señores del cõſejo veẽ el proceſſo enel articulo principal, y por los miſmos autos del, q̃ vinierõ de la chãcilleria lo determinã, ſin admitir allegacion alguna (como eſta ya
150 dicho) Quæ omnia circa interpoſitionem ſecundæ ſupplicationis ſat erit me dixiſſe, & ea quidem non ſolum meo, verum etiam aduocatorum, & iuriſperitorum huius noſtræ tempeſtatis maturo prælimato conſilio.

Finis Septimæ partis huius primi Tomi.

OCTAVA PARS HVIVS PRIMI TOMI DE MODO ET forma procedendi à iudicibus in syndicatu.

EX PROOEMIO SVMMARIA.

1 IVdices durante tempore administrationis conuenire nequeunt super rebus à se male gestis.

2 Iudices omnes tenentur rationem reddere suæ administrationis post eorum officium depositum, quod à sacra scriptura originem habet.

3 Iudices à principe creati ad aliquem magistratum tenentur præstare cautionem fideiussoriam de bene administrã do, & stando syndicatui finita eorum administratione intra triginta dies à die suæ receptionis in concilio loci, quã tunuis facultatibus abundent.

4 Fideiussores à iudicibus dati non tenentur ad pœnam delicti à iudicibus commissi, sed tantum ad interesse respectu damni Reipublicæ illati, non vero pro damnis illatis priuatis personis, nec pro male gestis extra officium vel tempore prorogationis, nisi generaliter in omnem causam se obligauerint.

5 Fideiussores iudicum vel magistratuum non debent prius conueniri, quam ipsi iudices vel magistratus licet beneficio excussionis renuntiauerint.

6 Magistratus cuiuslibet administratio per vnum annum durat, & ex principis prorogatione per biennium.

7 Syndicatus dicitur quasi de querelis singulorum sermo, & quis propriè dicatur syndicus, traditur.

8 Syndicatores iudices tenentur obseruare omnia contenta in literis suarum cõmissionum, & capitula correctorum qui re syndicari debent.

9 Magistratus & reliqui officiales Reipublicæ tenentur syndicatui stare per triginta dies à die quo iudices syndicatores se præsentauerint cum literis suarum commissionum.

10 Termini omnes possunt cumulari in causa syndicatus propter instãtiæ breuitatem.

11 Syndicatus causæ intra triginta dies sunt pertractandæ, quibus elapsis magistratus & reliqui officiales non possunt conueniri super occultis causis ex officio tractandis, & quid de causis ad instantiam partium motis, traditur.

12 Magistratus & eorum officiales durã

te

te termino triginta dierum syndicatus non debent recedere à loco officij sui, & per se non per procuratores causas agere debent, nisi intra triginta dies causæ non fuerint finitæ, alias eius fuga facit inditium ad torturam. 1

13 Magistratus fugiēs intra triginta dies syndicatus, habetur pro confesso in omnibus, quibus in syndicatu est accusatus: per iuramentum tamen accusatoris debent crimina probari contra eum: si tamen timore alicuius inimici capitalis fugerit, talis fuga non inducit præsumptionem contra eum.

14 Syndicatus tempore fauendum est magistratibus per iudices syndicatores, nec faciendae est per eos scrupulosa inquisitio in reuerentiam prioris officij.

15 Offendens magistratum finito officio, ratione officij præteriti, puniendus est eisdem pœnis, quibus puniretur si durante officio eum offenderet.

16 Magistratus tempore syndicatus non solum querelantibus de se, verumetiā de suis officialibus & familia respondere tenetur, si ciuiliter, non etiam criminaliter agatur.

17 Magistratus in casibus in quibus pro suis officialibus & familia tenētur nō debent prius conueniri quam ipsi officiales & familia.

18 Magistratus exhibēs officialem pro quo tenetur liberatur à sua obligatione, etiam si eū exhibeat post sententiā cōdemnatoriam ante eius executionem.

19 Magistratus defunctus qualiter syndicari debeat, & an eius hæres in syndicatu teneatur.

Procœmium huius tractatus.

QVm regulariter durante tē pore administrationis, iudices conueniri nequeant super rebus à se male gestis, vt probatur in.l. si adulterium cum incestu. §. fin. in fine. iuncta glos. verbo. Reus. ff. ad. l. Iuliam. de adulterijs & in. l. Senatus consulto. ff. de officio præsidis. & in. l. hos accusare. in principio. ff. de accusat. & in. l. 2. & 11. titul. 1. part. 7. & ibi notat Gregor. Lup. & Panormit. in cap. legebatur. de maior. & obedi. & secundum euangelicam doctrinā vnus quisque teneatur rationem reddere suę villicationis. iuxta illud Luc. c. 16. & habetur in cap. qualiter & quando, el segū do. verfic. legitur. extra de accusat. ideò meritò iure cautum est, omnes iudices, & magistratus cuiuscunque conditionis, & status teneri rationē reddere suæ administrationis, post eorum officium depositum, vt probatur in. l. vnica. C. vt omnes iudices tam ciuiles quam militares. & in Authē. vt iudices sine quoquo suffragio. §. necessitatem. & in. §. interdicimus. versiculo, oportebit. collatione. 2. & in. l. 6. titulo. 4. part. 3. & in. l. 1. 2. 4. 22. & 23. titulo. 7. libro tertio Recopilationis. ęquum enim est quod officialis, id quod comedit tempore sui officij, digerat tempore syndicatus ad instar cibi, iuxta glos. in. l. solita. verb. primi pili. C. de coarctalibus. libro. 12. & notat lasso. in dicta. l. vnica. numero. 6. & Paris de Puteo in Tractatu syndicatus folio. 1. Quæ iuris dispositio originem trahit à sacra Scriptura, vt constat ex illo. 1. Regum. cap. 12. vbi Propheta Samuel deposito regno, dixit ad vniuersum Israel, constitui super vos regem, ego autem senui & incanui: & filij mei vobiscum sunt: conuersatus coram vo 2

bis

bis ab adolescentia mea vsque ad hanc diē, ecce præsto sum, loquimini de me corā domino, vtrū bouem cuiusquā tulerim, aut asinum, si quempiā calūniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam munus accepi, & contemnam illud hodie restituamque vobis. Quo in loco Samuel finita sui regni administratione voluit eius rationē reddere, Sylla etiam Romanorū dux primo quoque anno dictaturam deponebat, & in subditorum potestatem se tradebat: quo maius specimen humanitatis & iustitiæ suæ eisdem præberet, vt est apud Trāquillum, vt refert Ambrosius Calepinus in dict. verb. Sylla.

3 Hinc etiam inductū fuit, q̄ quoties iudices à principe creādi sint ad aliquē magistratum præstare teneātur cautionem fideiussoriam de bene administrādo, & stando syndicatui finita eorū administratione, iuxta tx. in. l. fideiussores magistratuum. 69. in principio. ff. de fideiusso. & ibi notat Bar. & in. l. vnica. C. de periculo eorum qui pro magistratibus. & in. l. 6. tit. 4. par. 3. & ibi notat Grego. Lup. verbo. tomar fiadores. & probatur in. l. 23. tit. 7. lib. 3. Reco. vbi nouè disponitur, prædictam fideiusionē prę stādam fore à correctoribus, iudicibus, & reliquis officialibus intra. 30. dies cō numerandos à die, quo ipsi se præsentauerint cum prouisione regia suæ creationis in concilio illius loci, ad cuius regimen fuerint electi, & ab eodem concilio recepti, & notant Did. Per. in. l. 6. tit. 16. lib. 2. ord. in gl. verb. E den fiadores. & Auend. de exequen. mand. reg. 1. p. c. 2. num. 15. idem etiam disponitur in. l. 13. tit. 5. lib. 3. Recop. quo in loco certæ personæ prohibētur pro magistratibus fide iubere. Quinimo prędictam cautionem fideiussoriam iudices assumpti prę stare tenentur, quantumcunque manifeste facultatibus idonei sint, argumento text. in. l. 1. in principio. ff. vt legatorum seu fideicommissorum. & in. l. 1. §. si magistratus. ff. de magist. conuenti. & in principio institu. de satisdatione tutorum. Quibus iuribus probatur quod quando quis ex dispositione legis satisdare tenetur, non liberatur ab onere satisdandi, ex eo quod facultatibus idoneus sit. & ita obseruat Alexan. in. l. 1. ff. qui satisdare cogantur. num. 12. & 13. receptus à Grego. Lup. in. l. 6. titul. 4. part. 3. verb. Fiadores. & ab Auilesio in cap. 3. iudicum syndicatus in gloss. verb. Pregonar. numero. 20. Quam opinionem praxis obseruat, quamuis Bart. in. l. qui cunque. la segunda. C. de fund. patrim. lib. 11. argumento illius textus firmet, iudicem facultatibus idoneum non teneri fideiusionem præstare. Pro cuius opinione adducitur etiam text. in. l. sciēdum. in principio. ff. qui satisda. cogantur. cui tamen non suffragatur text. in dicta. l. quicunque. nam intelligi debet vt ipse Bartol. intelligit in. l. priuatæ. C. de murilegulis. lib. 11. nec etiā pro eius opinione facit text. in dict. l. sciendum. nam respondetur, text. illum non procedere in satisdatione legali, scilicet, quando ex dispositione legis quis satisdare tenetur. 4 Qui fideiussores solūmodo tenentur ad interesse respectu damni reipublicæ illati, non vero ad pœnā quam iudices delinquendo incurrunt, vt in. l. libertus. §. fin. ff. ad municipalē. & in. l. fideiussores magistratuum. ff. de fideiussoribus. & in. l. vnica. C. de periculo eorū qui pro magistratu. vbi hoc notant Bart. & Plat. nec etiam tenētur pro extorsionibus, damnis, & violētijs illatis priuatis personis, iuxta text. in. l. 1. §. 1. in principio. ff. de magist. conuen. & ibi notat Bald. nec ad id quod magistratus debent singularibus personis, nec etiam de male gestis extra officium suum, secundum Hippolytum in Rubrica de fideiussoribus. numer. 182. Nec etiam tenentur pro male gestis tempore prorogationis sui officij, vt cum Baldo & alijs resoluit Auendan. de exequen.

quen. mand.reg.1.part.cap.2.nume.16. versiculo, fideiussor autem. quanuis in contrariã partẽ videatur inclinare Auiles in.cc.prætorũ.ca.22.n.22.Quæ omnia vera sunt & procedunt,nisi promissio fideiussoris recepta esset in omnem causam,&tam generaliter,& late,quod apta esset comprehendere omnia supra dicta, nam tunc in omnibus prædictis casibus fideiussores tenerentur, vt docent Bartol.& Platean.in dicta.l.vnica. C.de periculo eorum qui pro magistratibus.& in.l.1. C. de conueniendis fisci debitoribus.& Auiles in.cc.prærorum capit.4.in glossa. verbo, Sea obligado. numero.20.& in capit. 3. iudicum syndicatus in glossa. verbo. Pregonar. numero.19. & Auendanius vbi supra. in dicto capitulo. 2. numero. 15. Non tamen fideiussores magistratuum debent 5
prius conueniri quam ipsi magistratus etiam si beneficio excusionis renuntiauerint,iuxta text.in.l.3.§.fin.ff.de administratione rerum ad ciuitatem pertinẽtium.per quem text. ita tenent Bartol. ibi & Alexand. in additionibus,& Bertachinus in repertorio, verbo. fideiussor. Rodericus Suarez.in. l. 2. titulo. de los emplazamientos.lib.2.fori.§. quæritur vlterius,nunquid fideiussor. versi. ex prædictis infero.numero.11.& Ioannes de Platea in dicta. l. 1. in principio. C.de conuen.fisci.debitor. & Auenda. vbi supra in dicto capitulo. 2. numero. 15.versiculo, & inspectis. Aduertẽdum etiam erit, hos fideiussores non posse compellere magistratus pro quibus interceſſerunt de stando syndicatui, vt eos liberent à fideiusione,& nouos fideiussores de indemnitate eis dẽt, priusquam fideiussores pro eis aliquid soluant, vel magistratus bona sua dilapident,vel transportent,iuxta text.in. l.si pro ea.C.mandati.& ibi DD.& in.l.Lucius. ff. mandati. & tenet Montaluus per text.ibi in.l.8.titulo.18.libro.3.fori. & Palacios Rubios in repetitione. cap. per vestras.§.9.numero.15. de donatio. & Auiles in capit. 3. iudicum syndicatus.in glossa.verbo. Pregonar. numero.22.

Vnde finita vniusquisque magistratus administratione (quæ spacio vnius anni durat,vt docet Bartol.in. l. omnes populi.numero.52.ff.de iustitia & iure, vel ex prorogatione principis biennio, iuxta text. in.l.neminẽ.C.de susceptor. præpos.& arcarijs libr.10.& ita iure huius regni dispositum est per.l.4.titul.5. lib.3. Recop. in Lusitania tamen triennio durat,vt in lib.1.ordinationum.titulo.42.§.1.) creantur à principe iudices syndicatores, coram quibus magistratus rationem suæ administrationis reddant, appellanturque syndicatores ad instar syndici vniuersitatis: nam sicuti in vniuersitate constituitur syndicusad defendendas eius causas, ita syndicus constituitur ad reuidendam & iudicãdam rationem digestionis: syndicatus 7
enim dicitur quasi de querelis singulorum sermo, secundum DD. Antiquos ex notatis à gloss.in.l.1.§.1.verbo,Syndicum.ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine. Quis autem proprie dicatur syndicus tradit Budeus in annotationibus ad.l. fina.§.defensores.ff.de mune. & honor. & Calepinus in dictionario. 8
verbo,Syndicus. Qui iudices syndicatores durante officio syndicatus tenentur obseruare omnia contenta in literis suarum commissionum, & omnia capitula correctorum, vt probat.l.8.titulo.7. libro tertio Recopilationis. quo finito ipsi resyndicantur, vt resoluit Amodeus in Tractatu syndicatus.verbo,syndicos,& syndicatores.& ita expressẽdi spositum est in.l. 21. titulo. 7. libro tertio Recopilationis. coram quibus magistratus & reliqui officiales Reipublicæ reddere debent rationem suæ administrationis, nedum de rebus gestis ab eis tanquam iudicibus ordinarijs, verũ etiam de gestis ex aliqua commissione,

vel

vel delegatione, vt probatur in.l.3.tit. 7. lib.3.Recopi. Teneturque syndicatui stare per integrum spacium triginta dierũ à die, quo iudices syndicatores se præsentauerint cum literis suarum cõmissionũ in concilio illius loci, probat.l.23.titu. 7. lib.3.Recopilatio.&.l.3.tit.9.libr.3.Recopilationis per quæ iura spaciũ quinquaginta dierum concessum ad eundem effectum à.l.vnica.C.vt omnes iudices tã ciuiles.& à.l.6.tit.4.par.3.iã hodie coarctatũ est ad spatium triginta dierum, quod tempus continuum est, cum de interesse Reipublicæ agatur, argumento tex.in ca.fin.de ferijs.& ita causæ officium die feriato agitari possunt, secundũ Pari.de Pute.in Tract.syndicatus.verbo, Feria.nu.123.& Amode.in eodem Tractatu in parte inchoata,& formata.num. 182.Ac pròinde propter breuitatem in-
10 stantiæ, omnes termini, videlicet, ad excipiendum, probandũ,& probatum habẽdum, & ad similia cumulantur, secundũ Bald.in.l.Properandum.in princi.& ibi Iass.nume.14.C.de iudicijs.& facit text. in ca.Pastoralis, de exceptionibus.tradit Chataldinus in Tract.syndicatus, quæst. 76.nu.4.&. 6.& intra prædictum tẽpus triginta dierum magistratus, & reliqui officiales conueniri debent, & causæ quæ occultè ex officio iudicis per inqui-
11 sitionem expediuntur terminari debent intra prædictum tempus: alioquin elapso prædicto termino conueniri non poterunt super occultis causis ex officio tractandis, etiam in propria patria officialium, secundum Baldum in.l.obseruare.§.proficisci.ff.de officio procõsulis. Causæ verò publice deductæ ad instantiam partium, etiam durant & terminari possunt post terminum triginta dierum, dummodo intra dictum terminum in iudicio deductæ fuerint. ita resoluit Chataldinus vbi supra, quæstione.71.& ita praxis obseruat ex Monterroso in sua practica, in Tracta.9.de la residentia.cap.fina. Quod verum est & procedit, quando in loco officij factum fuisset proclama, vt omnes qui vellent aliquid contra magistratum, & eius officiales petere, comparerent intra tempus triginta dierum, cum commina-
tione, quod si termino elapso non venirent, audiendi non essent,& post terminum prædictum in contumaciam non comparentium syndicatores protulissent sententiam, absoluentes magistratum,& eorum officiales, & pronuntiantes amplius querelantes audiendos non fore. ita docet Bald.in. dicta.l. obseruare.§.proficisci.& Additionator Bartol.in.l.datur. numero.6.ff.ad.l. Iuliam reperundarum. & tradit Paris de Puteo in Tracta.syndicatus.in parte, officialis finito officio. & Auiles.in dicto capitu.3.iudicum syndicatus.numer. 11. Cæterum si prædictum præconium non fuisset factum, tunc magistratus & eorum officiales etiam elapso termino triginta dierum perpetuò conueniri poterunt in patria & proprio foro, vt docet Bart.in.d.l.datur.num.6.cuius doctrinã sequitur Dida.Perez in.l.6.tit.16.libr.2. Ordina.in glo.1.Et iuxta hanc resolutionem intelligi debet.d.l.vnica.versi.scientẽ autem. C.vt omnes iudices tam ciuiles.& glos.in dict.l.datur.Quod procedit etiam si elapso prædicto termino syndicatus in præconio præfixo absolutio non fuerit sequuta, secundum communem opinionem ex Bosio in Practica criminali in titulo de officiali corrupto pecunia.numero.32.& ita quotidie practicari testantur Antoni.Gomez.Tertio Tomo Variarum.capit.1.nu.23. in fine. & Iulius Clarus libr.5.Senten.§.fin.quæstio.51.numero.6. Et durante termino
12 triginta dierum magistratus, & eorum officiales à loco officij recedere non debent, sed per se ipsos,& non per procuratorem causas agere tenẽtur, iuxta tex in.l.12.titulo.5.part.3. & Gregor. Lup ibi in glo.fi.& probatur in.l.23.tit.7.lib 3.Recopil. Praxis tamen obseruat, quod

per procuratores posſint cauſas agere, dummodo ipſi permaneant in loco officij per ſpatium triginta dierum, vt reſoluit Auiles in.d.c.3.nu.18.& ſi cauſæ non finiãtur intra prædictũ terminũ, poterũt recedere,& eas p procuratores proſequi, vt firmat Cataldi.d.Tract.q.71. Auil.in d.c.3.n.18. Si vero magiſtratus ad aliã adminiſtrationẽ vocaretur p principẽ, tũc intra terminũ triginta dierũ poterit recedere à loco officij, dimittẽdo procuratorẽ, qui cauſas ſyndicatus agat, iuxta Authen.de collatorib⁹.§.fi.col.9.tradit Paris de Put.vbi ſup.in parte procurator officialis.& Grego.Lup.in.l.6.ti.4.par.3. verbo, Ellos deſpues. Quod tribus modis limitat Auil.in.d.c.3.n.18.in medio. alioquin ſi magiſtratus fugeret à loco officij durãte dict.termino triginta dierũ, eius fuga faceret indiciũ ad torturã ſecundũ Ang.in l.quęſitu.ff.de pignor. & Puteũ in.d.Tract.verſ.dicitur.& in par.an officialis aufugit, nã fuga indiciũ facit ad torturã, vt in.l.D.Adria.ff.de cuſt.reo.& in.l.raptores.C.de epiſcop.& cler.& firmat gloſ.in.l.admonẽdi.verb.Exacto.& ibi Iaſ.lectura.2.n.137.ff.de iureiur. Imò ex tali fuga magiſtratus pro confeſſo ha
13 beretur in omnibus, de quib⁹ in ſyndicatu acculabatur,& ſine alia probatione cõdẽnari poſſet iuxta tex.in.l.3.verſ.pro cõfeſſo autẽ.C.de aſſeſſoribus. & notat ibi Bar.& tenet Panor.in.c.veritatis.de dolo & cõtumacia.n.30.& eius Additionator in.c.aduerſus de immun.eccleſ.ſuper n.4.Hippol.in pract.crimi.§.diligenter. n.47.& Ant.Go.in.l.76.Tauri.n.12. in principio. quia tũc fuga ipſa eſt crimẽ & delictũ de perſe, qua probata ſtatim imponitur pœna,& punitio eius ſequitur, iuxta tex.in.l.deſertorẽ.& in.l.proditores.ff.de re militari.& in.d.l.3.& ibi gl.& cõmuniter DD.C.de aſſeſſoribus. quãdo verò fuga eſt ſuſpitio, preſumptio, vel inditiũ alterius delicti principalis, veluti homicidij, furti, vel ſimilis, tunc inditiũ ad torturã ſolũmodo inducit,& ita intelligitur tex.cũ ſimilib⁹.in.d.l.D.Adria. Bene tamẽ verũ eſt q̃ licet magiſtratus fugiens habeatur pro cõfeſſo,& cõdemnari poſsit ꝺ criminibus, de quib⁹ fuerat accuſatus, tamẽ per iuramentum acculatoris ptobari debẽt crimina illa à magiſtratu cõmiſſa fuiſſe, iuxta tex.in Authetico, de collatoribus.§. fina. verſiculo, ſi vero. tradunt Anto.& Imola in capi.finali. ꝺ his, quę vi.Iaſ.in.l.vni.n.3.C.vt omnes iudices tã ciuiles.& in repetione.l.admonẽdi, n.146.de iureiuran. Debentq; magiſtrat⁹ à ſyndicatu fugiẽtes plecti alijs pœnis de quib⁹ in Authẽtico, vt iudices ſine quoquo ſuffragio,& ibi notat gl.verbo, Furti. Nec ſi ad eccleſias cõfugerint, gaudebũt earũ immunitate, vt ꝓbari videt in.d.l.vnica.C.vt omnes iudices.in verſic.nõ domi.& in verſi.vbicunq; repertus fuerit. In quo tamẽ arti.dicendũ erit, vt ſuprà reſoluimus in.5.par.huius.1.to. §.de delinquẽtibus ad eccleſiã confugiẽtibus.caſ.55.n.179. Si vero magiſtratus à ſyndicatu fugeret timore alicuius inimici capitalis, qui minatus fuerat q̃ depoſito officio eſſet eidẽ illaturus iniuriã, tũc enim fuga licita eſſet, nec faceret aliquã probationẽ, vel præſuptionẽ aduerſus eũ arg.tx.in.l.quod ſi fugitiuus.§.apud Labeonem.ff.de edilictiõ edicto. & tradit Amod.in Tract.ſyndic.in parte.itẽ in eo quod dictus poteſtas, in verſi.3.& Aui.in cc.præto.c.1.in gl.verb.dadiuas.nu.24. vbi alios caſus refert, in quib⁹ licet magiſtratuà ſyndicatu fugere. Cęterũ ſi magiſtratus& eorũ officiales tẽpore ſindicat⁹ nõ fugerint, probationes cõtra eos debebunt eſſe claræ & euidentes, quia multũ pro iudice præſumitur, vt in.l.ſiquis.C. de officio ciuiliũ iudicũ,& firmat Ba].in l.obſeruare.§.proficiſci.quęſt.20.ff.de offi.proco. iudex enim omnia iuſtè & rectè facere preſumitur, iuxta tx.in.c.bonæ memoriæ.de appellationibus.& in.l.nõ cogendũ.§.1.ff de procuratori.& in dubio nõ preſumitur cõtra eũ dolus, ſed po
14 tius imperitia.l.1.in prin.ff. de appel.Ac

proin-

proinde tempore syndicatus magistrati bus fauendũ erit p̃ sindicatores, nec faciẽ da erit aduersus eos scrupulosa inquisitio in reuerentiã prioris officij argu. tx. in. l. diuo Marco. C. de quæsti. & tenet Paris de Puteo in Tracta. syndicatus. in parte per syndicatores. fol. 18. nec de minimis erit syndicandus, secundũ Bal. in ca. cum te in principio. de re iudicata. & facit tx. in. l. penultima. ff. de quæsti. vbi dicitur, quod in decurione amoto de officio absque turpitudine durãt reliquiæ prioris dignitatis, ac ideo si finito officio magi-
15 stratus ratione officij pręteriti ab aliquo offendatur, offendẽs puniendus erit eisdem pœnis, quibus puniretur si durante officio eum offenderet, secũdum Bal. in c. 1. §. 1. de pace tenenda, & eius violatores. & in. l. solet. §. fi. & in. l. obserua. §. proficisci. ff. de officio ꝓcõsulis. quinimo iniuriam irrogans officiali tẽpore syndicatus pœna mortis plectẽdus erit, vt resoluit Iul. Cla. li. 5. sententiarũ. §. fi. quęst. 68. n. 21. Magistratus tamẽ tẽpore sui syn
16 dicatus tenebitur nedum respõdere omnibus de se querelantibus, vt in Authentico, vt iudices sine quoquo suffragio. §. necessitatem, & in Authẽtico. de colla. §. fin. & in. d. l. vnica. C. vt omnes iudices & in. l. 6. ti. 4. par. 3. & in. l. 23. tit. 7. libr. 3. Recopi. & in. l. 3. tit. 9. eodẽ li. verum etiã respõdere tenetur querelantibus de suis officialibus, vxore, & familia, vt probat in. l. agẽtes in rebus. C. de agentibus in rebus li. 12. & in. l. neminem. C. de decuri. li. 10. & in. l. obseruare. §. proficisci. & ibi gl. ff. de officio proconsulis. nam officialis substitutus gerit periculo substituẽtis vt in. l. nullus qui nexu. C. de decuriõ. li. 10. & quod de prædictis personis teneatur respõdere expresse dispositum est in l. 4. titu. 6. libr. 3. Recopil. Quod tamẽ verum intelligitur si ciuiliter ad interesse, & non criminaliter agatur, cõtra officiales, & familiam magistratus, secundũ gl. in. d. §. proficisci. receptã cõmuniter ex Amodeo in Tracta. syndicatus. n. 198. & ita licet magistratus se obligauerit ad soluendã omnẽ pœnam ciuilem & criminalem pro suis officialibus, debet tamẽ intelligi de pœna criminali pecuniaria, nõ vero corporali, quã alius pro alio soluere nõ debet, argu. tx. in. l. qui seruũ in princip. ff. de interrogatorijs actionibus. & in l. sancimus. C. de pœnis. & in ca. cum homo. 23 quæst. 5. & ita cum Romano, & alijs resoluit Auiles. in. cc. præt. cap. 4. in gloss. verbo, Sea obligado. n. 13. & Auendanius de mandatis exequẽdis. 1. par. cap. 3. nume. 5. in fine. versiculo, & in quantũ litera, & nedũ magistratus de delictis in faciendo cõsistentibus, per suos officiales cõmissis tenetur, verũ etiam de his quæ in negligẽdo cõsisterint: nã iudicũ negligẽtia dolus est. l. fideiussor. l. dolus. ff. mandati. l. magna. ff. de verborũ significatio, notat Bar. in. l. Titium. aut Meuiũ ff. de administratione tutorũ & ob negligentiam iudex ab officio repellitur. l. 1. §. quies. ff. de officio præfecti vrbis. notat Decius in. l. penulti. C. de pactis. & facit tex. in. l. fina. C. de administratione tutorũ. & talis culpa puniri debet, ac si in faciẽdo consisteret. l. mãcipia. C. de seruis fugit. l. siquis in cõscribẽdo. C. de pactis. & in specie firmat Paris de Pute. in Tractatu syndica. in parte negligẽtia. & facit l. nam & Seruius. §. fina. ff. de neg. gest. bene tamen verum est, quod in casibus, in
17 quibus magistratus pro suis officialibus & familia tenetur, prius officiales & familia conuenire debẽt, quã ipse magistratus. 2. gl. in. l. si quis ex corpore. C. de murilegulis. lib. 11. & ibi notat Platea & Aui. in. d. c. 4. in. gl. verbo. Sea obligado.
18 n. 1. in fine. satis faciet etiã magistratꝰ pro suo officiali, si eum exhibeat, & ab obligatione per talem exhibitionem liberabit, iuta tx. in. l. post depositã. & ibi notat Bar. C. de assessor. & tx. in. l. 1. §. familiæ. & ibi Paulus & Angelus. ff. de publi. & vestig. & probatur in. d. l. 4. tit. 6. li. 3. Reco. & late tradit Auil. in. d. c. 4. in gl. verbo, Entregare. q̃ ꝓcedit etiã si officialẽ

exhibeat post sententiam cõdemnatoriã ante eius executionem, ita cũ Alex. resoluit Auen. de exeque. mand. 1. par. ca. 3. n. 6. in fine. Et de quib⁹ rebus, & pro quibus personis magistratus & eorũ officiales in syndicatu teneãtur latiùs apparebit infra in articu. interrogatorij de la residẽcia secreta. Et ad quid iudex qui male iudicauit eximperitia, dolo, vel culpa teneatur in syndicatu parti lesæ, iã supra resoluimus in. 1. part. huius. 1. tom. 1. Tẽpore. in versi. in prædictis omnibus magis. in fine. Et qualiter magistrat⁹ defũctus syndicari dẽbeat. & an eius hęres in syndicatu p eo teneat, tradit Bal. in l. si filius. n. 3. ff. de iudi. Paul. & Angel. in l. dies cautionis. § hæc autẽ. ff. de dãno infecto. Auil. in c. 1. iudicũ syndicatus. in gl. 1. n. 16. Interim tamẽ nos pro iuuenũ & tyronũ iudicũ instructione decreuimus præscribere formã, & ordinẽ, procedẽdi à syndicatorib⁹ in syndicatu, & fulminãdi processũ, iuxta hodiernũ vsũ & leges huius regni.

19

Ex Capite vnico

SVMMARIA.

1 *STylus qui seruatur in fulminãdo processu in syndicatu.*

2 *Corrector antiquus & eius officiales suspẽdũtur à suis officijs per aduentũ noui iudicis, vel correctoris præsentata prouisione regali in cõcilio loci, vbi præesse debet: nã tẽpus præsentationis literarum & non data attenditur.*

3 *Testimonium dici, in quo nouus magistratus fuit receptus ad eius administrationẽ debet à tabellione exhiberi ipsi magistratui, vt ad supremum consilium regium mittat.*

4 *Præconium quod pro syndicatu omnibus intimatur, & emittitur sermone Hispano compositum.*

5 *Præconiũ de rebus tangentibs bonũ publicũ prolatũ in syndicatu, & vniuscuiusq; rei præconium late explicatur.*

6 *Armorum vsus de iure cõmuni regulariest prohibitus, & quid de iure regio sit permissum circa armorũ delationẽ, & quibus pœnis sit afficiendus arma prohibita deferẽs, & plura alia de armis traduntur.*

7 *Clericus prima tonsura initiatus qui decliuit iurisdictioni seculari, si inueniatur cum armis, potest per iudicem secularẽ eis spoliari absque pœna excõmunicationis, & nu. 10.*

8 *Sententia declaratoria est necessaria super amissione armorum.*

9 *Arma quis nõ amittit nisi actualiter fuerit cum eis deprehensus, licet constet illum arma prohibita portasse.*

10 *Ad iudicum officium spectat præcauere ne damna & scandala in republica oriantur, & num. 12 in fine.*

11 *Vagabundi diuersis pœnis puniuntur, & vagabundi qui dicantur, traditur.*

12 *Contra concubinarios, lenones, sortilegos & maleficos qualiter procedendum sit & similiter contra ludentes ludis prohibitis.*

13 *Stabularij qualiter exercere debeant sua officia.*

14 *Contra blasphemos qualiter procedatur.*

15 *In syndicatu duplici via procedi potest, aut per viam accusationis, aut per viã inquisitionis.*

16 *Interrogatorium seu articuli, qui in syndicatu occulto, id est, en la residencia secreta, fiunt, contra magistratũ & eius officiales, & singuli articuli explicantur.*

17 *In-*

17 Iudex tenetur vnicuique suum iustribuere, alias tenetur in syndicatu partí lesæ ad interesse, etiam si ex negligentia fecerit, & numero. 20.

18 Iudex iniustam sententiam proferens in syndicatu potest conueniri, etiam si pars læsa non appellauerit, & sententia transierit in rem iudicatam, nisi expresse consenserit sententiæ iniustæ.

19 Iudex iniustè aliquem deprehendens, & in carcerem detrudens potest ad interesse in syndicatu conueniri.

20 Nobilis potest pro debito in carcere detineri donec probet suam nobilitatem.

21 Iudex ex dolo, culpa vel negligentia circa obseruantiam literarum suæ cõmissionis potest in syndicatu conueniri.

22 Testes contra iudicem in syndicatu conuentum producti, debent deponere in particulari qua de causa non tribuit ius vnicuique, & in quibus omisit adimplere mandata regia.

23 Iudex non potest vltra quantitatem sibi promissam aliquid percipere, alioquin in syndicatu ex eo poterit conueniri, in septuplo etiam si eius vxor vel familia receperit, quãuis ipse ignorauerit.

24 Declaratio l. 8. tit. 6. lib. 3. Recopila.

25 Vsurarum crimẽ misti fori est, & quibus pœnis vsurarij sint afficiendi, & alia plura de eis traduntur.

26 Intellectus ad text. in capit. præterea. de vsuris.

27 Testes singulares de diuersis actibus deponentes admittuntur contra vsurarios, ad hoc vt puniantur, & pro manifestis vsurarijs habeantur.

28 Testes deponentes se mutuum sub vsuris recepisse admittuntur contra dantem, quauis sint singulares, dum tamen nullam vtilitatem ex suo testimonio consequantur, & qualiter de iure regio fidem contra vsurarios faciant, traditur.

29 Syndicatores iudices quid obseruare debeant circa testium receptionem, & examinationem, quando in syndicatu procedunt contra magistratus & eorum officiales, explicatur.

30 Testium nomina sunt declaranda, & eorum copia dãda magistratib⁹ quãdo eos producũtur in syndicatu.

31 Stylus qui seruatur in imponẽdis culpis correctoribus in syndicatu, sermone Hispano compositus.

32 Libellus responsorius correctoris ad culpas sibi in syndicatu impositas.

33 Interrogatoriũ, seu articuli à correcto refacti pro excusandis culpis sibi in syndicatu oppositis, Hispane cõpositi.

34 Testificari potest familia magistratus ad eius defensionem, quando contra eum in syndicatu proceditur in ijs, quæ testificantes non tangunt.

35 Testes tres singulares sufficiunt cõtra iudices, ad probandum crimen cõcussionis sibi in syndicatu impositum.

36 Iudices dona recipiẽtes debent in quadruplo puniri in syndicatu, & aliquid vltra salaria recipiẽtes in septuplo, & quibus & qualiter dictæ pœnæ

sint applicandæ,traditur.

37 *Syndicatores qualiter se habere debeant in recipiẽda ratione pœnarũ cameræ,& bonorum communium ciuitatis,explicatur.*

38 *Sententia contra correctorem in syndicatu ferenda Hispanè composita.*

39 *A sententia in syndicatu lata contra magistratum,& eius officiales, non appellatur nisi condemnatio excedat summam trium millium marapetinorum,deposita tamen prius condẽnatione penes personam fidelem.*

40 *Appellari potest de iure communi à sententia lata contra magistratũ in syndicatu.*

41 *Intellectus legis tertiæ.C.quorum appellat.non recip.*

42 *Syndicatores post lapsum triginta dierum,tenẽtur suis expensis mittere omnia gesta in syndicatu ad consilium supremum.*

43 *Epistola mittenda ad supremum consiliũ à Syndicatoribus, cum relatione eorũ quæ ab eis gesta sunt in syndicatu sermone Hispano composita.*

44 *Supplicatio non habet locum à sentẽtia reuocatoria vel confirmatoria,lata in consilio supremo in causis syndicatus,nisi in ea contineatur condemnatio perpetuæ priuationis officij,vel corporalis pœnæ.*

45 *Libellus actionis,vel accusationis intentandæ in syndicatu ad instãtiam partis, sermone Hispano compositus.*

Caput vnicum, De ordine procedendi & fulminandi processum in syndicatu.

1 POstquam à principe creatus fuerit iudex syndicator ad videndas rationes alicuius magistratus, & peruenerit ad ciuitatem, vel locum vbi reddendæ sint,facere statim debet quod concilium illius loci conuocetur, & congregetur: quo simul congregato, prouisionem regiam suæ commissionis ostendere,& offerre debet,& cum ea requirere correctorem antiquum,& eius officiales,& rectores illius loci,quod eidem obediant,& adimpleant omnia in literis suæ commissionis contenta.Et tunc corrector antiquus nomine concilij suscipit regiam prouisionem,& eam osculatur,& super caput imponit,& tabellio consilij eam legit:qua lecta, corrector antiquus inquit,quod in quãtum attinet ad implementum regiæ prouisionis,ipse præsto est eam adimplere, dummodo iudex syndicator prius præstet iuramẽtum à lege Regia requisitum(quæ est.l.21. titu.7.libro tertio Recopilationis.)& ita in ipsamet prouisione regia commissionis præcipitur,quod iudex nouus illud iuramentum præstet in manibus antiqui.Quo iuramẽto præstito,corrector antiquus tradit potestati de nouo venienti fasces,seu virgas eius,& officialium.pro vt in regia prouisione pręcipitur:tamet si aliquando rectores loci cõtendant ipsos tradituros fasces nouo iudici,quod tamen facere nequeunt,secũdum Paridem de Put.in Tractatu syndicatus.in parte,sequitur de modo.numero.3. & est contra tenorem prouisionis regiæ: & ita per aduentum no-

2

ui

ui iudicis corrector antiquus, & eius officiales (actis præmissis) suspenduntur ab officio, iuxta textum in l. 5. titulo. 6. libro tertio Recopilationis. & in prouisione regia sic præcipitur, & nõ absre: alioquin astruerent testes, & eis minas inferrent, secundum Puteũ vbi supra in parte officialis finito officio. num. 6. & in parte recusarus in officio. numero. 2. Intelligi tamen debet, correctorem antiquum ab officio suspendi per aduentum successoris, post præsentationem Regiæ prouisionis in concilio loci factam, quia literarum præsentatio, & nõ data attendi debet, tex. in. c. capitulum sanctæ Crucis. de rescriptis. capitu. vt debitus honor. de appellationibus. & in cap. si qualiter. de cleri. non resid. Susceptis itaque fascibus à nouo iudice, præstitoque ab eodẽ prædicto iuramento, iudex nouus statim debet saltim intra tres dies præcipere tabellioni concilij, quod coram rectoribus, procuratore generali illius loci & reliquis personis illius concilij legat omnia capitula correctorum, & iudicũ syndicatus, & copiam eorum ponat in fine libri cõcilij, quæ capitula continentur. in titulo. 5. 6. & 7. libro tertio Recopilationis. & hoc fieri præcipitur à. l. 21. titulo 7. libro tertio Recopilationis. & à l. 40. titul. 6. lib. tertio Recopilationis. Quibus sic factis, iudex syndicator deinde 3 requirere debet tabellionem, quod eidem exhibeat fidem, & testimonium illius diei, quo à concilio illius loci receptus fuit ad eius administrationẽ, quod testimonium ad supremum consilium regium mittere debet, iuxta dispositionem tex. in. l. 40. titulo. 6. libro tertio Recopilationis. & tunc procurator generalis illius loci nomine concilij, & loci, petit à iudice nouo, quod præstet cautionem fideiussoriam de bene administrando, & de stãdo syndicatui per spatium triginta dierum administratione finita: quã satisdationem iudex nouus præstare tenetur saltim intra triginta dies connumerandos à die quo fuit admissus à concilio illius loci, iuxta text. in. l. 23. titul. 7. libro tertio Recopilationis. Quibus omnibus sic peractis iudex nouus in plateam & forum publicum loci exire debet & præcipere, quòd publica banna & præconia per totam ciuitatẽ, & loca eius consueta emittantur, quibus manifestetur syndicatus magistratus antiqui, & eius officialium, & quod si aliquis voluerit querelam exponere aduersus magistratum antiquum, eius officiales, vxorem, & familiã, rectores ciuitatis, tabelliones, procuratores & reliquos Reipublicæ officiales, cõpareat intra triginta dies, & quod ei iustiti administrabitur: alioquin prædicto termino elapso nõ audietur, debetque mittere tabellionem ad vicos, pagos, & villas territorij illius ciuitatis, vt prædicta banna & præconia syndicatus emittere faciat, secundum Amodeum in tractatu syndicatus, in parte, deinde dicti domini syndici. & Puteum in eodem Tractatu in parte, deinde vero eliguntur. & Auiles in cap. 3. iudicum syndicatus. in gloss. à num. 1. & ita dispositũ est de iure regio. in. l. 10. tit. 7. libr. 3. Reco. Quæ præconia vulgari sermone emittuntur forma sequenti.

Pregon de Residencia.

4 *SEpan todos los vezinos y moradores desta ciudad, y de los lugares de su iurisdicion, como por mandado de su Magestad es venido a*

ella fulano por Corregidor y juez de residencia, y viene a tomar residencia a fulano Corregidor que ha sido desta ciudad, y a su Teniente, alcalde, e alguaziles, carcelero, y a otros qualesquier officiales, y a los regidores, escriuanos, procuradores, sesmeros, alcaldes de la hermandad, y a otros qualesquier administradores de las cosas y rentas desta ciudad. Porende quien contra alguno de los sobre dichos quisiere pedir o demandar algo, y acusar ciuil o criminalmente de qualquiera sin iusticia que le aya hecho, o de cosas que del aya recebido, o de cohechos de oro, plata, paños, sedas, y otras cosas que aya leuado, o derechos demasiados que ayan recebido, o agrauios, injurias, o otros excessos que le ayan hecho, parezca ante el dicho Señor juez de residencia dentro de treynta dias, que corren dende oy en adelante a la hora de las diez, q̃ en este termino le oyra, y hara justicia, pagandole y satisfaziendo le los daños e iniusticias que le huuieren sido fechas, donde no que el q̃ no parecicre dentro del dicho termino, no le oyra, ni admittira sus demandas e querellas, e lo aura por excluso, e desde luego lo pronuncia por no parte, e sus demandas e querellas por excluſas. Y porque mas libremente se puedan quexar, e poner demandas contra los sobredichos, el dicho Señor juez de residencia toma e recibe a las dichas personas querellantes desde agora para entonces, e desde entonces para agora, debaxo del seguro amparo y defension de la Magestad Real del Rey Don Phelippe nuestro Señor, &c.

Simul cum prædicto banno debet iudex facere, quod aliud præconium super rebus tangẽtibus ad rectam gubernationem rei publicæ emittatur in platea, & locis consuetis ciuitatis: cõgruit enim bono præsidi, curare, vt sua respublica pacata & quieta sit: q̃ præconiũ sermone Hispano datur forma sequẽti.

Pregon de las cosas tocantes al buen gouierno de la republica.

OTrosi manda el dicho Señor Corregidor apregonar, que ninguno sea osado a traer armas sino fuere conforme a la pregmatica

matica de su Mageſtad, y leyes deſtos Reynos, ſopena que por el miſmo caſo ſin otra ſentencia ni declaracion las tenga perdidas.

6 Hoc præconium de armis emittitur quia de iure regulariter vſus armorũ prohibitus eſt, vt in l. vnica. C. vt armorum vſus libro. 11. & in Authentico de armis. §. ſi autem. collatione. 6. & notãt Bart. in. l. 1. per text. illum. ff. ad. l. Iuliã. de vi publica. Bal. in. l. data opera. C. qui accuſare non poſſunt. Panormit. & reliqui in cap. 2. de vita & honeſtate clericorum. text. in capit. qui culpatur. 23. quæſtione. 1. quam regulam ponit Rojas in ſingulari. 21. quæ regula procedit tam in armis offenſibilibus, quam in defenſibilibus, quoniam appellatione armorum etiam defenſibilia veniũt. l. armorum. 41. ff. de verborum ſignificatio. & notat gloſſ. in Clementina. ne in agro. §. quia verò. verb. Arma. de ſtatu monachorum. & Guido Papa in deciſione. 473. Hippolytus in practica criminali. §. pro complemento à numero 1. Thomas Grammaticus in conſilio. 69. numero 10. & in conſilio. 43. numero. 4. & eſt. l. 7. titulo. 6 libro. 6. Recopilationis. Et prædictam regulam cum ſeptem limitationibus ponit Socinus in regula. 30. Et eandem cum tribus ampliationib & vndecim limitationibus conſtituit Petrus Dueñas in regula. 55. & notat Couarruuias lib. ſecundo Variarum. cap. 20. numero 18. verſiculo. triceſimo texto. & ſingulari cõmento prædictam regulam octo extenſionibus & ſeptem declarationibus illuſtrat Iacobus Menochius libro. 2. de arbitrarijs cẽtu. 4. caſu. 394. vbi refert Plaçam lib. 1. epitõ. delictorum. ca. 8. Tiraquellum & alios plures DD. de eadẽ re agẽtes, & pluribus etiam ornat Iulius Clarus libro quinto Sententiarum. §. finali quæſtione. 82. in ſtatuto. 6. de delatione armorum. De iure tamẽ huius regni licitum eſt vnicuiq, enſem ſin ul cũ pugione portare, id eſt: eſpada y daga juntamẽte, dũmodo nõ portet cum pluribus ſocijs enſes deferentibus, id eſt, en quadrilla. Et plures ſocij armati cũ enſibus, id eſt, quadrilla, dicuntur quatuor homines cũ enſibus armati. & dummodo enſem & pugionem in lupanarijs nõ portẽt, id eſt, en las mãcebias: & dũmodo portãs nõ ſit ex nouiter cõuerſis regni Granatẽſis: & dũmodo enſem & pugionẽ nocte nõ deferat poſt horam prohibitam, id eſt, deſpues de tañida la campana de queda, quæ tãgi debet poſt quam hora decima noctis ſonuit, niſi ſecũ deferat lumen facis, lãternæ, vel candelæ, vel niſi de mane ad laborandũ vadat, nã tunc nõ poteſt ſibi familia arma auferre, ita diſponit text. in. l. 4. & 5. titulo. 6. lib. 6. Recop. & de nouiter cõuerſis regni Granatenſis prohibitis arma portare loquitur text. in. l. 7. tit. 2. li. 8. Recop. & inibi. l. 8. hoc declarat. & dũmodo enſis nõ excedat menſurã à lege preſcriptã, ſcilicet, q̃ no ſea eſpada de mas de cinco quartas de vara de cuchilla en largo, alioquin ſi excedat, poteſt portãti auferri, & p̃ prima vice incidit in pœnã decem ducatorũ, & quod in carcere ſit detruſus per ſpacũ decem dierũ, & pro ſecunda vice prædicta pœna debet duplicari, & vno anno in exilium mitti, quæ pœna pecuniaria familiæ auferẽti applicatur, ita diſponitur in. l. 9. tit. 6. lib 3. Recop. vb. prædicta menſura enſis & pœna cõſtituitur. Inſuper delatio enſis & pugionis permittitur, dũmodo ſimul portentur, alioquin ſi abſq; enſe pugio portetur, id eſt, ſola daga o puñal auferri poteſt, iuxta text. in. l. 10. titu. 6. lib. 6 Recop. & dũmodo portãs enſem & pugionem prima tẽlura initiatus iuriſdictionẽ regiam nõ declinauerit, gaudere volens priuilegio fori eccleſiaſti-

7

ci,id est,sino huuiere resumido corona, nam is arma ferre non potest,alioquin 8 possunt ei aũferri,& vltra eorũ amissionem incidit in pœnam sex mille marapetinorum,iuxta tex.in.l.5.tit.4.lib.1. Recopilationis. & explicat Couarr.in pract.quæst.c.33.n.7.quo in loco resolui cum Ioan.de Platea.& Palacios Rubios,pœnã pecuniariã lege seculari statutã aduersus arma portãtem peti non posse contra clericũ apud iudicẽ secularem,sed petendam esse apud ecclesiasticum,imo existimat ipse iudicem ec- 9 clesiasticum non teneri exequi illã pœnam aduersus clericum,sed posse clericum punire pœnis iuris canonici,& pecuniaria mulcta eius arbitrio:censet tamen clericũ cum ipsis armis deprehensum posse per iudicem seculare & eius familiam expoliari ipsis armis absq; vllo metu excommunicationis, nec iudicem secularem cõpelli posse per ecclesiasticum illa arma restituere, & quod ita apud Hispanos iam vsus obtinuit, vt clerici cum armis deprehensi per secularem eis expolientur, secundum eundem Couarru.lib.2.Variarum.c.20.numero.18.in fine.quem sequitur Menochius.vbi supr.numero.34. Et tandem dũmodo portãs ensem cũ pugione eis nõ abutatur aliquẽ percutiendo,nã tali casu amittit ea,etiãsi in fragãti delicto nõ deprehẽdatur,iuxta tx.in.l.fi.ti.23. li.4.Recop.per quã intelligi debet l.1. c.3.tit.29.lib.4.Recop.Et in casibus, in quibus arma deportãtibus auferri possunt per familiã,tenetur auferés ea manifestare,& exhibere die sequẽti corã iudice, vt sententia declaratoria super eorũ amissione proferatur,& vt cõstet qualiter,in quo loco,& qua hora,& cui fuerũt ablata,iuxta tx.in.l.5.tit.6.lib.6. Recop.& in.l.1.c.3.tit.29.lib.4.Recop. quo in loco cõstat,necessariam esse sententiã declaratoriam super amissione armorũ.Et est aduertẽdum, quod familia quę extra sup. dictos casus ensem& pugionem aufert alicui,debet eidẽ reddere cum quadruplo,iuxta tex.in dict. l.5.titul.6.lib.6. Recopil.Est etiam aduertendũ,quod non sufficit,quod quis sit inuentus cũ armis,ad hoc vt ea perdat nisi actualiter capiatur à familia, argumento tex.in.l. si Barsatorem. C.de fideiussoribus.& expresse firmat Paul. de Castro in.l.1.numero 4.C.vbi senatores vel clarissi.Cepola in repetitione l.si fugitiui.numero.37.C.de ser.fugit. Hippolytus.in practi. criminali.§. pro complemento.numero.24.Palac.Rubius in repetitione.cap.per vestras.notabili.3.§.21.nume.12.& Montalu. in suo repertorio ordina. versic.quæro nunquid.verbo.Arma.vbi resoluit,an in domo vel iuxta domum alicuius possint ei arma auferri.& hanc esse frequẽtioré consuetudinem in toto ferè orbe Christiano,scilicet arma nõ amitti,nisi quis fuerit deprehensus armatus,etiã si cõstet illum arma portasse,testatur Couar.in practi.quæst.c.33.num.7.in fine, cuius opinionem sequitur Iuli.Clarus lib.5.senten.§. fin. quæst.82,in statuto. 6.circa delationem armorum.

Otro si manda pregonar el dicho Señor Corregidor,que ningunas personas sospechosas anden juntas en compañia de quadrilla,so pena que qualesquiera armas que tuxeren de dia o de noche,las tengan perdidas,&c.

Hoc præconium procedit ex dispositione.l.4.titulo.6.libro sexto Recopilationis.ex qua.l colligitur, quod quadrilla dicitur,quando andan quatro cõ armas,& ex his quæ in præcedentibus diximus.

Otrosi que ninguno trayga espada,daga,puñal,o otra arma desembaynada, o sin contera en qualquier tiempo y lugar,&c.

Otrosi que ninguno sea osado de meter armas en la carniceria,ni pescaderia, ni en la mancebia,ni en casa de cantonera,&c.

Otro

Otrosi por euitar inconuenientes que podrian resultar, manda el dicho señor corregidor apregonar q̃ los que fuerẽ al rio, o a fuentes, o al horno, dõde vã las mo ças y las mugeres a lauar, cozer, no lleuen armas, ni tampoco las lleuẽ por la calle, yendo acompañando a mugeres sospechosas, sopena que las ayan perdido en los dichos lugares, y que sean traydos a la carcel, como a la justicia le pareciere, &c.

Ista tria capitula præcedentia huius preconij procedunt ex eo, quod ad iu-
10 dicis officium spectat præcauere, ne dã na & scandala in republica oriãtur, & vt rixæ & occasiones deliquendi eui tentur: melius enim est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare, vt in.l.1.C.quando licet vnicuique. & in.l.fin.§.ipsum autem.C.de bonis quę liberis. & in.l.fin.C.in quibus causis in integrum restit. necess. nõ est. nõ enim expectandum est, vt insula ruat, vt inquit Iurisconsultus in.l.stipulationes nõ diuiduntur.§.plane.ff.de verborum. & tradit Hippolitus in consilio.21. nume ro.23. & probatur in.l.4.titulo.6.libro 6.Recopilationis. & in.l.4. & .20.ti.23. lib.4.Recop.

Otrosi que todas las personas que se han llamado o llamaren a la corona para se eximir de la iurisdicicion real, no traygan armas algunas, publicas ni secretas, so la pena de las leyes destos reynos.

Hoc præconium procedit ex dispo sitione.l.5.titulo.4.libro primo Recopilation. vbi interdicitur delatio armorum clericis primæ tonsuræ se eximentibus à iurisdictione seculari, & vltra armorum amissionẽ punitur pœna sex mille marapetinorum, quę prohibitio etiam ex iure canonico inducta est, ex c.2.de vita & honest.cleric. & ibi notat gl. & in clementina.1. eodem tit. & in c.clerici & quasi per totam.23.quæstionem octauam. nam arma clericorum debent esse lachrymæ, vt in cap.conuenior.23.quæstio.8. & in capit.porrò. & ibi glos.l.16.quæstione.4.glos.in capi. ex multa.§.fin.de voto. Iasso.in.l.imperium.ff.de iurisdictione omnium iudicum.

Otrosi, q̃ ninguna persona de qualquier cõdicion y calidad q̃ sea, no ande disfraçado, ni en habito que no le conuenga a pie ni a caualllo so la pena de las leyes destos Reynos, &c.

Hoc præconium procedit ex dispositione.l.7.tit.15.lib.8.Recop.

Otrosi, q̃ ninguno sea osado a echar mano cõtra otro a espada, so pena que le sea enclauada la mano en el rollo desta ciudad, &c.

Supradictum præconium procedit ex.l.item apud Labeonem. versicul. si quis pulsatus. & ibi glos. verb. actione. ff.de iniurijs. vbi Bartol. inquit, prædictum delictum puniendum esse arbitrio iudicis, & ita expresse probat.l.6.titu.9.partit.7. ac proinde ratione suprædicti præconij illa pœna practicatur: in curia tamen regis, qui ensem euaginauerit, puniri debet pœna abscisionis manus, iuxta textum in.l.1.titu.23.libr.8. Recopilatio.

Otrosi, que todos los vagamundos y personas que no viuẽ de sus trabajos, ni tienen officios ni señores salgã deste lugar dẽtro del tercero dia so la pena de las leyes destos Reynos, &c.

Hoc præconium procedit ex dispo-
sitione.l.1. cum duabus sequentibus. &
l.6.11. & .12.titul.11.libro octauo Reco-
11 pilationis. vbi diuersæ pœnæ aduersus vagabundos imponuntur & in dicta l.11.explicatur qui dicantur vagabundi quod etiam docet glos. in.l.hæres absens § proinde, verbo, debebit. ff. de iud. quam notat Nauar. dicens eam memorabilem in cap.placuit.numero 80. de pœniten. distinctione, 6. glos. & Bart. in.l.4.§.prætor. verb. habitationẽ habeant.

habeant.ff.de damno infecto. & plura de vagabundis tradunt DD.in.l.vnica. C.de mend.libro.vndecimo. & Didacus Perez in.l.1.& 2.titulo.14.lib.octauo ordin.quæ omnia conducũt decreto Consilij Tridentini,Sessione vigesima quarta,de reformatione matrimonij.cap.7.

Otrosi,que todas las personas y vezinos desta ciudad,y alguno dellos no sea osada de estar amãcebado,ni ser alcahuete,ni hechizero,y las personas que lo fuerẽ se salgan della dentro de tercero dia,so pena que se procedera contra ellas conforme a las leyes destos Reynos.

12 Quod præceptum quantum ad concubinarios procedit ex dispositione tituli.19.lib.8.Recop.& in Concili. Triden.Sess.24.de reformatione matrimonij.c.8.& Sess.25. de reformatione c.14.& plura de concubinarijs tradit Didac.Perez in.l.23.&.24.titul.3.libr. 1.ordinamenti.& in.l.3.titulo.15.libro octauo ordinamen.& Iulius Clarus libro.5.senten.§ fornicatio.& Auiles in cc.prætorum in capit.1.in gloss.verbo Mugeres.& in cap.47.in glossa.verbo, Manceba.& Auend.de exequen.man. 2.par.c.26. Et quãtum ad lenones procedit ex dispositione tituli.22.par.7.& tradit ibi Gregorius Lupus & Didacus Perez in.l.3.titulo.14.libro octauo ordinamen.in glossa.verbo.Rufianes.Et quantum ad sortilegos,maleficos,procedit ex.l.5.cum duabus sequentibus. titu.3.libro octauo recopilationis. & tradit aliqua de eis Auiles in.cc.prætorum.cap.53.in glossa.verbo,Adiuinos. & Auendanius de mand.exequen.2.p. capit.32.& Didacus Perez in.l.9.titul. 1.libro octauo ordinamenti in glossa.1. & Simancas de institution.Catholic.titul.30.à numero.16.& in tit.62. & Iuli. Clar.libro quinto sententiarum.§.hæresis.num.27.

Otrosi, q̃ ninguno sea osado de jugar dados,ni naypes,ni otros juegos vedados por leyes destos reynos,ni tener tablero de juego en publico ni en secreto,so pena de incurrir en las penas de las leyes destos reynos,&c.

Quod præconium procedit ex his, quæ disponuntur in titul.7.lib.8.Recopil.vbi plures sunt decisiones agẽtes de pœnis contra ludentes ad ludos prohibitos,& in.l.3.&.5.illius tituli se prohibe,que nadie tenga tableros de juego en su casa so laspenas alli puestas.Et plura de ludo', & de ludentibus ad ludos prohibitos,& de habentibus in domibus suis tabularia ad ludos,cõgerit Auiles in.cc.præt.c.29.in.gl.verb. iuegos. & in gl.verb.ni tableros.& Auend.de exequen.mand.2.p.c.9. Dida. Perez in tit.10.lib.8.ordi. Couar.in regula peccatum.2.p.§.4.& Soto lib.4.de iusti.& iu.qu.5.ar.2.fol.313.&.F. Franciscus de Alcocer in singulari suo tract.de ludo, qué populari sermone edidit, vbi in.c. 7.refert leges iuris positiui cómunis,& huius regni,prohibentes ludum, & in cap.12. agit qualiter peccent ludentes contra leges huius regni,ludum prohibentes,& in cap.61.&.62.agit de pœnis imponendis tã de iure communi, quã regio aduersus ludentes ludis prohibitis,& Iul.Cla.lib.5.sen.§.lũdus.& plura de ludo & lusoribus cõgerit Menoc.li 2.de arbit.cent.4.casu.399.&.400.

Otrosi,q̃ ningun mesonero ni bodegonero acoja ni reciba rufianes, ni malas mugeres que ganen por sus personas, ni ladrones,ni vagabũdos,ni a vezino del pueblo,ni a otra persona sospechosa,so pena q̃ por la primera vez pague seys ciẽtos marauedis:y por la segunda mil marauedis,y mas sea desterrado desta ciudad y su jurisdicion por espacio de medio año,precisamente:y por la tercera les sean dados cien açotes,y vn año de destierro preciso.

Hoc enim præconium procedit ex eo,quod bonus præses summa diligentia

tia curare debet suam rempublicã malis hominibus purgare, peccata punire, & receptorres eorum coercere, iuxta tx. in l. 3. & in l. congruit. ff. de offi. præsid. & ita eidem præcipitur in l. 36. tit. 6. lib. 3. Recop. Et quod expurgare debeat rempublicam latronibus, lenonibus, vagabũdis, probatur de iure regio in l. 4. cum sequentibus. titulo. 11. lib. 8. Recopila.

13. Otrosi, q̃ todos los mesoneros desta ciudad y su jurisdiction guarden los aranzeles que les fueren dados, y conforme a ellos lleuen los dineros de los huespedes q̃ posaren en sus posadas, y tengã buenas camas limpias, y pesebres sanos, y no tengã en las caualleriças gallinas ni puercos, y que tengan buena parejo de paja y ceuada, seruicio y limpieza so las penas de las leyes destos reynos y ordenanças desta ciudad.

Hoc præconiũ procedit ex dispositione. l. 48. titulo. 4. lib. 3. Recopil. & l. 21. tit. 6. lib. 3. Recop. & ex l. 6. & 7. tit. 11. libr. 7. Recopilatio. Et de hospitatoribus & stabularijs aliqua tractat Auẽdani. in cc. præ. 2. p. c. 8. vbi leges regias de eis agentes explicat. & Auiles in cc. prætorum. c. 28.

Otrosi, que todos traygan a referendar y concertar sus pesos y medidas dentro de quinze dias, so pena que el que no lo hiziere, seran en el executadas las penas de las leyes destos reynos.

Hoc præconium procedit iuxta dispositionem tex. in l. 19. titulo. 5. libro tertio Recopilationis, & l. 4. tit. 13. lib. 5. Recopilationis.

Otrosi, q̃ ninguno sea osado a jugar bolos, ni otros juegos los domingos y fiestas q̃ guardãr antes de missa, so pena q̃ seys ciẽtos marauedis por la primera vez, y en defeto de no los tener, q̃ este seys dias en la carcel: y por la segunda vez la pena doblada y por la tercera vn año de destierro preciso.

Hoc præconium procedit ex eo, q̃ iudex præcauere debet, quod peccata & res mali exempli puniantur, iuxta tex. in l. 36. tit. 6. lib. 3. Recopi.

Otrosi, que los ropauejeros no vendan ropa alguna q̃ compraren, ni la deshagã sin tener la primero colgada a su puerta por termino dediez dias, ni cõpren cosa alguna de las almonedas, so pena que serã en ellos executadas las penas de las leyes destos reynos.

Quod præconium procedit ex dispositione. l. 16. & 17. tit. 12. lib. 5. Recop.

Otrosi, q̃ ninguna persona de ni fie cosas de comer, ni de otra qualquiera cosa a ningun criado del dicho señor Corregidor, ni sus officiales, ni justicias, sino fuere por sus dineros a justo precio, y a luego pagar, so pena que lo tengan perdido.

Quod præconium procedit ex textu vbi notant DD. in l. 1. C. de contractibus iudicum. & in l. principalibus ff. si certum petatur. & notat glos. & Bald. in l. quisquis. C. eodem. & ex l. 8. titu. 6. libro tertio Recopilationis. & ex l. 12. titul. 4. libro tertio Recopilationis. & ex l. 13. tit. 23. libr. 4. Reco. & ex his, quæ notat Didacus Perez. in l. 9. tit. 15. lib. 2. ord. & Auiles in cc. prætorum. ca. 2. in glos. verbo, Heredad. numero. 6. & in glo. verb. Especial mandado. numero 19. & Auend. de mand. exequen. 1. par. ca. 2. n. 22.

Otrosi, que nadie sea osado de blasphemar ni dezir mal de Dios, ni de su bẽdita madre, ni de sus sanctos, so las penas de las leyes destos reynos.

14. Hoc præconium procedit ex eo, q̃ correctoribus & iudicibus iniungitur à l. 36. tit. 6. lib. 3. Recop. Et de pœnis quibus blasphemi plecti debent agit. l. 54. titulo. 4. libro tertio Recopilationis. & l. 20. titul. 6. libro tertio Recopilationis l. 1. & 2. titul. 4. libr. 8. Recopila. & tractat Couarr. in capit. quamuis pactũ. 1. par.

1.par.§.1.n.10.vers.id vero &.§.7.n.10. cum sequentibus.vbi quod sit blasphemia resoluit.& Soto.lib.2.de iustitia & iure.quæstione.3.artic.11.colu.4. & in lib.5quæst.2.artic.1.col.5.& quæstio.3. artic.3.col.4.Et Simancas de institutio. cathol.in titu.de blasphemis.Didacus Perez in rubrica & in.l.1.&.2.cum aliis titu.8.li.8.ordin.& Iul.Cla.lib.5.receptarum.§.blasphemia.& Iacobus Menochi.lib.2.de arbitrarijs. centuria.4. casu 375.& in casu.376.& in lib.2.de arbitrarijs.centuria.4.cas.319.n.16.

Podra tambien en este pregon el dicho juez mandar apregonar otra qualquier cosa que le parezca conuenga al buen gouierno de la Republica,y al fin del pregon se dize,que se manda apregonar porque vēga a noticia de todos.

Emissis supradictis bannis, iudex syndicator incipit statim in syndicatione procedere:qua in re duplici modo proceditur,vel per viam accusationis, quādo publice ad instātiam partium de aliquibus criminibus accusatur magistratus, & aduersus eum querelę proponūtur,&cuilibet de populo licita erit accusatio,cum delicta sint publica,& reipublicæ interest,iuxta tex.in dicta.l. vnica.C.vt omnes iudices tam ciuiles quā militares.ibi,omnibus pateat.& in.l.iustissimos.C.de offi.rect.prouin. & sermone Hispano iste modus procedendi dicitur,residencia publica. Proceditur secundo modo per viā inquisitionis, & vulgari sermone appellatur,Residēcia secreta:licet enim inquisitio de criminibus regulariter sit prohibita, vt resoluimus supra in quinta par.huius primi tomi.c.1.de modo procedendi per viam inquisitionis.à numro.4. tamen aduersus magistratus in syndicatu benè proceditur per viam inquisitionis, vt notat Bald.in.l.obseruare.§.proficissi. ff.de officio proconsi.& Angelus.in.l.fi vacantia.C.de bonis vacantibus.li.10. & prębatur in.l.11.&.12.titulo.7.libro tertio Recopi.& explicat Auiles in.c. 4.iudicum syndicatus in glos.1. Nec repugnat,quod semper pro iudice præsumendum est,quod bene & fideliter administrauit,iuxta tex.in.l.2.C.de offic.ciuiliu di.& notat Ias.in.l.iustè possidet.ff.de acquirenda possessione. & Alciatus in Regula.3.præsumptione.9. quia hæc inquisitio non fit assertiue, sed interrogatiue,scilicet,qualiter iudex administrauit.Et ita syndicator nedū debet interrogare testes eōtra iudicē, verūetiam in eius fauorē,quia pro vtraque parte dicere debēt:& inquisitio fit de bono quā malo,vt probat.n.d. l.11.ti.7.libr.3.Recop. & notat Auiles in.d.ca.4.iudicū syndicatus.in gl. verbo,Haga.cum sequentibus. Et tunc iudex syndicator format articulos huius secretæ syndicationis,per quos interrogare debet testesforma sequēti:

Interrogatorio de la residencia contra el Corregidor y sus juezes.

16 *POr las preguntas siguientes sean preguntados los testigos que se tomarē en la pesquisa y residēcia secreta contra fulano Corregidor que ha sido desta ciudad y fulano su teniente,y fulano su alcalde, y los demas officiales,y contra los regidores y escriuanos de consistorio y del numero,sesmeros y alcaldes de la hermandad, procuradores que han sido,y son.*

Istud

Iſtud caput interrogatorij ponitur ob rationem, quam aſsignauimus in.1.par. huius.1.to.8.Tempo.in expoſitione interrogatorij ex parte actoris.

Primeramente ſean preguntados los teſtigos por el conocimiento de los contenidos en la cabeça deſte interrogatorio, y ſi tiene noticia deſta reſidencia.

Iſte primus articulus ponitur, quia teſtes cognoſcere debent perſonas, à quibus & contra quos producuntur: alias congrue teſtificari non poſſunt, ſecundum gloſ. in cap. cum cauſam. verb. de cauſis. extra de teſtibus. & gl. in cap. 2. verb. interrogatoria eodem ti. in. 6. & nos explicuimus in prima parte huius 1. tomi. 8. Temp. in expoſitione interrogatorij ex parte actoris.

ij Item ſi ſaben como y de q̃ ſuerte el dicho Corregidor y ſus officiales han adminiſtrado juſticia a las perſonas que ante ellos la han pedido, y ſi han dexado de cũplir algunas cartas o cedulas, y prouiſiones de ſu Mageſtad, y de ſu conſejo, y ſi dixeré q̃ ſi, declaren porque cauſa no han guardado juſticia a las partes, y han dexado de cumplir las dichas cartas.

Iſte articulus procedit ex.l.1.titul.6. lib.tertio Recopilationis. explicat Aules in.cc.correctorum.capit.1.in gloſ. verb. Cartas cum octo gloſsis ſequentibus. & Auen. de mand. exequen. 1. par. cap. 2. nu. 3. iudex enim tenetur vnicuique ius ſuum tribuere, vt in.l.iuſtitia. ff. de iuſti. & iu. & in. §. 1. inſti. de iuſt. & iu. & in. l 1. tit. 1 partit. 3. & ſi iudex nõ tribuat parti q̃ ſuum eſt, tenebitur in ſyndicatu ad intereſſe parti leſæ, vt notat Bal. in Authentica. ſtatuimus. C. de epiſco. & cler. Barto. in. l. C. quomodo & quando iudex. n. 6. & in. l. fi. ff. de varijs & extraordinarijs cognitionibus. q. 9. & probatur in. l. 2. tit. 2. lib. 2. fori. & ibi Montaluus in gloſ. verb. Pierda lo que huuiere. Nam iudex qui ſentẽtiam iniuſtam protulit in ſyndicatu conueniri pót, vt in toto tit. inſti. de pœna iudicis qui male iudi. & in. l. fina. ff. de var. & extraor. cogni. & in princip. inſti. de obligationibus, quæ ex quaſi. Quod procedit etiam ſi pars læſa à tali ſententia nõ appellauerit, & in autoritatem rei iudicatæ ſentẽtia tranſierit, ſecundum gloſſam in. l. 1. in principio. verbo. nõ iniurijs. & ibi Bar. ff quod quiſque iuris. Bartol. in. l. item ſi res. numero. 3. ff. de alienatione iudicij mutandi cauſa. Panormitan. in cap. paſtoralis. §. quia vero. de offi. deleg: etiam ſi expreſſè pars læſa renuntiauerit appellationi, ſecundum communem opinionẽ DD. ex Panormit. in dicto cap. paſtoralis. §. quia verò reiecta contraria opinione Bal. in cap. 1. §. iudices. de pace iuramento firmanda in vſibus feudorum. Quæ reſolutio vera eſt niſi pars læſa expreſſe ſentẽtię iniuſtæ conſenſerit. nam tunc nõ habebit recurſum contra iudicem in ſyndicatu, ſecundum Panormita. in dicto. §. quia verò. & Felinum in Rubrica extra de appellationibus. & communiter omnes ex Auendanio in reſponſo. 11. numer. 2. Quod ſublimitatur niſi pars læſa exiſtens in carcere ad redimẽdam vexationem ſententiæ iniuſtę, expreſſe conſenſiſſet: quia tunc bene poterit in ſyndicatu iudicem conuenire ad ſuum intereſſe, ſecundum Auendanium in dicto reſponſo. 11. numero. 4. nec ſupra dictis obſtat, quod pars læſa à ſententia iniuſta non appellans per illam taciturnitatem cenſetur ſententiam illam approbaſſe, iuxta tex. in. l. 1. C. ſi ſæpius in integrum reſtitutio poſtuletur. & in capit. ex parte. de appellationibus. nam reſpondetur quod per illam taciturnitatem ſententia iniuſta cenſetur approbata, tanquam ſic lata, non verò tãquam bene lata, vt colligitur ex Bart. in. l. 3. §. falſus. ff. rem ratam haberi. & in. l. 1. §. 1. ff. de ferijs. & ex Felino in capit. 1. numero. 17. extra de ſententia & re iudic. Vel reſpondetur, quod ſententia cenſe-

tur

tur approbata ad hunc effectum, vt remedio appellationis pars læsa agere nõ possit, non autem quoad effectum, vt remedio nullitatis & querelæ nõ possit agere, cum ex diuersis illatio non fiat. l. Papinianus. ff. de minor. notat Couarru. in pract. quæstionibus. capit. 14 numer. 8. Vel respondetur tertio, quod quoad partem aduersam sententia censetur approbata, non vero quoad iudi-
19 cem male iudicantem. Quo etiam fit, iudicem in syndicatu conueniri posse ad interesse ex eo, quod aliqué iniuste deprehendit, & in carcerem mancipauit, secundum glo. in. l. 2. §. fi. verb. Retẽtus. ff. si quis cautionibus. & probat. tex. in. l. sed actio. ff. eodẽ. & in. l. nec magistratibus. ff. de iniurijs. & notat Cataldinus in tract. de syndicatu. n. 3. & Amodeus in eodem tract. nu. 10. veluti quando iudex pro debito pecuniario ante captionem bonorũ, aliquem in carcerẽ detrusit, vel mulierẽ honestã pro debito pecuniario incarcere mãcipauit, vel virum nobilem pro eodem debito ciuili deprehendit. De qua tamẽ re est vidẽdus Laco. Menoch. libr. 1. de arbitrarijs. q. 88. quo in loco per totam illam quæstionem tusissime tractat quãdo iudex impune & ex suo arbitrio potest ob debitum pecuniarium, vel ob crimẽ viros & mulieres deprehendere, & in carcerem conijcere: & aliqua tractat Roder. Suar. in tract. de fide iussore in causa criminali. versic. secundo limita. fo. 114. & de nobilibus nõ incarcerãdis dispon it. l. 6. tit. 2. lib. 6. Recop. & not. Ant. Gom. l. 79. Tauri. Et Didac. Per. in. l. 3. tit. 2. lib. 4. ordin. & in. l. 5. eodem titul. & li.
20 in gl. 6. resoluit nobilem in carcere detineri posse donec de sua nobilitate probet. & de mulieribus incarcerandis disponit. l. 8. & 10. tit. 3. li. 5. Recopilati. & notat Anto. Gom. in. l. 62. Tauri. & Iuli. Clar. lib. 5. sententiarum. §. fi. q. 28. nume. 3. Quinimo etiam iudex in syndicatu tenetur, ex eo quod in reddenda iustitia partibus negligẽs fuit, vt in. l. 1. C. de suceptoribus & arcarijs. libro. 10. & in. l. placuit. C. de conductione fundi. & nos supra resoluimus in summa huius tractatus propè finem. Insuper videndum erit, ad quid iudex in syndicatu tenetur parti læsæ vltra interesse. Qua in re dicendum erit, vt supra resoluimus in prima parte huius. 1. tomi. 1. tempore in versicu. in prædictis omnibus magis.

Rursus iudex tenetur seruare literas
21 suæ cõmissionis & mandata regia, & eorum formam, & ex dolo, culpa, vel negligentia circa eorum obseruantiã cõmissa in syndicatu conueniri poterit, vt probatur in. l. 1. titulo. 6. libro tertio Recopilation. & explicat Auiles in. cc. prętorum. cap. 1. in glos. verbo, Cartas. &
22 verbo, Mandado. Et quod in supra dicto articulo ponitur, scilicet, quod testes specifice & in particulari deponere & declarare debent, qua de causa iudex non tribuit ius suum vnicuique, & in quibus omisit adimplere mandata & prouisiones regias, procedit ex. l. 11. tit. 7. lib. 3. Recop. & explicat Auiles in. c. 4. iudicum syndicatus in glos. verbo, Yhaga. cum glosis sequentibus.

iij Item si saben que el dicho Corregidor ha residido todo el tiẽpo de de su officio en esta ciudad y su tierra, y si ha estado ausente algun tiempo, y estando ausente ha lleuado el salario, digan y declaren el tiempo que ha estado ausente, &c.

Articulus iste procedit ex dispositione. l. 6. & 7. titu. 5. lib. 3. Recop. & explicat Auiles in. in. cc. prætorũ. ca. 1. in glo. verbo, Mas salario. nume. 12.

iij Item si saben si el dicho Corregidor y sus officiales pro razon de su officio han lleuado mas salario del que les esta tassado, y por sus prouisiones se les manda dar, y si han recebido algunas dadiuas y prometimientos desta ciudad y su tierra, demas del dicho su salario.

23 Articulus iste procedit ex dispositione.l.10.titulo.5.libro.3. Recopilationis &.l.1.&.8.titul.6.libro tertio Recopilationis.&.l.5.titulo.9.libro tertio Recopilationis.& explicat Auiles in.cc.præto.cap.1.gloss.verbo, Mas salario.& in verbo,Ni lleuaran.& in capit.8.gloss.1. cum sequẽtibus.& Auendanius de exequen.mand.1.par.cap.2.numero.4.& 7.iudex enim non potest vltraquantitatem sibi promissam aliquid percipere, alioquin in syndicatu ex eo conueniri poterit,iuxta text.in.l.1.ff.ad.l.Iuliam. repet.& in.l.1.C.eo.& in Authentica. sed nouo iure.C.de pœna iud.qui malè iudi.& de iure regio probatur in præcitatis.ll Alioquin in septuplo condemnandus erit, siue ipse recipiat,siue vxor, vel eius familia, quanuis ignoret illud ab vxore,vel familiaribus receptum esse: quia satis consentit non corrigens quos ex officio corrigere tenetur. capi. notum.& ibi gloss.2.quæstio.1.& in capit.si rector.44.distinctio. nam dispositæ in sciente procedunt in scire debente l.penult.C.de peri.tuto.quæ pœna præscribitur à dicta.l.1.titulo.6.libro tertio Recopilationis.per quam quoad pœnã censetur correcta dict.l.5.titulo.9.libr. 24 tertio Recopilationis. Non tamen per præd.l.1. remanet correcta. l.8. titulo sexto libro tertio Recopilationis.dum in quadruplo punit correctorem, & eius officiales recipientes aliquid vltra salaria sibi debita, nã vltimo loco & ab eisdem conditoribus promulgata fuit: loquitur tamen in diuerso casu: nempe quando prætextu, & colore consuetudinis inductæ, aliquid ab ipsis communitatibus locorum dabatur, & subrogabatur in locum quorundam officiorum consumptorum. Quæ lex in hunc sensum accipienda est: ne eodem contextu ab eisdem legislatoribus in tam breui spatio legum correctio inducatur:intelligi tamen, & restringi possunt supra dicta iuxta ea,quę supra resoluimus in.5.adnot. totius operis.in versiculo. quinto obseruet aduocatus in fine.

V Item si saben,si el dicho Corregidor,y sus officiales han castigado,o sido remissos en castigar los pecados publicos,assi de amancebados,hechizeros,adiuinos,alcahuetes,juegos,renegos,blasphemias, vsureros, como otros semejantes delictos,&c.

Articulus iste procedit ex dispositione.l.36.titulo.6.libro tertio Recopilation.& de concubinarijs,maleficis,sortilegis,ludis prohibitis,& blasphemijs, iam supradiximus in isto Tractatu, in versiculo,pregon de las cosas tocantes al buen gouierno.numero.12.& 13.in fine.Et de vsurarijs agunt Auiles in.cc. prætor.cap.50 gloss. verbo, Vsuras.& Auendanius de exequen.mand.2.part. 25 cap.29. Quod crimen misti fori est, vt resoluimus infra in secundo tomo, in Præl.1.num.35.& Menoch.lib.2.de arbit.centu.4.casu.398.nume.31.&.41.& per totum illum casum plura diligentissimè circa pœnas fœneratorum à iure Pontificio & Cæsareo inductas explicat: ac ideo in dicta.l.36.præcipitur iudicibus secularibus, quod maxime curent illud coercere pœnis à iure statutis. Quæ pœnæ variæ in iure reperiuntur: nam clericus vsurarius deponẽdus est ab officio & beneficio,iuxta text.in cap.1.de vsur.& in capit.clerici.14.quæstio.4.ibi,Mox à clericalibus officijs.facit tex.in cap.canonum.ca. siquis oblitus.cap.quoniam.14 q.4.& in cap. episcopus.cap. siquis clericorum.47.dist. & firmat gl.fin.in dict.cap.clerici. recepta à Ioanne Andr.Panor.& Vero.nu. 86.in dict.c.1.de vsur.Nec obstat tex.in 26 ca.præterea. ibi,ab officio & beneficio suspendas,de vsu.vbi tantum pœna suspensionis imponitur: nam respondetur, quod textus ille loquitur, quando prima vice clericus fuit vsurarius: nam

tunc tantum erit suspendendus, & insu per excommunicandus, vt in cap. minis stri. 14. quæstione. 4. cæterum si in illo exercitio persistat, deponendus erit ab officio & beneficio. & ita intelligi debent iura superius adducta, vt cum Hostien. & Bern. Diaz intelligit Couarruuias libro tertio Variarum. cap. 3. numero. 3. Pro quo intellectu expendo verba text. in dicto cap. 1. ibi, vsurarum lucris insistat. Et verba tex. in dict. cap. clerici. ibi, si cessare noluerint. quibus verbis satis significatur frequentia clericorum vsuras exercentium. Nec huic intellectui refragantur verba tex in dict. cadit. præterea. ibi, parere contempserint. quibus verbis eadem frequentia videtur indicari: nam non inde sequitur, clericum multoties vsuras exercuisse, si post episcopi interdictionē eas exercuerit. Insuper clericus vsurarius infamis efficitur, iuxta tex. in cap. inter dilectos. de excess. prælat. & ibi notat Panormit. quæ pœna etiam in laico vsurario procedit. l. improbum fœnus. ibi, infamiæ macula. C. ex quib. cau. infam. irrog. cap. infames. versic. porro. 3. quæst. 7. & l. 5. titulo. 6. libro octauo Recopilationis. quæ infamia ipso iure irrogatur, secundum glossam. 2. in dicto capitulo clerici. receptam communiter ex Couar. in dict. cap. 3. numero. 2. Quæ pœna etiā admittenda erit in ijs, qui exercent vsuras intra limites à iure ciuili permissos in. l. eos. §. 1. C. de vsur. cum indistinctè iure naturali, & canonico vsuræ in quacunque quantitate prohitæ sint secundum Couarruuiam vbi supra cōtra gloss. 1. in dict. cap. clerici. quæ communiter reijcitur: quam tamen pœnam solus vsurarius publicus, & non occultus incurrit secundum Salicetum in dict. l. improbum. numero. 4. quæst. 3. Alfon. à Castro. libro. 2. de potestate legis pœna. c. vltimo. & Couarruuias vbi suprà. Rursus clericum vsurarium manifestū ecclesiasticæ sepulturæ non esse tradendum, intestabilemque esse, etiam si criminis pœnituerit, & vsuras restituri iusserit, nec debere absolui, nec ad eucharistiam admitti, nec eius oblationes recipi debere, nisi iuxta eius facultates fuerit plene de vsuris satisfactum, aut de illis restituendis idoneè cautum, probat text. in cap. quanquam. de vsuris. lib. 6. Qui vsurarius manifestus quatuor modis dicitur, vel per euidentiam facti, vel per confessionem in iudicio emissam, vel per sententiam, qua de tali crimine fuit condemnatus, argumento text. in capit. vestra. & in capit. fina. de cohabitatione clericorū & mulierū. vel quarto modo per confessionem extraiudicialiter coram sacerdote & testibus factam, secundum glossam. 1. in dicto capit. quanquam. & gloss. in cap. 1. verbo. Manifestos. de vsuris. libro sexto & ita resoluit Couarruuias vbi supra. tametsi ipse ibi in versiculo. tandem. contendat non esse locum prædictæ pœnæ, nisi quādo quis esset manifestus vsurarius primo modo, nempe per euidentiam facti. Veruntamen opposita sententia verior est, imo quod manifestus vsurarius quocunque modo ex supradictis, prędicta pœna tenetur, secundum glossam. 1. & communiter DD. ibi, in dict. cap. quā quam. Quæ pœna & reliquæ à iure canonico inductæ contra vsurarios vendicant sibi locum in foro seculari, & cōtra laicos, secundum Bal. in consil. 334. libr. 2. & subscribit Couarruuias lib. tertio Variarum. cap. 3. numero. 9 & vltra prædictas pœnas de iure huius regni laicus vsurarius pro prima vice punitur amissione quantitatis mutuatæ, & illa quantitas efficitur mutuatarij recipientis, & insuper tātundem in pœnā solue re debet, cuius tertia pars erit applicanda accusatori, & reliquæ duæ partes fisco: pro secunda vero vice punitur amissione dimidietatis bonorū suorum applicandæ supra dicto modo: pro tertia autem vice punitur amissione omniū bono-

bonorum eodem pacto diuidẽdorum, iuxta text.in.l.4.titu.6.libro quarto Recopilationis. Quæ tamen lex circa diuisionem prædictæ pœnæ est immutata per.l.5. eiusdem tituli & libri, qua dispositum extat, quod sors principalis mutuata efficiatur mutuatarij, & reliquæ pœnæ diuidãtur in quatuor partes, quarum duæ fisco applicentur, & reliquæ duæ diuidantur pro æquis portionibus inter accusatorem, & muros, vel ædificia publica loci, vbi contigerit. De iure tamen Portugaliæ pœna aduersus vsurarios præscribitur in lib.4. ordina.titu
27 lo.14.in principio. Et aduertendum est, quod cum huiusmodi crimen sit difficilis probationis, testes singulares deponentes de actibus diuersis admittuntur ad hunc effectum, vt reus vsurarius manifestus censeatur, vel illius criminis infamia notatus, licet in actibus particularibus singulares sint, nec de eodẽ actu particulari contestentur, & plenè probent, secundum Baldum in.l.1.quęstione. 8. numero. 14. C. de testamentis. & Lanfrancum de Oriana. in Clementina dispẽdiosam. de iudicijs. columna ante penult.vers. tertia conclusio. ex glos. celebri in.l.ob carmen.ff.de testibus. Qui
28 nimo ad prædictum effectum admittũtur testes, deponentes se sub vsuris recepisse mutuum ab eodem, contra quem testificantur, quanuis singulares sint, dũmodo ex suo testimonio nullam vtilitatem consequantur, secundum Angelũ in disputatione, estensis miles: ac proinde caute dispositum fuit in.l.4.titulo.6. libro octauo Recopilatio. Quod quando generaliter agitur de puniendo aliquo ob vsurarum crimen, testes singulares de diuersis actibus deponentes admittuntur, & si testificentur se sub vsuris recepisse ab eodem, contra quem testificantur, dummodo iudex fidem adhibeat prædictis testibus, adhibitis alijs argumentis & adminiculis, ex quibus simul cum integritate morum & vitæ ipsorum testium, iudex persuasum sibi habeat, fidem eisdem adhibendam fore, & quod tunc nulla pars pœnæ contra vsurarium statutæ & à iudice inflictæ ad ipsos testes deueniat; nisi alias per alios testes plenè crimen contra illum vsurarium probatum fuerit, quod etiam notat & explicat Couarru. cum pluribus ab eo relatis libro tertio Variarum. c.3. numero.3. versicu. hinc profecto.

vj Item si saben si el dicho Corregidor al tiempo que fue recebido al dicho officio se informo, si auia aranzel y tabla de los derechos que auian de lleuar las justicias y escriuanos, y sino le auia, si fue negligente en no le hazer de nueuo con los diputados para ello, y si lo hizo, y si ha sido negligente en lo embiar a firmar al consejo, y si ha sido remisso en no tener puesto el aranzel enel auditorio de su audiencia.

Iste articulus procedit ex. l. 7. titulo 6. libro tertio Recopilationis. & explicat Auiles in.cc.prętorum. in cap.7. per totum.

vij Item si saben si el dicho corregidor o su teniente han visitado los terminos desta ciudad vna vez en cada vn año, y los lugares, ventas, y mesones della, y si se han informado como se ha administrado la justicia en los dichos lugares, y si los dichos mesones y ventas han estado bien proueydos, y si saben que en la dicha visita han hallado occupados por terceras personas algunos prados, montes, exidos, abreuaderos y dehesas que pertenezcã a la dicha ciudad. o proprios de los dichos lugares, y no lo han hecho restituyr, y enello han sido remissos, &c.

Articulus iste procedit ex dispositione.l.6.&.21.tit.6.lib.3.Reco.& explicat Auiles in.cc.præt.c.6.&.28.& Auend. de exequen. mand. 1.p.c.4. à nu.43.

viij Item si saben si el dicho Corregidor y sus officiales han sido parciales, teniendo mas amistad con algunos Caualleros y otras personas desta ciudad: mostrando se

mas fauorables a vnos que a otros. Y si saben q̃ ayan hecho alguna confederacion o aliança conellos, y por esta causa ayã hecho mas o menos justicia que deuiã, &c.

Articulus iste procedit ex dispositione. l. 2. titulo. 6. libro tertio Recopilationis. & explicat Auiles in. cc. prætor. ca. 2. in gloss. verbo, No se ayuntaran. cum glosis sequentibus. & Auenda. de exequen. man. 1. par. cap. 2. num. 20.

jx Item si saben si el dicho Corregidor, o sus officiales durante el tiempo de su officio, por si o por interpositas personas han comprado alguna heredad, o han edificado casas enesta ciudad o su jurisdiction, o si han vsado tratos de mercadurias por si o por otro, o si han traydo ganados en los baldios desta jurisdicion sin licẽcia de su Magestad, o del señor de la tierra, &c.

Articulus iste procedit ex dispositione. l. 2. titulo. 6. libro tertio Recopilationis & explicat Auiles in. cc. prætor. ca. 2. in gloss. verbo, Heredad. cum glo. sequentibus. & Auend. de exequen. man. 1. par. cap. 2. num. 22.

x Item si saben si el dicho Corregidor o sus officiales, han lleuado mas derechos por los autos y sentencias y otras cosas de los cõtenidos enel arãzel desta ciudad: y si el dicho Corregidor los ha consentido lleuar a sus officiales. Y si saben que sus officiales ayan lleuado algo de los derechos que pertenecen a los escriuanos, y sobre ello ayan hecho partido con ellos.

Articulus iste procedit ex dispositione. l. 1. & 7. titulo. 6. libro tertio Recopilationis. & explicat Auiles in. cc. præt. cap. 1. gloss. verb. Ni lleuaran. cum glo. sequent. & in capit. 7. glo. fina. Et quod conuentio super sportulis à iudicibus cum tabellionibus fieri nõ debeat, probatur in cap. statutum. §. notarium. & ibi notant Anchar. & Perus. de rescrip. libro. 6.

xj Item si saben si el dicho corregidor y sus officiales hã lleuado derechos demasiados de las executiones, y si se han pagado dellos primero, yantes que pagassen a las partes, &c.

Articulus iste procedit ex. l. 10. tit. 6. lib. 3. Recop. & ex. l. 7. &. 8. titul. 21. lib. 4. Recopi. & Auend. de exequen. mãd. part. 1. c. 17.

xij Item si saben si el dicho Corregidor o sus officiales en tiẽpo de su officio ayan sido abogados, procuradores, o solicitadores de causas agenas, o de sus amigos, criados, o familiares en algun tribunal desta ciudad, y por causa dello ayã lleuado alguna cosa, &c.

Articulus iste procedit ex dispositione. l. 3. titu. 6. libro tertio Recopilation. & explicat Auiles in. cc. præto. capit. 3. gloss. 1. cum sequentibus. & Auendan. de exequen. mand. 1. part. capit. 2. numero. 23.

xiij Item si saben si el dicho corregidor en tiempo de su officio aya tenido alcaldes, tenientes, o alguaziles vezinos y naturales desta ciudad, o de su tierra, o si los q̃ ha tenido han sido parientes suyos dentro del quarto grado. o yernos, o cuñados, y si en la election dellos los busco tales, que conuenies sen al descargo de su conscien cia, y administracion de la justicia, &c.

Articulus iste procedit ex. l. 4. titul. 6. libro. 3. Recopilationis. & notat Auiles in. cc. prætor. cap. 4. glossa. 1. cum sequentibus. & Auendanius de exequen. mand. 1. par. c. 3. numero. 5.

xiiij Item si saben si el dicho Corregidor, o sus officiales ayan dado lugar a otra alguna persona, que sin tener poder de su Magestad ni de los señores de su consejo aya vsado de la jurisdiction ciuil y criminal, trayendo vara enesta ciudad y su termino, &c.

Articulus iſte procedit ex.l.35. titul. 6.libro tertio Recopilationis. explicat Auiles vbi ſupr.c.5. &c. 42. Auend. de exequen.man.2.par.c.11.

xv Item ſi ſaben ſi el dicho Corregidor ha lleuado,o conſentido lleuar a ſus officiales aſſeſſorias,viſtas de proceſſos,por las ſentencias que han dado, aunque ayan conoſcido por commiſsion de ſu mageſtad,y ſi han ſido arbitros, y recebido en ſi cõpromiſſos,&c.

Articulus iſte procedit ex.l.9. titulo ſexto, libro tertio Recopilationis. & tradit Auiles vbi ſupra. capitulo nono.

xvj Item ſi ſaben ſi el dicho Corregidor o ſus officiales han lleuado o cobrado algunos marauedis de las penas de camara, o otras penas que diſponen las leyes deſtos reynos,y ordenanças deſta ciudad,ſin primero auerlas ſentẽciado,y las partes auer ſido primero oydas,y la ſentencia paſſada en coſa juzgada,y ſi han hecho algunas ygualas con las dichas partes,&c.

Articulus iſte procedit ex diſpoſitione.l.11.&.35. titul.6.libro tertio Recopilationis. & tradit Auiles vbi ſupra.capit.11.& cap.45.

xvij Item ſi ſaben ſi el dicho Corregidor ha arrendado,o conſentido arrendar el officio de teniente,o alcalde mayor,o alguazil mayor,o de otros alguazilazgos,o officios que auia de proueer,o ſi ha hecho partido con ſus officiales,o lleuadoles los derechos,o parte dellos,&c.

Articulus iſte procedit ex.l. 13. titulo 6.libro tertio Recopilationis.& tradit Auiles vbi ſupra. capitulo decimo ſexto.

xviij Item ſi ſaben ſi el Corregidor y ſus officiales ayan tenido cuydado de que eſta ciudad y ſu tierra aya eſtado bien abaſtecida de carnes,peſcados,y otros mãtenimiẽtos a razonables precios,y q̃ los caminos,calles,carreras, y carnicerias eſtuuieſſen limpias,y deſoccupadas y ſi han ſido remiſſos enello,&c.

Articulus iſte procedit ex.l.14.tit.6.lib.3.Recop.& tradit Auiles vbi ſup.c.17.

xjx Item ſi ſaben ſi el dicho corregidor y ſus officiales han ſido negligentes en el plantar los montes,y riberas,y cõſeruar los,y en caſtigar a los que los han cortado.

Articulus iſte procedit ex diſpoſitione.l 5.tit.7.lib.3.Recop.

xx Item ſi ſaben ſi el dicho corregidor ha procurado que enel conſiſtorio deſta ciudad aya arca en que eſten los priuilegios guardados a buen recaudo debaxo de llaues,conforme al cap.de corregidores. Y ſi ha ſido negligente en tener libro de carcel en que ſe aſsienten los preſos. Y ſi por mala guarda ſe han huydo, y ſi ha hecho los proceſſos ciuiles y criminales ante los eſcriuanos del numero,o ſi los ha hecho ante otros.&c.

Articulus iſte procedit ex diſpoſitione.l.15.&.26 tit.6.lib.3.Recop.& ex plicat Auil.cc.præto.cap.18.&.19.&in cap.35.

xxj Item ſi ſaben ſi el dicho corregidor o ſus officiales,o regidores,jurados,o eſcriuanos de cõſiſtorio, o del numero deſta ciudad por ſi o otros por ellos hã tomado a renta los proprios deſta ciudad o las alcaualas de ſu Mageſtad,o las rentas,o hã ſido fiadores enello,&c.

5 exempti fuerint. Nonnulli tamen prælati inferiores episcopis habent ordinariam iurisdictionem in diœcesibus episcoporum ex consuetudine, priuilegio, vel alio iure speciali, veluti Abbates præpositi & priores ecclesiarum collegiatarum regularium vel secularium, quanuis non sint consecrati, nec benedicti, dummodo sint confirmati, & etiam alij qui iurisdictionem sibi compararūt, vt probatur in cap. 1.cap.ad hæc, de offi. arch.& in c. cū ab ecclesiarū.& in c.irrefragabilis. de offi. ord.& in c.sicut tuus. desimonia.& in c.cū in ecclesia.de maiorit.& obedien.ia, qui habent potestatē excommunicandi subditos, vt probant prædicta iura & text.in capit. transmissam.capit. suffraganeis.extra de electione.capit.duo simul. de offic. ordina. libr.6.& in capit.cum contingat.de foro compet. firmat Sanct. Thom. in 4. distinctione.18. quæstio.2.artic.2. ad.1. Soto in 4. distinctione.18. quæstio. 2. Navarrus in manua. Hispano & Latino. cap.27.nume.5.& Couarru.in capit. alma mater.1.par.§.11.nume.1. de senten.
6 excommunic. in 6. Sacerdos tamen habens curam animarum & si impropriè prælatus dicatur in capit.tua. de clerico ægrotante, Panormit.in d.c.cum ab ecclesiarum nume. 1. excommunicare nō potest suos parrochianos, quia potestas excommunicandi ad contentiosam iurisdictionē spectat, iuxta glo. receptā in d.c. trāsmissam, nisi ex consuetudine vel alio iure speciali talis potestas competat parrocho iuxta text. in d. c. cum ab ecclesiarum, sic intelligendum, ex Panormit. ibi num. 1. & in capit. duo simul. de offic. ordin. tenent Collecta. Cardin. & Panorm. num. 10. in cap. Sacerdos. de offic. ordin. & Nauar. vbi supra. quanuis Henricus in d. c. Sacerdos. aliter distinguat, & Barbac. ibi à num. 49. contendat sacerdotem habentem curam animarum excommunicare posse parrochianos: & ista iurisdictio prælatorum inferiorum episcopis cōprobatur ex Concilio Tridentino. sess. 24. de reformatione. cap. 20. vbi approbantur iurisdictio-
7 nes Decanorum, Archidiaconorum, & aliorum inferiorum. Similiter etiam in ordinibus militiarum Diui Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, coram propriis iudicibus ordinum, & non coram episcopis causæ clericorum & merè ecclesiasticæ, & reliquæ ad forum ecclesiasti-
8 cum pertinentes, tractantur. Non tamē poterunt Archidiaconi, Decani, & reliqui prælati inferiores episcopis in diœcesibus episcoporum exercere suam iurisdictionem ordinariam, circa causas matrimoniales, & criminales: nam propter earum grauitatem ad solos episcopos referuntur, & Decanis, & Archidiaconis, & alijs prælatis inferioribus prohibentur, iuxta text. in cap. visis. 16. q. 2. ibi, episcopi sacerdotum piacula, & ita per illum text. firmat Panorm. in. d. c. cum ab ecclesiarum. num. 8. & speciatim hodie deciditur à. d. Concilio Tridentino sess. 24. de refor. cap. 20. in versic. ad hæc. & ita in consilio supremo regali declaratū est. Quæ tū declaratio nō obtinet in iudicibus prædictarū ordinū militiarū ad quos etiā pertinet cogni-
9 tio causarū grauissimarū. Aduertēdum etiā est iurisdictionē competentē in aliqua diœcesi Archidiaconis, Decanis, & reliquis prælatis inferioribus, intelligen-

dam esse eis competere cumulatiuè tantùm, non vero priuatiuè ad exclusionẽ episcopi, ad hunc scilicet effectum, vt talis inferior illa iurisdictione vti posset, sicut episcopus, & locus sit præuentioni, q probatur in c. per hoc. de hæreti. lib. 6. vbi per cõmissionẽ causæ alicui factã in aliqua diœcesi, nõ censetur derogata iurisdictio ordinaria episcopi. facit etiã text. in l. fi. C. de iurisdictione omn. iud. & text. in Auth. de defensoribus ciuitatũ. in prin. colla. 3. vbi dicitur, defensorẽ ciuitatis cui æquiparatur episcopus cognoscere posse de causis subditorum, omissis magistratibus inferioribus. Et hinc constat veram esse opinionem glo. fi. in d. cap. cum ab ecclesiarum. testantis, episcopum posse absoluere excõmunicatum à prælato inferiori, tandemque absolutionem validam esse, quam glo. probant Panor. Imola, & cõmiter omnes ibi. idem Panor. in c. dilecti. 3. de appell. & testatur eam communiter receptam Couar. in cap. alma mater. 1. p. §. 12. n. 3. de sententia excommunicationis. in. 6. Quæ opinio procedit, etiam si iurisdictio competat prælatis inferioribus ex præscriptione: nam adhuc eisdem competere censetur cumulatiuè, & non priuatiuè, secundum Ioannẽ Andream, Host. Anto. & Imolam in c. pastoralis. de offi. ordi. quorũ opinionem in praxi obseruandam, & magis receptam esse testatur Couarr. vbi supra. Tametsi glo. 1. in d. c. pastoralis. teneat, excommunicatum à prælato inferiori non deberi absolui ab episcopo. cum episcopus seruare debeat iurisdictionem competentem suis subditis, iuxta text. in cap. quanto. de excessibus prælatorum. alioquin si vnicuique sua iurisdictio non seruaretur, ecclesiasticus ordo confunderetur, vt probat text. in cap. peruenit. 11. quæst. 1. Et quanuis Panormi. in cap. auditis. col. 2. de præscrip. & in d. c. irrefragabili. §. excessus. col. 1. & in d. cap. pastoralis. & ibi Felin. col. 3. & Balbus in Tract. de præscrip. in 1. par. 5. partis princip. quæstione. ii. & Calde. in consi. 2. de præscrip. teneant, iurisdictionem competentem prælatis inferioribus ex præscriptione censeri eisdem competere priuatiuè tantũ. Nec prædictæ communi opinioni obstat tex. in d. cap. cum ab ecclesiarum. vbi prohibetur episcopo conferre absolutionem ab excommunicatione lata à prælato inferiori, ergo si talis absolutio ab episcopo conferatur, inualida videbitur, cùm sit contra legem prohibentem id fieri. argum. text. in l. non dubium. C. de. ll. Nã respondeo, quod text. in d. c. cum ab ecclesiarum. loquitur de bene esse, tametsi de facto episcopus excommunicatum absoluat, licet male faciat, eius absolutio valida erit, nec ideo cẽsebitur nulla, quia facta esset contra prohibitionem. d. c. cum ab ecclesiarum. nam quando prohibitio respicit commodum alicuius priuati, vt in specie illius text. vbi respicit vtilitatem prælatorum inferiorum, tũc enim factum contra talem prohibitionem bene valet: cæterum quando prohibitio legis, respicit commodum publicum, factum contra eam, nullum est, & ita intelligitur text. in dict. l. non dubiũ. secundum Cardinalem in dict. cap. cum ab ecclesiarum. q. 22. & in ca. 1. de postulatione prælatorum. q. 15. Vel verius respõdeo, quod quando actus gestus contra prohibitionem legis repugnat legi solum modo in accidentalibus ipsius actus, & non in substantialibus, bene valet, & tenet, secundum glo. in Authent. decreuit. verb. Sacramẽti. C. de receptis arbitris. Bald. & Pau. in d. l. nõ dubiũ. intelligẽtes tex. ibi quãdo actus gestus cõtra prohibitionem legis repugnat legi in substantialibus ipsius actus: vnde cũ absolutio excõmunicationis latæ à prælato inferiori, factaque ab episcopo, non repugnet in substantialibus eius, cũ episcopus iurisdictionem habeat, vt suprà resoluimus, sequitur, talem absolutionẽ validam esse. Ex supradicta resolutione etiam consequitur, Archiepiscopos, nõ

habere

habere iurisdictionẽ ordinariam in subditos episcoporum suorum suffraganeorum, nisi causæ eorum per appellationẽ ad Archiepiscopos fuerint deuolutæ, & in quibusdam casibus exceptis, iuxta tex. & glo. in cap. pastoralis. de offi. ord. & in cap. 2. 9. quæst. 2. & in cap. nullus Primas & in capit. conquestus. 9. q. 3. & in cap. 1. in princ. de offi. ordi. in. 6. & in cap. 1. in princ. & §. 1. de foro compet. in 15 6. Neque obstat, quod Archiepiscopi habent iurisdictionem in episcopos suos suffraganeos, vt probat tex. in d. cap. pastoralis. sed episcopi habent iurisdictionem ordinariam in suos subditos, vt suprà resoluimus. ergo videtur, Archiepiscopos habere iurisdictionem in subditos suorum suffraganeorum, ex regula iuris, quæ habet, quod si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, de qua in l. accessionibus. ff. de diuersis & temporalibus præscrip. & in c. autoritate. de cõcessione præb. in. 6. Quæ difficultas augeri videtur ex eo, quod cui competit 16 plus, id, quod minus est, competere debebit, vt in cap. ex parte. 3. de decimis. ergo videtur, quod Archiepiscopi habentes iurisdictionem in episcopos suos suffraganeos, debeant eam etiam habere in subditos suorum suffraganeorũ. Nã respõdeo, prædictam regulam iuris cessare ex diuersitate rationis; licet enim episcopi subiecti sint suis Archiepiscopis, non tamen subditi episcoporum subsunt Archiepiscopis, vt vnicuique sua 17 iurisdictio obseruetur, & ordo ecclesiasticus non confundatur, vt in d. c. peruenit. & in c. duo. de offi. ordi. Non obstat tex. in c. 2. 9 q. 3. vbi dicitur, Archiepiscopum esse iudicem ordinarium to- 18 tius suæ prouintiæ. ergo habere videtur iurisdictionem in subditos suffraganeorum, nam glo. 2. in d. c. pastoralis. triplici ter respondet, cuius responsiones sustineri posse testatur Cardinalis oppositione. 5. tamẽ Innocen. quem omnes ibi sequuntur aliter respondet, scilicet, quod Archiepiscopus habet iurisdictionem Archiepiscopalem in tota sua prouin- 19 tia, & ita eam visitat. vt probatur in. c. sopitæ. de censibus. & in. c. 1. eod. titu. in. 6. & in Clem. 2. de priuilegijs. non tamen habet iurisdictionem episcopalem, nisi in sua diœcesi. Neque hoc est inconueniens, nam etiam episcopus est ordinarius suæ diœcesis, & tamen non est ordinarius omnimodæ diœcesis, cum nõ habeat iurisdictionem in exẽptos, nec in eos, qui ita bene viuunt, quod neque alique cõueniunt, nec ipsi cõueniuntur, iuxta tex. in. c. de Constantinopolitana. 22. dist. Quę solutio cõfirmatur ex ratione tex. in. l. Modestinus. vbi glo. & Alcia. ff. de verb. signifi. scilicet, quod libertæ libertæ meæ non est mea liberta, nec vasallus vasalli mei est meus vasallus, ita etiam subditus subditi mei nõ est meus subditus: quibus accedit glo. recepta cõmuniter in cap. 1. verb. agant. de offi. ordi. in 6. asserens, Archiepiscopum intra diœcesim sui suffraganei non posse conferre ordines subditis sui suffraganei, quam glo. notat Couar. in Practicis quæst. c. 9. n. 2. Quo fit Archiepiscopum 20 in diœcesibus suorum suffraganeorum non posse constituere officialem foraneum, ad cognoscendum de causis per appellationem ad eũ deuolutis, vel deuoluendis, cùm in diœcesibus suffraganeorum iudicare non possit, vt expressè probatur in. c. 1. de offi. ord. in. 6. nisi hoc ius constituendi vicarium foraneum in diœcesi sui suffraganei de consuetudine speciali sibi competat: nam tunc bene poterit illum ponere, vt probatur in d. c. 1. §. quia in causis. de offi. ordi. in. 6. Ex qua consuetudine Archiepiscopus Cõpostellanus habet potestatem constituẽdi vicarium foraneum in diœcesi Salmãtina, qui cognoscit de causis subditorũ suorum suffraganeorum totius prouintiæ Compostellæ per appellationem ad Archiepiscopum deuolutis, vel alio modo ad eius cognitionem pertinentibus. 21 Qua in re hæc praxis obseruatur, quod à sententijs episcoporum suffraganeo-

rum,vel eorum officialium recta via appellatur ad istum vicarium foraneum Archiepiscopi Compostellani,Salmanticæ constitutum. Cæterum à sentẽtijs ipsius episcopi Salmantini, vel eius officialis recta via appellatur ad ipsum Archiepiscopum Compostellanum,& nõ ad prædictum eius vicarium foraneum, qui episcopus Salmantinus nunquam consanſit,quod ab eius sententia vel sui officialis ad prædictum vicarium foraneum appellaretur,fundans se in rigore tex.dict.cap.1.de offic.ord.in 6.& ita ab episcopo Salmantino, vel eius officiali appellatur recta via ad ipsum Archiepiscopum, qui postmodum causam delegat,& committit suo officiali foraneo, Salmanticæ existenti: quam commissionem & delegationem facere potest, & debet iuxta tex.& ibi glo.verb. Possint. in dict.cap.1.& in capit.vt litigantes. de offi.ordi.in.6.

Ex Secundo Præludio.

SVMMARIA.

1 IVdex ecclesiasticus de quibus causis cognoscere possit.

2 Clerici quoad causas spirituales sunt exempti de iure diuino, quoad tẽporales vero & criminales ecclesiarũ de iure positiuo.

3 Laici possunt cognoscere de causis spiritualibus ex delegatione summi Põtificis.

4 Intellectus ad cap. decernimus. de iudicijs.

5 Causæ ciuiles,ecclesiasticæ & criminales clericorum antiquitus tractabantur coram secularibus iudicibus.

6 Iudex ecclesiasticus cognoscebat de clericis non coniugatis primæ tonsuræ, & de eorum rebus tam in ciuilibus quam in criminalibus secundum ius antiquum: hodie vero secus, & quid ex Trid. Concil. obseruetur.

7 Iudex ecclesiasticus quando possit cognoscere de causis criminalibus clericorum coniugatorum.

8 Clerici primæ tonsuræ, qui amiserũt priuilegium fori, si vltimo supplicio sint puniendi à iudice seculari, non sunt degradandi.

9 Iudex ecclesiasticus cognoscere debet, an reus captus per iudicem secularem sit clericus, & debeat gaudere priuilegio fori, & remitti ad iudicẽ ecclesiasticum. & quæ praxis in hoc obseruetur, infrà, num. 10.

11 Clericus captus à iudice seculari si veniat remittendus ecclesiastico iudici, debet remitti spensis ipsius clerici nisi sit pauper.

12 Iudex ecclesiasticus non tenetur stare processui facto per iudicem secularẽ remittentem clericum à se captum.

13 Iudex ecclesiasticus non debet inhibere seculari cognoscenti de crimine clerici præsentati coram ipso ecclesiastico, donec sibi constet, reũ clericũ esse.

14 Clericus præsentatus coram ecclesiastico iudice debet detineri in carcere tutissimè, dum tractatur causa, an sit clericus, vel non.

15 Iudex ecclesiasticus cognoscit de causa possessoria cuiuscunq; rei spiritualis vel quasi spiritualis, et si nihil proprietatis annexum habeat.

16 Iudex ecclesiasticus cognoscit de bonis proprijs ecclesiæ & patrimonialibus clericorum aduersus laicum reũ, nisi ipse laicus neget res esse ecclesiæ,

vel

vel clerici: quia tunc est remittẽdus ad secularem.

17 Laicus negans rem esse ecclesiæ cũ notoriè constat contrarium, non est remittendus iudici seculari.

18 Laicus negans rem esse ecclesiæ, si clericus actor replicat, se paratum esse in continenti probare contrarium, non est remittendus iudici seculari: sed ecclesiasticus cognoscit, an sua sit iurisdictio.

19 Laici inuasores rerum ecclesiæ, vel clericorum, contra quos proceditur per iudicem ecclesiasticum, non sunt remittendi seculari, & si negent res esse ecclesiæ, vel clericorum.

20 Iudex ecclesiasticus (attento iure Castellæ & Lusitaniæ) non cognoscit de bonis patrimonialibus clericorum aduersus laicum reum, nisi consuetudo (vt est Salmanticæ) sit in contrarium.

21 Dotis causa est misti fori, & potest cognoscere iudex ecclesiasticus inter laicos, de ea principaliter & per se mota, maximè cum petitur à vidua.

22 Decimarum causa tam quoad quæstionẽ iuris, quam facti tractanda est corã ecclesiastico iudice, etiam aduersus laicos.

23 Iudex ecclesiasticus potest implorare brachium seculare contra decimas non soluentem.

24 Laicus decimas non soluens potest compelli per iudicem secularem ad earũ solutionem.

25 Iudex ecclesiasticus cognoscit inter laicos de crimine vsurarum.

26 Vsurarum crimen est misti fori.

27 Iudex ecclesiasticus cognoscit de crimine symoniæ etiam inter laicos.

28 Iudex ecclesiasticus solus cognoscit de crimine hæresis.

29 Iudex laicus non potest cognoscere de crimine hæresis, etiam quoad quæstionem facti.

30 Seculares iudices tenentur exequi sententiam inquisitorum contra hæreticum latam, cùm ad id requisiti fuerint.

31 Iudex ecclesiasticus cognoscit de adulterio, nisi agatur ad pœnam sanguinis, quia tunc secularis est competẽs iudex.

32 Iudex ecclesiasticus cognoscit de crimine falsi, circa literas Apostolicas, & de crimine concubinatus, sortilegij, diuinatoris, pacis fractæ, sacrilegij, & alijs huiusmodi.

33 Cognoscit ecclesiasticus iudex de crimine nefando sodomiæ, etiam inter laicos.

34 Iudex ecclesiasticus potest cognoscere de quocumque peccato, etiam inter laicos ad effectum cogendi peccatorem ad pœnitentiam, saltim per viã denunciationis.

35 Iudex ecclesiasticus cognoscit de periurio, etiam inter laicos, quando agitur ad pœnitentiam in foro conscientiæ, & in foro contentioso, vbi agitur de relaxatione iuramenti, aut de viribus & validitate illius.

36 Iudex laicus potest punire periuros laicos, & compellere laicum ad obseruãtiam iuramenti liciti.

37 Iudex laicus potest cognoscere, an relaxatio iuramenti sit nulla, quando id ponitur contra absolutum.

38 Praxis quæ obseruatur circa relaxationem iuramenti, qualiter procedat, & an sit necessaria partis citatio.

39 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcens de relaxatione iuramenti, poteſt cognoſcere de reſciſsione contractus, ſi ſimul id in eodem libello petatur.*

40 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de rebus & iuribus hæreditatis, quãdo clericus ſtetit hæres alicuius laici, dũmodũ lis nõ fuerit cœpta aduerſus laicũ defunctum; coram iudice ſeculari.*

41 *Intellectus ad l. hæres abſens. ff. de iudicijs.*

42 *Clericus hæres inſtitutus à laico, tenetur facere inſinuationem teſtamenti coram iudice ſeculari.*

43 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit, an laicus delinquens debeat gaudere immunitate eccleſiæ.*

44 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de executione teſtamentorum, & vltimarum voluntatum etiam laicorum.*

45 *Epiſcopi conſtituuntur à Concil. Trid. executores piarũ diſpoſitionum, & eiſdem conceditur poteſtas cognoſcendi de commutationibus vltimarum voluntatum.*

46 *Teſtamentorum executio eſt miſti fori, & inde laicus iudex poteſt exequi teſtamẽta, etiam ſi ad pias cauſas ſint condita.*

47 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de crimine blaſphemiæ etiam contra laicos, niſi Iudæus blaſphemiæ crimen committat, quia tunc ſecularis tantùm cognoſcit.*

48 *Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de pluribus caſibus, remiſsiuè.*

49 *Reus, cui pœna condigna non eſt impoſita, in criminibus miſti fori poteſt iterum puniri ab altero iudice.*

50 *Intellectus ad capit. felicis. §. per hoc. de pœnis. lib. 6.*

51 *Sanguinis ſententiam eccleſia nemini irrogat.*

52 *Pœnis duabus ad vindictam concurrentibus, vna per aliã tollitur, niſi prior pœna impoſita minor ſit propter naturam iuriſdictionis eam imponẽtis, vt quia maiorem pœnam imponere non poteſt.*

53 *Abſolutus aliquo crimine in foro pœnitentiali, poteſt iterum accuſari in foro exteriori, etiã ſi ſit abſolutus per pœnitentiam publicam & ſolennẽ.*

54 *Eccleſiaſticus iudex in caſibus, in quibus aduerſus laicos procedere poteſt non poteſt propria autoritate capere bona, & perſonas eorum, niſi implorando brachium ſeculare.*

55 *Cõſuetudo, vt eccleſiaſticus iudex poſsit capere laicos & eorum bona, ſublata eſt per ius regium.*

56 *Eccleſiaſticus iudex in criminalibus poteſt capere bona laicorum, & eos in carcerem detrudere, ſecus in ciuilibus.*

Secundum Præludium.

1 SEcundo erit præmittendum, quod iudex eccleſiaſticus cognoſcit ꝺ omnibus, quæ verè & ꝓpriè ſpiritualia & eccleſiaſtica ſunt, & de ijs, quæ ſpiritualibus ſunt annexa, antecedenter & conſequenter: & ita cognoſcit de omnibus controuerſijs ſuper gradibus, ordinibus, ſacris obſeruationibus, beneficijs, iure patronatus, decimis, & ſimilibus, & etiam de cauſis

sis temporalibus ecclesiarum & clericorum, & de eorum criminibus, iuxta text. in cap. decernimus. cap. quanto. ca. qualiter. capit. atsi clerici. & cap. clerici. de iudi. & in capit. 2. de foro competenti. & in capit. continua. cum alijs illius causæ & quæstionis. 11. quæst. 1. & in l. 57. tit. 6. par. 1. & in l. 5. tit. 3. lib. 1. Recop. & vtrobique notant Doct. Est tamen in hoc discrimen, quod exemptio clericorum à potestate seculari in causis verè spiritualibus competit eis de iure diuino, in causis verò temporalibus eccle
2 siarum, & clericorum, & in criminali-
9 bus competit de iure positiuo, vt optimè resoluit Couar. in Pract. qq. cap. 31. nu. 2. Bene verum est, laicos posse cognoscere de causis verè spiritualibus ex delegatione summi Pontificis, secundum glo. receptam in dict. cap. decernimus. quia licet laici sint prohibiti de iure diuino cognoscere de causis spiritualibus,
3 intelligi debet autoritate propria, non tamen censentur prohibiti de eis cognoscere ex delegatione Pontificis, nam tũc videntur gerere vices eius, vt probatur in ca. sanè. 2. de offic. deleg. videtur enim tunc Papam suam iurisdictionem per eos exercere, argum. text. in capit. qui per alium. de regulis iuris. libr. 6. non enim aliquo iure diuino inuenitur prohibitum laicis, cognoscere posse de causis verè spiritualibus ex commissione Pontificis. Nõ etiam obstat tex. in dict. cap. decernimus. vbi verbum illud, De-
4 cernimus, videtur ius nouum inducere, & tamen ibi agitur de spiritualibus. ergo tex. ille expressè probare videtur, cõtra prædictam resolutionem, exemptionem clericorum in spiritualibus non esse de iure diuino. Nam respondeo, quod verbum illud quatenus respicit spiritualia, stat impropriè, & debet exponi, idest declaramus circa subiectam materiam, iuxta tex. in cap. ad audientiam. de clericis non residentibus: quatenus verò respicit causas ciuiles ecclesiarum, & clericorum & etiam criminales stat propriè & inducit ius nouum. Nam causæ ciuiles ecclesiasticæ, & criminales antiquitus fuerunt sub iurisdictione Principũ laicorum, vt resoluit Alciatus in Rub. & in l. iubemus. C. de sacrosanctis ecclesijs. postea verò ecclesia ducta pia consideratione, exemit easdem à iurisdictione laicorum. in dict. cap. decernimus. & ita verbum illud ad diuersa relatum, in diuerso capitur significatu, secundum Panorm. Dec. & Rip. ibi.

6 Cognoscit etiam iudex ecclesiasticus de clericis non coniugatis primę tonsuræ, & de eorum rebus tam in ciuilibus, quam in criminalibus, iuxta text. capit. cum non ab homine. & capit. clerici. de iud. & capit. 2. de foro compet. & notat glo. in capit. vnico, verbo, Clericus. de clericis coniugatis. in libr. 6. explicat Couarruuias in Practicis. cap. 32. num. 1. Hodie vero clerici non coniugati primæ tonsuræ, nec in ciuilibus, nec in criminalibus gaudent priuilegio fori ecclesiastici, nisi habeant beneficium ecclesiasticum, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui ecclesiæ ex mandato episcopi inseruiant, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, seu vniuersitate de licentia episcopi vel sentur, quasi ad maiores ordines suscipiendos, vt decisum extat in Concilio Trid. Sess. 23. de reformatione. cap. 6. & comprobatum à l. 1. titu. 4. libr. 1. Recopila. & circa hunc articulum erit hodie obseruanda forma & instructio posita in fine tit. 4. lib 1. Recopil. à Rege nostro Philippo. II.

7 Cognoscit etiam iudex ecclesiasticus de causis criminalibus clericorum coniugatorum primæ tonsuræ, siue ciuiliter, siue criminaliter prædictæ causæ criminales intententur, dummodo prædicti coniugati deferant vestes clericales, & tonsuram, & cum vnicis & virginibus matrimonium contraxerint non tamẽ cognoscit de causis ciuilibus horum clericorum, iuxta text. in capit. vnico. de clericis coniugatis in. 6. sic intelle-

tellectum ab Andrea, Domin. Anchar. & Banchelio ibi,& à Couar. bene illum text.explicante in practicis quæst. c.31. à num.7. Hodie verò adhoc,vt coniugati gaudeant priuilegio fori in criminalibus, vltra requisita posita in dict. cap. vnico. requiritur, quòd deputati sint ab Episcopo seruitio vel ministerio alicuius ecclesiæ,& quòd actualiter seruiant, vel ministrent illi ecclesiæ, vt expressè decisum est in Concilio Tridenti. Sess. 23.de reformatione. cap.6.Et quales debeant esse vestes, & tonsura, explicat Couar.dict.cap.31.num. 8. quanuis hodie standum erit declarationi factæ à. l. 8 1.tit.4.lib.1.Recopil.Et aduerte,quod in casibus, quibus clerici primæ tonsuræ amiserunt priuilegium fori, & vltimo supplicio sunt puniendi à iudice seculari,non debent degradari, vt bene resoluit Couar.in Practicis quæst.cap.32. nu. 3.vbi numero.4.resoluit illam quæstionem, an qui post delictum commissum assumpsit ordinem ecclesiasticum,puniri possit à iudice seculari,de qua quæstione vide aliqua per Viuium in suis communibus.pag.14.

9 Cognoscit etiam ecclesiasticus, an Reus captus per iudicem secularem sit clericus, & debeat gaudere priuilegio fori, remittique ad iudicem ecclesiasticum.iuxta text.capit. si iudex laicus. de sententia excommunicationis. in.6. ibi, dubitationes, &c. Et hanc opinionem tanquam communem probant omnes ibi, Francus & omnes in cap. vnico. de clericis coniugatis in. 6. Rota in nouis. decisione.202.Fulgos. cõsilio.124.quinimo in hoc casu, nec de nuda quæstione facti iudex laicus cognoscit, secundum communem ex Nauar. capit. nouit.notabili.6.num.44.de iudi.& comprobatur ex argumento Decij in dict. cap. decernimus. nume.24.& Lanfranci,in Clementina dispendiosam, de iudicijs.col.6.& ita in praxi seruatur apud Hispanos teste Couar.in Pract.capit.33. num.1 quanuis apud Gallos & Lusitanos hæc cognitio pertineat ad iudicem secularem,vt de Gallis testatur Guido. quæst.138.& Ioan.Gallus.q.38.& de Lu 10 sitanis extat ordinatio.lib.2. titu.1. §.10. & 15.& qualiter clericatus & reliqua requisita debeant probari explicat Coua. in dict.cap.33.n.3.hodie verò ponitur in illa declaratione posita, in fine.tit.4.lib. 1.Recopil.versic.quando occurriere.Interim tamen quòd causa clericatus finita fuerit per sententiam iudicis ecclesiastici, vsus forensis iam obtinuit, quod reus non remittatur ad iudicem ecclesiasticum, quanuis iudex secularis statim debeat supersedere cognitioni criminis:& adhoc poterit cõpelli ab ecclesiastico iudice,recepta tamen summaria informatione,aut probatione clericatus vt satis colligitur ex dict.cap.si iudex laicus.in fine. Quo circa hodie in ipsa inhibitoria debet inseri informatio clericatus,& titulus beneficij: & si non est beneficiarius debet inseri testimonium, quod ille reus deputatus est ab episcopo seruitio alicuius ecclesię,vel quod versatur in seminario clericorum, aut in aliqua vniuersitate de licẽtia episcopi, iuxta formam traditam in fine.tit.4.libr.1. Recop.versi.quando occurriere. Et aduerte,quod quoties reus captus remittendus est ad iudicẽ ecclesiasticũ remitti debet,absque dedecore & aliquo actu ignominioso secundum Iulium Clarũ lib.5.Sentent. §. fi.q.38.nu. 48. refutantem consuetudines quarundam prouintiarum quibus inductum est,has remissiones fieri cum actibus ignominiosis: debetque hæc remissio fieri cum custo- 11 dibus,& expensis ipsius clerici, secundũ Aufrerium in Clem.1.de officio ordinarij.quæst.2.num.22. Boerium decis. 303. col.pen.ex Bald.l.generaliter.§.ijs præsentibus.C.de rebus creditis: sed si clericus fuerit pauper, tũc remitti debet expensis iudicis ecclesiastici,secundũ prędictos Docto. & ita in praxi seruatur. 12 Nec iudex ecclesiasticus stabit processui facto per iudicem secularem remittentem

clericus pauper

tentem, secundum communem opinionem ex Decio in capit. at si clerici. de iudi. & Thoma Grammatico in consil. crimi. 42. num. 1. & Viuio libr. communium opinionum. verbo, Iudex laicus. quamuis in praxi obseruatur, quòd extrahitur processus à tabellione iudicis secularis, & coram ecclesiastico producitur ad se instruendum in causa. Cæterum si iudex secularis cognouerit de aliquo crimine aduersus clericum, quem nondum tamen apprehenderit: sed clericus is prius se præsentauerit coram suo iudice ecclesiastico, petendo se pronuntiari clericum, & exemptum à iurisdictione seculari, petendoque, vt iudex ecclesiasticus suis censuris inhibeat seculari à cognitione illius causæ: tunc ecclesiasticus nō debet inhibere seculari, nec contra eum procedere, donec prius sibi constet illum clericum esse talem, qui gaudere debeat priuilegio fori. iuxta. l. 7. tit. 4. lib. 1. Recopil. & in ipsa inhibitoria debent inseri omnia supradicta in præcedenti casu, iuxta formam traditam in fine tit. 4. lib. 1. Recopil. Et in isto casu, interim quòd pendet lis super clericatu, clericus præsentatus debet detineri à iudice ecclesiastico in publicis & tutissimis carceribus, nec debet dimitti sub fideiussoribus, nec detineri in ecclesia, aut monasterio, alioquin poterit capi à iudice seculari, iuxta. l. 7. tit. 4. lib. 1. Recopil. quod procedit nedum pendente lite super clericatu, verū etiam pendēte lite super punitione criminis, iuxta dict. l. 7. quam sic intelligit Couarruuias in Practi. capit. 33. numer. 4. & tradit Bernardus Diaz in Pract. Crimi. Canoni. c. 116.

15 Cognoscit etiam iudex ecclesiasticus de causa possessoria cuiuscunque rei spiritualis, vel quasi spiritualis, etiam si nihil proprietatis annexum habeat, secundum Butriū. c. fi. de iud. & plures alios, quos refert & sequitur Ioan. Daima, in proœmio pragmaticæ sanctio. §. posthumo. fo. 112. Beroius in Rub. de iud. n. 51. Couarruuias in practicis quæstion. capite. 33. num. 1. contra Panormitan. & alios in c. literas. de iuramento calūniæ.

16 Cognoscit etiam iudex ecclesiasticus de bonis proprijs ecclesiæ, & de bonis patrimonialibus clericorum aduersus laicum reum: nam bona patrimonialia clericorum gaudent priuilegio bonorum ecclesiæ, iuxta glo. 3. capit. ecclesia. de constitutio. & glo. fin. cā. fin. de vita & honest. clericorum. Quod intelligē verum in casibus à iure expressis, secundum communem ex Décio. d. c. ecclesia. num. 18. Couarruuia. libr. 1. Variar. cap. 4. numero. 3. Vnde cum iste casus expressus sit in l. decernimus. C. de episcopali audientia. & cap. si clericus laicum, de foro compet. per argum. ab speciali, meritò bona patrimonialia clericorum gaudent priuilegio fori: & est ratio, quia in foro principaliter consideratur persona clerici, & non bona, ex mente Decij. d. nume. 18. licet mordeat Couar. vbi suprà: num. 3. Limita tamen hanc resolutionem veram esse, nisi reus laicus neget res illas esse ecclesiæ, vel clerici actoris: nam tunc remittendus erit ad iudicem secularem, iuxta dict. ca. si clericus laicum, quia per illam negationem res efficitur dubia, iuxta gl. 1. ca. veniens. de renunciatione. & glo. cap. 1. verbo, Conseruatores. de officio delegati. in. 6. & glo. 5. l. plures. C. de fide instrum. Ac ideo reus laicus in dubio non est trahendus ad iudicem ecclesiasticū, contra regulam cap. cum sit generale.

17 de foro compet. Sublimitabis hoc primo, quando notoriè constaret, rem illam esse ecclesiæ, vel clerici: nam tunc, etiam si reus laicus neget esse ecclesiæ, vel clerici, non erit remittendus ad iudicem secularem, quia notorium per negationem non efficitur dubium. capite super eo. de testibus cog. & ita firmant Butrius, Panormitanus numero quarto. Felin. colum. 1. d. capit. si

18 clericus. sic limitando illum tex. Sublimitabis secundo, nisi clericus actor replicet, se paratum esse incontinenti probare

bare rem esse suam vel Ecclesiæ, nam tunc reus laicus non erit remittẽdus ad iudicem secularem, imò iudex ecclesiasticus summariè cognoscet vtrum sua sit iurisdictio. secundum Card. in fine. Panorm. n. 14. & 15. Marianum. n. 11. & 13. dict. capite. si clericus. & secundum cõem ex Curtio. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus, non ierit. quidquid aliter dicãt Anto. num. 9. dicto cap. si clericus. & Alex. dict. l. 2. num. 19. & quidquid aliter dicant Anchar. & Barba. dict. cap. si
19 clericus. Sublimitabis tertio, quando ab ecclesiastico iudice procederetur aduersus laicos malefactores, & inuasores rerum ecclesiarum: nam tunc reus laicus non erit remittendus ad secularem, vt cap. cum sit generale. de foro comp. & si dubitetur de maleficio secundum Innoc. & communem. d. cap. si clericus & Marianum. d. ca. cùm sit generale. n. 18. Quod procedit etiam in inuasoribus rerum clericorum, vt post Collectariũ num. 2. & post glo. 1. cap. similiter. 16. q. 1. probant communiter omnes. d. cap. cum sit generale. & Panor. ibi. num. 14. Felin. col. 1. Barb. num. 68. quanuis contrarium teneant Butrius ibi notab. fin. dict. num. 68. & Aufrerius de potestate ecclesiæ. versic. 38. nu. 31. Couar. lib. 1. Va
20 riarum, cap. 4. num. 3. Hodie tamen de iure Regio Castellæ, & Lusitaniæ iudex ecclesiasticus non cognoscit de bonis patrimonialibus clericorum aduersus laicum reum, iuxta l. 57. tit. 6. part. 1. & in lib. 2. Ordin. Lusitanorum. titu. 1. §. 17. Nisi consuetudo vigeret in aliquo tribunali ecclesiastico, quòd iudex ecclesiasticus cognoscat aduersus laicos super quibuscunq; causis ad petitionem clerici, vel ecclesiæ, iuxta dict. cap. si clericus. in fine, quæ consuetudo viget in audientia episcopali Salmanticensi: in rebus tamen ecclesiæ nihil immutatum est de iure regio.

21 Cognoscit etiam iudex ecclesiasticus de causa dotis principaliter, & de per se mota inter laicos: nã talis causa est mixti fori, secundum Innocen. Henricũ, Panorm. & alios cap. de prudentia, de donat. inter virum, & vxorem. quorũ opinio communis est ex Felino cap. licet, num. 1. de foro compet. Decio in Authentica quod locum. num. 5. C. de collatio. Ripa in. l. 1. num. 48. ff. soluto matrimonio. Aufrer. de potestate ecclesiastica. num. 21. casu. 27. Gom. in cap. fin. in principio. n. 22. de iud. Did. Per. l. 2. tit. 1. lib. 3. Ordin. col. 775. versi. dubitatur insuper. Quæ opinio proculdubio recipienda est, quando dos peteretur à vidua, quæ miserabilis est habitu, & dotis priuatio reddit eam oppressam, & sic miserabilem actu, secundum Bal. Nouellum in Tractatu de dote. part. 9. priuilegio. 16. Rubeum repetitione cap. per vestras. notab. 2. num. 13. & 24. quanuis glo. pen. dict. cap. de prudentia. & Anto. ibi & Iaſ. dict. Authen. quòd locum. num. 10. indistinctè firment causam dotis principaliter de per se motam tractãdam esse coram iudice seculari: quorũ opinio communis est ex Felino sibi cõtrario cap. ecclesia. num. 58. de constit. In alijs verò casibus crederem iudices seculares nequaquam permissuros, quod meri laici causam dotis principaliter, & de per se motam intentent coram iudice ecclesiastico, præcipuè quando ageretur de dote de nouo constituenda ex Anchar. consil. 21. ad finem recepto à Felino. d. c. licèt. num. 1. & à Rubeo vbi suprà. num. 17. & Decio. d. cap. ecclesia. num. 37. incidẽter tamen de causa dotis benè cognoscit ecclesiasticus inter laicos vt in. d. c. de prudentia.

22 Cognoscit etiam iudex ecclesiasticus de causis decimarum, & aduersus laicos tam quo ad quæstionem iuris, quam quo ad quæstionem facti, vt cap. peruenit. & cap. nuntios. & cap. cum homines. de decimis. & Clem. 2. de iud. & cap. postulasti. de homicid. cap. omnes decimæ. 16. quæstione. 7. & in Concilio Triden. sessione. 25. de reformatione. cap. 12. quem

text.

text. explicat Nauarr. in Manuali Latino.c.21.nume.32. Et iudex eccleſiaſticus
23 poterit implorare brachium ſeculare contra decimas non ſoluentem. d.c.poſtulaſti.& ibi Felin.& reliqui:& in quęſtione facti decimarum eccleſia habet duos iudices eccleſiaſticum & ſeculare, nam laicus poterit compelli ad ſolutionem decimarum per iudicem ſeculare,
24 vt reſoluit Feder.conſil.245. Couarr.in pract.35. nu.2. vbi reſoluit, quod in aliquibus cauſis decimarum, ſecularis poterit cognoſcere, etiam de quæſtione iuris,& Rebuffus in Tract. de decimis. q. 10.num.3. quo in loco à nume.1. de iſto art.agit.

25 Cognoſcit etiam iudex eccleſiaſticus de crimine vſurarum inter laicos, ſecundum glo.3.dict.cap.cum ſit generale.& ibi communiter omnes, & plures, quos refert Couar.lib.3. Variarum cap.3. nu. 1.& in 4.Decretal.2.p.c.8.§.12.num.4.
26 & 5. Sed tu reſolue verius eſſe, quod hoc crimen eſt miſti fori, & ſic quod iudex eccleſiaſticus cognoſcit de eo inter clericos, iudex verò ſecularis inter laicos: & etiam de quæſtione iuris, ita reſoluit Couarr. vbi ſuprà, & Nauar. capite nouit.notab.6.num.44.illatione.2.de iudi. & probatur ex l.4.tit.6.lib.3. Recopil. & ex Luſitanis lib.4.tit.14.per totum & tit.27.§.1. Tamen praxis obſeruat, quod
30 eccleſiaſticus aliquando cognoſcit de iſto crimine, vt reſoluit Couar. vbi ſuprà, verſic.4.& tacet tenendum: quicquid aliter dicat Iulius Clarus lib.5. Sententia.§.fi.q.37.nu.2.

27 Cognoſcit etiam iudex eccleſiaſticus de crimine ſimoniæ, etiam inter laicos ſecundum glo.3. in dict.capit.cùm ſit generale: tamen quoad quæſtionem facti huius criminis etiam iudex ſecularis cognoſcere poterit inter laicos, ſecũdum Antoni.num.14. Imolam num.8. Felin.num.4. in dict.cap.cùm ſit generale.& Alex.in additionibus ad Barto. in l.1.ff.de publicis iud. contra Panorm. num.20. Marianum nu.22. Barb.n.180. dict.cap.cùm ſit generale.

28 Cognoſcit etiam iudex eccleſiaſticus de crimine hæreſis: quia crimen hoc aduerſus fidem & religionem cõmittitur, ac ideò ſolus eccleſiaſticus de eo cognoſcere poteſt: ſecundum glo.3. in dict.ca. cum ſit generale. & tradit Maſuerus in cap.vt inquiſitionis.& in cap.prohibemus. Abb.& reliqui in dict.ca. cũ ſit generale. Alciat.in cap.1.de offi.ord.n.73. Simanc. de inſtitutionibus cathol.ti.36.
29 à nu.1. Nec etiam iudex ſecularis de iſto crimine cognoſcere poterit, etiam quoad quęſtionem facti, ſecundum communem ex Nauar.in dict.c.nouit.notab.6. num.44.& Couar.in Pract.qq.capit.33. num.3.in fine.per tex.in dict.cap.vt inquiſitionis.§.prohibemus. Quinimò nullus ſecularium iudicum quantacunque poteſtate & dignitate præditus vllo modo cognoſcere poterit de cauſis ciuilibus, aut criminalibus, quarum cognitio ad inquiſitores pertinet, etiam prętextu ſubleuandi vi oppreſſos: nam ſi aliquis grauatus appellare voluerit in ſupradictis cauſis, adire debebit ſenatum ſupremum ſanctæ generalis inquiſitionis, vt reſoluit Simanc. vbi ſuprà. numero. 2. Poterunt tamen & debebunt iudices ſeculares condemnare & punire illos, quos inquiſitores declarauerint hæreti
30 cos eſſe pertinaces, relapſos, aut impœnitentes: quia eorum officiũ in prædictis cauſis non in cognoſcendo, ſed in exequendo conſiſtit: quam executionem facere tenentur cum ab inquiſitoribus fuerint requiſiti, & tunc tenentur ſentẽtiam eccleſiaſtici in cauſa hæreſis exequi nulla de iuſtitia ipſius cognitione, vel fide facta, quia cenſentur meri executores, iuxta tex.in dict.cap.vt inquiſitionis.§.prohibemus. & eſt communis opinio Canoniſtarum, quam ſequũtur etiam Legiſtę ſecundum Simanc.vbi ſuprà, & ita in Hiſpania vſu receptum eſſe teſtatur Iulius Clarus lib.5.Senten.§.fin. quæſt.96.num.7.

31 Cognoſcit inſuper iudex eccleſiaſti-

cus

cus de adulterio, secundum glo. 3. dict. cap. cùm sit generale, quod intellige verum, quando agitur ad pœnitentiam, vel ad separationē tori secundum communē in dict. c. cùm sit generale. & cap. tuæ. de procuratoribus. & tradunt Panorm. & communis in cap. 1. de officio ordinarij: resoluit Couarr. de sponsalibus. 2. parte. cap. 7. §. 6. num. 8. quanuis Dec. consi. 212. num. 2. existimet, secularem esse competentem quo ad separationem tori. Cæterùm quando agitur ad pœnam sanguinis, secularis cōpetens est: si verò agatur ad alias pœnas, tunc vterque potest cognoscere secundū cōmunem. d. c. cùm sit generale. ex Panor. Mariano. n. 23. Feli. n. 11. consentit Dec. c. consuluit. 1. de appellat. & Diaz in Practica criminali, cap. 79. & Iulius Clarus lib. 5. Sent. §. fi. quæst. 37. num. 3. & hodie expressè decisum extat in Concilio Trid. sess. 24. de reformatione matrimo. c. 8. vbi præscribitur ordo, quo ordinarij procedere debent ad punitionē huiusmodi criminis, vbi etiam probatur, de crimine concubinatus ecclesiasticū cognoscere posse aduersus laicos, & tradit Iulius Clarus vbi suprà. nu. 4. quāuis Alciatus in c. 1. de officio ordinarij. nu. 22. post alios cōtendat, quoad alias pœnas secularem solummodo competentem esse.

32 Cognoscit item iudex ecclesiasticus de crimine falsi circa literas Apostolicas, concubinatus, sortilegij, diuinatoris, pacis fractæ, sacrilegij, & alijs huiusmodi, etiam inter laicos, quæ crimina congerunt Panormit. num. 24. Marian. col. penult. Felin. nume. 13. in dict. capit. cùm sit generale. Aufrerius de potestate seculari regula. 4. fallentia. 12. Tamen de his criminibus etiam potest cognoscere secularis inter laicos, secundum prædictos Doct. vbi suprà, & probatur de iure regio, lib. 8. Recop. à titu. 3. cum nonnullis sequentibus.

33 Cognoscit etiam ecclesiasticus de crimine nefando sodomiæ, etiam contra laicos, iuxta text. cap. clerici. de excessibus præl. & communiter omnes ex Bermōd. Tract. de concub. fol. 128. nu. 43. & Iulio Claro vbi suprà num. 5.

34 Cognoscit item iudex ecclesiasticus de quocumq; peccato, etiā inter laicos ad effectum cogendi peccatorem ad pœnitentiam, liberandique animam eius à morte perpetua, saltim per viam denunciationis, secundum glo. 3. dict. cap. cum sit. & latè resoluit Nauar. dict. cap. nouit. notabili. 6.

35 Cognoscit item iudex ecclesiasticus de crimine periurij, etiam inter laicos secundum glō. 3. d. cap. cùm sit generale. Quod intellige verū, quando agitur ad pœnitentiam in foro cōscientiæ: & etiā in foro contentioso, vbi agitur de relaxatione iuramenti, aut de viribus & de validitate illius: nam tunc laici ratione iuramenti efficiuntur de foro ecclesiæ iuxta c. fi. de foro cōpetenti. in. 6. & firmant Panor. Marian. & Felin. n. 7. dict. c. cùm sit. Aufrer. de potestate seculari. reg. 4. fallen. 4. Selua in Tract. de iure iurand. 2. part. quæst. 5. Fortunius de vltimo fine. num. 325. Cæterùm secularis iudex punire potest laicos periuros, iuxta tex. in cap. Rex debet. 23. quæst. 5. & probat Romanus in singulari. 420. Couar. in cap. quanuis pactum. 1. part. §. 3. num. 11. in. 6. & l. 1. cum sequentib. tit. 17. lib. 8. Recop. Potestque secularis cogere laicum cui turpiter est iuratum, vt remittat iuramentum, vt cum alijs resoluit Couar. lib. 1. Variarū. cap. 4. num. 5. versic. verum. Potest etiam secularis cogere laicum iurantem ad obseruantiam iuramenti liciti, vt cap. licèt mulieres. de
37 iure iur. in. 6. Et denique potest secularis videre, vtrùm episcopi relaxatio à iuramento sit nulla, quando id opponitur contra absolutum, secundum Anchar.
38 in consi. 382. nume. 6. Et circa praxim, quæ versatur in petenda relaxatione iuramenti, vltra ea, quæ tradit Couar. lib. 1. Variar. capit. 4. nume. 5. & Roland. in consil. 34. num. 7. libr. 1. aduerte, quod

citatio ipsius creditoris præcedere debet, idque obtinere in quacumque relaxatione iuramẽti turpis, seu illiciti à maioribus, vel à minoribus, siue à mulieribus præstiti, ex c. 1. de iure. iur. c. tuas. de vsuris. firmãt Federicus de Senis in cons. 300. & Corneus in cons. 45. vol. 2. quia contra inauditam partem nil diffiniri debet, vt in. c. 1. de causa poss. & prop. sequuntur Panor. col. pen. Felin. n. 23. in dict. c. 1. de iur. iur. & plures alij relati à Couar. & Rolando vbi suprà, ab Alciato in. c. cum contingat. n. 127. de iur. iur. à Ioanne Assinio in praxi. §. 7. c. 5. limitatione. 103. Menochio in cons. 24. nu. 11. & 12. & Didac. Perez in. l. 1. tit. 2. lib. 3. ordi. glo. 1. quæst. 16. quã opinionem proculdubio veram esse, quando peteretur relaxatio, ad hoc vt simul rescinderetur contractus, & ipsius vis prorsus euanesceret, testatur Couar. vbi supra passim q; hanc opinionem receptam esse firmant Iass. in. l. nec quiquam. §. hoc decretum. num. 49. ff. de offi. proconsul. Decius & Alciatus vbi supra. & tali casu relaxationẽ sine citatione concessam nullam esse, cõtendunt Panorm. & Felin. num. 23. in. c. 1. de iure iur. & Capella tolosana. q. 62. quãuis Diuus Antoninus. 2. p. tit. 10. c. 6. §. nonus casus. in fine, dicat iniustam esse solummodo, non vero nullam: quando vero relaxatio iuramenti peteretur solummõdo ad effectum agendi, vel excipiendi aduersus contractum, allegata enormi læsione, quæ postmodũ in progressu causæ probata rescinderet ipsum contractum, citationem creditoris non esse necessariã firmat Oldral. cons. 120. & Anchar. cons. 18. & hanc opinionem receptam esse, dicit Alciat. vbi suprà. & magis praxi conuenientẽ appellat Couar. vbi suprà. n. 6. tamen in hoc casu etiam citationem creditoris requiri ad hanc relaxationem concedendam tenent Federicus. Iass. & Felin. vbi suprà & Gozadinus in cons. 69. num. 22. quas tamen opiniones apud nos, memini me vidisse in praxi obtinere in hũc modum, quod quando relaxatio ad effectum agendi tantùm petitur à Reuerendissimo Nuncio, tunc eam solitus est concedere nulla precedente citatione, quando vero petitur ab ordinario etiam solummodo ad effectum agendi nunquam solitus est illam præstare sine citatione partis aduersæ. Quæ tamen relaxatio iuramenti peti, & concedi solet, quanuis in contractu iuramentum fuerit appositum de nõ petenda relaxatione, nec ea vtẽda, si fuerit concessa etiam motu proprio, vt quotidie à tabellionibus in scripturis apponitur, nam tale iuramentum censetur temerarium, cum per illud detrahatur iuri superioris, cuius autoritas in quolibet iuramento censetur excepta iuxta tex. in. c. venientes. de iur. iur. tenent Ricardus in. 4. dist. 38. art. 9. quæst. 3 Felin. in. c. constitutus. num. 9. de rescript. Soto lib. 8. de iust. & iure. quæst. 1. art. 9. col. penul. & Staphileus de literis gratiæ. pa. 168. tenetur tamen hanc relaxationem impetrans facere mentionem de iuramento, & quod iurauit se non petiturum relaxationem, ne ea vsurum, etiam motu proprio concessa, alioquin aliter præstita subreptitia esset, secundum Felin. in. d. c. constitutus. n. 13. & 14. Matth. de Afflict. in decis. 220. nu. 11. & Paul. Paris. in cons. 96. num. 93. vol. 1. Et est aduertendum quòd in eodem libello in quo petitur relaxatio iuramẽti ad effectum agendi simul peti potest, quòd ipse iudex ecclesiasticus, præstita relaxatione annullet, & rescindat ipsum contractũ: nam ad hoc etiam erit competens secũdum Chald. in. l. ordinarij. C. de rei vendic. sequuntur Alexander in. l. quoties. C. de iudic. Felin. in. c. cum sit generale. col. 4. de foro comp. & in. c. 1. col. 10. de iur. iur. & in. c. præterea. col. 11. de spons. & hanc dicit communem à qua in praxi dificile esset recedere Decius in Rub. lect. 1. nume. 2. extra iudic. eandem probant plures relati à decisione Pedamõtana. 78. num. 6. defendunt Ripa. n. 29. & Alciat. nu. 1. & 2. in Rub. extra de iud.

& ista opinio connumeratur inter communes in.1.tomo communium opin.li. 3.tit.1.nu.125. quæ opinio mihi semper placuit,& semel & iterum feci illam practicari in audientia episcopali Salmantina,dum essem patronus,& satis probatur in.c.fin.de foro compet.in.6.quem text.ad hoc recte perpendit Alciat.in.d. Rub.de iudic.num.2.cui non faciunt satis Decius in.d.Rub.lect.1.num.2.& Couar.in.d.c.4.n.7.& 8.& Nauar.in.d.Rubri.de iudic.num.12.oppositam opinionem in puncto iuris veriorem esse asserentes & in praxi iam eorum opinionē contra sententiam Baldi obtinere firmant.Nauar.in.d.Rub.n.13. & Ioannes Gutierrez de iuramento confirmat.3.p. cap.12.n.6.pro opinione Baldi cui libēter subscribo,& feci practicari,expendo l.11.&.12.tit.1.lib.4.recopilat.dum ibi præcipitur tabellionibus,quod in cōtractibus de se validis inter laicos celebratis,iuramentum nō apponant,redditurquè ibi ratio: ne ratione iuramenti laici efficiantur de foro ecclesiastico,& iurisdictio secularis defraudetur, quas.ll.regias iustas esse defendunt Couar.in cap. quanuis pactum.1.p.§.3.num.8.de pact. in 6.Pinelus in.l.2.3.p.c.1.à.n.11.C.de rescind.vendit.& Ioan. Matienzo in.l.22. tit.11.lib.5.recopil.glo.8.n.3.sed licet opinio Bald.de iure verior sit, & fecerim illam practicari,tamen iam magis expertus non consulerem clientulis meis desiderantibus finem suis litibus imponere, quòd coram iudice ecclesiastico simul cum relaxatione iuramenti peterent rescisionem cōtractus, non ex eo q̄ ecclesiasticus incompetēs sit, sed quia lites in curia ecclesiastica efficiuntur penè immortales,ppter dilationes,&appellationes plures quas ius pontificiū permittit, vt aduertit Paul.Castr.in.d.l. ordinarij. num.4.& hac de re exclamat contra iudices ecclesiasticos Palacius Ruuios in repetit.c.per vestras notab.2.nu.24. de donat.inter virum & vxor. asserens se multoties consuluisse personis ecclesiasticis habentibus iudices ecclesiasticos coram quibus possent laicos conuenire, quod illos conuenirent corā iudicibus secularibus,quoniam suam iustitiam citius ibi consequerētur, quod ego antea quam Palacium viderem plures amicis & clientulis consului.

40 Cognoscit etiam iudex ecclesiasticus de rebus,& iuribus hæreditatis,quando clericus extitit hæres alicuius laici,dummodo lis non esset cœpta aduersus laicū defunctum coram iudice seculari,secūdum glo.receptam in cap.is qui in ius.de reg.iur.in.6.glo.& Doct.capit.clericus nullum.11.q.1.Panor.DD.& Dec.nu.11. cap.quia.V.de.iud.Bart.& communiter alios in.l.hæres absens.in prin.ff.de iud. Nec obstat tex. dict. l. hæres absens. in
41 princ.nam tex.ille loquitur de priuilegio particulari ipsius hæredis,non de priuilegio iure communi concesso,secundum glo.ibi.& in l.2.§.legatis.ff.de iud. vel loquitur,quando forus defuncti respectu loci in hærede mutatur, vt animaduertunt ibi Fulgos.& alij.& ita est tenendum, quanuis contrarium velint nonnulli antiqui relati à glo.dict.ca.clericus nullum.& Alber. dict.l.hæres absens.quorum opinio approbat.l.57.ti.6. par.1.tamen illa.l.in praxi non seruatur. Cęterum si lis cœpta esset cum laico defuncto,tunc clericus hæres teneretur illam prosequi coram seculari,argu.text. l.venditor. ff.de iud.& ita cum alijs expresse resoluit Coua.in Practicis quæst. cap.8.num.2.

42 Aduerte tamen,quod clericus hæres institutus à laico tenetur facere insinuationem,&publicationem testamenti coram iudice seculari, secundum Bald. & Corn.in.l. omnia testamenta.C.de testamentis.Benedictus. c. Rainutius. de testamentis.verb.& vxorem.n.420.Barb. c.fi hæredes.de testamentis.num.10.Couar.in dict.cap.8.num.1. & probatur in l.15.tit.4.lib.5.Recopi.alias hæres amittit commodum hęreditatis,& ita iam in praxi obtinui.

Cog-

43 Cognoscit etiam ecclesiasticus, an laicus delinquẽs gaudere debeat immunitate ecclesiæ, secundum Remigium in tract. de immunitate ecclesiæ. quæst. 2. pag. 218. & Didac. Perez in. l. 9. titu. 2. lib. 1. Ordinamenti. col. 71. in versi. quæritamẽ. & nos latè diximus suprà in primo Tomo in quinta parte. in. §. de delinquentibus ad ecclesiam confugiẽtibus.

44 Cognoscit etiã ecclesiasticus de executione testamentorum, & vltimarum voluntatum, etiã laicorum, ita vt hæredes & laicos quoscũque executores moneat, & cõpellat ad prædictam executionem, iuxta tex. in. c. 3. in ca. si hæredes. & in. cap. tua. & in. c. Ioannes. de testamentis. etiam si testator interdixerit episcopo prędictam coerctionem, iuxta tex. in dict. c. tua. & resoluit ibi Couar. & Dominus Franciscus à Sarmiento lib. 1. Selectarum cap. 11. n. 13. & prædictã cõclusionẽ notat Couar. in dict. c. 3. nu. 5. & in

45 dict. c. si hæredes. n. 1. & 4. Et piarum dispositionũ executores episcopos constituit Concilium Trid. sess. 22. de reformatione. c. 8. & in. c. 6. eiusdem sessionis tribuitur episcopis potestas cognoscendi de commutationibus vltimarum volun-

46 tatum. Quam tamen facultatem exequẽdi testamenta, etiam iudex laicus habet quantunuis testamenta ad pias causas condita sint: nam huiusmodi munus faciendi exequi vltimas voluntates misti fori est, vt ex Panor. & Barb. notat Couar. in dict. cap. si hæredes. num. 1. & probatur in Authen. de ecclesiasticis titu. §. siquis ante ędificationem. collatione. 9. & inl. hæreditas. ff. de petitione hære.

47 Cognoscit etiã ecclesiasticus de crimine blasphemiæ etiam contra laicos, vt probatur in c. 2. de maled. de quo etiã crimine secularis iudex cognoscit, quia misti fori est, vt notant Cardinalis, Annania, & reliqui docto. in. c. 2. de maled. Auend. in. cc. prætorũ. 1. par. c. 5. n. 3. Auiles in. cc. prætorum. cap. 25. nu. 9. Simancas de institutionibus catholi. tit. 8. n. 4. & Iulius Clarus lib. 5. Sen. §. blasphemia nu. 4. in fin. Sed si Iudæus crimẽ blasphemiæ commiserit, iudex secularis de eo cognoscere posset, non tamen ecclesiasticus, secũdum magis communem opinionem Doctorũ ex Alexand. in consil. 99. nu. 12. & 13. lib. 6. & Iulio Claro vbi suprà num. 5. tametsi oppositum teneat Auendanius vbi supra, asserens, crimen blasphemiæ à Iudæo commissum misti fori esse, pro sua opinione citãs Anchar-

48 ranum. in consil. 15.

Cognoscit denique ecclesiasticus de pluribus alijs casibus, congestis à Guilielmo Benedicto in cap. Rainuncius. verbo, Et vxorem. 1. num. 240. & verb. Vxorem. 2. numero. 125. & Aufrerio in Tract. de potestate ecclesiæ. super laicis. à n. 1. volu. 8. diuersorum Doctorum vbi cumulat. 140. casus. & è cõuerso plures casus, in quibus iudex secularis habet cognitionem in personas ecclesiasticas, enumerat Cassaneus in consuetudinibus Burgund. Rubri. 1. §. 5. nume. 47.

49 versic. 1. Regula, & Boerius in decisione. 69. num. 28.

Aduertendum tamen est circa suprà dicta, quòd in criminibus, quæ sunt misti fori, & in quibus ab vtroque iudice pœna imponi potest, reus punitus à iudice ecclesiastico iterum de eodem crimine puniri potest à iudice seculari, iuxta text. in ca. felicis. §. per hoc. de pœnis lib. 6. & firmant Panorm. Aretinus, Felinus, & ferè omnes in. c. de his. de accusationibus. Bald. in. l. placet. C. de sacrosanctis ecclesijs. Antonius Burgensis in. ca. vt mensuræ. nu. 9. de emptione & venditione. Alciatus in cap. 1. num. 128. de offi. ord. asserens hanc esse communem opinionem. Quam tamen intellige veram esse, quando pœna à iudice ecclesiastico imposita non esset condigna, & mensurata delicto: quia tunc secularis poterit iterum cognoscere & punire, secundum plures Doct. quos refert & sequitur Couar. lib. 2. Variarum. c. 10. num. 6. Simancas de institu. catho. tit. 8. num. 5. Auendanius in. cc. prætorum. 2. par. cap. 5. nu.

18. Alciatus vbi supra.num.134.& Didacus Perez in.l.1.titu.8.libr.8.Ordin.Nec huic communi intellectui obstat text, in dict.cap.felicis.vbi seueræ & grauissimæ pœnæ imponuntur à iudice ecclesiastico,& nihilominus tamen secularis potest iterũ punire,vt in dict.§.perhoc. nam respondeo quod licèt in specie illius text.pœnæ à iudice ecclesiastico satis seueræ imponantur,non tamen sunt naturales & condignæ tanto crimini: pœna enim naturalis & condigna illi delicto est quam constituit text.in.l.quisquis.C.ad.l.iuliam maiestatis. vnde cũ ab ecclesiastico propter naturam iurisdictionis imponi non possit,cum ecclesia pœnam sanguinis non irroget, vt in cap.sententiam. ne clerici vel monachi. & in cap.fin.eodem titu.In.6.ideo recurritur ad secularem, quia eam imponere potest.Nec prædicta pœna per impositionem aliarum minorum tollitur,vt in l.2.in fine.& ibi notat Bald.C.de sportulis.Nec obstat quòd quando duæ pœnę concurrunt ad vindictam, vna per aliã tollitur,iuxta text.in.l.quòd senatus. & in.l.prætor edixit.§.si dicatur. ff.de iniurijs.nam respondetur, illud verum esse, nisi prior pœna imposita minor esset propter naturam iurisdictionis eam imponentis, vt putà, quia maiorem imponere non potest : tunc enim vnam per aliam non tollitur ex Aretino in dict. cap.de his. num. 16. Quo fit absolutum ab aliquo crimine in foro pœnitentiali, iterum posse accusari& de eodem crimine puniri in foro exteriori,iuxta text.in cap.admonere.33.q.2.versi.quanto magis.& firmat glo.fin. in dict.ca.de his.& communiter omnes ex Decio in capit. quia diligentia. nume.6.de electione.& Couar.in lib.2. Variarum capit.10.nu.3. Quod procedit etiam si à crimine absolutus esset per pœnitentiam publicam & solennem,secundum Panorm.Aretinum.Soci.& Felin.in dict.cap.de his.Panorm.in cap.tuæ.de procuratoribus.& Anto.Vurg.in cap.2.num.6.de emptione & venditione:tametsi Hostiẽ. Anto. Imola,& Annania in dict.cap.de his.intelligant text.in dict. cap.admonere. in pœnitentia tantum occulta,quasi velint pœnitentiam publicam, & solemnem extinguere crimen,etiam quoad iudiciũ fori exterioris,cum talis publicus pœnitens censeatur effectus de foro ecclesiæ ac proinde accusari non posse coram iudice seculari,vt probari videtur in capi. aliud.11.quæst.1.& tradit Aretinus in. c. 2.de foro competenti.Nam tex. in dict. cap.aliud.non suffragatur Hostiẽsi. Anto.& reliquis:agit enim tex. ille de pœnitentibus qui olim regulam quandam religionis profitebantur,quæ iam exolet a est, cuius religionis meminit text.in c.de his.33.q.2.& declarat Simancas de institu.catho.tit.46.nu.18.

54 Aduerte etiã circa supradicta, quod in casibus,in quibus ecclesiasticus cognoscit aduersus laicos, non potest propria autoritate capere bona & personas eorum,sed debet per censuras ecclesiasticas aduersus eos procedere pro executione suæ sententię,& deinde brachium seculare inuocare, secundum Oldraldũ in consi.86.Ioannem Andream & alios communiter ex Auiles in. cc. prætorũ. cap.20.num.14.Pala.Rub.in repet.capi. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. num.18.Ancharrano in cap.cum episcopus.de offi.ordi. Felino in cap.significasti.de offi.delegat.& ista opinio connumeratur inter communes in.2.tomo.cõmun.opin.libr.9.titu. 4. de requirendis reis.nume.7. & ita expressè decisum est in.l.14.&.15.tit.1.lib.4.Recopi.& in praxi obseruatur secundum Iulium Clarũ lib.5.Sententiarum.§ fin. quæst.37.nu. 8.Nec sufficeret,si in aliquo tribunali ecclesiastico vigeret consuetudo capiendi bona & personas laicorum,vt opinabãtur Bald.in dict.cap.significasti.& Pala. Rub.vbi suprà.nu.26.Auiles in.cc.prætorum.cap.1.num.12.&in.c.20.num.15.

55 Couar.in Pract.quæst. capit.10.num.2. versi.primũ. & Iulius Clarus vbi suprà, num.8.

+ tenet Contradictum

num. 8. quia talis cõsuetudo iam hodie sublata est per dict. l. 15. tit. 1. lib. 4. Recopi. Supradictam tamẽ resolutionem intellige veram esse, quando apud iudicẽ ecclesiasticum aduersus laicos procederetur in causis ciuilibus, vel in criminali
56 busciuiliter intentaris. At verò quando ecclesiasticus iudicio criminali procederet aduersus laicos ad punitionẽ culpæ, tunc bene poterit personas laicorum capere, & in carcerem detrudere, vt probat text. in cap. attendendum. 17. quæst. 4. & in cap. contra idolorum. 26. quæst. 5. & tradit Romanus in singulari. 660. Felin. in cap. cum sit generale. num. 20. de foro competenti. & in dict. cap. significasti. col. fi. Aufrerius in Clem. 1. de offi. ordi. quæst. 5. & Couar. in dict. ca. 10. nu. 2. versic. secundo. & ita in praxi obseruatur in tribunali episcopali Salmantino: nec in hac specie loquuntur & procedunt prædictæ leges Regiæ.

Ex Tertio Præludio.

SVMMARIA.

1 *Causæ omnes meri & misti imperij possunt delegari iure Pontificio ab Episcopis & alijs iudicibus ecclesiasticis, merum & mistum imperium habentibus.*

2 *Delegari non possunt de iure ciuili causæ meri & misti imperij.*

3 *Vicarij generales ab episcopis in suis diœcesibus constituti, ordinariam, non delegatam habent iurisdictionem.*

4 *Appellatio non potest interponi à sentẽtijs vicariorum generalium episcoporum ad ipsos episcopos.*

5 *Vicarij foranei episcoporum delegatã, non ordinariam censentur habere iurisdictionem: vnde ad ipsos episcopos appellari potest.*

6 *Beneficia conferendi potestas non censetur contessa ab episcopo eius generali vicario, nisi specialiter & expressim committatur.*

7 *Vicarij generales episcoporum possunt instituere præsentatos à patronis: & œconomum ecclesiæ patronatæ vacanti constituere ad fructus percipiendos si præsentatio differatur.*

8 *Custodia ecclesiæ vacantis spectat ad quem institutio eius pertinet.*

9 *Vicarius generalis episcopi non potest inquirere, corrigere, aut punire vel priuare subditos beneficio, aut administratione, nisi hæc spetialiter committantur eidem.*

10 *Vicarius generalis episcopi, potest cognoscere de causis requirentibus spetialem commissionem quæ sint minores causis spetialiter commissis.*

11 *Vicarius episcopi non potest inquirere de subditorum criminibus ex generali commissione quoad eorum punitionem, secus vt episcopo referat.*

Tertium Præludium.

1 TErtio erit præmittendum, iure pontificio causas omnes meri & misti imperij delegari posse ab Episcopis, Archiepiscopis, & ab alijs iudicibus ecclesiasticis merum & mistum imperiũ habentibus, secundum glo. fin. in capit. in Archiepiscopatu. de raptoribus. & glo. in cap. quòd sedem. verbo, Committere. de offi. ordin. & glo. in cap. peruenit.

nit. 9. dist. quas testantur communiter receptas Panorm. & Alciatus. num. 76. in dict. cap. quòd sedem. & Curtius Iunior. num. 26. Alexand. & Ias. in l. 1. ff. de
2 offi. eius cui mandata est. Licet de iure ciuili ea, quę sunt meri & misti imperij indelegabilia esse probet text. in dict. l. 1. in principio: & ibi communiter omnes. quidquid contrarium velint Fulgosius ibi, & Alciatus in dict. cap. quòd sedem. num. 99. Quam communē in praxi difficilimè refelli posse testatur Couar. lib. 3. Variarum. capi. 20. numer. 4. propè finem: tametsi oppositam sententiam in puncto iuris veriorem esse ipse existimet. Ex qua tamen communi opinione non sequitur, vicarios generales, quos episcopi in suis diœcesibus constituunt,
3 delegatam iurisdictionem habere, sed potius ordinariam, secundum glo. in ca. 2. de offi. vicarij. lib. 6. & nos latius resoluimus suprà in primo Tomo huius operis, in primo Tempore. num. 6. nam prædicti vicarij generales ex permissione iuris exercent iurisdictionem, sibi à prælato commissam, & tacitè censetur iure canonico permissum episcopis, hos vicarios creare, vt eorum locum teneant, vicesque suas gerant, ex tex. in ca. licèt. de offi. vica. lib. 6. & in cap. cum episcopus.
4 de offi. ordi. lib. 6. Vnde cùm vicarij generales episcoporum ordinariam iurisdictionem habeant, & eorum tribunal, & episcoporum sit vnum & idem, sequitur inde, quod à sententijs vicariorum generalium appellandum nō est ad episcopos, iuxta tex. in cap. 2. de consuetu. libro. 6. & in capit. Romana. in principio, de appellationibus. libro. 6. Cæterum, vicarij foranei episcoporum, quos episcopi in aliquibus locis, vel partibus suarum diœcesium constituunt,
5 delegatam iurisdictionem habent, non verò ordinariam, secundum glo. receptam in Clem. 2. verbo, Foraneo. de rescrip. ac ideò à vicario foraneo appellari potest ad suum episcopum, tanquam ad suum delegantem, argum. tex. in cap. super quæstionum. de offic. delegati. & in cap. dilecti. 3. & ibi glo. 2. de appellat. & ita expressè firmat glo. in dict. cap. 2. verbo, Officiali. de consuetu. in. 6. & Robertus Maranta de ordi. iudic. 6. part. memb. 2. nu. 369. & 370.

6 Aduertendum tamen erit, ex cōmissione generali ab episcopo facta suo vicario non censeri sibi commissam esse potestatem conferendi beneficia, nisi specialiter & expressim eidem ab episcopo committeretur, vt probat text. in cap. fin. de offic. vica. lib. 6. & explicat latè Rebuffus in praxi benefic. in additionibus in Regulas Cancellariæ in regul.
7 13. pag. 452. versic. & is vicarius. Bene tamen poterit vicarius generalis ex generali commissione instituere præsentatū à patronis, vt probat text. in cap. ex frequentibus. de institu. secundum vnum intellectum, quem ibi assignat Panorm. receptus ab Imola & Doct. & firmat glo. 1. ibi. & glo. fin. in dict. cap. fin. de offic. vica. in 6. & vtrobique Doct. communiter, & glo. in cap. cū in illis. §. cum autem. de præbendis in libro. 6. quam sententiam veriorem & receptiorem esse testatur Rochus de Curte in tract. de iure patronatus. verbo. Competens. nume. 67. & Couar. in libr. 3. Variarum. cap. 20. num. 7. Quo fit, vicarium generalem ex generali commissione posse
8 constituere œconomum ecclesiæ patronatæ vacanti ad fructus custodiendos, si prouisio prædictæ ecclesiæ differatur: quia custodia ecclesiæ vacantis spectat ad quem institutio eius pertinet vt probat text. iuncta glo. fin. in cap. cū vos. de officio. ordi. & ita cùm vicarius possit instituere præsentatum in ecclesia patronata, vt supra diximus, sequitur inde posse constituere œconomum ad custodiam fructuum.

9 Non etiam poterit vicarius episcopi ex generali commissione inquirere corrigere, aut punire subditorum excessus, nec priuare quenquam ecclesiastico beneficio, officio, aut administratione, nisi spe-

si specialiter prædicta sibi essent commissa, vt probat tex. in cap. licèt. de offi.
10 vica. in. 6. sufficeret tamen quòd expressis aliquibus casibus ex requirentibus specialem commissionem, cæteri committerentur sub clausula generali, secundum glo. fi. in dict. cap. licèt. quam probat Bernardus Diaz in pract. crimi. cano. cap. 3. Cuius glo. opinionem veram esse testantur Ioannes Andr. & Dominicus ibi. & Socinus in capit. qualiter & quando. el segundo. de accusat. nu. 173. quando scilicet non expressa in generali commissione essent paria, vel minora expressis, secus si nó expressa essent grauiora expressis: nam tunc sub clausula generali non comprehenderentur, argumento text. in Clem. non potest. de procurato.

11 Rursus ex generali commissione vicarius episcopi nó poterit inquirere de subditorum criminibus, vt probat text. in dict. cap. licèt. & expressè firmat Speculator in tit. de inquisitione. §. 1. versic. quid de officialibus. & ibi Ioannes Andreas. Cuius contrarium tenent Monachus, Lapus, & Dominicus in dict. cap. licèt, asserentes, quod quanuis Vicarius inquirere non possit de criminibus quo ad eorum punitionem, bene tamen potest de eis inquirere, vt episcopo referat, & ipse delinquentes corrigat, & emendet. Quorum opinionem sequitur eam disputans ad vtranque partem Socinus in dict. cap. qualiter & quando. el segundo. arti. 5. quæst. 14. à num. 162. vbi à nu. 171. concludit, vicarium generalem episcopi ex generali commissione, nedũ posse de criminibus inquirere, vt causam instructam episcopo referat, quando viderit inquisitum condemnandum fore, verùm etiam posse inquirere & inquisitum absoluere, quando viderit absoluendum fore. Cuius opinionem sequitur Felinus in capit. non potest. de re iudicata. col. 4. & Bernardus Diaz vbi suprà. & si Ripa. in l. qui condemnare. num. penul. ff. de re iudicata. opinionem Socini & sequacium improbet. cuius fundamento satisfacit Bernardus Diaz vbi suprà. Insuper aduerte, quod licèt olim ordinarij inferiores non possent dispensare, quòd denunciationes in matrimonio requisitæ per text. in cap. cum inhibitio. de clandest. despon. omitterentur, vt firmat Paludanus in. 4. distin. 28. q. 2. col. 3. cum contra dispositionem generalis cõcilij non possent inferiores dispensare, vt probat glo. in cap. cum dilectus. ver. in ætate. de electione, recepta communiter à Felin. in. capit. nulli. nume. 2. de rescript. & Decio in Rubr. de iudic. col. 1. hodie tamen concessa est facultas ordinarijs dispensandi in his denunciationibus per Concil. Trident. sess. 24. de reformatione matrim. cap. 1. ibi, nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit. quibus verbis constat concessam esse potestatẽ ordinarijs locorum remittendi omnes denunciationes, iusta causa interueniente. vt explicat Nauarr. in Manuali Latino. cap. 22. nume. 70. in fin. & nume. 85. & iustas causas dispensandi ab episcopo in isto articulo congerit Soto in. 4. dist. 28. quæst. 1. artic. 2. post Palud. in. 4. dist. 28. quæst. 2. articu. 3. & refert Nauarr. in dict. cap. 22. nume. 70. in fin. alioquin sine iusta causa dispensans in his denuntiationibus mortaliter peccaret: nam dispensatio in. l. superioris cum causæ cognitione, & summa maturitate fieri debet secundum Innocen. in cap. veniens. de filijs presby. num. 2. Panorm. cap. ex tirpandæ. §. quia vero. de prebend. num. 43. & determinat Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 18. non tamen potest vicarius generalis episcopi, etiam iusta causa existente, in his denunciationibus dispensare: quia ordinarijs solis hãc facultatem concedit Concilium Tridentinum, & ordinarius propriè dicitur Sũmus Pontifex vt in cap. ita Dominus. 19. distinct. cap. mandata de præsumpt. tradit Torquemada de potestate ecclesiæ lib. 2. cap. 54. & etiam ordinarius dicitur legatus Sedis Apostolicæ, vt in capit. 1.

de offi.legat.cap.2.eodem tit.in.6. Episcopus Diœcesanus ordinarius etiam est. vt in cap.cum episcopus.de officio ord. in.6.capit.cum personæ.de priuile.in.6. nec ex generali commissione ab episco po facta suo vicario generali poterit vicarius has denunciationes remittere,ni si specialiter fuerit sibi commissum. Nã in generali commissione facta ab episco po suo vicario non venit facultas dispẽsandi vt in.ca.quod translationem.de of fic.legat.glo.in cap.quæ de causa.2.q.4. Rebuff.in praxi benefi. titul. de forma vicariatus,nu.44.& nu.179. tradit Nauar.in man.cap.27.num.255.tametsi cõtrarium teneat Veracruz in appẽdice ad Specula.coniug.fol.4.

Ex Quarto Præludio.

SVMMARIA.

1 *EPiscopi sunt procuratores & administratores rerum ecclesiasticarum.*

2 *Episcopi possunt agere pro rebus ecclesiæ absque consensu Capitulorum.*

3 *Episcoporum munus est subditos corrigere, & eorum crimina punire.*

4 *Fiscales creantur ab episcopis & eorũ vicarijs, qui pro rebus ecclesiasticis agant, & eas defendant, vitiaque subditorum accusent, ac denuntiẽt.*

5 *Fiscalem creare potest iudex quotiescũque ex officio procedit.*

6 *Fiscalis ab episcopo vel eius vicario constituendus qualis esse debeat & infra nu.9.*

7 *Laicus constitui potest procurator rerum ecclesiasticarum & spiritualium.*

8 *Laicis interdictum est clericos accusare.*

9 *Fiscales in principio sui officij iurare tenentur.*

Quartum Præludium.

1 QVarto erit præmittendum, quòd cum episcopi sint procuratores & administratores rerũ ecclesiasticarũ suarũdiœcesum, vt probat tex.in.c.2.de donationibus.& sint defensores earũ, vt in cap.in canonibus.16.q.1.habeantque liberam earum administrationem, vt in cap.cum nobis. in fine. de electione. & 2 in capit.is cui.eodem titu.in.6.& ita pro eisdem rebus agere possint, absque consensu suorum Capitulorum, secundum communem opinionem ex Panormit. numero.6.& Felino num.12.in cap.edoceri.de rescriptis. & teneantur eas defendere, positiqúe sint vt aliorum errores corrigant, vt probat, text. in capit. 3 qualiter, el primero. de accusat. & eorum munus propriè sit subditorum omnium vitia redarguere, vt dicitur in Cõcilio Tridentino sessione.14.de reformat.capit.1. obidque in suis diœcesibus possint inquirere, & punire adulteria & reliqua scelera subditorum iuxta text. in capit.1. de offic.ordina.& notant ibi Cardi.Panormit. Imola Barb. Felin. & Alciatus.nume.11.& etiam Aretinus.nume.70.& 78.& Socinus.num.76.in.c. qualiter & quando.el segundo.de accu. ad idque ex proprio munere teneantur: 4 ideo episcopi, vel eorum vicarij (vt rectiùs & faciliùs diœceses regantur, & moderentur) constituunt, & creant fiscales, qui pro rebus ecclesiasticis agant, & eas defendant, vitiaque subditorum accusent, ac denuntient, qui loco officij episcoporum, seu eorum vicariorum

succedunt, & quod ipsi faciunt ex mandato episcoporum, seu vicariorum ipsi episcopi, vel vicarij censentur facere, vt notat Præpositus in capit. de accusatione. 2. quæstione. 8. colum. 36. & 39. & Bernardus Diaz in practica criminali ca
5 nonica. cap. 5. Quotiescumque enim iudex ex officio procedit fiscalem creare potest, vt resoluit Antonius Gomez tertio Tomo Variarum. capit. 1. nume. 10. ampliatione. 1. & Iulius Clarus libro
6 5. Sententiarum. §. fin. quæstione. 10. nu me. 3. & fiscalis, qui creandus erit, debebit esse sacerdos, vel in sacris cõstitutus,
7 vir probus, diligens, & industriosus: nã licèt laicus constitui possit procurator pro rebus ecclesiasticis & spiritualibus, iuxta text. in capit. 1. in princ. de procura. libro. 6. tamen quia fiscalis ab episco po vel eius vicario creatus, necdum vitia laicorum, verum etiam clericorum accusare seu denuntiare debeat, quod laicis interdictum est, vt in cap. laico. &
8 in capit. sicut sacerdotes. 2. quæstione. 7. & in capitul. cum. P. de accusationibus, ideo creandus erit sacerdos, vel in sacris constitutus. Debentque maximè prælati curare, vt ad huiusmodi muneris & officij exercitium, eligant viros prudentes, fideles, ac solertes, qui subditorum vitia inuestigent, & inuestigata prælatis seu eorum vicarijs diligen-
9 ter reuelent. Qui in eorum creatione ante omnia iurabunt, quod summa diligentia & fidelitate officium suum exercebunt: nam cum publici denuntiatores reputentur, in principio sui officij iurare tenentur, vt notat Angel. in. l. si vacantia. C. de bonis vacantibus. libro. 10. & in Tractatu. de maleficijs. folio. 38. col. 2. & Foler. in sua practica. pagin. 162. & 730. & Prępositus in. d. c. de accusatione. col. 65.

(?)

Ex Vltimo Præludio.

SVMMARIA.

1 *Causæ ecclesiasticæ, in prima instantia omnino sunt tractandæ coram iudicibus ordinarijs.*

2 *Causæ ecclesiasticæ intra biennium sunt terminandæ in prima instantia à die motæ litis computandum.*

3 *Superiores iudices non possunt cognoscere de causis ecclesiasticis, motis in prima instantia ante appellationem à diffinitiua vel interlocutoria vim diffinitinæ habente, aut grauamen per eam irreparabile.*

4 *Superiores iudices non possunt cognoscere de causis ecclesiasticis motis in prima instantia ante appellationem ex mandato apostolico, nisi subscripto manu propria pontificis, & rationabili causa subsistente, vel nisi sit causa, quæ secundum ius apud sedẽ apostolicam tractanda sit.*

5 *Nemo etiam legatus de latere, vel nuntius, aut quacumque facultate fulgens potest impedire, quin causæ ecclesiasticæ in prima instantia coram ordinarijs tractentur, nisi prius requisitis ordinarijs, & negligẽtibus.*

6 *Iudex proprius ordinarius alicuius pluribus modis dici potest.*

7 *Reus habens plures iudices ordinarios: potest conueniri ab actore vbi ipse actor voluerit, & qui prius præuenerit, erit proprius iudex ordinarius.*

8 *Præuentio iurisdictionis per solam citationem acquiritur.*

9 Conuentus coram non suo iudice, potest appellare, & inuocare protectionẽ supremi consilij regij.

10 Hispaniarum Rex ex concessione Põtificis est conseruator Concilij Tridẽtini, vt eius decreta obseruentur, & in nihilo violentur.

11 Conuentus per literas apostolicas, vt beneficium dimittat & alteri concedat, antequam sit conuentus in prima instantia, potest recurrere ad supremum consilium, vt supersedeatur in executione huiusmodi literarum, & quæ praxis circa hoc obseruetur traditur.

12 Prorogatio iurisdictionis quid sit.

13 Iurisdictio non potest prorogari, nisi iudex aliquam habeat iurisdictionem quæ extendi possit.

14 Superior potest adiri post biennium trãsactum, quod datur ad terminandam causam in prima instantia.

15 Auditor cameræ apostolicæ nullam habet iurisdictionem in prima instãtia.

16 Consensus partium litigantium est de substantia prorogationis.

17 Clericus sine licentia episcopi non potest prorogare iurisdictionem iudicis nõ sui.

18 Consensus prorogandi iurisdictionẽ tollitur litigantibus in prima instantia per Concilium Tridentinum.

19 Ius alteri quæsitum non debet ei subtrahi, neque iniqua conditio alteri per alterum inferri.

20 Prorogando iurisdictionem tollitur ius concessum episcopis per Concil. Tri. cognoscendi in prima instãtia de omnibus causis.

21 Iudicandi honor omni lucro præfertur.

22 Auditor cameræ apostolicæ est iudex delegatus.

23 Consensus expressus & nõ tacitus an requiratur ad prorogandam iurisdictionem iudicis delegati.

24 Comparitio alicuius coram aliquo iudice non inducit expressum consensum, per quem eius iurisdictio prorogetur.

Vltimum Præludium.

1 VLtimò erit præmittendum hodie omnes causas ad forum ecclesiasticum quomodocunque spectantes, etiam beneficiales, experiendas esse in prima instantia coram iudicibus ordinarijs, terminandasque esse infrà biennium connumerandum à die motæ litis: nec

2 superiores iudices posse de eis cognoscere ante appellationem à diffinitiua, vel ab interlocutoria habenti vim diffinitiuæ, vel continenti grauamen per diffinitiuam irreparabile, etiam ex mandato

3 apostolico, nisi vrgenti & rationabili causa tale mandatum manu propria Romani Pontificis fuerit subscriptum: vel causa fuerit de his, quæ secundum canonicas sanctiones sunt tractandæ apud sedem apostolicam, de quibus habetur in cap. nec licuit. 17. distinctione. & in. capi. maiores. in principio de baptismo.

4 Nec etiam legatos delatere, nuntios, & alios quoscunque iudices quacunque facultate fulgentes posse in prædictis causis quãtũcunque grauissimis, in prima instantia præripere, impedire, seu turbare iuris-

iurisdictionem ordinariorum, nisi prius requisitus fuerit ordinarius, & negligens vt nouè decretum extat in Concilio Tridentino sessione. 24. de reformatione. capitulo. 20. Circa cuius text. explicationem aduertendum erit, pro-
6 priùm iudicem ordinarium alicuius pluribus modis dici, vel ratione originis, domicilij, vel beneficij, vt in capitulo. fin. de foro competenti. Vel ratione contractus, vt in capit. dilecti. eodem titulo, & in capitulo. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. in. 6. Quod intelligi debet iuxta pragmaticam sanctionem nouè editam & promulgatam Madritij. 21. die mensis februarij anno. 1573. Vel ratione delicti, vt in cap. cum sit generale. de foro competenti. Vel ratione rei sitæ, quæ petitur, vt in capitulo. sanè. eodem titulo. Prædictis enim modis quis poterit habere plures iudices
7 ordinarios, & coram vno ex eis conueniendus erit ab actore, in cuius electione est reum conuenire, vel coram iudice originis, vel coram iudice contractus vel coram iudice rei sitæ: & iudex qui præuenerit iurisdictionem, ille erit pro-
8 priùs ordinarius in causa illa, quæ præuentio per solam citationem fit, vt in capit. proposuistis. de foro competenti. per quem textum ita notant DD. ibi. Alioquin enim si coram alio iudice non ordinario quis conueniatur, præterquam
9 in prædictis casibus, appellare poterit, & inuocare protectionem supremi consilij Regij. Vbi cognoscitur quando decreta Concilij Tridentini in aliquo vio-
10 lantur: quia Hispaniarum rex concessionibus Pontificum est conseruator prædicti concilij, ad hoc vt eius decreta obseruentur, & in nihilo violentur, & ita quoties aliquod monitorium, vel literæ apostolicæ emanant ab auditore cameræ apostolicæ, per quas literas sub grauissimis pœnis & censuris mandatur possessori, vt præbendam, seu beneficium dimittat, & alteri concedat, super quo nunquam fuit conuentus in prima

11 Instantia coram suo iudice ordinario, interposita supplicatione ad sedem apostolicam per prædictum possessorem, recurritur statim ad supremum regium consilium: vbi nomine promotoris fiscalis proponitur querela, in qua dicitur, quòd cum talis esset possessor cuiusdam beneficij ad instantiam talis, literæ monitoriales fuerunt concessæ ab auditore cameræ apostolicæ, quibus auditor mandat possessori, vt beneficium dimittat & alteri concedat, super quo nunquam fuit conuentus coram suo ordinario in prima instantia, & ita quòd prædictæ literæ apostolicæ sunt contra dispositionem Concilij Tridentini, & quamuis ab eis per partem supplicatum fuit ad summum Pontificem, supplicatione non obstante executor in causa procedit. Vnde promotor fiscalis petit mandatum regium & prouisionem dari, vt quicunque iudices seculares prædictas literas apostolicas, vbi, & in cuius potestate fuerint, capiant originaliter, & ad supremum Consilium remittant: & quod iudices ecclesiastici, vel alij executores supersedeant earum executioni, donec per consilium examinentur, & de iustitia prouideatur. Et tunc consilium supremum concedit prædictum mandatum, iuxta tenorem petitionis promotoris fiscalis, quo mandat cuicunque iudici seculari, quòd prædictas literas capiat, interposita prius supplicatione, ad summum Pontificem, & sub grauissimis pœnis mandat iudicibus ecclesiasticis, in quorum potestate fuerint, quòd earum executioni supersedeant, donec per consilium de iustitia prouideatur. Et tunc virtute regiæ prouisionis ad instantiam alicuius procuratoris, ad id constituti per promotorem regium fiscalem à tergo prouisionis, iudices seculares requiruntur, vt capiant, seu capere faciant prædictas literas apostolicas, in quacumque parte fuerint, & quod mandatum regium adimpleant sub pœnis in eo contentis. Et iu-

dices

dices seculares sua mãdata dant suis executoribus, & alguacelis, ad capiendas prædictas literas vbicũque fuerint. Qui cum tabellione accedunt ad iudicem ecclesiasticum, seu ad notarium, vel ad aliũ in cuius potestate fuerint literæ, quas capiunt: & si ille qui habuerit eas, dare noluerit, capitur, & in carcerẽ detruditur, & statim prouisio regia intimatur iudici, vel executori ecclesiastico, requiritur que per procuratorem fiscalis, vt in earum executione supersedeat, interponiturque ab eodem procuratore supplicatio ad summum pontificem coram præfato iudice vel executore, ecclesiastico. Et tunc captis prædictis literis, visisque à iudice seculari, an sint contra dispositionem Concilij Tridentini, visaque supplicatione ad summum pontificem, iudex secularis mandat tabellioni, quòd prædictas literas cum processu, & actis originalibus ad supremum consilium regium remittat. Et tunc qui eas impetrauit, comparet in consilio supremo regio dicens: prædictas literas mandato consilij delatas fuisse ad instantiam promotoris fiscalis, petensque quod sibi reddantur, vt eis vti possit: cuius petitionis copia datur fiscali, qui respondet literas non esse reddẽdas, sed potius retinendas, allegans rationes quibus retineri debeant, & huius responsi copia datur petenti literas, qui etiam satisfacit rationibus allegatis per fiscalem cuius satisfactionis copia datur fiscali, cui ipse respõdet, & concluditur. Et si negotium in probatione consistat, recipitur ad probationem per consiliarios regios, & in eo proceditur via ordinaria, donec sententiam definitiuam proferant. Sed si in probatione non consistat, statim post allegationes partium proferunt suam sententiam, qua vel pronuntiant, literas apostolicas retinendas esse, donec summus pontifex consulatur, & melius de veritate informetur, & interim earum executionem suspendunt, & interdicũt sub grauissimis poenis & comminationibus earum vsum impetrantibus. Quæ in re audio praxim in consilio supremo obseruari, nempè quod si possessor beneficij, vel ille contra quem literæ apostolicæ fuerunt impetratæ semel comparuit coram auditore camerę apostolicæ, allegans contra prædictas literas, & etiã proponens exceptionem declinatoriã, ex eo quod fuerunt impetratæ & concessæ contra decretum concilij: & postmodum literæ deferantur ad consilium regium per partem aduersam, vel per promotorẽ fiscalem, vt ibi retineantur, donec summus pontifex consulatur, & de veritate informetur: quòd tunc regij consiliarij pronuntiant, literas reddendas esse impetranti, nec esse detinendas ex eo quod possessor beneficij, vel ille contra quem impetratæ fuerant, cõsentit iurisdictioni auditoris cameræ apostolicæ, & eam prorogauit. Quæ praxis si ita obseruatur, nescio quo iure subsistineri possit: nam possessor beneficij consentire non potuit in iudicem nõ suum, 12 nec eius iurisdictionem prorogare, cùm prorogatio iurisdictionis nihil aliud sit, quam extensio iurisdictionis ordinariæ ad casum, vel ad personam sub ea nõ expressam, vt colligitur ex l. 1. & 2. ff. de iudic. & in cap. P. & G. de offi. delegat. & extensio fieri nõ possit, nisi ab eo quod est, argumento text. in l. sed etsi manente. ff. de precar. & in l. 4. ff. de damno infect. & in capit. ad dissoluendum. de desponsatione impuberum. Sequitur inde 13 iurisdictionem prorogari non posse, nisi iudex aliquam iurisdictionem habuerit, quæ extendi posset, vt probatur in l. 1. ff. de iud. & in l. 2. C. de iurisdictione omnium iudicũ. & in cap. significasti. de foro cõpetenti. ubi, eum qui iurisdictioni præesse dignoscitur. Sed auditor cameræ apostolicæ, neq; alius quacũq; potestate fulgẽs, in prima instãtia nullã iurisdictionẽ habet circa causas beneficiales & circa omnes ad forũ ecclesiasticũ quomodolibet pertinẽtes, præter iudicẽ ordinarium, vt probatur in dict. cap. 20. Concil. Tridẽtini,

ni ibi, in prima instantia coram ordinarijs locorum dūtaxat cognoscātur. Quibus verbis omnino tollitur iurisdictio in prima instantia quibuscunque iudicibus,& solummodo ordinarijs locorum conceditur. probatur etiam in eodem capit.20.ibi, atque omnino saltem infra biennium à die motæ litis terminentur, alioquin post id spatium liberum sit partibus,vel alteri illarum iudices superiores,alias tamen cōpetentes adire.quibus 14 verbis planè ostenditur solūmodo post biennium iudicem superiorem,alias cōpetentem per partes adiri posse.ergo infra biennium iudex superior quantumcunque competens, præter quam ordinarius locorum, de prædictis causis in prima instantia cognoscere non potest. Rursus porbatur in dict.cap.20.in versi. ab his, vbi solummodo excipiūtur duo casus,in quibus ordinarius non cognoscit,& nullus ex eis est casus noster. Præterea probatur in eodē.c.20.in versic.Legati quoque vbi dicitur quod legati delatere,nuntij,neque alij quarumcunque facultatum vigore in prædictis causis non possint episcopos impedire, & iurisdictionem eorum præripere,aut turbare,nec contra clericos,aut personas ecclesiasticas procedere,nisi eorum episcopo prius requisito atque negligente. ergo ex prædictis constat,in prima instan 15 tia auditorem cameræ apostolicæ nullā iurisdictionē habere,& omnino in competentem esse cognitionis prędictarum causarum: & per consequens iurisdictionem prorogari non posse cum non sit 16 quid prorogetur. Secūdo pro hac mea opinione facit, q̄ de substantia prorogationis est cōsensus partiū litigantiū, iux 17 ta tex.in.l.1.& 2.ff.de iudi.sed clericus sine licentia proprij episcopi non habet consensum prorogandi iurisdictionem iudicis non sui,vt probat tex.in.d.c. significasti.ibi, consentire nō potest. ergo in nostro casu prorogatio fieri non potuit:præsertim quod consensus prorogādi in prima instantia tollitur partibus li 18 tigantibus per Concil.Trid.in eodē.ca. 20. ibi, alioquin post id spatium liberū sit partibus.&c. Quibus verbis constat in illo tantum casu, scilicet quando infra biennium causa non fuit terminata coram ordinario,concessam esse libertatem partibus adeundi iudicem superiorem,alias competentem:ergo præter illum casum sublata censetur partibus libertas adeundi superiorem,alias quantūcunque competētem: & per consequēs litigantes in prima instantia non habēt consensum adeundi alium iudicem quā 19 ordinariū. Tertio hæc mea opinio probatur ex eoquod ius alteri quęsitum nō debet ei subtrahi, vt in.l.2.ff.de his qui sunt sui,vel alieni iuris,& in. c. cum ecclesia vulte. de electione. neq; alteri per alterum iniqua conditio afferri debet, vt in.l. non debet. ff. de regul. iur. sed si per partes litigantes iurisdictio alterius iudicis in prima instantia prorogari posset, iam ius quæsitum ordinarijs loco 20 rum (per Concilium Tridentinum in dict.c.20.) eis subtraheretur, & iniqua conditio eisdem afferretur , si sine eorum consensu subditi sui prorogarent iurisdictionem alterius iudicis,cùm priuarent eos suis sportulis, & honore iudicandi,qui omni luero præferendus est, 21 vt in.l.Iulianus.ff.siquis omissa causa testamenti. Quarto hæc opinio probatur 22 ex eo,quòd auditor cameræ apostolicæ est iudex delegatus , vt firmat glo. 1.in Clem.auditor. de rescriptis. quam dicit ibi veram Cardinalis.n. 6. & Staphileus in Tract. de signatura iustitiæ,in Prælu 23 dio.1.nume. 6. sed ad prorogandam iurisdictionem iudicis delegati consensus expressus & non tacitus requiritur, iuxta text.in capit.statutum.§.in nullo. de rescriptis.lib.6.ergo per solam comparationem simpliciter etiam factam, absque oppositione exceptionis declinatoriæ coram auditore cameræ apostolicæ , prorogatio iurisdictionis prædicti auditoris non inducitur : quia talis 24 comparatio solummodò inducit consensum

sensum tacitum & non expressum, iuxta glo. receptam in dict. cap. statutum. §. in nullo. Ex quibus omnibus plane constat, prædictam praxim iure fulcitã non esse, imo etiam literas apostolicas retinendas esse, quanuis ille, contra quẽ impetratæ fuerant, comparuerit coram auditore suas exceptiones allegans, & monitorio respondens: alioquin si partes litigantes sine licentia suorum ordinariorum consentire possent in alium iudicem, illusorium maneret decretum Concilij, & concessiones Pontificum Regi Hispaniarum concessæ, eiusque summis sumptibus impetratæ ad conseruationem & obseruantiam Concilij Tridentini frustrarentur. (?)

Sequitur Prima Pars huius secundi Tomi.

PRIMA PARS.

HVIVS SECVNDI TOMI DE FORMA PROcedendi via ordinaria in prima Instantia circa causas ciuiliter intentandas in foro Ecclesiastico.

EX CAPITE PRIMO SVMMARIA.

1 *IVdicium ordinarium diuiditur in duodecim tempora circa causas ecclesiasticas.*

2 *Actor forum rei sequi debet, nisi sit consuetudo in contrarium, vt est Salmãticæ in episcopali audientia.*

3 *Scholastici ex priuilegio possunt conuenire laicos coram suo iudice scholastico Salmanticensi.*

4 *Actor potest eligere iudicem quem voluerit, si reus plures habeat iudices ordinarios.*

Cap. 1. De diuisione huius Primæ Partis.

1 IN hoc iudicium ordinarium etiam diuidendum erit in duodecim Tempora, sicuti diximus in prima parte primi Tomi, in diuisione eiusdem primæ partis: & quod ibi diximus in primo Tempore de iudice eligendo, etiam in præsenti erit repetendum. Et ita actor prius considerabit, coram quo iudice reum conuenire debeat, animaduertens quod in prima instantia reus conueniendus est apud proprium iudicem ordinarium, vt resoluimus in vltimo Præludio

2 huius secundi Tomi. Et iudex ordinarius debet esse illius, qui conueniendus erit, cùm actor sequi debeat forum rei, vt in. l. iuris ordinem. C. de iurisdictione omnium iudicum. & in cap. cùm sit generale. de foro competenti. nisi ex aliqua consuetudine actor possit trahere reum ad suum proprium forum, vt in audientia episcopali Salmantina, vbi viget consuetudo, quod clerici conuenire possint laicos coram suo iudice ecclesiastico. Vel nisi hoc ius actori competat ex aliquo priuilegio, vt in audientia scholastica Salmantina, vbi scholastici ex priuilegio possunt trahere laicos ad suũ

3 iudicem scholasticum. Considerabit etiam actor, an reus conueniendus plures iudices ordinarios habeat, quos habere potest, vt supra diximus in vltimo Præludio huius secundi Tomi: tunc enim actor poterit ex eis iudicem eligere quem maluerit, vt in dicto vltimo

4 Præludio adnotauimus. Obseruandum etiam erit in hac prima parte, quod dictum fuit in secundo Tempore primæ partis primi Tomi, circa præparatoria ante citationem: ad quæ actor attendere debebit, ac ideò de citatione dicendum erit.

Ex

Ex Cap. Secundo.

SVMMARIA.

1 CItatio est fundamentum & principium ordinis iudiciarij, & ab ea institutio processus exordium capit.

2 Citationis materia à quibus præcipuè doctoribus tractetur, remissiuè.

3 Citatio quandoque fit per edictum, & quando & qualiter fiat, remissiuè, & num sequent.

4 Citatio fit per edictum in electionibus præbendarum, & quando parochialis ecclesia vocat, vt compareant examinando, qui eam prætendunt.

5 Formá quæ obseruatur cum ecclesia iurispatronatus vacat, vt præsentatus institui possit.

6 Citatio per edictum fit cum est incertus contradictor.

7 Citatio fit per edictum cum beneficiarius curatus adest, & non residet in beneficio.

8 Citatio fit per edictum ab auditoribus contradictarum in Curia Romana ad singulos actus processus, postquã reus est citatus personaliter à principio, ad totam causam.

9 Citatio per edictum fit in pluribus casibus, remissiuè.

10 Citatio per edictum nõ sufficit, si sit certus contradictor, sed habet personaliter citari si inueniri possit, aliàs processus erit nullus ipso iure.

11 Citatio vt per edictum fiat, quæ requirãtur.

12 Citatio aliquando fit per proclama, vt cum matrimonium est contrahendum, quia prius in ecclesia publicantur contrahentes, ad hoc vt si adsit impedimentum, sciatur.

13 Citatio aliquando fit viua voce iudicis citantis partes ad aliquem actum.

14 Citatio aliquando fit per tabellionẽ, vt quando notificat de mandato iudicis libellum parti aduersæ.

15 Citatio quæ fit per nuntium, apparitorẽ vel cursorem, magis in foro ecclesiastico frequenter versatur.

16 Nuntio citanti non creditur sine commissione & mandato iudicis inscriptis.

17 Citatio fit inscriptis in foro canonico præcipuè propter excommunicationem ferendam, si citatus contumax fuerit, quæ debet ferri inscriptis.

18 Monitio trina, vel vna pro tribus præcedere debet excommunicationẽ quando sine monitione lata excommunicatio valida sit.

19 Citatio pro excommunicatione non debet fieri peremptoriè nisi necessitas exposcat, & quædicatur citatio peremptoria remissiue.

20 Nuntio asserenti, aliquem citasse, fides adhibetur, non tamen asserenti sibi factam fuisse commissionem à iudice ad citandum.

21 Citatio, quæ est facienda extra ciuitatẽ intra diœcesim tamen datur ipsi parti, quæ facit parti aduersæ intimari eam.

22 Non creditur parti asserenti aduersarium citasse, nisi per testes probetur.

23 Notifi-

23 *Notificatio citationis quando fit ab ipsa parte, debet poni à tergo mandati citationis cum mense, die, & anno, & testibus.*

24 *Praxis quæ obseruatur cum aliquis citatur extra diœcesim vel intra vbi positus est vicarius foraneus ab episcopo eiusdem diœcesis.*

Caput Secundum.

De citatione.

1 CVm citatio sit fundamentum & principium ordinis iudiciarij, secundū Speculatorē in ti. de citatione, in principio, & ab ea omnis institutio processuum exordium capiat, iuxta tex. in. § fin. institutis de pœna temerè litigantium. & nos latè diximus in tertio tempore primæ partis, primi Tomi. ideò acturi de institutione processus ordinarij, ab ipsa citatione erit inchoandum. Circa cuius materiam vidē da erunt, quæ ibi resoluimus in dicto ter
2 tio Tempore, & quæ latè tradit Socinus in tractatu de citatione, per totum, & Robertus Maranta de ordine iudiciorum in 6. parte membro. 1. de citatione & Rebuffus in Tractatu de citationibus in præfatione & per totum Tractatum. Didacus Couarr. in practicis quæstionibus capite. 3. numero. 6. Felinus in suo repertorio, verbo, citatio. Didacus Perez in. l. 1. titulo. 2. libro. 3. ordinamenti. columna. 813. Ioannes Asinius in sua praxi. §. 5. de citationibus cum sequentibus. Damhouderius in sua praxi. capite. 54. Sed quoad nostrum attinet institutum, solummodo videndum erit, quibus modis citatio in foro ecclesiastico fiat. Qua in re dicendum est, quòd primus modus citandi, qui in praxi ec-
3 clesiastica obseruatur, est citatio per edictum, quæ fit quando reus inueniri non potest, vt personaliter citetur: tūc enim per edictum citandus erit, affigendo illud publicè in sua ecclesia, vt in specie text. in capite. causam quę. & ibi gloss. verbo, Ad domum, & in cap. venerabilis, & ibi gloss. verbo, Ecclesiam de dolo & contumacia: vel quando ille, qui citandus est, procurat per se, vel per aliū ne citatio ad eum peruenire possit: vel cuius domicilium siue locus tutè libere ve adiri non potest, vt probatur in Clementin. 1. de iudicijs. Vbi temperatur rigor cuiusdam constitutionis Bonifacij VIII. quem text. & qualiter citatio per edictum in curia, & in partibus fieri debeat, explicat Casiadorus in decisione. 1. numero. 2. in decisione. 2. numero. 2. &
4 in decisione. 3. cum tribus sequentibus de dolo & contumacia. Insuper fit citatio per edictum in electionibus præbendarum, iuxta text. in capite. fin. § fin. & ibi glo. de electione in. 6. vel quando aliqua ecclesia parochialis vacat: tūc enim per edictum publicum affigendum in valuis ecclesiæ cathedralis citantur omnes qui volent examinari ad regendam prædictam ecclesiam vacantem, vt cōpareant intra terminum in edicto præfixum, iuxta formam traditam in Concilio Tridentino, sess. 24. de reformatione. cap. 18. Et idem obseruatur quando aliqua ecclesia iuris patronatus vacat: nam si aliquis præsentatus à patrono cō paret coram ordinario petens se institui, statim iudex præcipit, quòd per edictum citentur omnes illi, quorum interest: quod edictum affigitur in valuis ip-
5 sius ecclesiæ vacantis. Et transacto tempore edicti, ille, cuius interest, comparet coram iudice incusans alijs contumaciam, & petendo institutionem: & si alij compareant instituitur processus ordinarius. Et generaliter citatio per edictū
6 fit quando est incertus contradictor, quia tunc per edicta citantur omnes, quorū interest, vt in. l. si eo tempore. C.

de remissione pignorum. & in. l. sed si pupillus. §. de quo. versic. præscribere. ff. de institutoria actione. & tradit Felinus in cap. quoniam frequenter. §. porrò. vt lite non contestata. Præterea citatio per edictum fit quãdo beneficiarius curatus abest, nec residet in beneficio, vt in cap. ex tua. de cleri. non resid. & ibi Doct. & in Concil. Trid. sess. 23. de re forma cap. 1. in fine. Rursus dicta citatio fit ab auditoribus contradictarum in curia Romana ad singulos actus processus, postquam reus citatus est personaliter à principio ad totam causam, vt sentit glo. in dict. Clem. 1. de iudi. verbo, literarum & firmat Speculator in tit. de citatione. §. viso. Castro in. l. ad peremptorium. ff. de iud. & tradit Octauianus Vestrius de introductione in Romanæ aulæ actionem. lib. 4. cap. 2. num. 3. & ca. 3. num. 4. & cap. 4. num. 1. & Sebastianus Bantius de nullitatibus. cap. 12. Et prædicta citatio per edictum fit in pluribus alijs casibus congestis à Socino tractactu de citatione articulo. 23. & à Felino in cap. quoniam frequenter. §. porrò. vt lite non contestata. & à Marant. de ordine iudiciorum. 6. part. membr. 1. num. 83.

Circa quem modum citandi per edictũ aduerte, quòd quoties est certus contradictor & commodè inueniri possit, citari debet personaliter, & specialiter, nec sufficit citatio per edictum, alias processus esset nullus ipso iure, iuxta text. in capite fin. versic. fi. de electione in. 6. quem ad hoc vltra Doct. ibi. notat Panorm. in cap. fin. de vita & honestate clericorum & Lambertinus de iure patronatus. 2. p. lib. 2. quæst. 6. artic. 10. Felin. in capit. cognoscentes. col. 7. de cõstitutionibus. & in suo reportorio. verbo, Citatio per edicta non valet. & Valle in consi. 18. n. 16. & iam ego in praxi ob prædictum defectum retractaui quandam sententiam grauissimorum iudicum. Aduerte insuper quòd ad hoc, vt legitimè citatio per edictum fiat, requiritur, primo quòd præcedat summaria informatio, quod ille reus latitat, & est absens, nec habet domum, nec dimisit procuratorem: vel informatio alterius casus, in quo citatio per edictum habet locum, alias esset nulla, secundum Bart. in dict. extrauaganti. verbo, per edictum. & Socinum in tractatu de citatione, artic. 23. num. 5. Decium in consil. 460. num. 26. Vancium de nullitate. numero. 127. Apud multos enim iudices sufficit relatio nuntij, asserentis prædictos casus, secundum Rebuff. in tertio Tomo constitutionum Regalium, in actu de citatione. nu. 96. & in concordata Rub. de constitut. verb. per edictum: in fine. Secundo requiritur quòd prius illud edictum publicè legatur, tempore quo in ecclesijs stat multitudo populi congregati, secundum Casiadorum in decisione. 1. de appellat. & notat glo. verbo, Solenniter. in Clem. causa. de electione. Octauianus Vestrius vbi supra, lib. 4. cap. 3. num. 5. Et postquã fuerit publicè lectum, affigi debet in valuis ecclesiæ cathedralis, vel vbi est consuetudo affigendi, & in ianuis illius ecclesiæ vacantis, aut vbi est beneficiũ clerici absentis, debetque per aliquas horas remanere edictũ affixum in prędictis locis, secundum Millium verbo, citatio quando committatur. & Rotam in nouis decisione. 213. & Vancium de nullitate sententiæ ex defectu citationis. nu. 133. & Anto. Grauacium in annotationibus ad Octauia. Vestr. vbi suprà libr. 4. cap. 2. nu. 9. sufficit tamen quod nũtius vel notarius referat edictum esse affixum in prædictis locis, quanuis non declarent per quantum tempus, secundum Bart. in dict. extrauaganti. verbo, Publicè. & Marantam vbi supra. nu. 96. Requiritur tertio, quod affigatur edictum originale, nec sufficit copia eius, iuxta text. in Clement. 2. de iud. & Rotam in nouis de dilationibus. decisione 223. Casiadorum decisione. 4. de dolo, & contumacia. & Papam in additamentis ad decisionem Rotæ quintæ, de rescriptis, & in decisione. 22. eodem titu.

&

& latè Tiraquel. de vtroque retractu. tit.1.§.9.glo.2.nu.8.& glo.1.col.3.&.4.

12 Alius modus citandi versatur in praxi, scilicet per proclama, & vnus casus est quando aliquod matrimonium est contrahendum: nam tunc publicè citari debent ecclesia omnes qui cognouerint aliquod impedimentum subesse, iuxta text.in cap.cum inhibitio. de clandestina desponsatione. & in.cap.cum tua. qui matrimonium accusare possunt. & in Concilio Tridentino.sess.24.de reformatione matrimonij.cap. 1. & quando aliquis est promouendus ad maiores ordines, tunc publicè in ecclesia in diebus festiuis proclama fit à parocho, vt quicunque sciuerit aliquod impedimentũ detegat, quòd procedit ex Concil.Trid. sess.23.de reform.cap.5.& alios plures casus congerit Maranta in dict.6.part. mẽbro.1.à num.97.

13 Alius modus citandi versatur in praxi, scilicet, per viuam vocem ab ipsomet iudice, quando ore proprio iudex citat partes in iudicio, vel in quocumque alio mandato interlocutorio, iuxta text.in.l. 2.C.quomodo & quando iudex. & notat Matesilanus singulari.131.& Corsetus in singulari, citatio.2.

14 Alius modus citandi in praxi versatur, scilicet, per tabellionem, vel notarium, quando notificat libellum parti aduersæ de mandato iudicis, argumento text.in cap.cum celiones.23.q.5.& fit per tres denunciationes: & ista praxis oritur.à cap.G.perpetuus.de fide instrumentorum.& ibi Doct.

15 Alius modus citandi, qui magis frequentatur in foro ecclesiastico est, scilicet per nuntium apparitorem, siue cursorem.iuxta text.in.ca.prudentiam.primo responso.de offi.delegati. & in cap. quoniam contra falsam.de probat.& in

16 capit. cum parati.de appellationib. Cui nuntio non creditur sine commissione & mandato iudicis in scriptis, vt in prædictis iuribus probatur, & in.l. sed si hac.§.prætor ait.ff.de in ius vocando.& in.l. cum clericis. & ibi Bald. C. de episcopis & cleri. atque ideo in foro canonico citatio fit in scriptis. Præterea fit in

17 scriptis propter excommunicationem ferendam, si citatus cõtumax fuerit, nec comparere voluerit. Nam cum sententia excommunicationis debeat proferri in scriptis, vt in cap.1.de sententia excõmunicationis.in.6. oportet quòd præcedat trina monitio, vel vna pro tribus, cũ interuallo dierum, & quod de eis cõster, vt citatus cõtumax reputetur, iuxta tex.

18 in cap.de illicita.24.q.3. & in c. sacro. de sententia excommunicationis. & in cap. constitutionem. de sententia excommunicationis.in.6. & explicat Couar. in ca. alma mater. 1.part.§.9.num. 4. cum sequenti. de sententia excommunicationis.in.6. Atque ideo in mandato citationis semper apponitur clausula illa, præmissa canonica monitione, cũ termino sex dierũ, de duobus in duobus, pro quo libet termino, nisi celeritas negotij, vel distãtia loci maiorẽ vel breuiorẽ dilationem requirat: nam tunc iudex arbitrabi-

19 tur iuxta tex.in dict.cap.constitutionẽ. bene verum est quod si excommunicatio proferatur nulla præcedente monitione erit valida iuxta tex.& ibi glo.ver. iniustam in.c.R.de sentent.excommun. in 6.glo.2.in dict ca.sacro.& ibi Panor. & Felin.glo.1.in summa. 2.q.1.glo.in.c. 1.ver.iudiciario de exce.præl.sequuntur Panor.& Deci.in.c.ad audientiam de appel.firmat Caietanus. 22.q.69.art.2.Nauar.in manuali.c.27.n.8.&.11.dicit communem Couar.in.d.§.9.nu.7.& probatur in.c.1.de iudi.nec refert tex. illum intelligere in contumace notorio in quem excommunicationem ferri posse sine monitione firmãt Pano. n.28.Dec.lect. 1.nu.25.Ripa.n.81.& Bero.n.212.in.d.c. 1.de iud. nam vltra id quod hunc intellectum optime improbat Alciatus ibi. n.39. ex eo tamen retento prædicta opinio communis probatur, cum contumacia nihil aliud sit quã peccatũ: relinquitur ergo ob peccatũ mortale notorium

latam excommunicationem sine moni
tione valere, probatur etiam ista com-
munis in. c. cum sit Romana. §. fi. de ap
pellat. nec satisfacit intellectus doctorũ
asserentium Apostolum prius admo-
nuisse illum Corinthium, nã intellectus
ille est diuinatorius & repugnat literæ
illius tex. ibi inrequisitum. Probatur de-
nique in. c. quidam maligni spiritus. 5.
quæst. 1. & ita est obseruandum quanuis
Soto in. 4. dist. 22. quæstu. art. 2. pag. 103.
col. 1. prædictam communem refutet af
ferens excommunicationem sine moni
tione latã nullã esse, & Victoria in Trac
ta. de excommunicatione. num. 6. qui-
bus non suffragatur illud Matth. c. 18. in
ver. Si autem peccauerit in te frater tuus
&c. nam in illo loco non præscribitur
forma excommunicationis ferẽdæ, sed
tantum declaratur ad quid de iure natu
rali teneamur quando peccator lapsus
fuerit, quia tenemur illũ monitionibus
erigere, & si non audierit, eius consuetu-
dinem vitare, ne nos corrũpat: quod in
dicant verba illa, sit tibi sicut ethnicus &
publicanus, id est publicus peccator.
Rursus præceptum illud est affirmatiuũ
non negatiuum: non enim prohibet ali-
ter fieri & actus gestus contra legẽ præ-
scribentem aliquem ordinem & nõ pro
hibentem aliter fieri firmus est iuxta ea,
quæ notat Iass. in. l. non dubium. nu. 18.
C. de ll. & Feli. in. c. Cum dilecti. nu. 10.
de rescrip. & de isto præcepto Domini
circa correctionem fraternam est acci-
piendus text. in. c. omnes decimæ. 16.
quæstione. 7. & in. c. presbyterorum. 17.
19 quæstione. 4. Et prædicta citatio non de
bet fieri peremptoriè, nisi necessitas ex-
poscat, iuxta text. in. cap. 1. de dilationi-
bus. & Panor. in. c. quoniam contra fal-
sam. de probat. n. 10. tenet citationẽ per
emptoriam sine causa fieri posse, dũmo
do nimis breuis non sit, quem sequitur
Beroius ibi. n. 132. quicquid glo. ibi ver-
bo dilationes, cõtrarium teneat. & quæ
dicatur citatio peremptoria optimè ex-
plicat Didac. Perez in. l. 1. tit. 9. lib. 3. Or-
dinamenti. co. 1119. versic. dicitur. Et ista
citatio aliquando fit intra ciuitatem, &
tunc datur nuntio publico adhoc desti-
20 nato, vt in. d. c. prudentiam. 2. respon-
so. de offic. delegati. cui nuntio asserenti
se aliquẽm citasse, fides adhibetur cũ sit
persona publica iurata, secundum Spe-
culatorẽ. tit. de citatione. § 1. ver. sed nũ
quid credatur. & Imolam in. 6. ex cõsen-
su. §. eũ qui. ff. de appel. & gl. in. c. cũ pa-
ratu. verb. Nuntius. de appellat. & est cõ
munis opinio secundũ Niconiciũ in re-
81 petitione. c. quoniã cõtra falsam. verbo,
Citationes. n. 99. de probatio. tamen de
commissione seu mandato iudicis de ci-
tando, nuntio asserenti, sibi facta fuisse
prædictam cõmissionẽ nõ creditur, iux
ta tex. in dict. c. quoniã contra. Et resol-
uit Dida. Perez in. l. 1. tit. 2. li. 3 Ordi. col.
826. versic. quæro. 23. In foro seculari ali
ter seruatur, vt resoluisti in. 1. Tomo hu-
ius praxis. 1. par. 3. Tẽpore. aliquãdo præ
dicta citatio fit extra ciuitatẽ intra dioe-
21 cesim tamen, & tũc citatio datur ipsi par
ti, & pars ipsa facit quòd illa citatio inti
metur parti aduersæ per aliquem cleri-
cũ, vel notarium, secundũ Præpositũ in
c. cum sit Romana. col. fin. & ibi. Panor.
de appellationibus. & Bald. in. l. vt per-
fectius. col. fi. C. de Annali exceptione.
22 & Marantam in. dict. 6. parte. membro.
1. num. 44. Verumtamen in hoc est di-
serimen, quod tunc non creditur citan-
ti, nisi probetur per testes, se illum citas-
se, secundum Baldum in. l. sicut pro-
ponis, la 2. C. quomodo & quando
iudex. & Perusinum in capit. cum para-
sti. versic. sextò quæritur. de appellatio.
23 Quo circa notificatio citationis ponitur à tergo mandati citatorij cum die,
mense, & anno, & testibus iuxta text. in
24 dict. capit. quoniam contra falsam. Quã
do vero prædicta citatio debet fieri in-
tra diœcesim in aliqua villa vel loco,
vbi positus est vicarius foraneus ab epi-
scopo eiusdem diœcesis in causis matri-
monialibus, beneficialibus, & in alijs
grauibus, tenor libelli debet inseri in

ipso

ipso mandato citatorio: & similiter quã do aliquis est citandus extra diœcesim ad requisitionem alicuius iudicis ecclesiastici, tenor libelli debet inseri in ipsa citatione. Quę praxis oritur ex tex. in. c. 2. de dilationibus. & ex ijs, quæ in simili resoluit Couar. in practicis quæstionibus. cap. 10. num. 7. in finalibus verbis. & tunc pars porrigens libellum petitionis in ipso libello petere debet, quod mãdatum citatorium intimetur parti aduersæ cum insertione ipsius libelli, & quod eidem præcipiatur quod constituat procuratorem cognitum, ex numero illius auditorij, alias quòd in eius absentia procedetur cum auditorio, quod iudex sic præcipit, & praxis ita obseruat. Et quia postquam mandatum citatorium intimatum est parti, contingit frequenter quod pars citata non comparet, imò est contumax, & iudicem contemnit, ideò videndum erit de contumacia rei citati.

Ex Capite Tertio.

SVMMARIA.

1 *Contumacia rei est duplex, vna vera, & altera ficta.*

2 *Contumacia multis modis committi potest.*

3 *Contumacia quando sit delictum, remissiuè.*

4 *Propter delictum vel quasi, etiam nobilis vel mulier possunt in carcerem detrudi.*

5 *Contumacia variis pœnis punitur remissiuè, & quæ magis in tribunalibus ecclesiasticis frequentetur.*

6 *Contumax quis non reputatur, nisi incusata ante iudicem contumacia ab eo, ad cuius instantiam contumax fuit citatus.*

7 *Citatio remanet circunducta, si actor nõ comparuerit in termino ad incusandam contumaciam citati.*

8 *Actor non comparens in termino ad incusandam contumaciam rei citati condemnandus est in spensis, nec est admittendus ad nouam citationem, nisi idoneè caueat de comparendo in termino, & perseuerando in iudicio vsque ad finem litis.*

9 *Actor ita demum condemnatur in spensis, quando nõ comparuit ad incusandam contumaciam rei, si ipse reus cõpareat in termino ad petendum se absolui à iudicio.*

10 *Iudex potest prorogare terminum datum ad citandum reum, si ipse intra sibi constitutum non compareat.*

11 *Citatio ad duo arctat ad comparendum in termino, & ad simpliciter comparendum.*

12 *Citatio sublata censetur, cum nec citatus nec citans in termino coram iudice comparent, quia vna contumacia altera compensatur.*

13 *Citatus contumax remanet statim excõmunicatus eo ipso, quod actor cõparuerit ad incusandã eius cõtumaciã.*

14 *Contumax excommunicatus comparẽs in iudicio non auditur donec refusis spensis absoluatur, & quæ praxis circa hoc obseruetur.*

15 *Contumacia crescente, crescere debet pœna.*

16 *Quæ praxis obseruetur cum reus denuntiatus, clericus, scholasticus, vel laicus non comparent in iudicio crescẽte eorum contumacia.*

17 *Literæ participantium, campanarũ & anathematis non differunt quoad*

vim, & vinculum à maiori excommunicatione, licet quoad solemnitatem, & terrorem differant.

18 *Brachium seculare non potest implorari donec reus sit excommunicatus grauatus, & regrauatus.*

Cap. 3. De contumacia.

1 Contumacia rei duplex est, vna vera, altera vero ficta: Vera contumacia est, quando aliquis fuit citatus personaliter, & non comparuit: Ficta autem est, quando aliquis fuit citatus domi, nec comparuit, ita colligitur ex glo. in l. Diuus. verbo, Existimari. ff. de restitutione in integrum. & ibi notat. Barto. & de isto articulo sunt videndi Alexan. & Iaſ. in. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudicijs, Imola in. l. ex consensu. §. fi. ff. de appellat. Socinus in tractatu de citatione. artic. 27. num. 28 & latè Folerius in sua praxi in quarta parte. tertiæ partis, in verbo, Et si confiteantur. nume. 13. Maranta de ordine iudic. in. 6. parte. membro. 2. nu. 8. Tiraq. de vtroque retractu. §. 9. gl. 2. Antonius Grauacius in annotationibus ad Octauianum Vestrium. lib. 7. c. 3. n. 53. Quę cõ
2 tumacia varijs modis committitur, vt putà in non comparendo, in recedendo à iudicio sine licentia iudicis, & in non parendo iudici secundum Panor. Aret. & Dec. in capit. 1. extra, de iudicijs. post glo. 1. in cap. 2. de dolo & contumacia. Et quando contumacia delictum sit, tra
3 ctat Couar. in capit. alma mater. 1. p. §. 9. num. 3. Iulius Clarus lib. 5. Sententiarum §. 1. nu. 13. & Menochius lib. 2. de arbitrar. centu. 2. casu. 153. num. 1. quod vtile est ad sciendum an nobilis vir aut mulier pro aliquo debito excommunicati per implorationẽ brachij secularis possint in carcerem detrudi à iudicibus secularibus, nam cum contumaces sint videtur delictum committere, & propter
4 delictum vel quasi bene possunt in carcerem detrudi, vt in. l. 62. Tauri quæ habetur in. l. 10. titu. 13. lib. 5. Recop. & in. l. 79. Tauri quæ habetur in. l. 4. & 5. tit. 2. lib. 6. Recopil. & in. l. 6. eiusdem tit. & li. Punituruque varijs pœnis à iure impositis, quas congerit Maranta vbi suprà in dict. membro. 2. numer. 9. & Nicolaus Anton. Grauatius in dictis Annotationibus ad Octauianum Vestrium. libr. 3. capit. 2. num. 24. & 25. Et pœnę quę magis frequentantur in tribunalibus eccle
5 siasticis, sunt sequentes: prima est, quòd contumax patitur pœnam missionis in possessionem ex primo & secundo decreto. Secunda est, quòd proceditur aduersus eum via ordinaria vsque ad sententiam diffinitiuam, de quibus erit agẽdum in Secunda parte huius Secũdi Tomi. vbi etiam erit agendum de alia pœna, quæ frequentatur in foro Canonico aduersus clericum contumacem, nempè de captura personæ. Alia pœna est, quòd contumax excommunicatur secundum glo. in cap. 1. de dolo & contumacia. in. 6. & notat Bal. in. l. 3. C. de procurat. & Felin. in. c. 1. col. 5. versic. vtrùm excommunicatio. extra de iudicijs. & Maranta in. d. membr. 2. n. 19. Est & alia pœna, quod contumax punitur in expẽsis, secundum glo. 1. cap. 1. de dolo & cõtumacia. in. 6. & glo. in cap. 2. versi. rationabilis causa. de procuratoribus & glo. in cap. quoniam contra. verbo, Dilationes. de probationibus. Et hæ vltimæ pœnæ magis practicantur in foro canoni-
6 co. Aduerte tamen quod ad hoc vt citatus cõtumax reputetur, requiritur quod quando aliquis citatur ad comparendum, vel aliquid faciendum certa die, quod transacta illa die, is, ad cuius instantiam fuit citatus, debet comparere incusando contumaciam citati, alias citatus contumax non reputatur, iuxta text. in l. properãdum. §. & siquidem. & ibi Docto. C. de iudic. & docet Bart. in. l. 2. col. vlt.

vlt.ff.si quis in ius vocatus. & in. l. consentaneum. col.vlt.C.quomodo & quãdo iudex.& resoluit Asinius in sua praxi.§.17.c.3.versi.vndecimò lis non contestatur.n.3. & Anto. Grauacius vbi supra.lib.4.cap.4.num.17.præterquam si in causa criminali procedatur per viam inquisitionis,vel ex officio iudicis, nam tunc non est necessaria incusatio contumaciæ,vt docet Bartol.in extrauaganti ad reprimendum verb.neglexerint. Anton.de Butrio in cap.fin.col.fi. de dolo. & contum.Hypolitus in.l. de vnoquoque.num.121.ff. de re iud.& decisio Pedamontanea.71.num.5.& 47.at vero suprà dicta resolutio obtinet, quando ad instantiam partis proceditur, nam tunc 7 incusatio contumaciæ requiritur. Quin imò actore non comparente in termino ad incusandam contumaciam citati, citatio remanet circunducta,id est sublata,nec poterit in causa procedi, nisi reo de nouo citato,iuxta tex.in.l.& post edictum. versic.si his.ff.de iudicijs.& Rota 64.titu. de appellationibus.nume. 4. in nouis.Imò actor debet tunc condemnari in expensis,nec est admittendus ad no 8 uam citationem faciendam reo,nisi idonee caueat de comparendo in termino, & perseuerando in iudicio vsque ad finẽ litis,iuxta tex.in. cap.1. iũcta glo.ibi verbo,Sufficienter, de dolo & contumacia in.6.& in Authen.de exhibendis reis.§. si verò semel.& actor debet soluere expensas vsque ad vltimum quadrantem secundum Bal.in.c.conquerente. col.1. de restitutione spoliatorum. & consentit Ias.in Authen.Qui res.C.de sacrosanctis eccle.& in.l.sancimus.C.de iud. om 9 nino in hoc videndus. Quod intellige verum, si reus citatus compareat in termino, & à iudice petat citationem circunduci, & se absolui à prædicta citatione, petatque se posse recedere à iudicio, & actorem in expensis condemnari.Nã cum iudex possit expectare in sequen- 10 tem diem termini actorem,& sic prorogare illum terminum, iuxta text.in cap. consuluit. de offic.delegati. videtur terminum durare vsque ad tempus prorogationis, argum. l. sed si manente.ff.de precarijs. atque ideo citatio non remanet circunducta ipso iure. Nec citatus comparens potest recedere à iudicio absque licentia iudicis, alioquin si absque licentia recedat, & postea actor compareat ostendendo, se iusta causa & necessaria abfuisse, poterit petere expensas à reo recedente absque licentia iudicis,argum.text. in. l.sancimus.C.de iud. quia 11 huiusmodi citatio ad duo arctat, scilicet quòd citatus compareat, & quod in termino compareat, vt in cap.cum dilecti. versic.præterea.de dolo & contumacia. Vnde quanuis vnum facere non possit nempè in termino comparere, nihilominus tamen alterum tenetur facere, scilicet comparere, iuxta text.in dict. capit.cum dilecti.versicu.pręterea.& in.l. Celsus.& in l. prætor.§.vlt.ff. de receptis arbitris. & ita docent Innocen. & Panormit.nume.7.in dict.capit.consuluit. & agnoscit Did.Perez in.l 1.titu. 2. libr. 3.Ordin. quæstione. 10. Cæterùm si nec citans, nec citatus in termino compareant, citatio remanet circunducta, id est sublata, & perinde habetur,ac si non interueniisset,iuxta text.in.l. & post edictum.versic.1.ff. de iudic. & vna contumacia alteri compensatur,vt in.l.si duo. ff.de dolo.& in.l.si ambo.ff. de compensatio.notat glo. in dict.capite. 1. verbo, Venienti. de dolo & contumacia. in 6. & tradit Antonius Grauatius in annotationibus ad Octauianum Vestium libro.4.capite.4. numer. 14. & conducunt quæ tradunt Innocentius & Panormitan. in dict. capit. consului. & in 13 capit.auditis. de procurat. & Matth. de Affli.decisione.366.nume.4.Sed si actor in iudicio ad terminum citationis comparuerit incusando contumaciam citati,elapso illo termino, ipso iure citatus remanet excommunicatus, secundum Præpositum in cap.quisquis.4.q.5. n. 4. & tunc iudex præcipit denuntiatoriam,

14 contra eum dari, nec postmodum reus auditur quanuis compareat, donec refusis expensis absoluatur, iuxta text. in. ca. venerabilibus. §. porrò. de sententia excommunicationis. in. 6. Et ita praxis obseruat, quod quando aliquis excommunicatus est ob non comparitionem, coram iudice comparet, asserendo, que haze parecencia ante su merced en la causa con fulano, y pide ser absuelto, y esta presto de purgar las costas: y el juez dize que purgando las costas se le de absolucion. Si verò reus denuntiatus non cõ
15 paruerit, quia crescente contumacia crescere debet pœna, vt in. c. cum non ab homine. de iudi. & in. l. relegati. ff. de pœnis. si fuerit clericus vel scholaris datur mandatum capturæ personæ, vel pigno
16 rum: si vero fuerit laicus post denuntiatoriam dantur literæ de repicar campanas, & deinde literæ de participantes, & postea literæ de Anathema. Et praxis quæ in hoc obseruatur in audientia episcopali Salmantina, & in audientia scholastica est, quod si reus Salmanticæ vel in diœcesi habitat, las dichas cartas de excommunion agrauadas dan se vna despues de otra, hasta citacion para ver dicernir el braço seglar. Si autem reus habitet extra diœcesim Salmantinam, despues de la carta denunciatoria las demas cartas agrauadas dan se juntamente acumuladas con citacion, para ver dicernir el braço seglar. Quæ praxis fundari videtur in vitanda dilatione, quæ maxima fieret si vnaquæque excommunicatio de per se daretur, & esset intimanda reo existenti extra diœcesim, & sic ex sua contumacia commodum reportaret. Et est aduertendum, quod prædictæ literæ participantium, campanarum, &
17 Anathematis non differunt quoad vim & vinculum à maiori excommunicatione lata in prima citatione, licet quoad solennitatem & terrorem differant, & plus aliquid operentur quoad effectum & damnum propter publicas illas execrationes, vt eleganter resoluit Coua. in c. alma mater. 1. p. §. 8. n. 6. cum sequentibus. Et si adhuc laicus ita excommunicatus grauatus, & regrauatus in contumacia perseuerauerit, postea cum ecclesia non habeat vltra quid faciat, ecclesiasticus inuocat brachium seculare: & tunc secularis iudex tenetur illud impertiri capiendo personam excommunicati, & in carcerem detrudendo. Quòd procedit ex his, quæ diximus in proœmio hu
18 ius secundi Tomi: nam antequam reus sit excommunicatus, grauatus, & regrauatus auxilium secularis iudicis non est inuocandum, vt dicit glo. relata ad text. in Clem. dispendiosam. de iud. verb. Clerici. & ibi Lanfrancus in Repet. & Pala. Rub. in repet. c. per vestras. §. sed est pulchra dubitatio. n. 17. & Auiles. in. cc. prætorum. c. 20. nu. 16. Sed quia aliquando reus citatus in termino, vel post compareret, ideo de comparitione erit videndũ.

Ex Cap. Quarto.

SVMMARIA.

1 *CItatus non comparens in termino non auditur, si fuerit denuntiatus, nisi post absolutionem & spẽsis solutis.*

2 *Reus habens exceptionem concernentẽ personam iudicis, debet comparere cum protestatione non attribuendi aliquam iurisdictionem iudici, ne allegando alias exceptiones videatur consentire in iudicem non suum.*

3 *Iudici incompetenti nulla tribuitur iurisdictio per solam citati comparitionem, cum teneatur comparere ad allegandam suam exceptionem, & priuilegium.*

4 *Citatus potest regulariter facere suam comparitionem per procuratorem,*

siue

siue citatus sit ab ordinario, siue à delegato, siue à Papa.

5 *Libellus in forma comparitionis rei citati simpliciter factæ.*

6 *Libellus in forma comparitionis rei citati, habentis exceptionem dilatoriam.*

7 *Reus citatus habens exceptionem dilatoriam comparens in iudicio, quid allegare debeat..*

Cap. 4. De comparitione citati.

1 Citatus aliquando in termino comparet, aliquando postquam fuit denunciatus coram iudice comparet reficiendo expensas, & absolutionem petendo: alioquin non audiretur, vt diximus in cap. præcedenti prope finem. & tunc refusis expensis, & absolutus facit comparitionem simpliciter, si non habet aliquam exceptionem dilatoriam: si vero habet aliquam dilatoriam respicientem personam iudicis, vel actoris, vel totam causam, tunc facere debet comparitionem cum protestatione non attribuendi aliquam iurisdi-
2 ctionem iudici, vt deinde allegatio dilatoriarum non obstet reo, ne videatur reus consentire in iudicem non suum, vt docent Innocentius in cap. Cumana de electione. Præpositus in cap. solicitudinem, num. 71. de appellat. & Rubeus in repetitione. l. non solum. §. morte. nume. 234. ff. de noui operis nuntia. Nec
3 per prædictam comparitionem tribuitur aliqua iurisdictio iudici incompetenti, cùm citatus à iudice incompetenti teneatur comparere ad allegandam suam exceptionem, & prærilegium in. l. siquis ex aliena. ff. de iudi. & notat. glo. in. cap. si duobus. verbo. Tenebit. de appellationibus. & ibi Decius. num. 7. text. in. l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocatus. & ibi Ias. num. 37. glo. in c. conuenior. verbo, Congrueret. 23. q. 8. Detius in consi.
4 125. n. 7. & est. l. 2. titu. 7. p. 3. Quam comparitionem citatus regulariter facere potest per procuratorem, siue citatus sit ab ordinario siue à delegato, iuxta text. in. l. fi. C. de procurat. tex. & glo. verbo, iudicem. in. c. 1. de iudi. in. 6. receptam cõmuniter ex Gometio ibi. n. 59. & glo. in c. exposuit. verbo, Personaliter. de dila. Quod extenditur ad citatum à Papa, vt resoluit Didacus Perez in. l. 8. titu. 3. lib. 2. Ordinam. & est videndus Octauianus Vestrius vbi supra in lib. 4. capit. 2. num. 8. & ibi Antonius Grauatius in annotationibus. n. 16. Et tunc prædicta cõparitio fit modo sequenti.

Comparitio rei citati simpliciter facta.

Illustre Señor.

5 *FVlano hago parecencia a cierta citacion que de. V. M. me fue notificada, a pedimiento de fulano, a. V. M. pido me aya por parecido, y purgando las costas me mã de dar absolucion, y pido copia de qualquier pedimiento que este fecho, y termino para responder. Y sino me esta puesta alguna demanda, a. V. M. pido mande a la parte cõtraria luego la ponga, donde no. V. M. le condene en las costas, y caminos de la mala citacion, y no le admitta a nueua citacion sobre este negocio, sin que haga lo que de derecho es obligado, y para ello, &c.*

Si verò citatus in termino citationis cõparuerit, ita quòd non incurrerit excõmunicationem, nec denuntiatus fuerit, tunc solummodo dicit, que haze parecencia, y pide copia y termino para responder al pedimiento contra el fecho; o que le mande a la parte contraria ponga demanda, vt in dict. petitione comparitionis diximus. Sed si reus citatus habuerit aliquam exceptionem dilatoriam, & fuit excommunicatus, quia in termino citationis non comparuit, tunc comparitionem facit forma sequenti.

Comparitio rei citati habentis exceptionem dilatoriam.

Illustre Señor.

6 *FVlano con protestacion, que ante todas cosas hago, de no atribuyr a V. M. mas ni mayor jurisdiction de la que de derecho le compete, o competer pueda, por este auto o por otros que en esta causa ante. V. M. faga, o diga por escripto, o por palabra, y sola dicha protestacion hago parecencia a la carta por. V. M. dada contra mi a pedimiento de fulano, a V. M. pido me aya por parecido, y purgando las costas me mande dar absolucion de la excommunion en que estoy, y copia de lo contra mi pedido, y termino para alegar de mi justicia, para lo qual, &c.*

El juez dize que lo ha por parecido, y que purgando las costas le le de absolucion y copia de lo pedido, y que para la primera audiencia responda.

7 Si verò reus citatus habens exceptionem dilatoriam in termino citationis comparuerit ita quod non fuerit denuntiatus, tunc comparitionem faciet dicẽdo, que haze parecencia a la citacion, cõ protestacion de no atribuyr iurisdicion, y que pide se le de copia y termino para alegar de su justicia, la qual pide se le faga, &c. Y el juez dize q̃ lo ha por parecido, y que se le de copia de lo contra el pedido, y se le notifique, que a la primera audientia responda. Et hoc obseruatur quando in mandato citatorio fuit insertus libellus petitionis actoris: cæterũ si non fuit insertus libellus petitionis in mandato citatorio, sed solummodo fuit citatus para verse poner demanda, tunc iudex præcipit actori, que para la primera audiencia ponga demanda al dicho citado, el qual presenta su libello de demãda, & ideò videndum erit de libelli oblatione.

Ex Cap. Quinto.

SVMMARIA.

1 *REo citato comparente in iudicio, si libellus actoris non fuerit insertus in mandato citatorio, mandat iudex ipsi actori, vt libellum suæ actionis ad primam audientiam offerat, qui illum producere debet.*

2 *Censura ecclesiastica est gladius ecclesiasticæ disciplinæ.*

3 *Libellus in causa decimali ab actore in foro ecclesiastico præsentatus.*

4 *Cõdictio ex canone datur pro exactione decimarum.*

5 *Decimas ecclesiæ particulari tribuit ius canonicum, vniuersali vero ius diuinum.*

6 Decimæ aut sunt prædiales, aut personales, aut mistæ.

7 Decimæ prædiales solui debent vbi prædia sita sunt, nisi consuetudo aliter se habeat.

8 Decimæ personales solui debẽt, vbi quis audit diuina officia, & recipit sacramenta.

9 Decimæ personales sunt præstandæ illi ecclesiæ, in cuius territorio est domus illius, qui præstare eas debet.

10 Decima diuiditur æqualiter, si quis in hyeme in vna ecclesia & in æstate in alia audierit diuina, si tempus fuerit æquale, aliàs pro rata temporis.

11 Decimas personales quis soluere debet, si plura domicilia habuerit, vbi principalius habet domicilium.

12 Domus ianua attendi debet vbi sita est vt sciat cuius parochiæ sit, & si duas ianuas habuerit, quæ principalis sit, & anterior.

13 Decimæ animalium vbi solui debeant, remissiuè.

14 Decimæ prædiales & personales ex omnibus bonis debentur.

15 Decima ex omni frumento & leguminibus terræ solui debet.

16 Decima de pallea etiã solui debet, quia pallea in fructu dicitur esse.

17 Consuetudo efficere potest, vt decima non soluatur de minutis.

18 Minuta quæ dicantur, remissiuè.

19 Decima etiam debetur de fructibus arborum.

20 Decima debetur ex pluribus fructibus collectis in vno anno ex eodem prædio.

21 Decima debetur de molendinis siue ad ventum, aut in aqua constitutis, siue de his quæ tractu hominum, aut bestiarum mouentur.

22 Decima debetur de furnis.

23 Decima debetur de piscarijs, siue ratione pensionis, siue ratione lucri.

24 Decima debetur de pascuis, id est, de pretio quo pascua vendita sunt.

25 Pascua si gratis comedantur dominus gregis, tenetur soluere decimas ex tali estimatione.

26 Decima debetur ex fœno, & lanis, caseo, & butyro, quod ex lacte fit, non tamen ex eo quod fit de pinguedine animalium.

27 Decima debetur ex fructibus animalium.

28 Fructus triplex considerari potest in animalibus, vt ex eis decima soluatur.

29 Decima fructuum animalium quando solui debeat remissiuè.

30 Decima agnorum soluenda non est statim cum nascũtur, sed cum iam sint lactati, & nutriti, ita quòd congrui sint ad vsum.

31 Decima debetur ex prædijs de nouo ad culturam redactis.

32 Noualia quæ sint remissiuè.

33 Decima debetur ex omni negotio, artificio, & militia.

34 Consuetudo viget in Hispania, vt decima non soluatur ex lucris opificum & negotiatorum.

35 Consuetudo est legitime præscripta ferè toto orbe Christiano, vt decimæ personales non soluantur exceptis Salariorum famulorum, & famularum in aliquibus Hispanis regionibus.

39 *Decima ex fructibus integre soluí debet, non deductis spensis operis, vel pensionis aut seminis.*

37 *Decimas integre non soluens mortaliter peccat.*

38 *Impensæ deducendæ sunt ex decima personali, vbi deficit consuetudo non soluendi eam.*

39 *Decimas integre non soluens pluribus pœnis afficitur remissiue.*

40 *Rapere, & detinere iniuste idem est.*

41 *Decimas non soluens est infamis, & in peccato dicitur esse constitutus, etiã si non soluat, antequam sibi petantur.*

42 *Copia libelli aduersario dari debet, vt ad primam audientiam respondeat.*

43 *Iudex quid facere debeat cum reus libello actoris non respondet, & quæ praxis circa hoc obseruetur in tribunali episcopali Salmantino.*

44 *Reo confitente quod in libello actoris petitur, iudicium finitur, cum pro condemnato habeatur ipse nisi sit causa in qua periculum animarum v er se tur, vt si agatur ad dissolutionẽ matrimonij.*

Cap. 5. De libelli oblatione.

1 POstquam reus citatus cõparet in iudicio, si in mandato citatorio libelluspetitionis non fuit insertus, iudex mandat actori quod libellum suæ actionis ad primam audientiam offerat: qui illum producere debet. Et qualiter & quibus clausulis illum componere debeat, explicuimus in prima parte, primi Tomi in quarto tempore. Quæ omnia circa eius compositionem erunt obseruanda in isto foro ecclesiastico, præter quam, quòd dum in fine libelli fori secularis dicitur, Por todo rigor y remedio de derecho. &c. in libello fori ecclesiastici post prædicta verba sunt adijcienda alia, scilicet, Y censura ecclesiastica y otras penas, que para ello le ponga: quia

2 censura ecclesiastica est gladius ecclesiasticæ disciplinæ, vt in cap. dilecto. de sententia excommunicationis in. 6. & in Concilio Tridentino sess. 25. de reformatione. cap. 3. Et exempli gratia formabis libellum modo sequenti.

Libellus in causa decimali.

Illustre Señor.

3 FVlano clerigo presbitero, beneficiado de la iglesia parochial, de tal lugar desta dioceſis de Salamanca, como mas aya lugar de derecho parezco ante. V. M. y me querello de fulano vezino del dicho lugar, al qual pongo demanda, y digo que assi es q̃ siẽdo como yo soy beneficiado de la iglesia parochial del dicho lugar, y por el consiguiẽte serme deuidos de derecho canonico los diezmos assi prediales como personales y mistos de los fructos que se cogẽ de todos los predios y heredades sitas enel districto y dezmatorio del dicho mi beneficio, y de las personas que son mis feligreses, y administro los sanctos sacramentos: el dicho fulano siendo como es mi feligres, y oyẽdo los diuinos

officios

officios y recibiendo los ſanctos ſacramentos cada año en la dicha mi yglesia, y tenien do como tiene muchas heredades de pan lleuar, paſtos de yerua, rios de mucha peſca, molinos, huertas, ganados, y otros muchos tratos y grangerias: y ſiendo obligado de ley natural, diuina y humana, a pagar diezmo de los dichos fructos de todos ſus bienes, con poco temor de Dios y en graue daño de ſu conciencia contra todo derecho, de dos años a eſta parte ſin titulo ni cauſa que baſtãte ſea, ſe ha ſubtraydo y ſubtrae de pagarme los diezmos del trigo, ceuada, centeno, paja, garuanços, garrouas, y otras legũbres que en las dichas ſus heredades ha cogido, y de las peſcas y moliendas que en ſu rio y molinos ſe han hecho, y de las rentas de ſus yeruas, y de los ganados, y de las lanas, mãteca, y queſo que dellos ha ſacado, y de la hortaliza de ſus huertas, y del pan que ha cogido en las nueuas roturas que en ſus dehesas ha fecho, y de las ganancias que en ſus tratos y grangerias ha tenido. Y aunq̃ por mi muchas vezes ha ſido requerido a que me acuda cõ los diezmos de todas las dichas coſas, y los trayga a la cilla del dicho mi beneficio, por me ſer deuidos conforme a derecho, y eſtar en coſtumbre vſada y guardada de diez, veynte, y treynta, quarenta, y mas años a eſta parte, de lleuar diezmo de todas las dichas coſas, el dicho aduerſo no lo ha querido ni quiere hazer ſin contiẽda de juyzio: por que pido a V. M que del ſobredicho me haga entero cumplimiento de juſticia, y ſi otro mas y mayor pedimiento es neceſſario auido aqui por expreſſo, y pronunciando mi relacion por verdadera en la parte que baſte al vencimiento deſta cauſa, por ſu ſentencia que en eſte caſo lugar aya, condene al dicho fulano, a que me de y pague los diezmos de todas las dichas coſas de los dichos dos años que ha dexado de dezmar, que eſtimo en dozientos ducados cada vn año, mandando le que de aqui adelãte me pague los dichos diezmos ſo graues penas: y aſsi condenado a ello le compella y apremie por todo rigor y remedio de derecho, y cenſuras eccleſiaſticas, y otras graues penas que para ello le imponga: ſobre que pido juſticia y coſtas, y el officio de V. M. imploro, y juro en forma de derecho, que eſta demanda no pongo de malicia. &c.

Otroſi, a V. M pido mande dar ſu mandamiento con inſercion deſta demanda, en que mãde al dicho aduerſo parezca a reſponder y conteſtar, y que nombre procurador con poder baſtante acceptado, y en ſu defecto le aſſeñale los eſtrados de ſu audito rio con quien ſe hagan los autos, y para ello, &c.

Iſta clauſula apponitur quando à principio fuit porrecta petitio antea quam reus ſimpliciter citaretur.

4 In ſupradicto libello fuit intentata à beneficiario actore conditio ex Canone, quæ datur pro exactione decimæ, ſecundum glo. in cap. tua. el 2. de decim. & ibi Panormitan. num. 12. & 13. & in cap. commiſſum. num. 4. eodem. titu. & Probum in Rubr. de decimis. lib. 6. & latè reſoluit Rebuffus in Tractat. de decimis. q. 9. & ad ibi reſoluta eſt redigenda glo in cap. moderamine. verbo, Sibi vendicent. 16. quæſt. 1. & glo. in cap. reuertimini. verbo, Suas. 16. quæſt. 1. & ad text. in. l. 2. §. fin. ff. de pollicita. eſt addẽdus Rebuffus in dict. Tract. de decimis. quæſt. 3. nu. 16. Et cum in prædicto libello agatur contra debentem ſoluere decimas, intentatur actio perſonalis conditione

5 tione ex Canone, quia Canon tribuit ecclesiæ particulari decimas, ius autem diuinum ecclesiæ vniuersali tribuit easdē, vt notat Panor. in dict. cap. tua. num. 13. in fine. Quinimo in Concilio Trid. sess. 25. de reformatione. præcipitur, quod qui decimas aut subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur, neque absoluantur nisi restitutione plena facta: quod intelligendum est secundum Nauar. in man. Latino. c. 21. n. 32. & ob id dictum fuit in libello, Y por el consiguiente serme deuidos de derecho canonico.

6 Quæ decimæ sunt in triplici differentia, aut enim est prędialis, aut personalis, aut mista, vt docet Nauar. in Manuali. ca. 21. n. 29. & ob id dictum fuit in libello, Assi prædiales como personales, y mistas. & si fuerint prędiales solui debent, vbi prędia sita sunt, nisi consuetudo aliter se habeat: nam in decimis soluendis semper standum est cōsuetudini, vt probat tex. in cap. cum sint homines, & in capit. ad apostolicæ. de decimis. & ideò in dict. libello dictum fuit, De los fructos que se cogen de todos los predios y heredades sitas enel districto, y dezmatorio del dicho mi beneficio. & etiam ob id dictum

8 fuit in dicto libello, Estar en costumbre vsada y guardada. &c. Si verò decimæ fuerint personales, ibi solui debent vbi quis audit diuina officia, & recipit sacramenta, vt probatur in. c. quæsti sunt. 16. quæst. 1. & in dict. cap. ad Apostolicæ. & ita personales decimæ præstantur illi ecclesiæ in cui⁹ territorio sita est domus, in qua quis habitat, quia ibi tenetur diuina audire, vt in cap. 2. de parochijs. & in. ca.

9 cum quis. §. 1. de sepulturis. in 6. & ob id dictum fuit in libello. *Y de las personas que son mis feligreses, y administro los sanctos sacramentos, el dicho fulano siendo mi feligres y oyendo los diuinos officios, y recibiendo los sanctos sacramentos cada año en la dicha mi yglesia. &c.* Sed si quis in hyeme audiret

10 diuina officia in vna parochia, & in æstate in alia, tunc æqualiter decima diuideretur, si æquum fuerit tempus, aliàs pro rata temporis erit diuidenda secundum Innocen. & Anto. in cap. 2. de decimis. & si quis plura domicilia habuerit in

11 pluribus parochijs, ibi soluere debebit, vbi principale domicilium habuerit, secundum Henricum in cap. peruenit. de decimis. & si dubitaretur cuius parochię

12 esset domus, tunc inspiciendus erit situs ianuæ, & illius parochiæ erit in qua ianua sita fuerit, secundū Barto. in. l. quòd conclaue. ff. de damno infect. num. 6. Et si domus habuerit duo ostia, illud erit inspiciendum, quod est anterius, & tanquā nobilius & principalius iudicabitur esse ex illa parochia, vbi situm fuerit, argumento tex. in. l. cum in diuersis. ff. de religiosis domibus. & in. l. quæritur. ff. de statu homi. & additionator Bar. in dict. l. quod conclaue, & Corsetus de potestate regia. quæst. 37. Decimę verò animaliū

13 ibi solui debent, vbi docet glo. in dict. c. ad apostolicæ. & Henricus in dict. capi. peruenit col. 1. Matthæus de Afflictis in consti. Neapoli. lib. 1. Rubr. de decimis. num. 23. & Boerius in consuetu. Bituri. §. 13. Quod ita accipiendum est, nisi aliter cōsuetudo præscripta se habeat, quæ in hac materia attendi debet, vt supra diximus. Quæ decima tam prædialis, quā

14 personalis ex omnibus bonis debetur, vt colligitur ex cap. non est. ca. nuntios. & cap. ex parte. el. 2. cum alijs decimis, & in cap. reuertimini. c. decimæ. 16. q. 1. & notant Hostiensis in summa titu. de decimis. §. de quibus. num. 5. DD. in. d. c. non est. & Henricus in dict. c. peruenit. col. 3. Marcus Mantua in consil. 1. nu. 31. S. Tho. 2. 2. quæst. 87. artic. 2. Siluester in summa verbo, Decima quæst. 16. Soto lib. 9. de iustitia & iure, quæst. 4. artic. 2. & Rebuff. in Tract. de decimis. quæst.

15 8. à num. 1. Quo fit quòd ex omni frumento & ex omnibus leguminibus terræ decima solui debet, iuxta text. in capite. 3. cap. non est. cap. ex parte. el. 2.

16 de decimis. & ita de palea soluenda est decima, quia palea dicitur esse in fructu. vt in. l. adeo. versic. cum quis. ff. de

ac-

acquir.rer. domi. & in cap. multi.2.q.1. & tradunt Panorm. in dict. cap. peruenit.num.3.& Rebuff.in dict.q.8.nume.
17 3.Dum modo consuetudo non sit in cõ trarium, nempè quod decima non soluatur de minutis, secundum Sanctum Thomam.2.2.quæst.87.artic.2. & An-
18 tonium in dict.cap.ad Apostolicæ,in fine,& Felin.in cap.causam quę col. 1.de præscriptionibus.Et quę dicantur minuta explicat glo.in cap.cum in tua. de decimis.in quo tamen standum erit consuetudini,secundum Hostien.in cap.ex multiplici.col.2.versi.minutis. de deci-
19 mis.Similiter de fructibus arborum decima debetur,vt in cap.decimæ.in fine. 16.quæst.1.& in dict. capit.non est.& in dict.cap.cum homines.& tradit Betran-
20 dus in cõsil.247.vol.3.Et intellige quod ex pluribus fructibus collectis in vno anno ex eodẽ prædio decima debetur, vt probatur in dict.cap.ex parte. el.2.& ibi notant Ancar.& DD.& glo. in cap.
21 reuertimini.verbo,annus.16.quæst.1.In super decima debetur de prouentibus molendinorum, siue sint in aqua, vt in cap.peruenit.& in cap.pastoralis. de decimis.siue sint ad ventum,vt in capit.ex transmissa. siue sint quæ tractu hominum,aut bestiarum mouentur,secundũ Doct.in dict.cap. ex transmissa. & pro-
22 batur in.l.2.tit.20.part.1. Præterea decima debetur de furnis, secundum Doct. in dict.cap.peruenit.& in dict.capit.pastoralis.& in dict.l.2.tit.20.part.1.& Rebuff.in dict.quæst.8.num.28. Quas decimas personales esse, contra nonnullos DD. per quinque fundamenta contendit Abulensis.6.Tomo super Matth.ca.
23 23.quæst.163.col.2. Rursus decima debetur de piscarijs,in dict. cap. peruenit. quod intelligi potest dupliciter, vno modo,vt quis habeat flumina & stagna, in quibus piscatur,vel permittit piscari, & inde percipiat aliquam pensionem, tunc ex illis prouentibus decima debetur,& censetur prædialis.Secundo modo intelligitur, quando quis piscatur in flumine publico,vel priuato,ex concessione domini: tunc enim decima debetur ex lucro,& non ex prouẽtibus, quia in piscando non est aliquis redditus,sed potest esse lucrum, & ita decima censetur personalis,secũdum Abulensem vbi supra.quæst.161.post Inno.Ioannem Andream,Henricum,& Panorm.in dict. c. non est.Et iuxta hanc resolutionem est intelligenda glo. fin. in cap. licet. de fe-
24 rijs.Pari modo de pascuis decima debetur,id est de pretio quo pascua vendita sunt,iuxta text.in capit. commissum,de decimis.& ibi Innocen. Ioannes Andr. & Panormit. & tradit latè Abul.vbi suprà.quæst.155.col.1. & probatur in. l. 2.
25 tit.20.part.1.Si tamen gratis pascua concedantur,dominus gregis tenetur decimas soluere ex illa æstimatione, secundum Innocen. Panor. & omnes in dict. cap.commissum.standum tamen erit in hoc consuetudini,secundum Rebuff.in dict.quæst. 8. nume.22.De fœno etiam decima debetur,vt in dict. ca. peruenit. Insuper de lanis decima debetur,vt in.d.
26 c.peruenit.& in.d.l.2.tit.20.par. 1. Et de lacte & caseo, vt probat Abulensis vbi supra. q. 164. & probatur in d.l.2.ti.20. p.1.Quinimo ex butyro, quod fit ex lacte decima debetur, nõ tñ ex butyro q̃ fit ex pinguedine animalium, quia non est fructus pecoris, sed pars substantiæ eius,& cum animal iam sit decimatum,
27 non debet iterum decimari, secundum Abul.vbi supra,quæst. 166.Item ex fructibus animalium decima debetur,vt in dict.cap.non est.& in dict.l.2.9.& 10. ti. 20.part.1.& in Clemen.1. & ibi Cardin.
28 quæst. 15. de decim. Et aduerte quod in animalibus triplex est fructus, nempè lac,& quod ex lacte cõficitur:fœtus, &
29 lana,seu pillus,vt in.§.in pecudum,instit utis,de rerum diuisione. Et quando decima horum fructuum solui debeat,docet glo.in dict. cap. reuertimini. verbo, Annus.Panormit.in dict.cap.peruenit. num.3.& Rebuff.in Tract. de decimis.
30 quæst.12. Qua in re aduertendum est,

quòd

quòd decima agnorum soluenda non est statim cum nascuntur, sed tunc demum quando agnus est lactatus & nutritus, ita quòd congruus sit ad vsum, secundum Ioannem Andream in additio. ad Speculatorem. titu. de deci. & Oldrald. in consilio. 236. & Gregor. Lup. in. l. 9. verbo, Vn mes, tit. 20. part. 1. & in
31 l. 10. eodem titulo. & part. in gloss. 1. Ité decima debetur ex prædijs de nouo ad culturam redactis, iuxta text. in capite. commissum. & in capit. ad audientiam.
32 de decimis. Et quæ sint noualia probatur in capite. quid per nouale. de verbo. significatione. & notat gloss. fin. in dicto capitul. commissum. Speculator in titulo de probat. §. 1. verſiculo, sed quid si vna pars. & latè Rebuff. in Tractat. de
33 decimis. quæstione. 14. Debetur denique decima ex omni negotio, artificio, & militia, vt probatur in capite. non est. de decimis. & in capit. decimæ. 16. quæ-
34 stione. 1. & in. l. 3. titulo. 20. part. 1. In Hispania vero viget consuetudo non soluendi decimas ex lucris opificum, & negotiatorum, secundum Sotum libro no no de iustitia & iure. quæstione. 4. articulo. 2. columna. 3. quinimo Nauarrus in Manuali. capit. 21. numero. 31. testatur
35 consuetudinem legitimè præscriptam esse, non soluendi decimas personales in toto orbe Christiano, exceptis salario rum famulorum & famularum aliquarum regionum Hispaniæ. Et intellige, quòd decima ex fructibus prædiorum
36 solui debet integre, non deductis expen sis operis, nec deducto semine, aut pensione, quæ domino prædij soluitur, sed prius solui debet ex integro aceruo, vt probatur in dicto capitulo. cum homines. capite ex parte. 2. capit. non est. & capite. tua nobis. de decimis. & conuenit. l. 13. & 14. titu. 20. part. 1. & firmant Matthæ. de Afflic. in constitut. Neapoli. lib. 1. Rubric. 7. numero. 19. & Corsetus in singulari. 167. verbo, Integre. & Tiraquel. de vtroque retract. lib. 1. §. 15. glos.
37 1. aliter enim decimas soluens mortaliter peccat, vt notat Nauarrus in Manuali. capitulo. 21. numero. 31. At verò ex decima personali, quæ ex negocio vel artificio soluitur, vbi deficit consuetudo
38 non soluendi eam, impensæ deducendæ sunt, iuxta text. in capite pastoralis. de decimis. & notat gloss. in dicto capit. non est. & probatur in. l. 15. titulo. 20. parte. 1. & firmat Abulensis vbi suprà quæstione. 205. & cum pluribus alijs resoluit Didacus Perez in. l. 1. titu. 5. libro. 1. Ordinamenti. columna. 207. in fine. Et quia ex omnibus supradictis decima debetur, dictum fuit in libello, Y teniendo como tiene muchas heredades de pan lleuar,
39 pastos de yerua, rios, &c. Præterea decimas integrè non soluens pluribus pœnis afficitur, vt colligitur ex dicto capit. reuertimini. dicto capit. decimæ. capite. decimas, el primero. 16. quæstione. 7. & res alienas dicitur inuadere, iuxta tex. in dicto capite. decimæ. & in Concilio Tridentino. sessione. 25. de reformatione. cap. 12. & per consequens eas rapere, cũ
40 idem sit iniustè detinere & rapere, iuxta text. in capit. sæpè. de restitutione Spoli. & notat gloss. in dicto capit. decimæ. ac
41 ideo infamis censetur, secundum Hostiensem in summa, de deci. §. & quare. diciturque esse constitutus in peccato mortali, vt notat gloss. in dicto capit. cũ homines. verbo, Fructibus collectis. ob idque excommunicatur, vt in dicto capit. peruenit. capit. nuntios. cap. ex parte el 2. & capit. non est. de decimis. & in dicto capit. 12. Concilij Tridentini. Quinimo non soluens decimas, est in peccato mortali anteaquam sibi petantur, quia non soluit quando soluere debebat, secundum Ancharranum & Panormitanum. numero. 3. in dicto capit. peruenit. & in dicto cap. cum homines. Siluestrũ in summa. verbo, Decima. quæstione. 3. & Nauarrum in Manuali Hispano. cap. 21. nume. 32. & in Latino. eodem capite. 21. num. 31. verſiculo. tertio. tametsi Cardinalis in dicto cap. peruenit. & in dicto cap. non est. & Archidiaconus in cap. 1.

de

de decimis.in.6. & Felinus in cap. si autem numero. 5. de rescript. & Balbus in Tract.de præscript.1.parte.5.partis.q.7. num.12.teneant,non soluentes decimas tempore debito,non esse in peccato,donec ab eis petantur. Et plures alias pœnas & incommoda aduersus non soluẽtes decimas congerit Rebuffus in Tra. de decimis.q.vltima.

42 Oblato prædicto libello actionis coram iudice, el juez dize que lo ha por presentado, y q̃ se de copia del a la otra parte, quia copia libelli aduersario dari debet,secundum Angelum in.l.1.§.edere.ff.de edendo.per text.in Authen. offeratur.C.de litis contestatione. & probatur in.l.4 tit.2. part.3. Y mas dize el juez,que se le notifique q̃ para la primera audiencia responda. quod procedit ex glo.in.l.de pupillo.§.meminisse. ver. Eum.ff. de operis noui nunciatione. & ibi Alexand.& Iaff.& ex glo.fin. in cap. ex parte. 1. de verb. signifi.& ibi Panor. Y dize mas el juez que se notifique al reo,que nombre y dexe procurador cõ acceptacion de la causa,con quien se hagan los autos, donde no que le assẽala su auditorio, adonde le seran notificados los autos tocantes a esta causa: los quales le pararan tanto perjuyzio, como si en persona le fuessen notificados, y assi lo prouee y manda y lo firma de su nombre. Testigos fulano y fulano.

43 Y a la siguiente audiencia parece el actor o su procurador, y accusa la rebeldia al reo, porque no responde a la demanda,y el juez manda por otro termino que responda a la primera audiencia, a la qual el actor parece si no ha respondido el reo,y le accusa la rebeldia, porq̃ no responde a la demanda:y el juez mãda por otro termino que responda a la primera audiencia peremptoriamente, donde no que procedera a hazer justicia, a la qual parece el actor y le accusa la rebeldia,diziẽdo que ha lleuado tres terminos,y no ha respondido,ni respon de,y pide se proceda per vnum ex remedijs,per nos traditis in secunda parte huius secundi Tomi. In tribunali tamen episcopali Salmantino, & in tribunali scholastico, quando reus in dilationibus à iudice assignatis non respondet, nec litem contestatur, proceditur aduersus eum, vel eius procuratorem per censuras,donec respondeat & litem cõtestetur. Y assi el actor o su procurador passado el tercer termino peremptorio, que el juez dio al reo para responder parece ante el reo accusando la rebeldia al reo porque auiendo lleuado tres terminos no ha respondido, y pide se de carta declaratoria y las de mas agrauadas fasta que responda, y el juez manda dar carta con costas contra el reo o su procurador, en que le manda que para primera audiencia parezca a responder derechamente a la demanda, so pena de excommunió mayor. E por no auer respõdido en los terminos que le auian sido dados,so la dicha pena de excommunió mayor le manda que pague las costas de aquel mandamiento, y su notificació y q̃ passado el dicho termino no auiẽdo respõdido,ni cũplido el dicho su mãdamiento,fechas y repetidas las canonicas monitiones que el derecho manda, le descomulga en aquellos escriptos y por ellos. Y sino responde en el dicho termino,da se carta declaratoria, y las de mas agrauadas hasta el braço seglar si es lego,o clerigo persona poderosa. Y si es clerigo tal que cõ su familia y ministros lo puede prender el juez eccleſiastico,lo prende: y si toda via perseuerare en su contumacia y no quisiere responder, entõces el actor elige vno de dos remedios, O pedir que sea metido en la possession de los bienes del reo, o que se 44 proceda hasta la sentẽcia diffinitiua. Sed si reus in aliqua ex dilationibus à iudice assignatis statim respondeat, vel postquam fuerit excommunicatus respondeat confitendo id quod in libello actoris continetur,iudicium finitur cum pro condemnato habeatur,vt in.l.1.ff.&.C.

de confessis. nisi sit aliqua causa, in qua periculum animarum versetur, nec sit standum partium confessioni, sed necessaria sit alia indagatio veritatis, vt si agatur ad dissolutionē matrimonij, vel ad quid simile. Cæterum si reus contenta in libello actoris negare velit, tunc aduertere debebit, an aliqua exceptio dilatoria sibi competat, quia ante litis contestationem tenetur eam opponere, ac ideo de exceptionibus dilatorijs opportune dicendum erit.

Ex Capite Sexto.

SVMMARIA.

1 *EXceptiones dilatoriæ in foro ecclesiastico proponi debent intra terminum à iudice assignatum.*

2 *Exceptio recusationis prius opponi debet ab eo, qui plures exceptiones dilatorias habet, & super ea est prius procedendum, protestando de alijs dilatorijs.*

3 *Exceptio declinatoria fori ante alias exceptiones dilatorias, præter recusationis, est opponenda.*

4 *Suspitionis causa alleganda & exprimenda est de iure canonico in libello recusationis, licèt secus de iure ciuili, siue iudex recusatus sit ordinarius, siue delegatus.*

5 *Causæ, ob quas iudex ecclesiasticus recusari possit, quot sint remissiuè.*

21 *Decreti primi & ſecundi quæ ſint aptiores deffinitiones.*

22 *Vt poſsit perueniri ad primum & ſecũdum decretum plura requiruntur.*

23 *Decretum primum, vt interponi poſsit, requiritur, quod reus fuerit peremptoriè citatus, & ſi non venerit vel miſerit, quod miſsio in poſſeſsionem contra eum fiat.*

24 *Citatio peremptoria dicitur quando in citatione apponitur verbum peremptoriè, vel cum factæ ſunt tres citationes aut vnica pro tribus, & alijs modis, remiſsiuè.*

25 *Intellectus. l. & poſt edictum. ff. de iudicijs.*

26 *Citatio noua poſt peremptoriam plerũque de æquitate canonica fit.*

27 *Intellectus. l. 2. C. quomodo, & quando iudex.*

28 *Intellectus. c. fi. de eo, qui mittitur in poſſeſsionem.*

29 *Intellectus. l. ignorare. C. de reſti. militũ.*

30 *Citatio peremptoria non eſt neceſſaria de iure regio ad interpoſitionẽ primi decreti, ſed ſufficit vnica citatio.*

31 *Citatio peremptoria, quæ de iure communi requiritur ad interponendum primum decretum debet fieri in perſona rei ſi inueniri poteſt, alias ad domum eius.*

32 *Intellectus. l. ſcire etiam. §. qui autem. ff. de excuſ. tutorum.*

33 *Conciliatur opinio Innoc. & Panor. cum communi contraria.*

34 *Citatio vnica, quæ ſufficit de iure regio ad interponendum primum decretũ, fieri debet in perſona rei cõtumacis.*

35 *Decretum primum vt interponi poſsit requiritur, quod actor compareat in termino citationis coram iudice incuſans contumaciam rei.*

36 *Decretum primum, vt interponi poſsit, etiam requiritur, quod poſt peremptoriam citationem libellus ab actore offeratur in cauſa principali.*

37 *Libellus, in quo actor petat ſe mitti in poſſeſsionem ex primo decreto, non eſt neceſſarius, poſtquam præceſsit citatio & alius libellus in cauſa principali, ſed ſufficit qualiſqualis petitio à notario in actis redacta.*

38 *Quantitas pro qua petitur primum decretum, debet excedere ſummam ſexcentorum marapetinorum, quod ſi non excedat, proceditur per captionem pignorum.*

39 *Decretum primum, vt interponi poſsit, requiritur etiam quòd conſtet ſemiplenè de debito, vel ſaltim, quod actor præſtet iuramentum de calumnia antequam in poßeſsionem mittatur.*

40 *Iuramentum, quod actor præſtare debet antequam in poſſeſsionem mittatur, non ſufficit, quod præſtitum ſit in libello cauſæ principalis, ſed præſtandum eſt in ipſa miſsione.*

41 *Miſsio in poſſeſsionem iudicis officio nobiliexpeditur.*

42 *Iuramentum de calumnia in miſsione poſſeſ-*

possessionis præstitum, an sufficiat ad totam causam principalem, si antea præstitum non sit, remissiuè.

43 Actor agēs actione reali mittēdus est in possessionem rei petitæ, si vero agat personali in possessionem bonorum debitoris pro modo & quantitate debiti.

44 Missio in possessionem prius fieri debet, in bonis mobilibus, & his deficientibus in immobilibus, & in horum defectu in iuribus, actionibus, & nominibus debitoris.

45 Missio in possessionem ex primo decreto cessat, si reus compareat coram iudice sponsas reficiendo, & præstando cautionem de stando, & parendo dummodo compareat intra annum à die missionis vel intra terminum eidem præfixum.

46 Reus vt possit recuperare possessionem in quam actor ob eius contumaciam fuit missus, debet comparere intra mensem, si fuit facta missio ex actione personali, & intra duos, si ex actione reale secundum ius regium.

47 Iudex potest ex causa abbreuiare omnes dilationes à iure præscriptas, vel prorogare etiam sine ministerio iudicis concessas.

48 Intellectus. c. cum venissent. de eo, qui mittitur in poss.

49 Missio in possessionem post legitimam appellationem, nulla est, & venit reuocanda per viam attentatorum.

50 Reo non comparente intra terminum iuris præstando cautionem, & sponsas potest procedere iudex ad missionē ex secundo decreto.

51 Ad interpositionem secundi decreti requiritur, quod reus iterum citetur, vt fuit citatus ad primum decretum quæ noua citatio de iure regio nō est necessaria.

52 Vt secundum decretum interponi possit etiam requiritur, quòd reus latitet, & quod præcedat cognitio semiplena de debito: quæ cognitio de iure regio non est necessaria.

53 Vt secundum decretum interponi possit, etiam requiritur, quod terminus à iure vel à iudice præscriptus sit elapsus.

54 Missus in possessionē ex secundo decreto efficitur verus possessor, & potest longo tempore dominium acquirere.

55 In actione reali non est locus missioni in possessionem ex secundo decreto, secus vero in personali.

56 De iure regio missus in possessionem ex primo decreto elapso vno mense in actione personali, & duobus in reali, statim efficitur verus possessor sine interpositione secundi decreti.

57 Missio in possessionem fieri potest in re petita si agatur actione reali, & in bonis omnibus debitoris si agatur actione personali.

58 Missio in possessionem fieri potest etiā in bonis alienari prohibitis in vita possessoris.

59 Missio in possessionem ex primo & secūdo decreto non habet locum in beneficio ecclesiastico, & quæ sit ratio.

60 Tituli beneficiales sunt perpetui.

61 Missio in possessionem ex primo decreto est annalis.

62 Res profanæ etiam absque titulo haberi non

ri non possunt.

63 Authoritas iudicis excusat possidentẽ.

64 Sentẽtia iudicis in beneficialibus trãsit in authoritatem rei iudicatæ.

65 Dominium rerum profanarum regulariter non acquiritur nisi per traditionem, & acquisitionem possessionis.

66 In beneficialibus ius & dominium eorũ nõ acquiritur ex sola possessione, & traditione.

67 Beneficia ex sola canonica institutione & prælatorum prouisione, non etiam ex sola possessione acquiruntur.

68 Iudicis authoritas de mittendo quem in possessionem beneficij ex primo decreto non excusat, nec titulum canonicum tribuit.

69 Missio in possessionem non solum non habet locum in beneficijs obtinẽdis, sed etiam in iam obtentis.

70 Missio in possessionem ex primo decreto, etiam fieri non potest in fructibus beneficij.

71 In fructibus percipiendis magis attenditur ad ius corporis ex quo percipiuntur, quam ad ius seminis.

72 Missio in possessionem ex primo decreto, fieri potest in fructibus beneficij separatis & perceptis non etiam in pendentibus.

73 Missio fieri potest in proprietate ecclesiæ.

74 Executio fieri potest in fructibus beneficij iam perceptis.

75 Fructus beneficij iam percepti assignari possunt œconomo causa custodiæ.

76 Decretum primum & secũdum interponi debent per iudicem merum vel mistum imperium habentem, à quo etiam reuocari debet missio facta nisi in causa damni infecti.

77 Damni infecti causa celeritatem desiderat.

78 Missio in possessionem ex primo decreto delegari non potest ab inferiori principe secundum ius ciuile, secus autem secundum ius canonicum.

79 Missionis in possessionẽ ex primo decreto plures sunt effectus, remissiuè.

80 Missus in possessionem ex primo decreto, intra annum verus possessor fit in actione reali reuocabiliter, & post annum irreuocabiliter secundum cõmunem legistarum.

81 Missus in possessionẽ ex primo decreto in actione reali, secundum communẽ canonistarũ nõ fit intra annũ possessor, sed tantum custos.

82 Missus in possessionem causa rei seruandæ non possidet, sed tantum detinet.

83 Actor missus in possessionem ex primo decreto in actione reali expellit reũ contumacem de possessione rei, vt reus eius detentationem amittat, & ipse actor ea potiri possit.

84 Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali, non expellit cõtumacem à possessione rei, in qua fuit missus, quia non est detentator, sed tantum custos.

85 Missus in possessionem ex primo decreto tam in actione reali quam personali expellit reum à possessione rei, secundum ius regium.

86 Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali, non fit intra annum

annum verus possessor, sed tantum est custos.

87 Missus in possessionem ex primo decreto intra annũ, non facit fructus suos, siue sit missus ax actione reali, siue personali.

88 Reo contumaci comparenti intra annũ præstanti spensas & cautionem tenetur actor qui missus fuit in possessionem ex primo decreto in actione reali, restituere possessionem rei cũ fructibus perceptis.

89 Missus in possessionem ex primo decreto in actione personali, tenetur computare fructus perceptos in sortem principalem reo comparente intra annum, præstando spensas & cautionem.

90 Missus in possessionem ex primo decreto non potest intra annum intentare remedium possessorium, vti possidetis.

91 Actor missus in possessionem ex primo decreto in actione reali verus efficitur possessor intra annum, si reus fuit contumax post litem contestatam.

92 Missus in possessionem in actione reali ex primo decreto verus efficitur possessor intra annum, si ob nimiam rei contumaciam missus sit in possessionem.

93 Missus in possessionem ex secundo decreto verus efficitur possessor & dominus, quando bona erant debitoris, alias transfertur in eum vsucapiendi conditio.

94 Missus in possessionem ex secundo decreto, ita demum efficitur dominus, si per longum tempus vsuceperit.

95 Intellectus. 9. Iulianus. l. si finita. ff. de dã no infecto.

96 Missus in possessionem ex secundo decreto facit fructus suos.

97 Fructus ratione possessionis acquiruntur.

98 Actor missus in possessionem ex secundo decreto efficitur reus, & reus cõtumax efficitur actor.

99 Missus in possessionem ex secundo decreto non tenetur reo respondere super possessione, sed tãtum super proprietate.

100 Missus in possessionem ex secũdo decreto non tenetur respondere reo super proprietate in causa damni infecti, & in causa noxali, & de peculio.

101 Missus in possessionem ex secundo decreto potest facere vt vendantur res debitoris in quarum possessionẽ fuit missus, vt ei satisfiat, & si minus debito valeant, quod reus suppleat de alijs bonis.

102 Praxis, quæ obseruatur in fulminando processu in via primi & secundi decreti, Hispano sermone conscripta.

103 Petitio, qua actor petit in foro ecclesiastico mitti in possessionem ex primo decreto ob contumaciam rei, Hispano sermone concepta, postquam libellus actionis iam erat præsentatus.

104 Libellus, quo actor simul petit se mitti in possessionem ob contumaciam rei, & proponit actionem aduersus eum in foro ecclesiastico.

105 Praxis, quæ obseruatur in foro ecclesiastico postquam actor porrigit libel-

lum

lum, in quo petit se mitti in possessionem ob contumaciam rei.

106 *Sententia, qua iudex pronuntiat actorẽ mittendum esse in possessionem ex primo decreto, est interlocutoria & non diffinitiua, vnde ab eo reuocari potest si constiterit in debitum peti.*

107 *Missio in possessionem ex primo decreto non est reuocanda nisi citato eo qui rem detinet.*

108 *Appellari non potest à sententia, qua iudex pronuntiat actorem mittendum esse in possessionẽ ex primo decreto.*

109 *Sentẽtia interlocutoria missionis in possessionem ex primo decreto Hispano sermone concepta.*

110 *Praxis, quæ obseruatur postquam iudex pronuntiat actorem mittendum esse in possessionem ex primo decreto, describitur.*

Caput Vnicum.

1 Licet enim regula iuris sit, quòd nemo inuitus agere, vel accusare compellatur, vt in. l. vnica. C. vt nemo in
2 uitus. & in. l. 46. tit. 2. par. 3. altera tamẽ iuris regula est, quod iudicium in inuitũ reddatur, vt in. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verborum obligationibus. & in. l. consentaneum. C quomodo & quando iudex. & in capit. 2. de litis cont. in. 6. ibi,
3 iudicium suscipiat omnino. Quæ regulę ita componuntur, quòd prima in actore locum habeat, qui compelli ad agendum non debet, secunda verò procedat in reo qui compellendus est actori respondere, secundum Alexandrum. numero. 5. & Iasso. numero. 3. in dict. l. inter stipulantem. §. 1. quam compositionem testatur communem esse Bologninus. numero. 78. & Michael Vrcurrus. numero. 90. in. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno infecto. & eam probat lex decima. titulo. 3. part. 3. & ibi Gregorius Lupus in gloss. 2. Oppositam tamen sententiam, imò priorem regulam etiã in reo obtinere, tenet glo. in dict. l. vnica. verbo, Inuitus. & gloss. in Authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. verbo, locum. & ibi Barto. numero 19. & in dict. §. Iulianus num. 16. Auendanius in responso. 1. num. 21. & communiter alij secũdum Bologninum in dict.
4 §. Iulianus. numero. 78. Quæ tamen opiniones componi possunt, nempè quod prior intelligatur reum esse compellendum iudicium suscipere causatiuè & cõditionaliter, hoc est, quod illud suscipiat nisi maluerit pati remedia contra eum à iure prodita: posterior verò intelligatur, nempè quòd non sit præcisè & omnino compellendus iudicium suscipere, ita prædictas communes opiniones ad inuicẽ contrarias componũt Bologninus, & Vrcurrus vbi suprà. Vnde cum varijs artibus rei conuenti subterfugerent iudicia, & dilationibus vterentur, vt actores ius suum consequi non possent, & ob id se contumaciter absentarent, varia remedia à iure cæsareo, & pontificio aduersus reum contumacem prodita sunt, vt dolus & malitia eidem non patrocinarentur, & finis litibus citius imponeretur. Et ita contra reum contumacem proceditur per remedium
6 secrestationis, iuxta text. in capit. 1. & 2. de secrestatione posse. & fruct. & in cap. 2. de dolo & contumacia. & etiam per remedium excommunicationis, vt in capit. 1. de iudi. capit. tuæ. cap. quoniam frequenter. §. in alijs. vt lite non contestata, excommunicatio enim est neruus
7 ecclesiasticæ disciplinæ ad conpescendos contumaces, vt in capit. certum est 11. quæstione. 3. & in Concilio Tridentino sess. 25. de reformatione. ca. 3. quod remedium in tribunalibus ecclesiasticis magis frequentatur. Sed hodie in dict.

8 cap.3.Concilij Tridentini.sess.25. mandatur omnibus iudicibus ecclesiasticis, quod in causis iudicialibus se abstineant tam in procedendo quam in definiendo à censuris ecclesiasticis, quando executio realis,vel personalis fieri poterit, sed quod per mulctas pecuniarias procedant, siue per captionem pignorum,vel personarum, vel alia iuris remedia : & tunc demum ad censuras perueniãt quãdo supradicta fieri non possint,& ita tutum non erit à remedio censurarum incipere,nisi alijs præcedentibus,alioquin causa ad supremum consilium regium deferri posset,cùm in derogationem cõcilij Trident.& contra eius prohibitionem sit,ex his quæ notauimus in vltimo Præludio huius secundi Tomi, interposita prius appellatione à talibus censuris ad iudicem ecclesiasticum superiorem: nam ad solos ecclesiasticos cognitio huius rei pertinet, non vero ad seculares, vt in dict.cap.3.Concilij Tridentini dicitur. Sed si iudex censuras proferens noluerit deferre appellationi, per viam violentiæ poterit negocium ad consiliũ Regium deduci,de qua violentia consilium Regium cognoscit,& ita est intelligendum, quod paulò superius resoluimus. 9 Et si in excommunicatione reus persistat,si clericus fuerit in carcerem detruditur,si vero laicus,post cẽsuras, per inuocationem auxilij secularis, à iudice seculari capitur: & si adhuc in sua contumacia perseueret, nec per supradicta remedia satis consultum sit actori, tunc poterit actor eligere vnum ex duobus 10 remedijs,vel quod procedatur vsque ad sententiam diffinitiuam aduersus contumacem,si liqueat vel liquere possit de causa,iuxta text.in.l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. tex.in cap. quoniam frequẽter. §. in alijs. vt lite nõ contestata.& in. ca. vnico.de eo qui mittitur in possessionem causa rei seruandę 11 in lib.6. Quod remedium de iure communi procedit,quando reus fuit contumax post litem contestatam à iudicio recedendo contumaciter,iuxt. tex.in.d. l.consentaneum.sic intellectum à gl. fi. ibi recepta communiter à Barto.& alijs ibi,ex Boerio in repetitione.d.l.consentaneum.n.44.& resoluit gl.in.ca.prout. versic.diffinitiua.de dolo & contu. quã dicit magistram Panorm.ibi.num.18.Et ita intelligi debet tex.in dict. §. in alijs. 12 & reliqua iura mentionem facientia de isto remedio: & ratio est, quia ante litẽ contestatam nec ad receptionem testiũ, nec ad sententiam diffinitiuam procedi tur,vt in toto titulo vt lite nõ cõtest. & in propria specie expressè probat tex. in capit.tuæ.vt lite non contestata.& in.l. quia absente.iuncta glo.1. C. de procurat.& in cap.prout.de dolo & contuma 13 cia.Cui vero intellectui non obstat tex. in Authent. qui semel. C. quomodo & quando iudex. nam respondetur illum tex.loqui in actore contumace, aduersus quem lite non contestata ad diffinitiuam proceditur,secus autem est quando aduersus reum contumacem proceditur,secundum glo.in.d.Authen qui semel verbo,Locum.& glo.in dict.c.causamque.verbo,Ad domum. & glo.3. in cap.quicunque.11.q 3.& cõmuniter omnes ex Grego.Lupo in.l.9.titu. 22.par.3. verbo,Començado.& tradit Cuia.in expositione nouellarum, in nouella. 69. Cui interpretationi non obstat text.in 14 d.c.quoniam frequenter.§.porrò.& in cap.cum olim.de testibus.& in.d.c. vnico.de eo qui mittitur.in.6.quibus in locis ad sententiam diffinitiuam lite non contestata proceditur aduersus reum contumacem.Nam respondetur,in prædictis iuribus illud specialiter inductum esse propter periculum fornicationis,& propter fauorem libertatis, & propter periculum vacationis beneficij, vt colligitur ex.d.§.porrò.& tradunt Dominicus.in.d.c.vnico.num.5 & Docto.in. d. iuribus.De iure autem Regio in isto remedio proceditur aduersus reum contumacem ante litem cõtestatam,iuxt. tex. in.l.1.titu.11.lib.4.Recopilat.& idem de

stylo

ſtylo obſeruatur in Gallia teſte Boerio vbi ſuprà.num.33.Et quando hoc remedium ab actore eligitur in eo procedi-
tur forma,qua in via ordinaria diximus, in.1.Parte.huius.2.Tomi. Y entonces el juez haze los autos con los eſtrados del auditorio: vel poterit actor eligere alterum remedium,ſcilicet, quod ad primũ & ſecundum decretum procedatur, ad cogendum contumacem ,vt ſeſe repre-
15 ſentet,& tædio affectus veniat reſponſurus,vt probatur in.d.l.cõſentaneum. & in.d.c.quoniam frequenter.§.in alijs.& in cap.1.cap.prout.c. contingit. de dolo & contumacia.& in tit.de eo qui mittitur in poſſeſsionem,& in.l.2.tit.11.lib.4. Recopil.quod remedium iure regio appellatur Aſſentamiento,vt in.l.1.&toto tit.11.lib.4. Recopil.& in tit.8.p.3. & in
16 l.2.tit.4.libr.2.fori. Et eſt aduertendum quod ſi actor elegerit vnũ ex prædictis remedijs,& per illud nõ fuerit ſibi ſatis conſultum,poterit ad alterum redire,argu.tex.in.l.1.§.quid ergo.ff.de inſpiciendo ventre.& docet Bart.in d.l.conſentaneum.n.17.& Panor.in.d.c.prout.n. 20. & Decius conſil. 460.n.9.vol.2.etiam ſi procedatur aduerſus minorem cõtumacẽ,vt in.l.3.ti.11.li.4.Recop.Sed quia remedium miſionis in poſſeſsionem ex.1. & 2.decreto difficilius eſt ,ideo latius à nobis de eo agendum erit. Ad cuius faciliorem explicationem nonnulla erunt prænotanda: primo quibus modis accipiatur decretum,quotuplex ſit ,& quid ſit: ſecũdo quæ requirãtur adhoc vt perueniatur ad primum& ſecundũ decretũ, tertio in quibus rebus & cauſis interponi poſsit: quartò quis poſsit miſsionem in poſſeſsionem ex.1.&.2.decreto facere: quintò quos effectus habet primũ & ſecundum decretũ:ſextò quæ ſit forma & ordo fulminãdi proceſſum in primo & ſecundo decreto.

17 Ad primum deueniendo dicendũ eſt, decretũ varias acceptiones habere,vt reſoluit Iaſ.in.l.ne quicquam.§.vbi decretũ.ff.de offi.proconſulis.& Vrcurrus in d.§.Iulianus.n.29. & plures alij quos refert & ſequitur Dida. Perez in.l.1.tit.9. lib.3.Ordin.glo.1.in princ.in noſtra tamen ſpecie decretum ſumitur pro iuſſu iudicis dimittẽdo aliquem in poſſeſsionem bonorum ob contumaciam rei,vt probatur in.l. cum proponas. & in Authen.ei,qui.C.de bonis authoritate iud. poſsi.& notat gl. in.d.l.ſi finita.§.ſi plures.verb.Prius.& vtrobiq; Doctores.Et in hac acceptione decretum ſumptũ duplex eſt,nẽpè primum & ſecundũ,iuxta text. in dict.l.ſi finita.§. Iulianus. quem ibi dicit vnicum Imola:nam licèt ſit dare.1.& 2.decretũ,nullus tamen tex.eſt in iure mentionem ſecundi decreti faciens præter.d.§.Iulianus.vt notat etiã ibi Bologninus.n.18.& Vrcurrus.n.28.Et omiſſa definitione gl.in.d.§.ſi plures. verbo. prius.quã reprobãt ibi Bart.& alij communiter. & ſi eã defendat Bologninus in.d.§.Iulian°.n.32.cuius defenſionẽ impugnat ibi Vrcurrus.n.35. omiſſa etiam alia definitione Bart.quã improbãt Bologninus & Vrcurrus vbi ſuprà,licèt eã defendat Menoch.li.2.de arb.cẽtu.1.caſu.6.n.1.reiectiq; alijs definitionibus traditis à Bolognino & Vrcurro vbi ſuprà exiſtimo aptiorẽ definitionẽ eſſe, quod
21 primũ decretũ eſt,primus iuſſus iudicis contra reũ contumacẽ ad eius cõtumaciã compeſcendã in fauorẽ actoris,ſuper miſsione in poſſeſsionẽ deliberatè factus:ſecundum decretum eſt , ſecundus iuſſus iudicis cõtra reũ in priorẽ cõtumaciã perſeuerãtem in fauorem actoris deliberatè factus, vt verus fiat poſſeſſor. Quę definitio colligitur ex Speculatore in Ru.de.1.&.2.decreto. Saliceto in.d.l. cũ proponas. Marãta de ordine iudiciorum.6.p.memb.2.n.12.& Dida.Perez in l.1.tit.9.lib.3.Ordi.in glo.1.q.3.

22 Ad ſm̃ dicẽdũ eſt,plura requiri ad deueniẽdũ ad.1.&.2.decretũ. Primò enim
23 requirit ad interponẽdũ 1. decretũ,q̃ re° peręptoriè fuerit citatus,& ſi nõ venerit vel miſerit,q̃miſsio in poſſeſsionẽ cõtra eũ fiat,vt tędio affect° veniat reſpõſur°,

iuxta text.in. l. cum legati. ff. quibus ex cauſis in poſſeſsionem eatur. & in dict. capit.quoniam frequenter. §.in alijs. & gloſſ.in dict.l.ſi finita.§.ſi plures.verbo, Prius. receptam communiter ex Alexandro ibi.numero.8.& Bolognino vbi ſuprà.num.37.& Boerio in dict. l. conſentaneum.numero.113. & idem firmat gloſſ.in capit. quoniam contra falſam. verbo,Dilationes.de probat.& gloſſ.in capit. 1.de milite vaſal.qui contu.in vſi. feud. & probatur in. l. præſenti. §. cum autem. C.de his qui ad eccle.confug. & in dict.l.conſentaneum.ibi,ternis literis vel vno peremptorio.& notat Didacus Perez in dict.l.1.tit.9.lib.3. Ordin. quęſtione.9.& Menochius libr. 2. de arbit. centu.1.caſu.6.num.3.& citatio peremp
24 toria dicitur, quando in citatione appo(nitur verbum, Peremptoriè, vt in. l. ad peremptorium. ff. de iudic. & idem eſt quando factæ fuerunt tres citationes,vt in. l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex, vel quando vnica pro tribus facta eſſet, ſecundum glo.in dict. cap.quoniam contra falſam.verb. dilationes.& ibi Panorm.& Gregorium Lupum.in.l.1.tit.8. part.3.in gloſſ.verb.no queriendo. & idem eſt quando in ipſa citatione dicitur , quod aliter termino elapſo iudex procedet in cauſa,ſecundũ Bart. receptum communiter in dict. §. Iulianus. Dicitur etiam alijs modis peremptoria citatio,vt notat Didacus Perez vbi ſuprà colũ. mihi.1119. Nec huic verę reſolutioni obſtat text.in.l.& poſt edictum. ff. de iudi. vbi probatur aliam quartam citationem requiri poſt edictũ peremptorium,ergo videtur non ſufficere citationem peremptoriã, ſed poſt
25 eam eſſe neceſſariam aliam citationem: nam reſpondetur, quod illud quod dicitur in dict.l.& poſt edictum,intelligi debet ex vrbanitate,non tamen ex neceſsitate,ſecundum gloſſam ibi,verb. debet. receptam à Bart. ibi, num.1. & ab alijs relatis per Boerium in dict. l. conſentaneum.num. 64. & eandem ſolutionem aſsignat glo.in cap.de illicita.verbo.peremptorio.24.quæſt.3. Quæ tamẽ interpretatio corrumpit literam illius text. quia verbum,Debet,magis ad neceſsitatem quam ad voluntatem refertur, vt notant Decius & alij communiter in.c. intelleximus.de iudic.Quare text.in.d.l. & poſt edictum. aliter interpretantur Duarenus in lib.1.diſputa.c.7.Antonius Coſtanus & Concius in.d.l.& poſt edictum , & ita non obſtat text.ille prædictæ veræ opinioni:quæ habet poſt citationem peremptoriam ad interponendum.1.decretum aliam nouam citationem neceſſariam nõ eſſe,à qua vera opi
26 nione difficile eſſet recedere ſecundum Vrcurrum in.d.§.Iulianus.num.45.in fi ne.De æquitate tamen canonica plerũque in foro eccleſiaſtico poſt peremptoriam citationem,alia noua citatio fit,ſecundum Panor.in capit.cum dilecti.nu. 18.de dolo & contumacia. & Auguſtinum Beroi.in dict.cap.quoniam contra
27 falſam.num. 143.Non etiam ſupradictæ verę reſolutioni obſtat tex.in.l.2.C.quomodo & quando iudex, vbi probari videtur, quòd ceſſante peremptoria citatione ad ſententiam, id eſt, ad decretum peruenitur,ergo videtur neceſſariam nõ eſſe peremptoriam citationem ad interponendum primum decretum.Nam reſpondetur omiſsis duabus primis ſolutionibus glo.ibi verb.edicti.quia diuinationem continent,& illum text.reſtringunt: omiſſa etiam alia interpretatione Decij in cap. conſuluit.nu.10.de offi.deleg. quam ibi tanquam nouã vendicat Vrcurrus in dict.§.Iulianus.nu.53. quia multum reſtringit illum text. generaliter loquentem in quacunque cauſa tã plenaria quàm ſummaria : reiectaque alia ſolutione Decij vbi ſupra , quam ſibi tanquam nouam alcribit Bolognino in dict.§.Iulianus.num.60.& eã optimè impugnat Vrcurrus vbi ſupra nu. 51.exiſtimo melius dicendum eſſe cum glo.in dict. l.2. verb.edicti.in fine.ſcilicet,quod text. ille lõquitur quando ipſemet,

semet iudex monuit reum, vt ad se veniret, quæ monitio à iudice facta vim peremptorij habet. Quam interpretationem communiter receptam esse testantur Panormitanus.nume.2.in cap.quoniam abbas.de offic. delegat. Bologninus num.58.& Vrcurrus numero.48.in dict. §. Iulianus. & eandem interpretationem assignat glo.in dict. l.& post edictum verbo.debet.& glo.in cap. consuluit. verb.terminum. tametsi eam refutet Bologninus vbi supra.num.59. per plura fundamenta,quibus satisfacere poteris ex notatis à Decio in dict. cap.con
28 suluit.& Vrcurro vbi supra num.49.Ex qua vera resolutione nouè intelliges text.in cap.fin.de eo qui mittitur in possessionem, ibi, post citationis edictum, scilicet,quod tex. ille probat quod si ante citationem reus abfuerit, non haberet locum missio in possessionem ex.1. decreto:nam certi iuris est, necessariam esse citationem peremptoriam ad interponendum primum decretum, vt supra resoluimus,& ita non est necessaria suppletio glo.ad illum text. nec aliæ inter-
29 pretationes Panorm.ibi.Cui intellectui non obstat text.in.l.ignorare. C. de restitutione militum: nam respondetur, ibi citationem præcessisse, saltem ad domum,quia ablens inueniri non poterat, vt notat Panormita. in cap. causamque
30 num. 6. de dolo & contumacia. Cæterum in foro seculari de iure huius regni ad primum decretum necessaria non est peremptoria citatio, sed sufficit vnica citatio, nempe quod reus citatus sit in causa principali, vt ad libellum respondeat,iuxta text.in.l.1.tit.11.lib.4.recopil. per quem text. sublata sunt verba illa, quæ olim apponebantur in.l.1. titu.9.li. 3. ordinamenti, ibi, por tres emplazamientos. Et iuxta prædictam legem recopilat.intelligi debet lex.108.titulo.18. part.3.& per eandem legem comprobatur opinio Bolognini in dict.§.Iulianus. num.45.asserentis, ad primum decretum nullam citationem necessariam esse, sed sufficere citationem peremptoriam in causa principali factam. Quæ ci
31 tatio peremptoria ad deueniendum ad 1.decretum fieri debet de iure communi, in persona rei, si inueniri possit,alias si non inueniretur,nec certum esset procuratorem dimisisse, sufficeret citationem ad domum rei fieri, secũdum glossam in cap. causamque verbo. ad domum. de dolo & contumacia, & ibi Antonium de Butrio num. 7. & Panormita.num.12.per text.in cap.venerabilis.de dolo & contumacia. & in cap. finali.de eo qui mittitur in possessionem. cuius gloss. opinionem communem esse testatur Alexander in.l.4.§. prætor ait.num. 2. ff. de damno infecto. quanuis Innocentius & Panorm.in dict.cap. fin.indistinctè asserebant, prædictam citationem sufficere ad domum rei fieri per text.in.l.scire etiam.§.qui autem.ff. de excusationibus tutorum. vbi dicitur. citationem fieri debere in faciem,vel ad domum rei:ergo videtur sufficere, si ad domum rei fiat, quanuis reus inueniri posset,cum in alternatiuis alterum adimplere sufficiat, vt in cap. in alternatiuis.de regulis iuris.in.6.Sed sustinendo prędictam communem opinionem dicendum est, quod opinioni Innocentij
32 & Panorm.non suffragatur tex. in dict. l.scire etiam. §. qui autem.nam alternatiua illius text. potius est ordinis, quam electionis: & ita quod sensus illius text. sit, quod citatio primò fieri debeat in persona,si inueniri posset, alioquin ad domum fieri debeat, secundum communiter omnes ex Panorm.in dict.cap. causamque.Cardinal.& Doctor.in clementina.1.nota.10.de foro competenti. Tiraquello de vtroque retractu.tit. 1.§. 9.glo.2.num.44. Tamen Gregorius Lupus in.l.1.tit.octauo.part.3.in glo.3.in fine.receptus à Didaco Perez in dict.l.prima.titu.9.lib.3.ordinamenti. columna.
33 1122.prædictas opiniones in hunc modum componit,scilicet.quod opinio Innocentij & Panorm.procedat in missione

ne

ne in possessionem ex.1. decreto: nã cũ modici præiudicij sit, sufficiet si citatio ad domum fiat:cæterum opinio communis procedat in missione in possessionem ex.2.decreto,vel quando procedẽdum esset in negotio vsque ad sententiã
34 diffinitiuam. In foro tamen seculari de iure regio ad interponendum.1.decretũ requiritur,quod illa vnica citatio, quæ in causa principali fieri debet, in persona ipsius rei fiat,per tex. in.dict.l.1. titu.
35 11.lib.4.recopila.Secundo ad interponẽdum primum decretũ requiritur, quod actor compareat in termino citationis coram iudice incusans contumaciam rei, aliàs contumax non reputabitur,argumento text.in.l. properandum. §. & siquidem.C. de iudic. & in specie firmat Barto.numero.9. receptus ab Alex. numero. 24. & ab alijs communiter ex Bologninonumero.71.in dict.§.Iulianus. Quinimo debet licentiatus actor à iudice recedere, secundum Bartol.nume.10. Alex.numero.25.dict. §. Iulianus, & ita in praxi obseruatur in quocunque tribu
36 nali. Tertio ad primum decretum requiritur,quòd post illam peremptoriam citationem offeratur ab actore libellus in causa principali, nec necesse est libellum præcedere citationem, vel tenorem eius in citatione inseri, secundum Alexan.in.dict.§.Iulianus.numero. 20. receptum à Didaco Perez in dict.libr.1. titu.9.libr.3.ordinamenti.col.1122.quę-
37 stione.13.nec etiam necesse est, post prædictam citationem, & libelli oblationẽ in causa principali alium libellum offerri,in quo debitor petat se mitti in possessionem ex primo decreto,secundũ Bartol.num.20.&alios communiter ex Bolog.num.89.in dict.§. Iulianus. Quod verum est, si de libello solenni in scriptis intelligamus, tamen aliqualis petitio fieri debet à notario in actis redacta, qua actor petat se in possessionem mitti ex primo decreto,secundum Imolam in dict.l.si finita.§.si plures,& Alex.in.l. 1.ff.de edendo,& in d. §.Iulianus. num. 36.& pro hac opinione facit text. in.l.1.
38 titulo.11.libro.4.recopilatio.ibi,y pidiere. Quartò requiritur, quod quantitas pro qua petatur primum decretum excedat summamsexcentorum marapetinorum: nam pro minori summa peti non potest,sed proceditur per captionem pignorum,vt probat tex.in.l.15.
39 titu.8.lib.2.recopila. Vltimò requiritur ad.1.decretum, quod præcedat semiplena cognitio de debito, vel saltim quod actor præstet iuramentum de calumnia antequam in possessionem mittatur secundum glo.in dict.capit.quoniam frequenter.§.in alijs.verb.summatim,receptam à Panorm.ibi num.31.& probatur
40 in.l.2.titu.8.part.3. Quod iuramentum ab actore præstandum erit in ipsa missione, antequam mittatur in possessionem,etiam si prius in libello causæ principalis illud præstitisset,secũdum Cynũ in.l. cum proponas. C. de bonis autori. iud.possid.Panor.in dict. §.in alijs. nu. 31.& Alex.in dict.§.Iulianus.num.37.Et ratio est quia missio ista noua instantia videtur,distincta ab instãtia causę principalis,nam causa principalis iure actionis expeditur: at verò missio in possessionem iudicis officio nobili,vt resoluit
41 Iasson in.l.iubere cauere.num 10. ff. de iurisdict.omni.iudi.Et an hoc iuramentum de calumnia in ipsa missione præstitum sufficiat ad totam causam principalem,si antea præstitum non erat, docet glo. in dict. cap. quoniam frequenter.§.in alijs.verb. summatim, recepta à Panorm.ibi n.31.in fine.Præcedentibus supradictis requisitis,iudex profert sen-
42 tentiam interlocutoriam, qua pronuntiat actorem mittendum esse in possessionem rei petitæ, si actione reali actum esset;si verò actione personali actor ageret,mitti deberet in possessionem bonorum debitoris pro modo & quantitate debiti, iuxta text. in authent. ei qui. C. de bonis autoritate iudic. possid. & in dict. capite. quoniam frequenter. §. in alijs.& in.l. 2. titulo. 8. parti.3. & in. l.
43 1.tit.

1.titu.11.lib.4.recopila. Quamuis olim agens actione personali mittendus erat in possessionem omnium bonorum debitoris,vt probatur in. l. 1. ff. quibus ex
44 causis in possessionem eatur. Quæ missio primò fieri debet in bonis mobilibus,& eis deficientibus in immobilibus & in eorum defectu in iuribus, actionibus, & nominibus debitoris, argumento text. in. l. à Diuo Pio. §. in venditione.ff.de re iudic. & hunc ordinem præscribit text. iuncta glosſ.ibi, verbo. immobilium in dict. capit. quoniam frequenter.§.in alijs.& in.l.2.titulo.8.par. 3.& lex.1.titulo.11.libr.4. recopilatio.& Auend. dict.1.&.2.decreto.3. parte.numero. 11. & nos infra latiùs dicemus in
45 3. prænotatione. Quę missio in possessionem ex. 1. decreto cessaret si reus coram iudice compareret,& expensas reficeret, & præstaret sufficientem cautionem de stando, & parendo, recuperaret enim tunc possessionem simul cum fructibus illius rei , in quam fuerat missus actor, vt probat text.in dict. capit.quoniam frequenter. §.in alijs. & ibi glosſ. verbo. cautione.text.in capit. 1.&.2. de eo qui mittitur in possessionem.& tradunt doct.in dict.§.Iulianus. & probatur in.l.6.titu. 8. part. 3. quam comparitionem,solutionem expensarum , & satisdationé reus tenetur facere intra terminum vnius anni à die missionis connumerandum, vt in.l. siquis emptionis. §.penult.C.de præscriptione.30.vel.40. annorũ.& in cap.1.c.contingit.de dolo & contumacia. & in capit.1. &. 2.de eo 48
qui mittitur in possessionem.vel verius intra terminum à iudice suo arbitrio prę fixum:potest enim iudex arbitrari de iure communi intra quẽ terminum reus comparere debeat ad præstandam cautionem, & expensas, & ad recuperandã possessionem, vt cum communi resoluit Dida.Perez in dict.l.1.tit.9.lib.3. ordi.glo.1.quæstio.20.versic.sed hodie.& Menochius lib.2.de arbitrarijs.centu. 1.
46 casu.6.nu.13. De iure tamen regio in foro seculari reus tenetur comparere intra vnum mensem cum expensis,& cautione, quando actor fuit missus ex actione personali: quando verò fuit actor missus in possessionem ex actione reali,reus comparere debet intra duos mẽses, iuxta text.in.l.1.titu.11.li.4. recopila. quem etiam terminum vnius mensis,vel duorum mensium,à iure regio præscriptum reo ad recuperandam possessionem, iudex ex causa breuiare, & prorogare poterit, argumento text.in ca. cum venissent. de eo qui mittitur in possessionem iuncta.l.à quo fundus.ff.de damno infecto,& notat Georgius in clem. sæpè. q. 8.de verborum signif. & Romanus in
47 singulari.49. Pro qua vera opinione facit,quod iudex ex causa breuiare & prorogare potest omnes dilationes à iure præscriptas,etiam sine ministerio iudicis,secundum Panormit.Felinum & Decium num.13.in capit.cum sit Romana. de appella.Alex.num.5.in fine,& Vincentium num.27.in.l.2.ff. de re iudicata. etsi contrarium teneat Didacus Perez in loco proximè citato,nec supradictæ resolutioni obstat text. in dict. cap. cum venissent , de eo qui mittitur. vbi reus comparens intra annum, & cautionem præstans absque solutione expensarum possessionem recuperat, ergo videtur,necessum non esse,quod cautionem & solutionem expensarum simul præstet:nam respondetur quod ibi reus negabat se contumacem fuisse asserens iuste per appellationem à iudicio recessisse. Ac ideo cum à principio non constaret de legitimitate appellationis,præstita cautione de stando,& parendo,& dilata solutione expensarum in euentum probationis contumaciæ,vel non contumaciæ, reus recuperat possessionem, si verò à principio constaret de illigitimitate appellationis reus comparens teneretur præstare cautionem , & expẽsas etiam si ab actore non peterentur secundum Alex.num.76.& Bolo.num.132.in dict.§.Iulianus. Cæterum si à principio

consta-

constaret de legitimitate appellationis reus neutrum facere deberet, sed recu-
49 perare posset suam possessionem, cum missio in possessionem post legitimam appellationem nulla esset, sed veniret re uocanda per viam attentatorum, vt in cap. non solum, de appellat. in. 6. & facit text. in capit. 1. de sententia excommunicationis. lib. 6. Sed si reus intra termi-
50 num à iure vel à iudice præfixum non comparuerit præstans cautionem & expensas iudex tunc procedere poterit ad missionem in possessionem ex. 2. decre-
51 to, ad quam plura requiruntur. Primo enim requiritur, quod reus iterum citetur, sicut ad primũ decretum citatus fuit secundum glo. in. d. l. si finita. §. si plures. verb. prius. communiter receptam ex Alexand. num. 52. & Vrcurro num. 73. in dict. §. Iulianus. De iure tamen regio, & in foro seculari hæc secunda citatio necessaria non est, vt colligitur ex. dict.
52 l. 1. tit. 11. lib. 4. recopil. Secundo requiritur ad interponendum secundum decretum quod reus latitet iuxta text. in. l. Fulcinius. ff. quibus ex causis in possessionẽ. Tertio requiritur, quod præcedat cogni tio semiplena de debito secũdum Bartolum in dict. §. Iulianus. num. 36. communiter receptum ex Vrcurro ibi colum. 103. de iure tamen regio & in foro seculari ista cognitio necessaria nõ est, quia ipsamet lex hanc missionem ex secundo decreto facit, vt constat ex dict.
53 l. 1. tit. 11. libr. 4. recopil. Quarto requiritur quod elapsus sit terminus à iure vel à iudice præscriptus ad interponendum hoc secundum decretum: quibus requisitis præcedentibus iudex profert sententiam, qua pronuntiat actorem mit-
54 tendum esse in possessionem ex. 2. decreto, vt efficiatur verus possessor, & possit longo tempore dominium acquirere iuxta text. in. l. prætoris. & in dict. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damno in fecto. & in dict. cap. quoniam frequenter. §. in alijs, & in cap. 1. cum alijs. de eo qui mittitur. & in. l. 1. titu. 11. libr. 4. reco-
55 pilationis. Est tamen aduertendum quod in actione reali non est locus missioni in possessionem ex. 2. decreto, nam per solum lapsum termini vnius anni à iure concessi missus ex. 1. decreto efficitur verus possessor, sed tantum in actione personali secundum gloss. in dict. §. Iulianus. & communiter omnes: quod verum est quando in actione reali actor peteret post annum mitti in possessionem ex. 2. decreto, vt verus efficeretur possessor. Tamen ad maiorem cautelam bene posset etiam post annum interponi, vel ad hunc effectum, vt iudex præfiniat certum terminum reo contumaci intra quem agere debeat de proprietate rei, alias imponat ei perpetuum silentium super illa re, vel ad hunc effectum, vt efficiatur verus possessor ante lapsum anni, quando à iudice terminus vnius anni fuit restrictus, vt intra illum reus deberet comparere cum expensis & cautione secundum Panormitanum. in dict. §. in alijs. numero. 42. & 43. & Bologni. in dict. §. Iulianus. columna. 74. vbi testantur hanc esse com-
56 munem opinionem. De iure tamen regio & in foro seculari elapso vno mense in actione personali, & duobus mensibus in actione reali sine interpositione. 2. decreti missus ex. 1. decreto statim efficitur verus possessor iuxta text. in. l. 6. titu. 8. part. 3. & in. l. 1. tit. 11. libr. 4. recopila.

57 Ad tertium deueniendo dicendum est missionem in possessionem fieri posse, si agatur actione reali in re petita, vt in toto titulo. de eo qui mittitur in possessionẽ. & in dict. capit. quoniam frequenter. §. in alijs. & in dict. l. si finita. §. Iulianus, & in. l. 2. titulo. 8. parte. 3. & in. l. 1. titulo. 11. libro. 4. recopila. Si verò agatur actione personali, in omnibus bonis debitoris fieri potest, dum modo primo fiat in mobilibus & eis deficiẽtibus in immobilibus iuribus, actionibus, & nominibus debitorum, argumento text. in. l. à Diuo Pio. §. in venditione

tione. & ibi cõmuniter omnes. ff. de re iudicata. tex. iuncta gl. in d. c. quoniam frequenter. §. in aliis. verb. immobilium & notat Grego. Lup. in d. l. 2. verb. entãtos bienes. quinimo etiam in actione hypothecaria secundum Alex. & Iass. num. 24. in l. 3. §. fin. ff. de aquirẽda pos-
64 sessione & Menochium in cõsilio. 104. num. 71. Præterea missio fit in seruis, vas
58 sallis & in bonis alienari prohibitis in vita possessoris: nam successori prædicta missio non nocebit vt cum Baldo, Saliceto, & Grego. Lop. tenet Didacus Perez in d. l. 1. tit. 9. lib. 3. ordin. in glo. 1.
59 quæst. 26. In beneficio tamen ecclesiastico non est locus missioni in possessionem, ex. 1. & 2. decreto vt in cap. vnico, de eo qui mittitur in possessionem. libr. 6. & notant cõmuniter doctor. Et inter alias rationes huius prohibitionis illa potissima est ne deturvitiosus ingressus cum absque titulo & canonica institutione beneficium obtineri non possit vt in cap. 1. de regulis iuris lib. 6. & in cap. ex frequentibus. de institutionibus. sed missio in possessionem ex. 1. vel. 2. decreto non est titulus beneficialis nec
60 canonicus: nam tituli beneficiales sunt perpetui vt in cap. præcepta. 56. distinct. & in cap. sanctorum. 70. distinct. & in cap 1. de capellis monachorum in. 6. & notat Panorm. in cap. si constiterit. de accusationibus. Gometius de expectatiuis num. 94. & Casuadorus in decisio-
61 ne. 12. de præbendis. num. 8. missio autẽ ex primo decreto annalis est iuxta text. in cap. contingit de dolo & contumacia. & in dict. capit. quoniam frequenter. §. in aliis. ergo in beneficialibus non habebit locum missio ex. 1. decreto. Cui resolutioni obstare videtur quod eadẽ ratione in rebus profanis non esset locus missioni in possessionem ex. 1. decre-
62 to, cum absq; titulo haberi non possint vt in. l. nullo. C. de rei vendicatione. &
63 in. l. fin. C. vnde vi. nec fit satis si respondeatur in rebus profanis autoritatem iudicis loco tituli haberi iuxta tex. in. l. iuste possidet. & ibi communiter doct. ff. de acquirenda pos. nam idem videtur dicendum esse in beneficialibus quòd autoritas iudicis excuset, iuxta text. in cap. cum dilectus. in fine de electione. & gl. in cap. 1. verb. repellendi. de concessione præbendæ. asserentem sententiam iudicis in beneficialibus transire in autoritatem rei iudicatæ, quam dicit communiter receptam Couarru. in. 4. decretalium. 2. part. §. 12. numero. 14. Quare pro
65 resolutione huius difficultatis dicendum est quod in rebus profanis ius & dominium eorum sua natura regulariter non acquiruntur nisi per traditionem, & acquisitionem possessionis vt in. l. nunquam nuda traditio. ff. de acquirendo rerum dominio. & in. l. traditionibus. C. de pactis. nam cum ab initio omnia bona essent communia dominium eorum non acquirebatur nisi per apprehensionem rei vt in. l. 1. ff. de acquirenda possessione. & in. §. singulorum. institutis. de rerum diuisione. Cæterùm
66 in beneficialibus secus est, quia ius & dominium eorum non acquiritur ex sola possessione & traditione, sed ita ab initio à Christo sunt instituta, vt fidelissime à suis vicarijs & prælatis dispensarẽtur, iuxta illud Lucæ capit. 12. Quis pu-
67 tas est fidelis dispensator & prudens. &c. Idcirco ex sola canonica institutione & prouisione prælatorum beneficia
68 acquiruntur & non ex sola possessione. Quo fit autoritatem iudicis de mittendo quem in possessionem ex. 1. decreto in beneficialibus non excusare, nec titulum canonicum tribuere cum titulus beneficialis perpetuus debeat esse vt supra diximus, & hæc est vera ratio glos. fin. in capit. contingit. de dolo & contumacia in versic. sed nunquid. in qua tantopere laborarunt doct. vt videre est per Felinum in capite. sicut. numero. 31. de re iudicata. Seluam in titulo. de beneficio. 3. part. q. 21. Cosmam de pacificis possessoribus. verb. triennium. & Gometium in regula de triennali

69 nali poſ.q.26. Quæ vera reſolutio nedũ locum habet in beneficijs obtinendis, verum etiam in iam obtentis, in quibus non erit locus miſsioni in poſſeſsionem ex.1.decreto ſecundum glo.in dict.cap. vnico.verb.obtinendis receptam communiter ex Panor.in dict.c.contingit. nu.16.& Peruſino in.d.c.vnico.num.4. Tametſi prædicta glo.in fine dicat literam illius text.in contrarium facere, & quamuis Panorm. vbi ſuprà contra cõmunem teneat,cuius fundamentis ſatisfaciendum erit ex notatis per Peruſinũ
70 vbi ſuprà. Quinimo nec in fructibus beneficij miſsio in poſſeſsionem. ex. 1. decreto fieri poteſt cum fructus ſint acceſſorij ad beneficium vt in cap. fin. de reſcript.lib.6.& ita ſequi debent naturam ſui principalis vt in capit. acceſſorium.
71 de regulis iuris lib.6.præterea facit quia in percipiendis fructibus potius attẽditur ad ius corporis ex quo percipiuntur quam ad ius ſeminis vt probat text. in l.qui ſcit. §. in alieno. ff. de vſuris. & in ſpecie ita firmant Dominicus num.7. Peruſinus num.1.& alij communiter in.d.
72 cap.vnico, quod verum eſt & procedit in fructibus beneficij pendentibus, at vero in fructibus ſeparatis & perceptis miſsio ex.1.decreto fieri poteſt,quia tũc conſiderantur vt proprietas arg. text.in l.fin.§.penult.ff.quæ in fraudem creditorum.ita etiam in proprietate eccleſiæ
73 miſsio fit,vt in cap.1.de eo qui mittitur
74 in poſ.facit etiam quia in fructibus beneficij perceptis executio ſententiæ fit, vt probatur in cap. peruenit de fideiuſſoribus & notant ibi Panorm.nume.12.
75 & Barbatia.num.13. Præterea fructus beneficij percepti cauſa cuſtodiæ aſsignantur œconomo vt in cap.cum vos.de offic.ordin.& facit text.Concil. Trident. ſeſsione.23.de reformatione.cap.1.in fine.& in ſpecie ita firmant & prædictam opinionem intelligunt Speculator in ti. de.1.decreto.§.reſtat.num.9. & Baldus in.d.c.contingit.nu.28.

76 Ad quartum dicendum eſt,primum, & ſecundum decretum interponi debere per iudicem merum, vel mixtum imperium habentem,vt probatur in.l.iubere cauere. ff. de iuriſd. omni. iudic. vbi hanc teſtatur communem opinionem Oroſcius. num.7. & ab eodem iudice habenti merum,vel mixtum imperium prędicta miſsio reuocari debet iuxt.tex. in.l.4.§.ſi forte.ff.de damno infecto. &
77 ibi notant Alex. & Angelus & Paulus in.l.iubere cauere. q verũ eſt niſi in cauſa damni infecti quę celeritatẽ deſiderat iuxta text.in.d.l.4.§.1.& notat Didacus Perez in.d.l.1.tit.9.lib.3.ordina.glo.1.q.
78 4.ex qua reſolutione videtur cognitionem de mittendo in poſſeſsionem ex.1. decreto delegari non poſſe ab inferiori principe cum ea quæ ſunt meri,vel mixti imperij non delegentur,vt in.l.1.ff.de offic.eius cui man. eſt iuriſd. & ibi Oroſcius num. 4. cuius tamen contrarium probari videtur in.l.cognitio.§. vt poſſeſsio bonorum.ff.de offic.eius., quam difficultatem ſoluit Iaſſon.in.dict. l.iubere.num.7.20.&.22.& Oroſcius nu.4. & 7. At vero de iure canonico omnes cauſas meri & mixti imperij delegabiles eſſe reſoluimus in principio.3. præludij huius.2. tomi. & ita in foro eccleſiaſtico miſsio ex.1.&.2.decreto delegari poterit à quocunque iudice eccleſiaſtico merum vel mixtum imperium habente.

79 Ad quintum deueniendo dicendum eſt quod effectus. 1. decreti plures ſunt quos congerit Guido Papa in tit.de.1.& 2. decreto.nu. 17. Vrcurrus in.d.l. ſi finita.§.Iulianus.à nume.256.& Alciatus in ſua practica fol.62.col.1.inter quos ille præcipuus eſt quod miſſus in poſſeſ-
80 ſionem ex.1. decreto in actione reali intra annum efficitur verus poſſeſſor iuxta text.in.l.ſi quis emptionis.C.de præſcriptione.30.&.40.annorum. dum ibi imperator vtitur illis verbis (prior poſſeſſor) quibus indicat ſecũdum miſſum in poſſeſsionem in detrimentum primi poſſeſſoris verum effici poſſeſſorem,cũ

prior

prior ſupponat ſecundum eiuſdem conditionis, primus enim præſupponit ſecũdum vt in cap. Ioſeph. de verborum ſignifi. ad idem eſt tex. in l. à quo. ff. de damno infecto. quem ad hanc opinionem citat glo. in. d. l. ſi quis emptionis. §. ſed & ſi quis. verb. poſſeſſor. facit etiam tex. in l. conſentaneum. C. quomodo & quãdo iudex. & text. in cap. paſtoralis. §. præterea. de offic. ordin. ibi (recuperare poteris poſſeſſionem amiſſam) quam opinionem probat glo. verb. poſſeſſor in dict. l. ſi quis emptionis. §. ſed ſi quis. & Bartolus in dict. §. Iulianus. num. 49. & communem & veram eſſe teſtatur Alexand. num. 11. Iaſſon num. 20. in l. 3. §. genera. ff. de acquirenda poſſeſſione. Decius in cap. conſultationibus. num. 11. de offi. deleg. Neguſancius in titu. de pignoribus. 3. part. memb. 2. num. 6. verſic. 6. quid. aſſerentes miſſum in poſſeſſionẽ actione reali intra annum effici poſſeſſorem, reuocabilem tamen, poſt annũ vero irreuocabilem, quam opinionem communem legiſtarum eſſe firmãt Vrcurrus num. 222. & Bolog. num. 181. in.
81 d. §. Iulianus. Oppoſitam tamen ſententiam, imo miſſum in poſſeſſionem ex. 1. decreto actione reali intra annum non effici verum poſſeſſorem, ſed tantum cuſtodem probat tex. in cap. 1. in cap. cum veniſſent. de eo qui mittitur in poſſeſſionem. vbi dicitur quod qui ex primo decreto mittitur in poſſeſſionem actione reali cauſa cuſtodiæ & rei ſeruandæ miſ
82 ſus cenſetur: ſed qui cauſa rei ſeruandæ miſſus eſt in poſſeſſionem nõ poſsidet, ſed tantum detinet, iuxta tex. in l. ſi duo. §. creditores. ff. vti poſsidetis. & in. l. cũ legati. ff. quibus ex cauſis in poſſeſſionẽ. ergo non eſt verus poſſeſſor: eandẽ opinionem probat text. in dict. cap. quoniã frequenter. §. in alijs. dũ æquiparat miſſionem factam actione reali, & miſsionem factã actione perſonali, ſed miſſus actione perſonali intra annum non eſt poſſeſſor, ſed tãtum cuſtos vt ſtatim dicemus, ergo nec miſſus actione reali. Probat etiã text. ille. in. d. §. in alijs. prædictã opinionẽ dum dicit miſſum in poſſeſſionem actione reali poſt annũ effici verum poſſeſſorem, ergo intra annũ nõ eſt poſſeſſor, quod idẽ probat tex. in ca. contingit. de dolo & contuma. & hanc opinionẽ tenẽt gloſſæ canoniſtarũ Panor. & reliqui canoniſtæ cõmuniter ſecundũ Vrcur. in. d. §. Iulianus. n. 223. quã ipſe ibi ſequitur: eandẽ probant Bolog. ibi. nu. 181. Didac. Perez in. l. vnica. tit. 9. libr. 3. ordin. in glo. 2. & Iacobus Menochius in tra. de retinenda poſſeſſione. remedio. 3. n. 112. & Iacobus Coiacius lib. 9. obſeruationum. c. 32. & 33. & hæc vltima opinio comprobatur de iure regio
Este pedimiento se haze en esta forma, quando el clerigo pobre no es beneficiado ni tiene renta ecclesiastica: pero quando tiene beneficio dize en la peticion que el esta preso, o descomulgado por tantos marauedis que deue a fulano y fulano, y que el no tiene de que les pagar sino es de los frutos y reditos de tal y tal beneficio que tiene, que el haze cõsignacion de los dichos frutos y quiere que dellos se pagüe los dichos sus acreedores, dexandole a el dellos para su congrua sustentacion, cõforme a la calidad de su persona, y que haziendo lo sobredicho conforme al priuilegio que el derecho le concede, del qual quiere gozar el no puede estar preso ni descomulgado por deudas, y assi pide a su merced lo declare y mande sequestrar y guardar los dichos frutos, nombrando vna persona abonada que los coja y tenga en fiel deposito, y dellos le de a el cada año tantos marauedis para sus alimentos y congrua sustentacion, que conforme a la calidad de su persona ha menester, saluo la judicial tassacion de su merced, y de los demas vaya pagando a sus acreedores por sus antiguedades hasta que enteramente sean pagados, y le mande soltar y absoluer de las censuras en que esta, &c.

Destos pedimientos manda el juez dar traslado a los acreedores, para que aleguen contra ellos si quisieren, y despues de auerse alegado por ambas partes y auer cada vno presentado dos escriptos, si ay algo que consista en prueua recibelo el juez a prueua con vn breue termino, y procedese como en la via ordinaria, aunque mas summariamente, y el juez da su sentencia conforme a lo processado, &c.

Finis Tertiæ Partis huius Secundi Tomi.

QVARTA PARS.

HVIVS SECVNDI TOMI, DE FORMA & ordine procedendi in causis criminalibus.

EX CAPITE VNICO SVMMARIA.

1 *Episcopi & eorum vicarij generales & foranei, atque fiscales qualiter ministerium suum exercere debeant, & quod sit proprium Episcoporum munus, traditur.*

2 *Clericorum vita & conuersatio qualis esse debeat, & quomodo Concilium Tridentinum renouauit omnia quæ sancita antiquitus erant circa vitã & honestatem clericorum.*

3 *Episcopi inuigilare debent ne clerici sint criminosi, aut inhonesti, & qualiter se habere debeãt in corrigẽdis vitijs & excessibus clericorũ, docetur.*

4 *Episcopi & eorum officiales non debẽt procedere ad capturam clericorum, nisi prius recepta summaria informatione, & aliquo inditio ex ea contra clericum resultante, & quæ obseruanda sint in summẽda prædicta informatione, & quãta dãna oriantur ex eo quod passim cuilibet notario hæc informatio committatur, & quantum in hoc iudices præcauere debeant, latè resoluitur.*

5 *Clerici incarcerari non debent pro quolibet delicto, nisi quãdo qualitas criminis exposcat, & tunc quæ sint obseruanda, traditur. & nu. 6. in fine.*

6 *Alguaceli & reliqui ministri laici Episcoporũ absq; metu excõmunicationis capere possunt clericos de mandato iudicis ecclesiastici, & aliquãdo absque mandato.*

7 *Carceris plures species esse, & quando ad pœnam, & quando ad custodiam datur, demonstratur.*

8 *Clericus dãnatꝰ ad pœnã carceris ꝑpetui antestari & institui possit traditur.*

9 *Iudicis ecclesiastici in actibꝰ iudicialibꝰ se abstinere debẽt à cẽsuris tãin ꝓcedendo quãin diffiniendo, quãdo executio realis vel personalis fieri possit.*

Caput Vnicum.

HOc in loco latè agendũ erat de modo & ordine procedendi in causis criminalibus apud ecclesiastica tribunalia agitandis, nisi à nobis latissimè de hoc actũ esset in. 5. part. 1. tomi, quæ ibi resoluta in præsenti recẽsenda erunt, cũ stylus tribunaliũ seculariũ procedẽdi in causis criminalibus fere in omnibus cõueniat stylo fori ecclesiastici, & eisdẽ modis quibus in foro seculari proceditur ad crimina increpanda & puniẽda, eisdẽ etiã proceditur in foro ecclesiastico, ac proinde ne mẽbranas occupemus ad ibi tradita recurrendum erit. Quo in loco plura necessaria & vtilia ad huius praxis instructionem inueniẽtur,

tur, solummodo in præsenti nonnulla animaduersione digna notanda censui.
1 & in primis admonendos censeo Episcopos,& eorum vicarios generales, & foraneos, qui Episcoporum locum tenent, viceſque gerunt,& penes quos totius diœcesis moderatio ac regimen, ex iuris permissione de Episcoporum mandato, consistit, iuxta ea quæ notauimus in proœmio huius secundi tomi in tertio pręludio.& eorum coadiutores sunt per quosque ipsi episcopi munus suum exercere censentur, fiscales etiam qui loco officij episcoporum, seu vicariorum succedunt, & quod ex mandato episcoporum, vel vicariorum faciunt, ipsi episcopi, seu vicarij facere videntur, vt in dicto proœmio in quarto præludio diximus, quod omnes & quilibet promunere sibi iniuncto diligenter curent, in omnibus laborent, & ministerium suum impleant super grege sibi cõmisso, sicut Apostolus præcipit.2. Timoth. 4 Ioan.10.& in cap.sit rector.43. distinctione.in capit. Aduersus. 7. quæstione 1.& in capit.nisi.de renunciatione.& in Concilio Tridentino. Sessione.6. de reformatione. cap.1. Implere autem illud se posse sciant, si summopere curent & intendãt inuestigare ac corrigere vitia, delicta,& excessus suorum subditorum cum proprie id munus episcoporũ sit, vt in cap.qualiter & quando,el.1.de accus.& in Concilio Tridentino. Sessione 14.de reformatione.cap.1.&. 4. positiq; ipsi sint quasi in signum ad sagittam, vt inquit text.in cap.qualiter & quando el 2.de accus.ac proinde vitam suam ita instituere debeant vt irreprehensibiles, sobrij, casti, domui suæ bene præpositi sint, & familiares suos instruant & erudiant ne rixosi, vinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemi, & voluptatũ amatores sint, sed vitia fugiant,& virtutes amplectantur,& in vestitu,& cultu,& omnibus actibus præseferãt honestatẽ, quod eos facere maximè hortatur Concilium Tridentinum, Sessione. 2. in decreto de modo viuendi, nam cum integritas præsidentium salus sit subditorum vt inquit Cõcil. Trident.Sessione.6. de reformatione.capit. 1. sic oportet eos vitam instituere, quia nihil magis alios ad pietatẽ, & Dei cultum instruit, quam vita & exemplum eorum qui ecclesiæ Dei præsident,& in altiorem locũ sublati sunt, in eos enim reliqui tanquam in speculũ oculos conijciunt,& ex eis sumũt quod imitentur, vt habetur Matth.cap.5. Timoth.capit.2.& in cap.qualiter el. 2. de accus.& in capit. cleros. 21. distinctione.quam diligentiam prelati & eorum officiales præsertim adhibebunt in corrigendis vitijs, & excessibus clericorũ iuxta text.in cap. irrefragabili.in principio.de offi.ordi.& in Concil. Tridenti. Sessione.14.cap.1.& 4. Nam cum clerici in sortem Domini sint vocati vitam moresque suos oportet eos ita componere, vt habitu, gestu, incessu, sermone, alijsque rebus nihil nisi graue, moderatum, ac religione plenum præseferãt,& leuia crimina, quæ maxima in ipsis essent, effugiant, vt eorum actiones omnibus sint in exemplum, ob idque Conci. Trid.sessio. 22. de reform.c.1. renouauit quæ sancita & statuta erant à Sũmis Pontificibus, & Sacris Concilijs, de clericorum vita, honestate, cultu, doctrina, luxu, commessationibus, choreis, aleis, lusibus,& alijs quibuscunq; crimi nibus,& eisdem pœnis, vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis, decreuit, de quibus habetur in titul.de vita & honestate clericorum in Decretalibus, Sexto,& Clementinis,& in.c.nõ oportet, el 2.de consecratione. distin. 5. & in c.credo.21.q.3. Quamobrem idẽ Concil.Trid.Sess.14.de reform.ca.1. Episcopis præcipit q̃ diligenter intendãt ne clerici sint criminosi, nec inhonestam vitã agant: nam si prauis moribus viuãt quo modo redarguent laicos de ipsorum vitijs,& qua libertate poterunt eos cor-

ripere cum laici tacite respondere possint clericos eadem commisisse quæ vituperant, ad quam tamen correctionem & punitionem faciendam episcopi & eorum vicarij attendere & considerare debent, ea quæ eis admonet Concilium Tridentinum, Sessione. 13. de reforma. c. 1. nempe quod vt facilius & commodius sibi subiectos regere, & in vitæ & morũ honestate continere possint, illud animaduertẽt se pastores, non percussores esse, & ita præesse sibi subditis oportere, vt nõ in eis dominãtur, sed illos, tãquã filios, & fratres diligant elaborentque vt hortando, & monendo ab illicitis deterreant, & quando eos peccare per fragilitatem humanam contingat, Apostoli præceptio ab Episcopis seruetur, scilicet, vt illos arguant, obsecrent, increpent in omni bonitate & pacientia, quia sæpè plus operatur erga corrigendos benevolẽtia quàm austeritas, plus exhortatio quàm comminatio, plus charitas quàm potestas, & si ob delicti grauitatem virga opus fuerit, tunc cum mansuetudine rigor, cum misericordia iudicium, cum lenitate seueritas adhibenda sit, exemplo pij pastoris qui prius morbis ouium leuia fométa adhibet, & postmodum vbi morbi grauitas postulat ad acriora & grauiora remedia descendit: hæc & reliqua concilium Episcopis admonet. Idque etiam habetur apud Apostolum. Timoth. 1. cap. 1. & Timoth. 2. cap. 4. & in principio: 45. distinct. & in cap. vltimo. 94. distinctione. & in capit. esto subiectus. 95. distinctione. & in capit. resecandæ. & in capit. corripiantur. 24. quæstione. 3. Quo circa admonẽdos Episcopos & eorũ officiales qudò quoties in eorum peruenerit notitiam aliquod crimẽ, vel excessum à clerico, vel à laico in casu quo de laici criminibus cognoscere possunt (quorum meminimus in prooemio huius secundi tomi in præludio secundo) ad capturam personalem maximè clericorum non procedant ante receptam summariam informationem, ex qua aliquod inditium vel præsumptio resultet contra capiendum, cum ad capturam peruenire non possit absque aliqua informatione vel inditio, vt resoluimus in dicta quinta parte primi tomi. §. de captura delinquẽtis: quod præsertim obseruandum erit in captura clericorum, quorum fama ex ea magis lęditur, vt notat Bernardus Diaz in practica criminali cap. 112. in qua summaria informatione sumenda, magnopere obseruent ea quæ in dicta quinta parte. §. de stylo fulminandi processum per viam accusationis resoluimus, & quæ aduertit Bernardus Diaz in dicto capitulo. 112. vbi multum iudicibus commendat ne prædictam informationem, & examinationem testium, cuilibet notario committant, cum exinde plurima incommoda oriri soleant, ob idque curent quod semper fiscales in eorum præsentia crimina denũtient, vt iudices perpendere possint grauitatem & speciem delicti & qualitatem personæ contra quam fit denunciatio, vt iuxta eam futura componant, & intelligant quo zelo & qua probatione denuntians mouetur & an informatio summaria, examinatio testium, & totum illud negotium cõmitti possit notario coram quo denuntians facit denunciationem, quia in criminalibus causis summa opera & diligentia iudices eligere debent personam tabellionis: Multũ enim interest, quòd notarij animus non sit corruptus precibus aut pretio aut alia affectione, ex quibus solent notarij arcana negotij pandere, testes negligẽter examinare, ac varijs artibus & fallatijs ad suam prauam intẽtionem iudices ipsos trahere, & ob id delicta aliquando impunita remanent & aliquando pauperes rei indefensi, qua in re video iudices nimia ignauia notandos esse, cum in eligendis notarijs prędictam diligentiã nõ exhibeant, imo semper huiusmodi negotia criminalia com-

4

mit-

mittant,necdum cuilibet notario ſui tri bunalis, verumetiam cuilibet notariorum officiali, quòd maxime dolendum eſt,propter quam plurima nocumenta & incommoda,quæ in damnum Reipu blicæ,& etiam clericorum ex tali commiſsione oriri ſolent,nam cum ferè ſem per pauperes ſint prædicti officiales, facili negotio corrumpuntur, & diffidia negotia diſsimulant, & ſolicitudinem debitam in teſtibus examinādis non ad hibent,reuelantque negotium & depoſitiones teſtium ipſis denuntiatis,vt blāditijs & precibus teſtes alliciant ad declarandas ſeu reſtringendas depoſitiones in iudicio plenario in fauorem reorum,quas in iudicio ſummario fecerant, & ex diuerſo ſi clerici denuntiati forſan negligentes fuerint in alliciendis prædictis officialibus munere,pretio, vel aliquo modo,maxima damna, ſumptus & expenſas patiuntur, & teſtes in ſuis depoſitionibus excuſantes clericos denuntiatos,& in eorum fauorem dicētes examinare nollunt, quinimo eos multis vexationibus & moleſtijs fatigant,& afficiunt,& hinc non ab re in Concil. Trident.Seſsione.22. de reformatione. cap. 10.tribuitur poteſtas epiſcopistanquam delegatis ſedis apoſtolicæ inquirēdi ſufficientiam & fidelitatem notariorum, & in officio delinquentes ad tempus ſuſpendendi, vel perpetuo priuandi vſu exercendi notariatus officium. & in. l. 6.titulo.2.libr. ſeptimo Recopilationis. præcipitur tabellionibus ne ſuis officijs per ſubſtitutos deſeruiāt. ac ideo ad hāc commiſsionem notario faciendam iudex diligenter conſideret ea quæ docēt text.gloſſ.& doctores in Clementina.1. de officio & poteſt.iud.delegati.vbi Vitalinis in principio ſuper glo.1.notat, talem commiſsionem faciendam eſſe cū cauſæ cognitione & parte citata, & quod prius habenda eſt cognitio de idoneitate & honeſtate examinatoris, cui fieri debet dicta commiſsio. & Felinus in cap.cum cauſam.n.36. de teſti. ponit regulam,ſcilicet,quod iudex etiā in cauſa ciuili per ſeipſum debet examinare teſtes,& deinde ponit tres fallentias, & in ſecunda dicit quod quicquid ſit de iure, hodie tamen de conſuetudine inductum eſt, quod iudex propter multitudinem negotiorum hanc examinationem cōmittit notario, & refert Angelum dicentem per text.dict.clementin. 1. iudicem poſſe hanc commiſsionem facere ſine conſenſu partium: nam vt inquit Francus in cap.mulieres.de iudic.in.6. notabili vltim. electio tabellionis ad iudicē, & non ad partes ſpectat, & quòd iudex poteſt committere tam examinationē, quàm iuramenta teſtium, quanuis Bartol.in Authen. apud eloquentiſsimum, C.de fide inſtru. poſt gl. ibi contrarium teneat,vt refert Felinus, vbi ſuprà.num. 29.&.30.qui in num. 21. ponit regulam ſcilicet, quod in cauſa criminali iudex hanc commiſsionem facere non poteſt & ibi eidem regulæ adiicit fallentias, & notat Couarruuias libro.2.Variarū. capit.13.num. 10. & Iacobus Menochius. de recuperanda poſſeſsione.remedio.15. quæſt.26.num.358.& quando iudex talem commiſsionem fecerit diligenter conſiderabit, quæ ſupra diximus, & de tali commiſsione conſtare debebit in proceſſu per ſcripturam manu alterius notarij ſcriptam, quam illius qui examinauit teſtes virtute commiſsionis,ſecundum Thomam Grammaticum in cōſilio.67.inter criminalia.num.3. Lambertengum ſuper ſtatis Mediolani.pag.366 num.43. & Auileſium in cap. prætorū. cap.27.num.19. & nos ſupra diximus in vltima annotatione ad totum opus.numero. 36. Alioquin ſi in proceſſu non conſtaret de tali commiſsione nullitas induceretur, ſecundum Iacobum Menochium in conſilio. 100. numero. 43. & nos diximus in prima parte primi tomi.8.Temp.nume.136.& huc pertinent quæ ibi reſoluimus à num. 133. Propterea

reà vicarios admoneo, vt in hoc desides non sint, sed per seipsos testes examinare in causis criminalibus laborét, & omnia quæ in summario iudicio à testibus deposita fuerint, eisdem verbis grossis, vel elegantibus, turpibus, vel honestis per notarium in scriptis redigi faciant, vt etiam admonuimus in dicta. 5. parte. capit. 3. de stylo fulminandi processum per viam accusationis. quinimo in criminibus grauibus iudices prudentes solent secum adhibere aliquem virũ prouidum & honestum, in cuius præsentia testes summariæ informationis examinent. & ita consulit fieri Bernard. Diaz in dicto cap. 112.

5 Admoneo etiam iudices quod postquam ex summaria informatione clericum culpabilem repererint, non semper illum in carcerem detrudant, & personam eius capiant, nisi grauitas delicti exposcat, cuius pœna corporis afflictiua esset, in quo casu locus est capturæ personæ post summariam informationem, vt resoluimus in dicta quinta parte. §. de captura delinquentis. alioquin in leuibus criminibus citatio verbalis personalis sufficiet, cum in eis fuga timeri non possit, quam citationem verbalem personaliter fieri posse in causis criminalibus probat tex. in. c. 1 de iudi. li. 6. quod in leuibus criminibus intelligendum esse resoluit Bernardus Diaz in dict. capit. 112. & idem obseruandum esse probat Gregorius Lupus in. l. 18. titu. 1. par. 7. in gloss. 2. per illam legem quam ita ibi intelligit, & ad hanc citationem verbalé personaliter faciendam iudices debent cautos esse quod in ipsa citatione exprimant generaliter causam, asserendo personaliter coram nobis compareas super criminali causa responsurus, de qua increparis. & ita tenet Bald. in. l. 1. §. vsus in fine. ff. de procurat. Decius in cap. personas. col. 5. versi. tertius casus. de appel. & Tiraquel. de pœnis temperandis in præfatione. n. 59. sed si criminis grauitas suaserit clericum personaliter capiendum esse, diligenter iudices curent, quod clericus capiatur, qui de iure propter crimé capi, & in carcerem detrudi potest, iuxta text. in cap. dilectis. & ibi Panorm. & Decius de appellat. quod tamen intelligendum est verum, nisi talis clericus nobilis esset, nam tunc in vinculis detineri non deberet, quia nobilis publico carceri mancipari non debet, sed congruentior locus & honestior est sibi assignandus, vt putà palatium potestatis, aut tota ciuitas secundum Iasso. in repetitione l. admonendi. col. 75. de iureiurádo, qué sequuntur Pala. Rub. in repetitione rubricæ. §. 9. nu. 13. Matienço in Dialogo relatoris. 1. p. c. 9. n. 11. & 12. & est lex. 4. tit. 29 part. 7. & ibi optime Grego. Lup. in glo. verbo, O me de buen lugar. & in verbo. lugar seguro. Quinimo etiam si crimen enorme esset, propter quod pœna corporis afflictiua veniret imponenda, adhuc tamen nobilis in carcere publico non esset detinendus, sed fidis custodibus dari posset, vt eleganter resoluit Roderic. Suar. de fideiussore in causa criminali. col. mihi. 14. versi. sed ego illã limitarem. Quod in sacerdotibus obseruandum erit cum per sacerdotium quilibet efficiatur nobilis secundum Ioannẽ And. in cap. eo libentius de seruis nõ ordinandis, Tiraquellum de nobilitate. cap. 9. & Didac. Perez in. l. 1. tit. 3. lib. 1. ordinamenti. colum. 109. in fine. hoc tamẽ obseruari à iudicibus nõ video, imo pro quocunque crimine in carcere publico clericos detinér, ac ideo multum in hoc aduertere debent vt statim dicemus, sed si nobilis suspectus esset de fuga tunc custodes possent illum in vinculis detine-
6 re, vt probat. l. 6. tit. 29. par. 7. Ad quam tamen capturam iudices habere debent alguacelos & ministros fideles cum familia competenti, quibus salaria necessaria tribuantur, vt ob egestatem donis & muneribus non corrumpantur, qui licet laici sint, de mandato tamen iudicis absque

absque metu excommunicationis clericos capere poterunt, iuxta text. in cap. vt famæ. de sententia excommunicationis. quinimo absque mandato iudicis ad vitandum delictum committendũ clericos capere poterunt secundum Panormit. in cap. cum nõ ab homine. & ibi Decium & Aretinum de iudicijs, quos sequitur Bernar. Diaz in practica criminali. cap. 114. & eandem opinionem tenẽt Iasson in principio instit. de actionibus. col. 14. & in. l. 2 ff. de iurisdictione omnium iudicum. & Boerius in. l. consentaneũ. C. quomodo & quãdo iudex. quinimo clericum de fuga suspectum absque mandato iudicis post delictum commissum, minister iudicis ecclesiastici laicus capere poterit, sine metu excommunicationis secundum Panormitanum in cap. si vero. de sententia excommunicationis. & Paridem de Puteo in tractatu de syndicatu. fol. 66 verbo, Captura. numero. 10. & communiter omnes ex Segura in. l. ab exhæredati. num. 8. delega. 2. Iass. in. §. 1. num. 69. insti. de actionibus & Didaco Perez in. l. 17. tit. 14. libro secundo ordinamenti. versiculo, casu autem. & si Barbatiam & Aretinum contrarium tenẽtes referat Bernardus Diaz in dict. cap. 114.

Aduertere insuper iudices debent, quòd postquam constiterit aliquem clericum delictum commisisse, capiendũque esse, posse illum ab ecclesia extrahere si ad eã confugerit, vt resoluimus in dicta quinta par. primi tomi, in. §. de delinquentibus ad ecclesiam confugientibus in versicul. trigesimo secundò. & si iuxta qualitatem delicti, & delinquentis, iudices inspexerint in carcere detrudendum esse, tunc curare debent, ne carcer immundus, nec corporis afflictiuus sit, sed erit assignandus secundum qualitatem delicti, & personæ ipsius delinquentis, vt diximus in dicta quinta parte primi tomi. §. de captura delinquentis. in versi. qui carcer delinquentibus: qua in re iudices considerare debebunt, quę resoluit in proposito Bernar. Diaz in pra-
7 ctica crimi. c. 116. vbi constituit triplicẽ speciem carceris, asserens quòd aut carcer assignandus est ad solã custodiam delinquentis, vt probatur in. l. aut damnũ. §. solent. ff. de pœnis. l. 1. C. de custod. reor. quo casu sola fidelitas custodũ & securitas loci attendẽda est, sine eoquod communicatio amicorum & alia solatia incarceratis tollantur: Hæc enim carceratis prohiberi non debent vt in. l. 2. cum gl. C de custodia reorũ. & in. l. 6. ti. 29. par. 7. ex causa tamen vt putà ante cõfessionem receptam aliquando iubetur custodibus ne permittant aliquem carceratis loqui, ne instruantur ad negandum secundũ Grego. Lup. in dicta. l. 6. in glo. fin. qua in re cautos debere esse iudices admonet, quod quando aliquis clericus primæ tonsuræ coram iudice ecclesiastico se offert timens iudices seculares, petensque aduersus eos inhibitionẽ, in carcere tutissimo detineant, & in carcerem solitum eum detrudant, non vero dimittant sub fide iussoribus: aut in ecclesia, vel monasterio ponant, nampræter incommoda plura, quæ inde euenire solent, & quæ notant Bernar. Diaz in dicto ca. 116. & Couar. in pract. q. c. 33. n. 4. à iudice seculari talis clericus capi posset, iuxt. tex. in. l. 7. tit. 8. lib. 1. Recopil. & nos diximus in. 2. præludio. 2. tomi. in vers. quarto cognoscit in fine. & quod tũc iudices curent exigere à iudice seculari informationem criminis, quã aduersus clericum habet, vt ex ea facilius se instruere possint, vt etiam aduertimus in. d. proœm. in principio. Aut enim carcer assignãdus est necdũ ad custodiam, sed etiã ad corporis afflictionem, quia iudex intẽdit sola pœna carceris delictum punire, vt in specie. l. si familia. ff. de iurisdictione omniũ iudiciũ. & l. 2. C. de Sportul. & tunc carcer strictior, & asperior dandus erit, vt pœna cõmensuretur delicto. Aut tertio carcer in pœnam crimi-

nis per ſententiam aſsignandus eſt, & tunc dandus erit eo modo quo inducat pœnam condignam delicto: nam licèt de iure ciuili & regio carcer non detur ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, vt in.l.incredibile.C.de pœnis. & in. l. aut damnum.§.ſolent.ff.de pœnis.& in. l.fin.C. de accuſat.& in.l. 16. titulo. 1.parte.7.& in.l.4.&. 6.tit.29.parte.7.tamen de iure canonico carcer ad pœnam datur, iuxta text.in cap.quanuis. de pœnis libr.6. & in capit. vt commiſsi. de hæreticis. libro.6.& in cap.nouimus.de verborum ſignificatione.& in Clementina.1.de hęreticis, quibus in locis conſtat pœnam perpetui carceris clericis imponi poſſe de iure canonico.& notat Innocen.in capit.qualiter & quando. el. 2.numero. 6. de accuſatio.& Bart.in.l imperium. numero.8.ff.de iuriſdictione omnium iudicum, quod tamen intelligit verum eſſe Bal.in repetitione.l.1.col.9. C. de ſacroſanct.eccleſ. in illis caſibus & delictis in quibus de iure ciuili imponitur pœna mortis, quem ſequitur Panormit. in cap. tuæ. de pœnis.quorum intellectum probat Aretinus in cap. cum non ab homine.col.9.de iudic.quando propter delicti atrocitatem laico imponitur pœna mortis cũ aliqua qualitate atroci vt puta ignis, ſagittæ, traditionis ab beſtias, membrorum lacerationis, vel huiuſmodi, non alias, niſi in caſibus à iure expreſsis.& Aretin. ſequuntur Bernar. Diaz in pract.crim.cap.129.& Greg.Lup.in.l.4. tit.31.part.7.in gloſ.1.vbi refert Bald. &
8 Bernar. Diaz aſſerentes clericum damnatum pœna perpetui carceris inteſtabilem eſſe actiuè & paſsiuè, ſed hodie attẽta.l.4.Tauri.bene poſſe clericum ſic dãnatum teſtari & inſtitui firmat Bernard. Diaz in dicto capite. 129.cum quo tranſit Grego.Lup.in dicto loco Couarr.tamen in Rubr.de teſtamentis.3.part. numero.27.contendit etiam ante prędictã l.4.Tauri.& ea non ſtante clericum ſic damnatũ teſtari poſſe. Alias ſpecies ceris conſtituunt Bald.in.l.ſi captiui.numero.1.C.de epiſcop. & cler. & Angel. in tract.de malefic.in verbo, Fama publica.num.85.& Boſius in praxi crim. titu. de carcere.num.27.& Thomas Cerdan in tractatu de la viſita de carcel.ca.4. Supradictis conſideratis à iudicibus eccleſiaſticis carcer imponendus erit clerico delinquẽti, qui poſtquam in carcere fuerit detruſus ſi delictum requirat bona eius coram tabellione ex mandato iudicis ab alguacelo erunt cõfiſcanda, & per inuẽtarium penes aliquem tertium deponenda, quod intelligi debet prout reſoluimus in dict.par.5. primi tomi. in.§. de captura delinquentis in fine, vbi retulimus Bernar. Diaz in practica criminali.cap.124.agentem quando clerici pœna confiſcationis bonorum puniri poſſint. & poſtmodum iudices ſiue per viã accuſationis procedant, ſiue per viã denuntiationis, ſiue inquiſitionis, aſſumere debent eius confeſsionem, qua in re obſeruandum erit, quod reſoluimus in dicta quarta parte primi tomi in. §. de confeſsione delinquentis. & deinde iudices in cauſa procedere debent forma & ordine, quo reſoluimus in dicta quinta parte primi tomi, ſi agatur per viam inquiſitionis, vt ibi diximus in capit. de mõdo procedendi per viam inquiſitionis, ſi verò agatur per viam denuntiationis, vt diximus ibi in capitulo de modo procedendi per viam denuntiationis. & ſi per viam accuſationis procedatur, vt diximus ibi à.§.de ſtylo fulminandi proceſſum per viam accuſationis cum. §§. ſequentibus. & proceſſus erit fulminandus vtroque caſu eo modo, quo ibi reſoluimus tam in libellis neceſſarijs concipiendis, quam in alijs, vſque ad ſententiam torturæ, vel diffinitiuam, ad quę ibi reſoluta recurrendum erit, atque ideo ſupradicta in iſto tractatu prænotaſſe ſufficiant: interim tamen iudices eccleſiaſticos admonens quòd maximè curent ſe abſtinere à cenſuris eccleſiaſticis tam

in

in procedendo quàm in definiendo in his cauſis criminalibus quando executio realis vel perſonalis fieri poſsit. alioquin ſi facile prædictæ executioni locus non eſſet, tunc eis licebit cenſuris eccleſiaſticis aduerſus delinquentes procedere, præcedente ſaltem bina monitione, etiam per edictum ſi id reſpoſtulauerit, & ſi hoc ita iudices obſeruauerint ſatisfacient mandato eiſdem iniuncto à Cõcilio Tridentino, Seſsione. 25. de reformatione. cap 3. Sed ſi reus delinquens abſens & contumax fuerit tunc in caſibus in quibus de iure canonico cõtra abſentem procedi poteſt (quorum meminimus in dicta quinta parte primi tomi. §: de modo procedẽdi contra reum abſentem in principio) tunc enim erit fulminandus proceſſus prout ſtylus cuiuſque tribunalis obſeruauerit, qui ſunt ita diuerſi, quod longũ eſſet recenſere vniuſcuiuſque ſtylum.

Finis Quartæ Partis huius Secundi Tomi.

QVINTA PARS.

HVIVS SECVNDI TOMI, DE MODO & forma procedendi in secunda instantia apud tribunalia ecclesiastica.

EX CAPITE VNICO SVMMARIA.

1 APpellatio an principis rescripto vel lege tolli possit cum iusta causa vel sine ea, & an in principe præsumatur, vel de ea constare debeat, & an tunc in aliquo casu appellari possit, traditur.

2 Appellatio interposita in casibus prohibitis à lege, vel principe habet effectum deuolutiuum tantum non suspensiuum, ac ideo tunc innouata & attentata per iudicẽ à quo non reuocantur ante omnia per iudicem ad quem, licet alias reuocari debeant.

3 Appellatio ab interlocutoria in omnibus instantijs, & in vtroque foro sublata est, & ibi explicatur Concilium Tridentinum, & regula cancellariæ Pij Quinti, & Gregorij Decimi tertij, & etiam intra quod tempus finiri debeat.

4 Appellatio gradatim est interponenda non omisso medio, nisi ad Papã, Nũtium, aut ad Principem, vel eius cãcellarias, & quid in appellatione interposita à vicario Episcopi, & à prælatis alijs inferioribus subiectis Episcopis, & quid quando prælati habeant iurisdictionem secularem, traditur.

5 Appellatio in foro ecclesiastico intra decem dies à die intimationis sentẽtiæ interponi debet, quod tempus & reliquæ iuris dilationes ex iusta causa possunt à iudice restringi & prorogari.

6 Apostoli appellationis sunt petendi, & intra quod tempus peti debeant, & cuius expensis sint dandi declaratur.

7 Appellans tenetur suis expensis omnia acta processus ad superiorem deferre, & si reus eis vti velit pro rata solueteas, & intra quod tempus notarius teneatur acta exhibere appellãti, & qua pœna iudex teneatur si impedierit ne acta appellanti tradantur, & ibi Concilium Tridentinum explicatur.

8 Appellatio in foro ecclesiastico coram quo iudice interponi debeat.

9 Li-

9 *Libellus appellationis in foro eccleſiaſtico Hiſpanè compoſitus.*

10 *In libello appellationis à diffinitiua cauſæ grauaminis non ſunt exprimendæ, ſecus in appellatione ab interlocutoria.*

11 *Appellatio quando remaneat deſerta ex eo quod appellans intra terminũ non ſe præſentauit coram ſuperiore, vel non petijt apoſtolos, vel non fuit proſequutus appellationem.*

12 *Appellans coram ſuperiore cum teſtimonio ſuæ appellationis debet ſe præſentare petens ab eo, vt det ſibi mãdatum inhibitionis, citationis, & cõpulſionis.*

13 *Superior appellãti corãſe præſentãti dat ſolummodo mandatum citationis & compulſionis, inhibitionem differt donec acta proceſſus adſe deducantur & ex eis videat an à ſententia diffinitiua fuerit appellatum.*

14 *Inhibitio contra iudicem à quo quando, & in quibus caſibus dari debeat à ſuperiore, traditur, & ibi declaratur Concilium Tridentinum, Seſſio. 13. de reformat. cap. 3. & Seſſio. 24. de reform. cap. 10 & Seſſio. 25. de reformat. cap. 14. circa non admittendã inhibitionem ſuperioris contra inferiorem in cauſis criminalibus.*

15 *Libellus grauaminum in foro eccleſiaſtico coram iudice appellationis porrigendus, Hiſpanè compoſitus.*

16 *Reuocatio attentatorum in quacunque parte litis ab appellante peti poteſt, licet tutius ſit quod in ipſo libello grauaminum petatur.*

17 *Libellus reſponſorius appellati in foro eccleſiaſtico Hiſpanè compoſitus.*

18 *Appellatio ab interlocutoria ex actis proceſſus primæ inſtantiæ, & non ex nouis ſecundæ iuſtificari debet.*

19 *Iudex ad quem pronuntians ſe iudicem in cauſa appellationis interpoſitæ ab interlocutoria retinet etiam cognitionem negotij principalis, & ſuper iſto articulo ante omnia debet proferre ſententiam.*

20 *Iudex ad quem præuidens appellationẽ ab interlocutoria eſſe iniuſtã debet pronuntiare ſe non eſſe iudicem remittens negotium ad inferiorem & appellantem in expenſis condemnans.*

21 *Regula quod in ſecunda inſtantia non allegata allegabo & nõ probata probabo, qualiter intelligatur.*

22 *Sententiæ interlocutoriæ quibus iudex ad quem pronuntiat ſe iudicem vel non iudicem Hiſpanè compoſitæ.*

23 *Sententia interlocutoria qua iudex ad quem recipit partes ad probandum Hiſpanè compoſita.*

24 *Sententiæ diffinitiuæ tam confirmatoriæ quàm reuocatoriæ Hiſpanè compoſitæ. Et ibi ſtyllus qui obſeruatur quando iudex ad quem denegat appellationem.*

Caput Vnicum.

PRemiſsis ac repetitis in iſto tractatu omnibus ijs, quæ in. 6. parte. 1. Tomi reſoluimus, circa remedium appellationis, & eius definitionẽ, & quo iu

re

re esset inuenta, & quotuplex, & quos effectus habeat, & intra quod tempus interponi debeat, & in quibus causis permissa, vel prohibita sit interponi, & qualiter sit interponenda, quæ omnia ibi explicuimus in proœmio cum sequentibus, & huic tractatui conducunt. Non
1 nulla tamen in præsenti erunt prænotãda: & primum prænotare licet, appellationem principis rescripto, vel lege tolli posse, vt probat tex. in l. 1. §. interdum. ff. à quibus appellare licet. & in. c. 1. de rescriptis. & in. c. pastoralis. de appella. & in cap. super quæstionum. § si vero. de offic. deleg. & in. l. 13. tit. 23. partita. 3. & firmant Panorm. Decius, Felinus, & Mãtua. in Rub. de appellationibus. & communiter omnes ex Rebuffo. in constit. secũdo tomo, titulo, de rescriptis. in præfatione num. 161. Couar. in practicis. qq. cap. 23. num. 6. & Pinelo. in l. 2. 1. par. Rubric. c. 2. nu. 21. C. de rescindenda venditione. Quod tamen à principe fieri debet iusta causa interueniente, alioquin princeps iniustè faceret, secundum Andream Isernia, & Mathæum de Afflict. in constitu. Neapo. in proœmio quæstione. 10. quos refert & sequitur Couarruuias. in dict. cap. 23. nume. 6. versic. 7. illud. Et causa iusta deberet cõstare principi, aliàs peccaret, secundum Couarruuias vbi suprà. Quinimò apparere deberet, alioquin credendum non esset principi asserenti causam subesse, ex Felino. numero. 82. Beroio. num. 182. Decio. num. 28. in. c. quæ in ecclesiarum. de constitu. Alciato in regula. 3. præsump. 8. Nauar. in capit. si quando. de rescript. pag. 63. numero. 7. & Menochio in Tractatu. de recuperan. possessione. remedio. 15. quæstione. 26. num. 352. quidquid oppositũ teneat Petrus Dueñas in reg. 43. Et hinc est, quòd princeps ex iusta causa tollit appellationẽ in pluribus casibus, quorum aliquot cõgerit Petrus Dueñas vbi supra. Cui veræ & communi opinioni non obstat si dicatur, appellationem de iure naturali esse, quatenus est defensio vt probat text. in cap. cũ speciali. §. porrò. de appellatio. sed quæ iuris naturalis sunt à principe tolli non possunt, vt in Clementina. pastoralis. §. cæterum. de re iudicata. & in. §. sed naturalia. institu. de iure naturali, ergo &c. Nam omissis interpretationibus Baldi & Panormita. quas optime refutat Pinelus vbi suprà. respondendum est, quod sublata appellatione per legem vel principis rescriptum non censetur grauato sublata omnimoda defensio, cum recursum habeat ad superiorem per viam quærelæ, secundum glo. 1. in cap. quærelam. de procur. & in. l. 6. titulo. 18. lib. 4. Recopilatio. & etiam per viam supplicationis, iuxt. tex. in. l. vnica. C. de sententijs præfectorum præto. & gloss. in capit. ex literis. verbo, Supplicauit. de restit. Spolia. & in. l. 1. & 2. cum alijs titulo. 19. lib. 4. Recopilationis. & etiam per viam restitutionis, secũdum gloss. in cap. apostolicæ. verbo. Re tractari. 35. quæstione. 9. receptam à Felino & Ripa numero. 35. in cap. 1. de rescript. Quinimo tunc grauatus appellare posset si manifestè grauaretur: nam tunc appellatio non censetur sublata, vt firmat glo. in cap. ex conquestione. verbo, Post. de restitutione Spoliat. recepta communiter ex Panormit. ibi numero. 5. & in. c. inter cætera. numero. 3.
2 de re iudi. Bene verum est, quod tunc appellatio non haberet effectum suspensiuum, sed tantum deuolutiuum, iuxta text. in cap. pastoralis. in principio. de appellationibus. & ibi notant Imola numero. 5. & Perusinus numero. 6. & communiter omnes secundum Couarruuias vbi suprà. num. 7. & idem probat tex. in c. pastoralis. §. præterea. de offic. delegatum ibi dicitur, quòd quando proceditur appellatione remota non suspenditur iurisdictio inferioris per appellationem, donec Papa causam committat, ergo à principio appellatio habuit effectũ deuolutiuum, & non suspensiuum. Quo

fit

fit quod licet innouata,& intẽtata per iudicem à quo post appellationem à sententia diffinitiua, vel intra tempus à iure concessum ad appellandum,reuocanda sint remedio attentatorum per iudicẽ appellationis, vel per ipsum iudicem à quo iuxta text.in cap.non solum.de appellationi.lib.6. & ea, quæ resoluit Couarruuias in practic. qq.c.23.nu.1.tamẽ attentata per iudicẽ à quo in casibus in quibus appellatio non est admittenda, vel quando proceditur cum clausula(appellatione remota) vt in tribunali scholastico Salmãtino,& in alijs,quibus hoc priuilegium competat, reuocanda non sunt, etsi quis manifeste grauetur,& causæ cognitio ad superiorem deuoluatur per appellationem,quia tunc appellatio non habet effectum suspensiuum,vt suprà resoluimus, ac ideo iurisdictio inferioris non fuit suspensa, ita concludit Couar.in dict. capit.23.numero.7.Et ita ex supradictis constat,quod quãdo per legem,vel principis rescriptum appellatio tollitur,non censetur sublata omnimoda defensio,sed solummodo iste modus defensionis per appellationem,nam esse plura tribunalia non recipit iustitiam causæ,sed solum quod consideratur est,vt reus plene audiatur,& ei iustitia fiat, quæ tamen per prædicta remedia fieri poterit,secundum Pinellum vbi supra,num.22.Et hinc est in pluribus casibus sublatam esse à iure appellationẽ, vt diximus in.d.6.p.1.tomi in proœmio, num.19. vbi resoluimus inter reliquos
3 præcipuum esse,quando ab aliqua sentẽtia interlocutoria appellaretur, & in vtroq; foro ecclesiastico & seculari hoc prohibitum esse, nec dum interlocutorijs latis in prima instantia ab ordinarijs locorum,verum etiam in latis in.2.& reliquis instantijs,pro hac extensione adducentes regulam cãcellariæ.36.Pij summi Pontificis Quinti. & aliam regulam cancellariæ.35. Gregorij XIII. summi Pontifĩc.quam alij adducere solent pro contraria opinione, dum illa regula inquit,quod in causis in Romana curia pẽdentibus,& in futuris, à sententia interlocutoria appellari non possit, ergo per argumentum ab speciali videtur contrarium dicendum esse in alijs causis pendentibus extra curiam in. 2. & reliquis instantijs,vt puta in instantia Archiepiscopi,Nuncij,& alterius delegati.Quod argumentum eis non suffragatur: nam maior ratio prohibitionis appellationis ab interlocutoria lata in secũda instãtia Archiepiscopi, Nuncij,vel delegati verisatur,quàm prohibitionis appellationis ab interlocutoria lata in secunda instantia curiæ Romanæ:nam secunda instantia Archiepiscopi, Nuncij, vel delegati terminari debet intra vnũ annũ, vel saltẽ ex causa intra bienniũ,vt in cap. cùm sit Romana.in principio.de appel. & in Clementina. sicut. eodem titulo. & ita tempus illius instantiæ facilius consumeretur,in prosecutione harum appellationum ab interlocutorijs,& negotium causæ principalis indiffinitum remaneret: cæterum secunda instantia curiæ Romanæ nullo tempore finitur,dũmodo aliquis actus ibi intra annum factus fuerit, vt resoluimus in tertia annotatione de instantia huius totius operis, in versiculo,cæterum. vbi etiã diximus intra quem terminum hæc instantia appellationis terminari debet, quod huic tractatui multum conducit. & supradictæ resolutioni sunt addenda à nobis resoluta in dicta sexta parte primi tomi.in
4 proœmio.nume.28.Prænotandum etiã est appellationem gradatim interponẽdam esse de minori iudice ad maiorem proximum & immediatum, non verò omisso medio ad alium superiorem distantem & non proximum, secundum Speculatorem in titulo de appellatio. §. nũc tractemus.in principio.& facit lex imperatores.ff.de appellat. Quæ resolutio vera est & procedit de iure ciuili, & in foro seculari: tamẽ de iure canonico,

& in foro ecclesiastico omisso medio ad Papam appellari potest, vt probat text. in cap. ad Romanam. 2. quæst. 6. & in ca. si duobus. & in cap. solicitudinem. de appellat. & notat Perusinus in cap. dilecti, el. 3. eodem titul. niũ appellaretur ab sub delegato delegati Papæ: quia tunc ad ipsum delegatum est appellandum, iuxta text. in cap. si delegatus. §. fina. de offi. delegat. lib. 6. & notat Perusinus in dict. capit. si duobus. columna penultima. Parimodo in foro ecclesiastico ad nuncium & legatum Papæ omisso medio appellatur, secundum Panormitanum & Perusinum in dicto capitulo. dilecti, el. 3. & ita praxis obseruat, & etiam omisso medio in alijs casibus appellatur, quos congerit Maranta de ordine iudi. 6. par. mẽbro. 2. à numer. 357. Et quod omisso medio ad Papam & ad eius legatum appellari possit, resoluit Couarruuias in practic. quæst. capit. 4. numero. 9. vbi etiam concludit, quod in hisce regnis Hispaniarum omisso medio ad regem vel eius curiam appellari possit, per text. in l. 18. titulo. 23. part. 3. iuxta quam resolutionẽ intelligenda sunt superius adducta. Quo fit à sententia vicarij generalis episcopi appellandum non esse ad ipsum episcopum, quia est vnum & æquale tribunal, vt resoluimus in secundo tomo huius operis in tertio præludio, vbi diximus à sententia vicarij foranei episcopi ad ipsum episcopum appellandum esse, quod etiam ad istum tractatum confert. Fit etiam à prælatis inferioribus & eorum officialibus subiectis episcopis ad ipsos episcopos appellandum esse, quia sunt proximi superiores, non verò ad Archiepiscopos, iuxta tex. in. c. Romana. §. ab Archidiacono. de appel. in. 6. quem innouat Concil. Trident. Sessio. 22. de reformat. capit. 7. Fit insuper ab episcopis habentibus ciuilem & secularem iurisdictionem appellandum esse ad Archiepiscopos, nisi ex consuetudine priuilegio, siue iure alio speciali ad alium sit appellandum, iuxta tex. in dict. cap. Romana. §. debet. per quem text. defenditur. l. 8. titulo. 3. libr. 1. Recopilationis. dum statuit ab episcopis habentibus secularem iurisdictionem appellandum esse ad ipsum regem, & eius curiam, non vero ad Archiepiscopos vel ad alios iudices superiores ecclesiasticos, nam hoc competit regi Hispaniarum iure quodam speciali ex eo quod cum temporalis & ciuilis potestas regni Hispaniarum sit penes ipsum solum regem, ab eoque in alios deriuetur, (vt resoluimus in prima parte primi tomi in primo Tempore) consequitur episcopos & prælatos ecclesiasticos iurisdictionem secularem non aliũde habere quam ex regia concessione, semperque apud ipsum regem mansisse hanc supremam iurisdictionem cognoscendi de appellationibus à iudicibus inferioribus interpositis, & ita in hisce regnis appellandum est à prælatis habentibus secularem iurisdictionem ad ipsum regẽ, & eius tribunalia suprema, & nõ ad archiepiscopos, quia de iure hoc regi competit, & defenditur ex dict. cap. Romana. §. debet. ibi, siue iure alio. cuius decisionem comprobat Concil. Tridẽ. Sessione. 22. de reformatione. capit. 7. & ita resoluit Couarruu. in practicis quæstionibus. cap. 4. num. 2. & Didacus Perez in. l. 5. titulo. 4. libro primo ordinamenti. Prænotandum insuper est quod in dicta sexta parte. in procemio. n. 14. & 15. resoluimus appellationem in foro ecclesiastico interponendam esse intra decem dies connumerandos à die intimationis sententiæ, quod quidem tempus ex iusta causa à iudice restringi poterit secundum Panormitanum & Decium. num. 19. versiculo, potuit in cap. cum sit Romana. de appellationibus. cõtra glossa. ibi. verbo, Recisius. quinimo prædictum tempus ex iusta causa etiam prorogari poterit secundum Felinum. nu. 4. in dicto capit. cum sit Romana. cuius opinioni non obstat. text. in capit. oblatum

tum. de appellationibus. vbi tempus à iure concessum ad prosequẽdam appellationem nequit à iudice prorogari, etiã ex iusta causa: nam respõdeo, quod ideo ibi denegatur potestas iudici prorogandi illud tempus, quia si iusta causa prorogandi extitisset, iam à lege facta est prouisio alterius anni per text. in dict. capit. cum sit Romana. & in capit. ex ratione. eodem titulo. ob idque iudicis prouisio cessat, argumento text. in. l. fina. C. de pactis conuent. vt optimè aduertit Decius in dict. cap. cum sit Romana. numer. 21. & Perusinus in cap. 1. §. siquis. num. 5. de exceptionibus. lib. 6. & pro hac opinione facit, quod iudex ex causa omnes dilationes à iure concessas etiam sine ministerio iudicis coarctare & prorogare potest, vt probant Panormitanus, Felinus & Decius. num. 13. in dict. cap. cum sit Romana. & Alexand. de re iudi. ff. l. 2. num. 5. post Bartol. ibi num. 4. & idem tenet Antonius de Butrio in dict. capit. cum sit Romana. num. 12. vbi eam testatur communem Augustinus Beroius. n. 61. quæ communis fundatur per text. in cap. inducię. el. 2. ibi si rerum vrgentissima. 3. quæst. 3. & in l. fin. versiculo, nisi rerum vrgent. C. de dilation. & si gloss. in dicto cap. cum sit Romana. verbo, recisius. sequantur Baldus in Authentica. ei qui. C. de temporibus appellat. & Bonifacius in Clementina. quandiu. nume. 49. de appellatio. & Gregorius Lupus in l. 22. tit. 23. par. 3. in gloss. 5. vbi simpliciter transijt cum Baldo. & eidem consentit Didacus Perez in. l. 1. tit. 16. lib. 3. ordinamenti. in glo. verbo, Cinco dias, in versic. vtrum autem. qui in. l. 1. tit. 3. lib. 3. ordinamenti in glo. 5. & in. l. 1. tit. 4. libr. 3. ordinamenti. in gloss. verbo, Da la ley. hoc ad vtramque partem disputat, & tãdem concludit, iudicem non posse minuere vel prorogare dilationes à iure cõcessas sine ministerio iudicis, bene tñ cõcessas cũ ministerio iudicis. Cuius fundamentis satisfieri potest dicendo, pro-

cedere nisi iusta causa interuenerit, ex
6 qua iudex possit breuiare seu extendere prædictas dilationes. Prænotandum rursus est, quod in. d. 6. p. 1. tomi in proœmio. num. 40. prope finem, resoluimus, apostolos petendos esse in ipsa appellatione instanter instantius, &c. sufficereque vno actu & contextu illos petere, quos tamen appellans tenetur petere intra triginta dies connumerandos à tẽpore, quo incipit currere, decendium appellationis, quod est à die intimationis sententiæ vt supra resoluimus, & quod intra prædictum terminum Apostoli sint petendi probat tex. in cap. ab eo. de appel. lib. 6. & in Clementina. quanuis. eodem. tit. vbi gloss. verbo, Tempore. tenet connumerandum esse illum terminum à tempore quo decendium appellationis currere incipit, nisi iudex à quo breuiorem terminum ad Apostolos recipiendos assignauerit appellanti, quod facere poterit, iuxta tex. in dicta Clemẽtina. quanuis. & ibi dicitur quod si intra terminum à iudice præfixum appellans non comparuerit coram iudice, & petierit Apostolos sibi tradi, appellatio remanebit deserta: & idem quando iudex statuerit terminum iuris incertum, si intra eum appellans non petierit Apostolos à iudice sibi dari, vel si oblatos recipere recusauerit. Et plura de istis Apostolis vide apud Speculatorẽ in tit. de Apostolis. & Marantam. de ordine iudiciorum. 3. part. 6. partis. actu. 2. à num. 208. vbi in numero. 213. post gloss. in dicta Clemen. quanuis. verb. Oblatos resoluit, Apostolos dandos esse expensis ipsius appellan
7 tis, qui etiam hodie omnia acta processus gesta coram inferiori tenetur suis ex expensis ad iudicem appellationis transferre: & si pars appellata comparuerit, cogenda erit pro portione sua expensas actorum, quæ translata fuerint, soluere, si illis vti voluerit, nisi ex loci consuetudine seruetur, vt integrum onus soluendi expensas appellanti incumbat. Et notarius

tarius causæ copiam prædictorum actorum congrua mercede sibi soluta tenetur exhibere intra mensem, alioquin puniendus erit arbitrio ordinarij, & si ipse ordinarius particeps fuerit huius impedimenti, ne acta integre appellanti tradãtur intra tempus debitum, ad dupli pœnam quanti ea lis fuerit, tenebitur, ita decretum extat in Concil. Trident. Sessio. 24. de reformat. cap. 20. prope finem. in vers. præterea. Quod procedit tã in causis ciuilibus quàm in criminalibus, de quibus decretum illud loquitur. Cui nõ obstat aliud decretum ipsius Concilij, Sess. 13. de reform. cap. 3. vbi dicitur, quod in causis criminalibus iudex à quo appellatum fuerit, acta processus teneatur exhibere gratis ipsi appellanti, vt illa producat coram iudice appellationis, ergo videtur, quod non debeãt transferri nec exhiberi expensis ipsius appellantis: nã respondeo, quòd illud decretum debet intelligi, scilicet quod iudex ipse à quo nihil debeat postulare & recipere pro illa exhibitione actorum, sed gratis teneatur illa exhibere: cæterum expensas quę factæ fuerint in itinere, & in translatione ad iudicem appellationis, & quæ ipsi notario causæ pro labore, & suis exportulis solui debuerint, pars appellans soluere debebit, & in hac specie intelligitur tex. Conci. Trident. in dict. cap. 20. vers. præterea. & ita existimo componen
8 da esse prædicta decreta Concilij. Prę notandum deinde est, quod in dicta sexta parte primi tomi, in procemio. num. 53. resoluimus, appellationem interponendam esse coram iudice à quo: & est intelligendum, quod si iudex à quo appellationem deneget, nec ei deferat, imo in causa procedat innouando tunc appellans mittit mandatum alicui procuratori cancellarię vt à senatoribus regijs prouisionem regiam obtineat, qua præcipiatur notario causæ, quod processum originalẽ ad prædictã cancellariam remittat, & iudices ecclesiastici exhortẽtur, quod excommunicatos absoluant per spatium sexaginta dierum. Et processu ad cancellariam delato, auditores, eo viso, an ecclesiasticus vim intulerit appellanti in non deferendo eius appellationi si eis constiterit vim illatam fuisse, proferunt sententiam, qua declarant, vim illatam fuisse, & exhortãtur iudicem, quod appellationi deferat, alioquin si eis constiterit vim illatam non fuisse à iudice ecclesiastico, eidem processum remittũt vt in causa procedat: quam cognitionẽ per viam violentiæ auditores regij habẽt, per ea quæ resoluimus in prima parte. 1. tomi, in primo Tempore. n. 23. in vers. tertio modo dicti auditores, ac ideo in fine libelli appellationis ponitur clausula, Y protesto el auxilio real de la fuerça. Prę notandum denique erit ad istum tractatum, illud quod resoluimus in primo Præludio huius secundi tomi, in versicu lo, Ex supradicta resolutione. num. 13. & in versicul. Quo fit Archiepiscopum. n. 19. Omnibus supradictis ita constitutis, & consideratis erit deueniendum ad formam & modum procedendi in ista secũda instantia appellationis, & in primis libellus appellationis erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS APPELLATIONIS.

Illustre Señor.

FVlano ante v.m. parezco, y digo que en la causa que entre mi y fulano se ha tratado y trata. v.m dio y pronuncio cierta sentencia contra mi, y en fauor del dicho aduerso, en la qual en effeto v.m. mando tal y tal cosa, cuyo tenor auido aqui por repe

tido

tido,y a el me refiriendo,hablando con el deuido acatamiento, la dicha ſentenciaes nulla,y do alguna iniuſta y muy agrauiada digna de ſer enmendada y reuocada por el ſuperior. Lo primero por todas las razones de nullidad y agrauio que del proceſſo reſultan,y ſe pueden y deuen collegir que he aqui por inſertas. Lo otro por todo lo general que ſe ſuele dezir y alegar que he aqui por expreſſo: y porque la dicha ſentẽcia no fue dada a pedimiento de parte ni contra parte,en tiempo y forma ni yo fuy citado para verla dar,ni el proceſſo eſtaua en eſtado de ſe ſentẽciar,ni ſe guardo el ordẽ del derecho. Lo otro,porque yo proue bien y cumplidamente mi intencion y demanda,y lo que prouar me conuenia para obtener ſentencia en mi fauor, y la parte contraria no prouo ſus excepciones y defenſiones,y aſsi deuiendo v.m. de dar mi intencion,y demanda por bien prouada,y condenar al dicho aduerſo,la dio por no prouada, y le abſoluio y dio por libre della. Lo otro por tal y tal razon, por las quales razones y cada vna dellas,y por las que ante el ſuperior proteſto dezir y alegar,que mas a mi derecho conuengan,ſintiendome agrauiado,ſaluo iure nullitatis,y otro deuido remedio de v.m. y de la dicha ſentẽcia,y de todo lo demas q̃ en virtud della ſe hiziere y actuare,appello para ante el Señor Arçobiſpo de Sanctiago,y para ante ſus vicarios,y para ante quien y cõ derecho pueda y deua,y pido los apoſtolos deſta mi appellaciõ ſæpè, ſæpiùs,& ſæpiſsimè,inſtãter,inſtãtius,& inſtãtiſsimè,con todas las inſtancias y afincamientos que de derecho ſe requieren Y ſi tacita o expreſſamente denegada me fuere eſta appellacion,añadiendo agrauio a agrauio,y fuerça a fuerça, y appellacion a appellacion,iterum appello de la dicha tacita o expreſſa denegacion,ſegun y para ante quien de ſuſo appellado tengo,y proteſto el real auxilio de la fuerça,ſo cuya protection y amparo pongo eſta preſente cauſa y pido lo por teſtimonio.

Singulæ clauſulæ prædicti libelli explicantur in dict. 6.part.1.tomi.in proœmio à num.45.in verſic.expoſitio libelli appellationis.præterquam illę clauſulę. Lo primero, vſq; ad illam. Lo otro,por tal y tal razon,incluſiuè.In quibus clauſulis exprimuntur cauſæ grauaminis:nã cauſa grauaminis in appellatione à ſententia diffinitiua exprimi non debet,ſed tantum in appellatione ab interlocutoria ſententia,vt reſoluimus in dicta.6.p. in proœmio. numero.34. in verſiculo, rurſus in appellatione. tamen in prædicto libello exprimuntur,non de neceſsitate,ſed vt facilius aduocatus & procurator appellantis inſtruantur,& intelligant quid allegare debeãt in libello grauaminis coram ſuperiore.Non fuit etiã explicata illa clauſula, Appello para ante el Señor Arçobiſpo. quæ procedit ex his, quæ ſupra in iſta parte reſoluimus, in verſiculo, prænotandum etiam eſt, nec etiam illa clauſula, Y para ante quiẽ y con derecho, &c. quæ tamen procedit ex reſolutis in dicta ſexta parte primi tomi in proœmio.num.37.in verſiculo,ſimiliter ſufficit,Nec etiam fuit explicata illa clauſula, y pido los apoſtolos, &c.quæ tamen procedit ex his, quæ reſoluimus ſupra in iſta parte.in verſi.prænotãdũ rurſus eſt.Nec etiã illa clauſula, Y proteſto el real auxilio,&c.quę procedit ex his quæ ſupra in iſta parte diximus,in verſic,prænotandum deinde eſt.

Supradictus libellus appellationis offeri debet coram iudice à quo, vt resoluimus supra in ista parte, in versiculo, prænotandum deinde est, & si iudex à quo appellationem denegauerit, agendum erit quod ibi diximus: si verò appellationi detulerit, assignans tempus appellanti ad petendos apostolos, & ad se præsentandum, & ad prosequendam appellationem coram superiore, appellans intra dictum terminum à iudice præfixum debet se præsentare cum testimonio suæ appellationis, quem terminum iudex à quo præfigere potest appellanti, siue appellationem deneget siue concedat, vt diximus in dicta sexta parte primi tomi. cap. 1. de modo procedendi per viam appellationis in cancellarijs. num. 2. & si intra illum terminum appellans non se præsentauerit, appellatio remanebit deserta, iuxta text. sic intellectum in cap. personas. de appel. nec appellans satisfacit, si iter arripiat ad superiorem intra terminum sibi præfixũ secundum Panorm. in. d. c. personas. nu. 8. & Rotam antiquam. 537. & Rotam nouam. 155. Si verò terminus esset præfixus solum modo ad prosequendam appellationem, vt in cap. cum causa. de re iudi. & in cap. ad hæc. 3. de appel. & in capi. ex parte. de rescrip. satisfaceret appellans, si intra illum arriperet iter, vel iudices impetraret, iuxta text. in dict. cap. cũ causa. & communiter omnes, secundũ Decium in dict. cap. personas. nu. 8. Cæterum si iudex à quo non assignauerit appellanti terminum ad petendos apostolos, neque ad se præsentandum, neq; ad prosequendam appellationem, tunc appellãs tenetur intra triginta dies Apostolos petere cum requisitis debitis, alioquin appellatio remaneret deserta, iuxtã text. in. c. ab eo. de appel. li. 6. & in Clementina. quanuis. eodem tit. & intra annum, vel ex causa biennium, tenetur appellationem prosequi, vt in cap. cum sit Romana, de appel. & in Clementina. si-

cut. eodem tit. alioquin appellatio remaneret deserta, vt in dictis iuribus probatur. & receptis apostolis, id est, testimonio appellationis, tunc appellans cũ eis se præsentat coram superiori, petens, vt illũ pro præsentato habeat in illo gradu appellationis, & quod sibi det mandatũ inhibitionis contra iudicem inferiorem & citationis cõtra partem appellatam, & compulsionis contra notarium causæ. Et tunc iudex viso testimonio appellationis, concedit solummodo mandatum compulsionis & citationis: & postquam processus fuerit ad se delatus, viso processu si appellatio interposita fuit à sententia diffinitiua, visoque testimonio appellationis ritè & rectè interpositæ, concedit appellanti mandatum inhibitionis, quo inhibet iudici inferiori à causæ cognitione, nisi in casibus in quibus appellatio de iure prohibita esset, etiam à sententia diffinitiua. nam tunc nõ posset superior contra inferiorẽ inhibitionẽ dare, donec cognoscere cœpisset de causa iusta vel iniusta appellationis, per acta ipsius processus. At verò si iã cognoscere cœpisset, bene posset inhibitionem concedere, ne sententia inferioris executioni mandaretur, vt probat text. in cap. Romana. §. si autem. de appel. in. 6. quod comprobat Concilium Tridentinum, Sessione. 22. de reformat. ca. 7. notat Domi. d. c. Romana. §. quod si. nu. 4. vel nisi appellatio à sententia diffinitiua in causa criminali interposita esset, nam tunc hodie superior inhibitionẽ concedere non potest, nisi prius viis actis processus primæ instantiæ, & ex eis iustificata causa appellationis, iuxta decretum Concilij Tridentini, Sessione. 13. de reformat. ca. 3. Et in hunc sensum est accipiendus text. eiusdem Concilij, Sessione. 24. de reformatione. cap. 10. & Sessione. 25. de reformat. cap. 14. vbi dicitur quod non obstãte quacũque inhibitione superioris, sententia episcopi supervisitatione, aut morum correctione, aut concubinatu exe-

cutioni

cutioni mandetur: debent enim iura illa intelligi, quando inhibitio à superiore data esset, absque eo quod prius appellatio iustificata esset ex actis processus primæ instantiæ: & tunc in prædictis casibus, in quibus inhibitio dari non potest donec visa fuerint acta processus, & ex eis iustificata appellatio, iudex superior concedit solum modo mandatum compulsorium contrà notarium, quo ei mãdat quod acta processus appellanti exhibeat soluta sibi debita mercede, quod facere tenetur sub pœna præscripta in Concilio Tridentino, Sess. 24. de reformat. cap. 20. versic. porrò Et insuper superior concedit appellanti mandatum citatorium, quod partem appellatam citat, ad hoc vt coram eo compareat, & postmodum actis processus primæ instãtiæ delatis ad superiorem, & per eum visis, si ex eis apparuerit causam iustificatam esse, tunc dat inhibitionem aduersus inferiorem: & hoc idem obseruandũ erit, quando appellatio interposita fuit à sententia interlocutoria in casibus, in quibus hodie ab interlocutoria appellari potest, nam superior tunc inhibitionẽ dare nõ poterit, nisi prius visis actis processus primæ instantiæ. & ex eis appellatione iustificata, vt probat text. in dicto cap. Romana. §. quod si obijciatur. quẽ text. innouat Concilium Tridentinum Sess. 22. de reformat. cap. 7. Hoc vltimũ verum esse existimo quando appellatũ esset à sententia interlocutoria continẽti grauamen irreparabile per diffinitiuã, nam tũc in ea specialiter & nominatim causa grauaminis est exprimẽda, vt probatur in cap. 1. de appellatio. in. 6. iuncta Clementina. appellanti. eodem titulo. ac ideo nisi de tali causa ex actis processus prius constet, superior non poterit inhibitionem dare: tamen si appellatio interposita esset ab interlocutoria habẽte vim sententiæ diffinitiuæ, tunc superior poterit statim non visis prius actis processus, inhibitionem dare, nam sicut in appellatione à diffinitiua, causa grauaminis non debet exprimi, vt in. l. Scio. iuncta gloss. fin. ff. de appellat. gl. & cõmuniter omnes in cap. cum in ecclesia. de appel. ita etiam causa non est exprimenda in interlocutoria habente vim diffinitiuæ per argumentum ab æquiparatis. & ita in terminis tenet Perusinus in cap. 1. num. 6. de appellationibus. lib. 6 & communiter omnes secundum Decium in cap. peruenit. el. 2. de appellationibus. Quod verum est, nisi appellatio in aliquo casu prohibita esset à iure, vel à principe, quia tunc causa deberet exprimi, tam in appellatione à sententia diffinitiua, quam in appellatione ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ, secundum glossam in dicto cap. Romana. §. si autem. verbo, Mandetur. communiter receptam ex Decio in cap. ad nostram. num. 13. de appelat. tunc enim nisi appellatio prius iustificata esset ex actis processus, inhibitio non esset danda, iuxta tex. in dicto. cap. Romana. §. si autem. Cæterum si appellatũ fuerit ab alijs sententijs interlocutorijs non habentibus vim diffinitiuæ, nec continentibus grauamen irreparabile, superior non debet inhibitionem dare, sed tantum citationem & compulsionem, iuxta decretum Concil. Trident. Sess. 24. de reformatio. cap. 20. in versiculo, neq; appellationes ab eisdem. Solent tamen nonnulli superiores eo ipso quòd appellãs coram eisdem se præsentat cum apostolis, si appellans est excommunicatus dare mandatum eidem, quo præcipiunt iudici inferiori quod per quindecim dies, vel per aliud certum tempus excommunicatũ absoluat. Similiter idem præcipiunt quã do causa criminalis est, & quod inferior supersedeat executioni sententię per certum tempus, quod superiores faciunt, vt interim acta processus ad eos transferantur, & tunc si ex eisdem constiterit appellationem iustificatam esse, tunc in totum inhibent inferiori, & concesso præ

prædicto mandato citatorio,cõpulsorio vel etiã inhibitorio in casibus,in quibus inhibitio dari potest appellãs facit illud intimari judici inferiori ne in causa procedat,& parti appellatæ,vt coram superiore compareat & etiam notario causę primæ instantiæ , vt acta processus sibi exhibeat offerendo eidem debitam mercedem pro suis exportulis.Et si post intimationem inhibitionis inferiori factã (quando ab eius sententia diffinitiua appellatum fuit in aliquo casu prohibito appellari,vel in causa criminali, vt supra resoluimus,vel quando appellatum fuit à sententia continente grauamen irreparabile) inferior aliquid innouauerit, & attentauerit remedio attẽtatorum erũt per superiorem reuocanda, iuxta tex. in c.non solum. in versic. illa vero , iunctis verbis eiusdẽ tex.ibi,exceptis casibus,de appel.in.6.& explicat & resoluit Couarruu.in pract. quæst.c.24.à.n. 1. Illa verò quæ innouata fuerint per inferiorẽ, post appellationem à sententia diffinitiua interpositam casu quo appellari licet, & etiam ea quæ intra dicendium ad appellandum concessum ante interpositionẽ appellationis fuerint innouata reuocanda erunt per viã attentati,vt probat tex. in dict.capit.non solum.in principio. & explicat & prosequitur Couarr. in practicis quæst.c.23.per totum & Herculanus in Tract.de attentatis.si verò notarius noluerit acta processus exhibere, tunc aduersus eum erit procedendũ pœnis in tali casu præscriptis à Concil.Tri. sess.24.de reformatione.cap. 20. versicul.qui notarius. Sed si acta processus appellanti exhibear,illa eidem concedit clausa & sigillata,& cum illis appellans vel eius procurator comparet coram superiore offerens acta prædicta,& porrigens libellum grauaminum aduersus sententiam inferioris forma sequenti.

LIBELLVS GRAVAMINVM.

Illustre Señor.

15 *FVlano en nombre de fulano como mas aya lugar de derecho,parezco ante.V. m. en grado de appellaciõ,agrauio,nullidad,o simple querella, o como mas a mi de derecho conuenga alegando de la justicia de mi parte,digo que siendo por.V. m. visto el præsente processo,hallara que la sentencia en el dada y pronunciada por el Reuerẽdo Prouisor de tal parte,juez à quo contra el dicho mi parte y en fauor de fulano parte aduersa es ninguna y de alguna,injusta y muy agrauiada, digna de ser emendada y reuocada por.V.m.y della deue ser dado por libre el dicho mi parte, declarando el dicho inferior auer hecho agrauio al dicho mi parte en la dicha sentencia,y que el dicho mi parte appello bien y justamente en tiempo y forma,lo qual assi pido,y V.m.deue hazer por lo siguiente. Lo primero por todas las razones de nullidad y agrauio que del processo se deuen y pueden collegir que he aqui por expressas,y de nueuo ante.V.m.en esta instancia las digo y alego. Lo otro porque la dicha sentencia no fue dada a pedimiento de parte,ni contra parte,en tiempo ni en forma,ni el processo estaua en estado de se poder sentenciar ni el dicho mi parte fue citado para la Ver dar. Lo otro porque el dicho mi parte prouo bien y cumplidamente su intencion con mucho numero de testigos fidedignos,mayores de toda excepcion,y la parte contraria no prouo cosa que*

pudiesse

pudiesse impedir la justicia de mi parte. Lo otro por tal y tal razon. &c. Y assi deuiẽdo el dicho inferior sentenciar en fauor del dicho mi parte lo condemno: por lo qual sintiendose agrauiado de la dicha sentencia appello para ante v.m. en tiempo y forma y en la prosecucion de su appellacion tiene hechas las diligencias necessarias como del processo consta, porque pido a. v.m. que pronunciando se por juez desta causa declare el dicho juez inferior auer mal sentenciado, y la dicha mi parte bien appellado, mãdando dar la dicha sentẽcia por ninguna, o alomenos reuocando la como iniusta y agrauiada, sobre que pido cumplimiento de justicia y costas, y el officio de. v.m. imploro, &c.

Circa supradictum libellũ erit aduertendum, ꝙ si iudex inferior aliquid innouauit aliquo ex modis quibus diximus supra in ista parte, post libellum appellationis, in versiculo, supradictus libellus. in fine, ibi, & si post intimationem inhi-
16 bitionis, &c. quod reuocari debeat remedio attentatorum, tunc licet in quacunq; parte litis reuocatio attentatorũ ab appellante peti possit, vt determinat Rota in decis. 57. &. 185. in nouis. quam probant Ioan. And. Dominicus, Ancha. & Perusinus in. d. c. nõ solũ, & prædictã opinionẽ de iure veriorẽ esse, nec se vnquã de ea vidisse cõtrouerti testatur Coua. in pract. q. c. 23. n. 3. in fine. & Frã. Herculaneus in Tract. de attẽtatis. c. 11. n. 21. tamẽ tutius & cautius erit, quod eodem libello grauaminũ petatur reuocatio sentẽtiæ principalis latæ & attentatorũ, nec necesse erit in specie peti, quod ante omnia reuocentur attentata, imo sãtis erit simpliciter peti reuocationẽ attentatorum. ita resoluũt supradicti DD. Quo circa quando aliquid innouatũ fuerit in prædicto libello grauaminũ post illam clausulã, scilicet, Tiene hechas las diligẽcias necessarias, como del processo consta. adijcienda erit clausula sequens. Y sin embargo de la dicha appellacion, el dicho inferior innouo en la causa, procediendo a executar su sentencia, o haziendo tal y tal cosa despues del appelacion por mi parte interpuesta, y en el tiẽpo que pudiera appellar, o despues que le fue notificada la inhibitoria de v.m. en que le inhibio, para que no se entremetiesse en el conocimiento de la dicha causa, ni innouasse cosa alguna en ella, porq̃ pido a v.m. q̃ reponiẽdo primero y ante todas cosas todo lo hecho, innouado, y attẽtado por el dicho inferior v. m proceda en la dicha causa, y declare la dicha sentẽcia del dicho inferior por ninguna, o alomenos como injusta la reuoque, sobre que pido justicia, &c.

Supradictus libellus grauaminũ producitur coram superiore, qui præcipit, copiam eius exhiberi appellato, & quod ad primam audientiam respondeat, in qua comparet appellans incusans contumaciam appellato, ex eo quod non respondeat, & proceditur sicut diximus in prima parte huius secundi Tomi. in ca. 5. de libelli oblatione, prope finem. in versic. oblato prædicto libello actionis. Et quando pars appellata voluerit respondere libello grauaminum appellantis, poterit concipere responsum forma sequenti.

Libellus responsorius ex parte appellati.

Illustre Señor.

17 *FVlano en nombre de fulano con protestacion que hago, de que por auto o autos que ante. V. M. haga no sea visto darle, ni atribuyr le mas ni mayor jurisdiction*

de la que en tal caso de derecho a V.m. compete, y essa no declinable, en respuesta de vn escripto de agrauios por parte de fulano presentado pareszco ante V.m. y digo, que siendo por V.m. visto el presente processo hallara que V.m. no es juez competente, ni lo puede ser desta causa, ni de otra cosa tocante a ella, por quanto del auto por el Reuerẽdo prouisor juez à quo, dado y pronunciado, no se pudo ni deuio appellar conforme à derecho y a lo nueuamente decretado enel Sacro Concilio de Trento, attento que el dicho auto y sentencia fue interlocutoria, y tal que de derecho del no viuiesse lugar appellacion: por lo qual V.m. se deue pronunciar por no juez desta causa exonerando se della, y remitiendo el conocimiento al dicho Prouisor, declarando mal appellado por la parte contraria, y condenãdo la en costas. Y caso no confessado que lo susodicho lugar no aya V.m. deue por su sentencia confirmar la sentencia dada y pronunciada por el dicho Reuerendo Prouisor en fauor de mi parte, y contra el dicho aduerso, declarãdo auer hecho justicia, y lo q̃ era obligado, y el dicho aduerso auer mal appellado, lo qual assi pido, y V.m. deue hazer por lo siguiente. Lo primero por todo lo general que se suele dezir y alegar, que he aqui por expresso, y por las demas razones que de la dicha sentencia y processo se coligen, y por todo lo que por mi parte fue dicho, y alegado y prouado ante el inferior, lo qual en esta instancia reproduzgo: y porque la dicha sentencia fue dada conforme a derecho atento lo alegado y prouado, y la parte aduersa fue citada para la ver dar, y porque el dicho mi parte prouo sufficientemente su intencion, y el aduerso no probo cosa que aprouechar le pudiesse, y lo que agora de nueuo dize y alega, ya lo tiene alegado y articulado en la primera instancia y conforme a derecho no a lugar de lo alegar en esta segunda, por q̃ pido a V.m. en todo haga segun e como de suso pedido tengo, y en lo necessario el officio de V.m. imploro, pido justicia y las costas protesto, &c.

Iste libellus offertur coram iudice, & eius copia datur appellanti, qui si voluerit replicare poterit, cuius replicationis copia datur appellato, qui duplicare poterit: & cum duobus libellis ab vtraque parte productis concluditur per partes, & iudex pro cõcluso habet, vt diximus in dicta prima parte huius secundi tomi in. §. sententia interlocutoria. in medio. Et tunc processus defertur ad iudicem, & si viso processu iudex inuenerit appellatum fuisse à sententia interlocutoria habente vim diffinitiuæ vel continente grauamen irreparabile per diffinitiuam constiteritq; bene appellatum fuisse ex
18 primis actis processus primæ instantiæ, non verò ex nouis, quia appellatio ab interlocutoria non potest iustificari ex nouis actis, sed solum modo ex primis, vt probat text. in Clementina. appellanti. de appellat. & Bart. in. l. eius qui numero 8. ff. de appel. & in. l. ait prætor. nu. 4. ff. de minoribus. & pro regula ponit Socinus in regula. 22. & Petrus Dueñas in regula. 47. quam ibi limitat septem modis & si in aliquo casu, ex limitatis per Socinum & Dueñas, aliquid probari debeat, iudex appellationis recipit articulum illum ad probationem. Constitoque ex primis actis, vel ex nouis (casu quo locum habent) bene appellatum fuisse,
19 tunc iudex profert sententiam interlocutoriam, qua pronuntiat se iudicem esse illius causæ, retinẽs cognitionem cau-

sæ

sæ principalis, secundum glossam in ca. vt debitus honor. verb. Alioquin. de appel. & glo. 1. in cap. Romana. §. fin. eodē tit. lib. 6. Quam sententiam ante omnia iudex superior proferre debet, quia super illo grauamine fundatur sua iurisdictio, vt dicto capite. Romana. §. si verò. &. §. quod si obijciatur. Quando enim iurisdictio alicuius fundatur in aliqua qualitate, prius de illa constare debet, & iudex pronuntiare se iudicem illius causæ esse, iuxta tex. in ca. cum in iure. de offic. deleg & in cap. 1. eodem titul. lib. 6. & in prædicta sententia iudex debet in negocio principali partes ad probationem recipere, quando locus probationi fuerit, sed si ex primis actis processus vel ex nouis, in casu quo locum habuerint, constiterit male appellatum fuisse à prædicta sententia interlocutoria, grauamenque non fuisse illatum ab inferiori, tunc iudex appellationis proferre debebit sententiam qua cognitionem causę ad inferiorem remittat, in expensis condemnando appellantem, vt probat text. in dict. cap. vt debitus. de appellationibus. & in cap. 1. eodē tit. libr. 6. in versicul. quod si appellator. Cæterùm si iudex inuenerit appellatum fuisse à sententia diffinitiua, & nihil de nouo per partes in hac instantia allegatum fuisse, quod non esset iam allegatum, articulatum, & probatum in prima instantia coram inferiori, tunc non recipit partes ad probationem, sed profert sententiam diffinitiuam. nam licet regula vulgaris sit, quod in instantia appellationis non allegata allegabo, & non probata probabo, iuxta textum in. l. per hanc. & ibi DD. C. de temporibus appellationū. & in ca. fraternitatis. de testibus. tamen illa regula vera est & procedit, quando nouæ probationes nō essent super eisdem articulis vel directe contrarijs, sed super nouis articulis dependentibus à veteribus facientibus ad causam, vt probat text. in Clementina. 2. de testibus. Bartolus in dict. l. per hanc. Panorm. & Felinus in dict. capit. fraternitatis. & tradit Petrus Dueñas in regula. 48 fallentia. 1. & Ioannes Matienço in dialogo relatoris. 3. par. capi. 46. cum nonnullis sequentibus. Sed si iudex inuenerit aliquid fuisse de nouo allegatum super repetita, & deducta in causa principali, vel allegatū in prima instantia, nō fuisse articulatū, vel probatū, tunc profert sentētiā interlocutoriā qua partes recipit ad probationem, & vtroque casu sentētia erit formanda modo sequenti.

20 21

Sententia interlocutoria, qua iudex pronuntiat se iudicem.

22 *EN Salamanca a tantos dias de tal mes y de tal año, el Señor Licenciado fulano, juez Metropolitano del Arçobispado de Santiago, auiendo visto el presente processo que en grado de appellacion ante el auia venido, entre partes de la vna fulano appellante, y de la otra fulano apellado sobre tal articulo dixo, que se deuia pronunciar y pronuncio por juez competente desta causa, y procediendo a hazer justicia en ella, que deuia de declarar y declaro que el juez à quo, que della conocio en primera instancia, en dar y pronūciar tal auto y sentēcia interlocutoria, que dio y pronūcio, hizo agravio al dicho fulano, y assi declaro biē appellado por parte del dicho fulano*

y mal sentenciado, por el dicho juez inferior, y que deuia reuocar y reuoco el dicho auto y sentencia interlocutoria: en cuya consequencia dixo que retenia, y retuuo en si el conocimiento de la causa principal, y por estar concluſa para prueua dixo que recebia, y recibio las partes a la prueua, con termino y espacio de nueue dias, saluo iure impertinentium & non admittendorum, y que citaua, y cito a ambas las partes para que vengan a ver presentar, jurar, y conocer los testigos y las escripturas que la vna parte presentare contra la otra, y la otra contra la otra, assi lo pronuncio, y mando y lo firmo de su nombre siendo testigos fulano y fulano.

Sentencia interlocutoria, qua iudex pronuntiat se non esse iudicem.

63 ¶Visto este processo que ante nos pende en grado de appellacion, entre partes de la vna fulano appellante, y de la otra fulano appellado &c.

Fallamos, que nos deuemos pronunciar y pronunciamos por no juez desta causa attento que el Reuerendo prouisor de tal parte juez à quo, que della conocio en primera instancia en pronunciar como pronũcio tal auto interlocutorio, no hizo agrauio al dicho fulano, ni el del pudo appellar, y procediẽdo a hazer justicia dezimos que deuemos de declarar, y declaramos bien pronunciado por el dicho Reuerendo juez à quo, y mal appellado por parte del dicho fulano: en cuya consequencia remitimos el conocimiento desta causa al dicho Reuerendo juez à quo, para que proceda en ella cõforme a derecho, y mas condenamos al dicho fulano en las costas desta instancia justamẽte hechas, cuya taxaciõ en nos reseruamos, assi lo pronunciamos y mandamos por esta nuestra sentencia juzgando. &c.

Sentencia interlocutoria, qua partes recipiuntur ad probationem.

EN Salamanca a tantos dias de tal mes y de tal año el señor Licẽciado fulano juez Metropolitano del Reuerendissimo Señor Arçobispo de Santiago, auiẽdo visto el presente processo, que en grado de appellacion ante su merced pende, entre partes de la vna fulano appellante, y de la otra fulano appellado dixo, que se deuia de pronunciar y pronuncio por juez cõpetente desta causa, y procediendo en ella a hazer justicia, que deuia de recibir, y recibio a ambas las partes a la prueua sobre lo nueuamẽte allegado, y lo no probado en la primera instancia, con termino y espacio de nueue dias, saluo jure impertinentiũ & non admittẽdorũ, y mando citar a ambas las partes

para

para ver presentar, jurar y conocer los testigos y escripturas que la vna parte præsentare contra la otra, y la otra contra la otra, assi lo pronuncio y mando, y firmo de su nõbre siendo testigos fulano y fulano.

Deinceps in hac instantia procedendum erit forma & modo, quibus diximus in prima parte huius secundi Tomi. in. §. sententia interlocutoria qua iudex pronuntiat se iudicem esse, vsque ad finem totius illius partis. Et est aduertendum, quod etiam in ista instantia potest etiam opponi contra iudicem exceptio recusationis, quæ opponẽda erit tẽpore, modo, & forma, quibus diximus in dict. prima parte huius secundi tomi. in capit. 6. de exceptionibus dilatorijs in principio. in versiculo, est etiam aduertẽdum. &c. & postquam deuentum fuerit ad conclusionem causæ, & ad citationẽ partium ad audiendam sententiam diffinitiuam, iudex viso processu, & attentis, & consideratis omnibus ijs, quæ diximus in prima parte primi tomi in tempore. 10. profert sententiam diffinitiuam aut confirmatoriam vel reuocatoriam forma sequenti.

Sententia diffinitiua confirmatoria.

24 ¶ *Visto este processo que ante nos pende en grado de appellacion entre partes, de la vna fulano appellante, y su procurador en su nombre: y de la otra fulano appellado y su procurador. &c.*

Fallamos atentos los autos y meritos del, que la sentencia diffinitiua enel dada y pronunciada por el Reuerendo Prouisor de tal parte juez à quo, que desta causa conocio en primera instancia, fue justa y conforme a derecho dada y pronunciada, y que la deuemos confirmar y confirmamos segun y como enella se contiene, y remittimos la execucion della al dicho Reuerendo juez à quo, para que lleue su sentencia à deuida execucion, y effecto: y mas cõdenamos al dicho fulano appellante en las costas desta instancia justamente hechas, cuya taxacio en nos reseruamos, y por esta nuestra sentencia diffinitiua juzgando assi lo pronunciamos y mandamos, &c.

Sentencia diffinitiua reuocatoria.

¶ *Visto este processo, que ante nos pende en grado de appellacion, entre partes de la vna fulano appellante, y de la otra fulano appellado y sus procuradores, en sus nombres. &c.*

Fallamos attento lo nueuamente allegado y probado en esta instancia, q̃ el dicho fulano appellante prouo bien y cũplidamente su intẽcion, y lo q̃ prouar le conuenia, y por tal bien prouada la damos y pronunciamos, en cuya consequencia dezimos que deuemos reuocar y reuocamos la sentencia diffinitiua eneste processo dada y pronunciada por el Reuerendo Prouisor de tal parte, juez à quo, que desta causa conocio

en

en primera instancia, y que deuemos absoluer y absoluamos al dicho fulano appellante de lo contra el pedido por parte del dicho fulano, assi lo pronunciamos y mandamos por esta nuestra sentencia diffinitiuamente juzgando sin costas, &c.

Vnaquæque ex supradictis sententijs intimatur vtrique parti, & pars quæ senserit se grauatam esse poterit ab ea appellare ad Nuncium vel summum Pontificem, vel ad alium iudicem proximum & immediatum superiorem (si forte aliquis fuerit) si non fuerint tres sententiæ omnino conformes, alioquin non erit locus appellationi, vt in cap. sua nobis. & ibi Panormitan. Decius, & reliqui de appelatio. Et appellatio interponenda erit intra decem dies à die notificationis eodem modo, quo in ista instantia diximus, & si iudex noluerit appellationi deferre, poterit appellans recurrere ad cancellariam Regiam per viam violentię, sicuti supra diximus in ista præsenti parte. Et interim debebit mittere ad impetrandas literas & breue cõmissionis à Nuntio Hispaniæ, cum relatione negotij, sententiæ, grauaminis, & appellationis, & literis commissionis impetratis, appellans tũc illas clausulas coram aliquo notario præsentat iudici cõmissionis, petensque ab eo & requirens, quòd cognitionẽ causæ acceptet & impleat quòd sibi in literis mandatur, & suum mandatum inhibitionis contra iudicem à quo & citationis cõtra partem appellatam, & compulsionis contra notarium concedat. Qui iudex delegatus prædictum mandatum concedit cum insertione literarum apostolicarũ, vel præcipiendo notario, quòd literas apostolicas originaliter intimet & indicet iudici à quo, vel parti quæ eas videre voluerit: & prędicto mandato intimato iudici, parti, & notario, deinde in causa proceditur, sicut in ista præsenti parte. Cæterum si à prædicta sententia non fuerit appellatũ, vel iã quòd fuit, appellatio remanserit deserta, & sententia transacta in rem iudicatam, poterit tunc executioni mandari, sicut diximus supra in Tertia parte huius Secundi Tomi. & idẽ erit quando fuerint tres sententiæ diffinitiuę conformes, iuxta tex. in Clemẽ. 1. de re iud. & quæ resoluit Couarr. in practic. quæst. cap. 29. &c.

Finis huius Quintæ Partis Secundi Tomi.

TERTIVS TOMVS,

IN QVO CONTINETVR

breue compendium ad hodiernum ſtylum de actionibus,& earum formulis,& nonnullis alijs remedijs extraordinarijs.

Exinitio.

SVMMARIA.

1 STudioſe agendum eſt vt ea, quæ promittuntur opere compleãtur.

2 In inſtituendis actionibus qui olim cadebat à ſyllaba cauſa priuabatur.

3 Nouiori iure, quibuſcũque verbis proponi poteſt actio.

4 Per titulũ C. de formulis ſublatis non cenſetur actio ſublata.

5 Sine actione nemo experitur.

6 Partem in iudicio ſine actione agentem, abſque alterius partis petitione ex officio iudex repellere poteſt.

7 Neceſſarium non eſt nomen actionis exprimi ſed ſolum ſimpliciter factum narrari.

8 Si ſentẽtia feratur ſuper libello, in quo factum ita inepte eſt enarratum, vt ex eo actio colligi non poſsit, eſt ipſo iure nulla.

9 Si pars non opponat de nullitate ſentẽtiæ, eo quod ineptitudo in libello verſatur, ſententia poteſt executioni mandari.

Intellectus verus ad l. 1. §. 1 ff. ſi menſor falſum modum dixerit. traditur.

10 In plures ſignificationes accipitur actio.

11 Nihil aliud eſt actio quam ius perſequendi in iudicio quod ſibi debetur.

12 Actionum quædam ſunt natiuæ, quædam datiuæ nuncupantur.

13 Omnis actio, quæ præexiſtentem materiam, ex qua oriatur continet, natiua dicitur.

14 Datiua actio eſt ea, quæ ſine materia aliqua ſufficiente, ex æquitate prætoris conceditur: verius tamen eſt in pũcto iuris, omnes actiones natiuas eſſe.

15 Effectus & differentia aſſignata per gloſſ. in l. cum precario ff de precario. verus non eſt in puncto iuris.

16 Quædam actiones ſunt directæ, quædam vtiles.

17 Directæ actiones ſunt illæ, quæ in albo prætoris deſcriptæ erant, & ex mero iuris rigore naſcebantur.

18 Vtiles actiones illæ appellantur, quæ non ex iuris rigore, ſed æquitate ſuadente

dente à prætore concedebantur.

19 *Idem consequitur quis per actionem vtilem, quod per actionem directam.*

Differentiæ inter vtiles, & directas actiones, traduntur remissiuè.

20 *Quam plures actionum diuisiones fuerunt à Iust. traditæ in toto titulo. de actionibus. institut.*

Initium.



SVPERIORI Anno proximo elapso, dum in florentissimo Salmanticensi gymnasio publicè, magnoque cum audientium applausu, summoque meo labore, & exacta diligentia præscriberem formam, & ordinem iudiciorum pollicitus fui, actionum materiam, & earum libellos ad breue compendium redigere iuxta stylum hodiernum. Ideo
1 præsenti anno. 1574. vt quod ore promisi, opere adimpleam, decreui præsentem tractatum præscribere, considerans quantum conducat, quamque necessarius sit negocijs forensibus. Nam licet antiquæ actionum formulæ, quæ in proponendis actionibus præscrip-
2 tæ erant, (quæ ita obseruabantur, vt qui cadebat à syllaba, cadebat à causa, ne populus ad libitum ageret iuxta tex-
3 tum in.l. secunda. §. deinde ex his. ff. de origine iuris) iam hodie sublatæ sint vtroque iure per titul. C. de formulis su-
4 blat. & per textum in capite. dilecti. de iudicijs. sic intelligendum: non tamen censetur sublata actio, prout sumitur pro iure agendi: imo vsque adeo ne-
5 cessaria est, vt sine ea nemo experiri possit iuxta text. in l. si pupilli. §. videamus ff. de nego. gest. & in capite constitutis. 47. iuncta gloss. prima. de elec-
6 tion. Quinimo absque actione agens officio iudicis sine partis petitione à iudicio repellitur secundum glossam in l. vbi pactum. C. de transactionibus receptam communiter ex Tiraquello. in l. si vnquam. §. reuertatur. numero. 281. C. de reuocandis donation. quæ etiam aptè in libello componi debet, non tamen exprimendo nomen actionis, quia
7 hoc necessarium non est, sed solum modo narrando pure & simpliciter factum, ex quo resultet nomen actionis, iuxta textum in dicto capite dilecti. de iudicijs. & gloss. in authentica. de exhibendis reis. §. primo. verbo. libellum. quam sequitur Bartolus numero. 18. & Oroscius numero. 32. in. l. prima. ff. de edendo. & hanc testantur cõmunem opinionem Panormitan. Decius & Alciatus. in dicto capite dilecti. & Iason. in. §. omnium numero. 175. institut. de actionibus. explicat Maranta de ordine iudiciorum. sexta parte membro quinto. numer. quinto. Iuxta quam resolutionem intelligi debet textus in. l. omnes. §. finali. ibi, propoposita actione. C. de episcopis & clericis. & in. l. finali. C. de interdict. & in l. edita. C. de edendo. & in capite experientiæ. 11. quæstione prima. & in capite octaua. 12. quæstione secunda. & in capite examinata. de iudic. & in capite finali. de libelli oblatione. & in capite primo. de mutuis petitio. quibus iuribus probari videbatur nomẽ actionis exprimendum esse. Debent enim iura illa intelligi de petitione, in qua narratur factum aptè, ita vt ex eo nomen actionis resultet. Alioquin enim
8 si factum ineptè in libello narraretur, ita quod ex eo nulla actio colligi posset, sententia lata super tali libello inepto nulla esset, secundum glossam in principio institutis. de obligation.

quam

quam probat Baldus in l. actori. & in l. in bona fide. C. de rebus creditis. cuius gloss. opinio etiam hodie procedit de iure regio, si ineptitudo libelli à parte opponeretur, secus tamen si opposita non esset, & de veritate causæ in processu constaret, iuxta tex. in l. 10. titu. 17. libr. 4. recopilat. Nec huic veræ resolutioni obstat. l. 1. ibi. nec tenere intentioné. ff. si mensor falsum modum dixerit. Nã omisso intellectu Bartol. dict. l. 1. numero. 19. ff. de edendo, & Felini capit. examinata. de iudic. & Ripæ. l. edita. C. de edendo. dici potest, quòd ideo ibi libellus vitiatur, quia expresse ibi prohibitum fuit actionem intentari in honoré agri mensoris, vt colligitur ex verbis illius text. ibi, beneficij loco, & ibi, honorarium. Obidque operæpretium duxi actiones, & earum libellos in isto tractatu præscribere iuxta praxim, quæ hodie in tribunalibus frequentatur. Ad cuius rei explicationem breuiter nonnulla erunt præmittenda. Primò, quod actio habet plures significationes, secundum Albertum. in suo dictionario verbo. actio, Aciatum in l. edita. C. de edéndo & Benincasium in princip. institut. de action. à numero. 140. & Ambrosium Calepinum in suo dictionario verbo. ago, & verb. actio. In nostra tamen materia actio significat ius persequendi in iudicio, quod nobis debetur, iuxt. tex. in principio institut. de actionibus. & in l. nihil aliud ff. de actionibus & obligationibus. & notant Bart. Bald. Angel. & omnes communiter ex Zasio in princi. colum. 1. instit. de actionibus, & ibi Corasius. numero. 3. & Benincasius. numero. 2. & 220. Secundò quod actio alia est natiua, & alia datiua, secundum gloss. 1. in l. ex legato nominis. C. de legat. quã testatur communit. receptam Iason in. §. rursus. numero. 78. &. 79. institut. de actio. & Oroscius in l. fin. ff. de edendo. & dominus Antonius de Meneses à Padilla in l. naturalis. § at cum do. ff. de prescriptis verb. & Benincasius in præfatione ad tit. instit. de actio. Actio natiua dicitur, quæ habet persistentem materiã, ex qua oriatur, vt putà contractum, vel obligationem: datiua vero dicitur quæ hac materia caret, sed ex æquitate prætoris datur. At vero in puncto iuris verior opinio est, omnes actiones tantum natiuas esse, cum sine persistéte materia nulla actio reperiatur, secundum Dec. & Alci. in l. cum mota. C. de transaction. Forcat. in dialogo. 47. Duare. in princi. instit. de action. verbo. actionem, & ibi Otomanum. nu. 14. Nec effectus illius communis differétiæ inter natiuam, & datiuam, scilicet, quod datiua ad hæredes non transit, verus est, secundum Couar. in reg. possessor. 3. part. §. 1. nu. 4. & Manuelé Costam in tract. de patruo & nepote. fol. 8. Tertiò, quod actiones aliæ sunt directæ, & aliæ vtiles, iuxta text. in l. actionis. ff. de actionibus & oblig. & in l. actio. ff. de negoc. gest. & in l. curatoris. C. eodem tit. & gl. 1. in. d. l. ex legato. Actiones directæ sunt, quæ antiquitus ex contractibus nominatis vt putà ex emptione, & locatione, & similibus descriptæ erant in albo prætoris iuxta tex. in l. 2. §. deinde. ff. de origine iuris. & in l. 1. C. de interdi. Postea tamen, quia multo plura essent negotia, quàm actiones, vt in l. 4. ff. de præscriptis verb. & plures essent contractus, qui non haberent certam formam actionum in albo prætoris descriptam, prętor æquitate & publica vtilitate suadente actiones cõmodas dedit, quæ vtiles appellãtur. Regulariter tamen directæ & vtiles eandé naturam habent, vt probatur in l. actio. ff. de neg. gest. & notat Iasson in l. cum fundus. §. seruũ. ff. si certũ petatur. n. 14. Duare. li. 1. dispũ. l. 2. & in l. iuris gentiũ. §. & ideo. ff. de pact. Baldui. in §. fin. ver. vtilis. insti. ad legem Aquil. & Connanus li. 7. cõmentariorum. c. 15. n. 10. & differentias inter vtiles & directas cõgerit Bartolus in l. 1. ff. de action. & obliga. &

Iaſon.in.d.l.cum fundus.§. ſeruum. nu. 15.& Carolus Ruinus in. l. 1. C. qui ad 20 mitti. num. 482. Quarto, quod Iuſtinianus in titul. de action. plures diuiſiones actionum conſtituit. Primo enim dixit, actiones alias eſſe reales, & alias perſonales, in.§.omnium. inſtit. de action. dixit etiam alias eſſe miſtas, reales & perſonales ſimul, in.§.quædam. eodem titul. Secundò dixit, actiones quaſdam eſſe ciuiles, & quaſdam prætorias, in. §. ſed iſtæ. eodem titulo. vbi prætorias ſub diſtinxit in reales, & perſonales. De realibus egit in.§.nanque ſicui. vſque ad.§. in perſonam. eiuſdem tituli. Et de perſonalibus prætorijs egit à dict.§. in perſonam, in quo text. iuncto.§.pœnales. iterum prætorias perſonales ſub diſtinxit in perſonales, prætorias, rei perſequutorias: de quibus egit in.§. de cõſtituta. & in.§.actiones. & in.§.item ſiquis. eodem titulo. & in perſonales, prætorias, pœnæ perſequutorias, de quibus egit in §.pœnales. Tertiò dixit, actiones alias eſſe præiudiciales, & alias non præiudiciales in.§.præiudiciales. eodem titulo. Quarto dixit, actiones quaſdam eſſe rei perſequtorias tantum, quaſdam perſequutorias pœnæ tantum, quaſdam perſequtorias rei & pœnæ ſimul, in. §. ſequens illa diuiſio. de quibus egit à. §. rei perſequendæ. vſque ad. §. quædam. Quintò dixit, actiones alias in ſimplum, alias in duplum, alias in triplum, & alias in quadruplum dari in. §. omnes. eodem titulo. quo in loco de omnibus egit, vſque ad. §. actionum. Sextò dixit actiones alias bonæ fidei eſſe, & alias ſtricti iuris, in.§.actionum. eodem titulo. de quibus ibi egit. Septimò dixit, actiones alias arbitrarias eſſe, & alias non arbitrarias, in.§.prętereà, quaſdam. de quibus ibi egit vſque ad. §. ſunt præterea. Octauò dixit, actiones alias priuilegiatas eſſe in. §. ſunt præterea, vſque ad finem tituli. Quarum omnium naturam & formulam, ſequens ordinem Iuſtiniani, explicabo in ſequentibus reſolutionibus.

Ex Cap. Primo

SVMMARIA.

1 *PRimum caput de aliquibus actionibus tam perſonalibus, realibus, quàm miſtis iure ciuili introductis.*

2 *Perſonalis actio eſt illa, quæ alicuius perſonam, vel eius hæredis non poteſt egredi.*

3 *Actio realis eſt, quæ continet ius in ipſa re, eamque ſicut lepra leproſum comitatur.*

4 *Per perſonalem actionem perſonam tantum obligatam perſequimur, at vero per realem quemcunque rei poſſeſſorem.*

5 *Vt perſonalis actio oriatur neceſſariũ eſt cõtractum vel quaſi contractum, maleficium, vel quaſi maleficium adeſſe.*

6 *Realis actio tantum naſcitur ex iure quod in re habemus.*

7 *Per perſonalem actionẽ intendit quis dari ſibi oportere, quod dominij tranſlationem ſignificat.*

8 *Per realem actionem non nouum ius, ſed vt id quod eſt declaretur, actor poſtulat.*

9 *Sicut perſonalis actio, condictio, ita & realis vendicatio nuncupatur.*

10 *Miſtæ actiones eæ dicuntur, quæ ſimul & perſonales & reales ſunt.*

11 *Speciem de per ſe non conſtituũt actiones miſtæ ſed qualitate tantũ differũt.*

12 *Ciuiles*

12 *Ciuiles actiones sunt illæ, quæ ciuili iure: prætoriæ, quæ à prætore inductæ fuerunt.*

13 *Prætores possunt iura, & actiones dare.*

14 *Sicut ciuiles actiones perpetuo, ita prætoriæ per annum durare solent.*

15 *Quando honoraria actio est rei persequutoria perpetuo durat.*

Caput Primum. De nõnullis actionibus personalibus, realibus, & mistis, à iure ciuili descendentibus.

1 DIximus in initio huius tractatus actiones esse personales nonnullas, alias reales, & alias mistas, & alias inductas esse à iure ciuili, & alias à iure prætorio cum Iustiniano in §. omnium, iuncto §. 2 quædam. instit. de action. Personalis actio est, quando ius inuenitur in ipsa obligatione, & comitatur personã obligati, vel eius hæredis, qui suam personã repræsentat, nec vltra progreditur. Realis verò actio est, quando ius reperitur 3 in ipsa re absque obligatione, & rem ipsam comitatur, & datur contra quemcunque rei possessorem. Ita colligitur ex dict. §. omnium. in versic. namque, iũcto vers. aut cum eo. & ex. l. actionum genera. in principio. ff. de actionibus & obligationibus. & tradit Iason. numero 2. & Gometius numer. 13. in dict. §. omnium. ex quibus constat personales 4 actiones differre à realibus. Primò, quia per personales cõsequimur ius cõtra solam personam, quæ contraxit, vel deliquit, vel contra eius hęredem, iuxta tex. in dict. §. omnium. & in dict. l. actionũ. Per reales verò persequimur rem à quocunque possessore, vt probatur in dictis iuribus. & ita natura ipsa differunt prædictæ actiones. 5 Secundò differunt in origine, quia personalis oritur ex cõtractu, vel quasi contractu, ex maleficio vel quasi maleficio vt probatur in dicto §. omnium in illis verbis ibi, vel alijs quibusdam modis secundum Iasonem ibi 6 numero. 33. & Cuiacium. Realis autem oritur ex re vel iure, quod in re habemus, vt probatur in dict. l. actionum. in principio. & in dict. §. omnium. versic. namque. & versicu. aut cum eo. Tertio 7 differunt in effectu, quia per personalẽ actor concludit, quod reus condẽnetur ad dandam sibi rem, vel ad dominium transferendum, aut ad aliquid faciendum, vt probatur in dicto §. omnium. versic. namque. & in §. appellamus. in- 8 stit. de action. At vero per realem actor petit, quod declaretur dominus illius rei, vt probatur in. l. Ponponius. §. sed & is. ff. de procuratoribus. & in. l. ex diuerso. ff. de rei vendicatione. Quartò differunt in nomine, quia personales condictiones appellantur, reales verò vendi- 9 cationes, vt in dict. §. appellamus. & in 10 dict. l. actionum. in principio. Mistæ autem actiones sunt, quę nec mere reales, nec personales sunt, sed simul reales, & personales, vt putà actio finium regundorum, communi diuidundo, familiæ herciscundæ. vt probatur in. §. quædam. institu. de action. & in. l. actionis. 11 36. versiculo mistæ. ff. de actionibus & obligationibus. Quæ tamen actiones mistæ non constituunt speciem de per se, sed differunt qualitate, secundum Iasonem in dict. §. omnium. numero. 27. & in. l. 2. numero. 2. ff. de verborum. Gometium in dict. §. quædam. Mayneriũ in lib. 2. actionum. num. 4. & hanc testatur communem opinionem Iason in. l. si arrogator. nume. 45. ff. de adoptionibus. quanuis in specie differre dicat gl. in dict. §. omnium. verbo. summa. & alij communiter, quos refert Ias. ibi nu.

26. & Alex. in l. in actibus. ff. de in litem
12 iurando. Rursus actiones inductæ à iure ciuili dicuntur ciuiles, quia ex legibus ciuilibus descendunt, prætoriæ verò quæ
13 à prætore sunt comparatæ: tanta enim fuit prætoris autoritas, vt iura & actiones dare posset, iuxta text. in l. 2. §. eo tempore. ff. de origine iuris. & in §. prætorum. instit. de iure naturali. Et actiones
14 ciuiles differunt à prætorijs: quia ciuiles sunt perpetuæ, prætoriæ verò durant per annum. iuxta text. in l. in honorarijs. ff. de actionibus & obligationibus. & in principio, instit. de perp. & temp. actio. Quod verum est, quando prætoriæ sunt
15 pœnales, cæterùm quando sunt rei persecutoriæ perpetuò durant: vt probatur in dict. principio, de perpet. & tempor. action. Et an actiones descendentes ab statutis, & constitutionibus conditis à ducibus, marchionibus, episcopis, aut correctoribus sint perpetuæ, vel annales, resoluunt Iason in §. sed istæ. à nu. 27. instit. de action. Auilesius in. cc. prætorum. capit. 17. Auendanius de mandatis principum. cap. 5. num. 9. &. 10. & in cap. 6. num. 4. Et de omnibus supradictis actionibus personalibus, realibus, & mistis à iure ciuili, & à prætorio inductis sigillatim suo loco à nobis erit dicendum, prius à personali incipiendo in genere &c.

4 *Conditionis appellatione omnis actio personalis continetur.*

5 *Certi conditio generalis est, competitque ex omni causa, qua quid certum petitur.*

6 *Cõdictio trahitur ad eas etiam causas, quibus non certum exigitur.*

7 *Personalis actio ad rem propriam fere nunquam datur.*

8 *Qui semel est dominus amplius dominus effici non potest.*

9 *Ad dandum competit actio personalis.*

10 *Verbum dare, translationem dominij significat.*

11 *Contra furem actio personalis competere potest.*

12 *Omnis actio degenerat contra furem.*

13 *Dominium in furem translatum esse fingitur.*

14 *Personalis actio ex contractu vel quasi, aut ex maleficio, vel quasi maleficio nascitur.*

15 *Libellus in actione personali sermone Hispano conceptus.*

Ex. §. Primo

SVMMARIA.

1 *OMnes actiones personales dicuntur condictiones.*

2 *Olim qui in personam agebat suo aduersario prius denuntiabat.*

3 *In personalibus actionibus instituendis denuntiatio non est hodie necessaria.*

§. 1. de personali actione.

1 PErsonalis actio appellatur cõdictio à verbo antiquo, cõdicere, quod significabat denũtiare. Et hinc cõdictiones omnes actiones personales nucupãtur, ex eo quod olim, qui in personam
2 ageret, denuntiare suo aduersario soleret, vt certa die iudicio adesset. Nam postquam extra iudiciũ familiariter debitorem cõmonuerat, vt ei solueret, aduersario non satis faciente, dicebat eidẽ

&

& denuntiabat diem, qua in iudicio sistendum esset. Et à tali prædictione, & denunciatione diei actiones in personã appellatæ fuerunt, condictiones: quod 3 nomen adhuc retinent. Licèt hodie talis denunciatio necessaria nõ sit: ac ideo improprie & abusiue actiones personales appellantur, condictiones, quia solũ modo retinent vestigium nominis absque effectu, iuxta text. in. §. appellamus. insti. de actio. & resoluunt ibi Otoman. num. 17. Misingeri. num. 2. Ioannes Corrasius num. 5. & Brisonius. lib. 3. de verborum significatione verb. condicere. Qua in re obseruandum erit, quod licèt 4 appellatione condictionis omnis actio personalis contineatur, iuxta text. in. l. actionum, in princip. 24. ff. de action. & 5 obliga. cum ex omni causa contractuve, quo certum quid petitur competat certi condictio, vt in. l. certi conditio. ff. 6 si certum petatur, tamen etiam trahitur ad eas actiones personales, quæ certum nomen non habent: & dicitur condictio incerti, vt pùtà condictio ob causam, indebiti, sine causa, ex lege, & similes, secundum Brisonium, in dict. l. 3. verbo. condictio, & Corrasium in dict. §. appellamus. nu. 7. Ex qua resolutione colligitur vis & effectus actionis personalis, 7 scilicet, quod per eam nemo potest rem propriam petere. iuxta text. in. §. sic itaq; discretis. insti. de actionibus, ibi, si appareret dare oportere. Quod exponi debet, id est, si agat actione personali secundũ Fabrum, & Angelum ibi receptos à Misingerio ibidem. num. 2. Quanuis aliter explicet Dynus receptus ab Otomano, & Corrasio ibi: & quidquid aliter exponat ibidem Iason. num. 15. Et ita ibi con 8 stituitur Regula, nempe, quòd nemo potest rem suam ab alio condicere, id est, nemo potest actione personali rem propriam petere: quæ regula etiam probatur in. l. fin. ff. vsufructuarius, quemadmodum caueat. Et ratio prædictæ regulæ est, quia quod proprium alicuius est amplius illius fieri non potest, vt probatur in dict. §. sic itaque. ad quod text. ille quotidie allegatur ex Iasone ibi num. 3. probatur etiam in. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquirenda possessione. & in. l. non vt ex pluribus. ff. de regulis iuris. & in. l. 9 proprias. C. de legatis. Vnde cum actio personalis concludat ad dandum, vel ad faciendum, vt probat text. in dict. §. sic itaque. ibi, dare oportere, & in. §. omniũ in versic. namque. ibi, dare, aut facere, & in dict. §. appellamus ibi, dare, aut fa- 10 cere: & verbum, dare, importet translationem dominij, vt probat text. in dict. §. sic itaque. & in. l. vbi autem non appa ret. §. fin. ff. de verb. oblig. & in. l. si ita di strahatur. in fine. ff. de contrahenda emptione. merito ergò res propria actione personali peti non potest. Quæ tamen regula fallit in fure: quia in odium furis in- 11 troductum est, vt quis rem propriam à fure condicere possit iuxta tex. in. d. §. sic itaque. verb. plane. & in. l. fin. ff. quẽadmodum vsufructuarius caueat. Vbi 12 iure consultus inquit, quod omnis condictio degenerat contra furem: & ita cõ dictio furtiua, quæ est actio personalis, rei tamen persequutoria competit domino, qua re petit rem propriam furto subtractam, vel eius æstimationẽ. Quod specialiter in odium furis contra naturã actionis personalis per condictionẽ fur- 13 tiuam agitur ad dãdũ. Fingitur enim dominiũ trãslatũ esse in furẽ, vt actioni personali locus sit, vt pluribus actionibus teneri conuenirique possit pro re furtiua iuxta tex. in. d. §. sic itaq;. vers. plane. quẽ ita ibi intelligunt Faber, Angelus, Iason. nu. 34. & Plateanus. n. 3. & Corrasius. nu. 14 4. Rursus personalis actio descendit ex contractu, vel ex maleficio, iuxta text. in. d. §. omnium. & in. l. actionum. ff. de actionibus & obligationibus. descendit etiam ex quasi cõtractu, vel quasi maleficio, vt probatur in. d. § omniũ. ibi, aliis quibusdam modis secundũ Iasonẽ ibi. num. 33. Et ita quando aliquis alicui est

obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum ex contractu, vel ex quasi contractu, vel ex maleficio, vel ex quasi maleficio tenetur actione personali, & per eã conueniendus erit ab actore. Et libellus concipiendus erit forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE personali.

Illustre Señor.

15 *EVlano como mas aya lugar de derecho, parezco ante. V.m. y me querello, y pongo demanda contra fulano. Y contando el caso della digo, que assi es, Que el dicho fulano y yo fuymos concertados, en que yo fuesse a la Villa de Madrid alleuar cierto processo y otros recaudos, y que por el trabajo el me daria y pagaria diez ducados. Lo qual yo hize y cumpli de mi parte, y le traxe certificacion de la entrega de los dichos recados, y por ello esta obligado a me dar y pagar los dichos diez ducados en que fuymos concertados. Y aunque por mi ha sido requerido muchas y diuersas vezes, que me pague los dichos diez ducados, nô lo ha querido, ni quiere hazer, sin cõtienda de juyzio. Porq̃ pido a. V.m. que auida mi relacio̅ por verdadera en la parte q̃ baste para el vencimiento desta causa de lo sobre dicho me haga entero cumplimiẽto de justicia: y por su sentencia, que en tal caso lugar aya, condene al dicho fulano a que me de y pague los dichos diez ducados: y assi condenado a ello le compela y apremie por todo rigor de derecho. Sobre que pido cumplimiento de justicia, y las costas, protesto: y el officio de. V.m. imploro. Y juro a Dios y a esta ✠ que esta demanda no pongo de malicia &c.*

Singulæ clausulæ generales huius libelli explicantur. sup. in. 1. par. 1. tomi in 5 tempore de libelli oblatione, quæ omnibus libellis & formulis actionum cõducunt: ac ideò earum expositio in isto tractatu repetenda non est.

Ex. §. Secundo.

SVMMARIA.

1 *SOli domino competit actio furtiua contra furem.*

2 *Criminaliter potest fur accusari.*

3 *Quatuor actionibus tenetur reus ciuili*

4 *Per condictionem furtiuam ipsa res subtracta petitur.*

5 *Condictio furtiua domino tantũ, actio vero furti ei, cuius interest, competere potest.*

6 *Melius est condictione furtiua, quam rei vendicatione rem exigere.*

7 *Rei vendicatio contra possessorem tãtum competit.*

8 *Conditio furtiua competit contra furẽ & eius hæredem, etiam si possidere desierint.*

9 *Etiam si res apud furem sine culpa pereat*

reat competit aduersus ipsum condictio.

10 *Fur semper in mora legali esse dicitur.*

11 *Etiam si res furtiua pereat, condemnãdus est fur & tantis æstimatur, quãti vnquam plurimi fuit à die commissi furti.*

12 *In Condictione furtiua veniũt fructus tam perceptiquam percipiendi.*

13 *Si fur offerat rem furtiuam & postea apud ipsum pereat, condictione liberatur.*

14 *Re apud furem perempta potest actor agere ad ipsam rem vel ad eius æstimationem.*

15 *Libellus in actione furtiua Hispano sermone confectus.*

§. 2. de actione furtiua.

OVia in. §. præcedenti diximus actionem furtiuã personalem esse, rei tamen persecutoriam, & de ea mentionem fecimus, ideò libuit eam hic inserere. Competit enim ista actio furtiua domino rei ad repetendam rem propriam furto subtractam, vel eius æstimationẽ. Et hoc specialiter inductum est contra naturam actionis personalis in odium furis, vt pluribus actionibus teneatur. Nam fur præter criminalem accusationem, qua impeti potest, iuxta tex. in. l. fi. fi. de furtis. alijs quatuor actionibus ciuiliter conueniri potest, scilicet, actione furti, quæ datur ad pœnam in duplum, si furtum non sit manifestum, & in quadruplum, si sit manifestum, iuxta text. in dict. §. sic itaque. vers. planè, & in. §. ex maleficijs. instit. de action. & in. §. vltimo, insti. de oblig. quæ ex delic. item rei vendicatione, & actione ad exhibendum, iuxta text. in. l. si pro fure. §. 1. ff. de condictione furtiua. De quibus actionibus suo loco agemus. Item & conueniri potest hac actione furtiua, de qua in præsenti agimus & in toto tit. ff. de condictione furtiua. per quam res ipsa furto sublata petitur, vt in. d. §. sic itaque. §. plane. & in. l. 1 ff. de cõdictione furtiua. Differunt tamen inter se; quia ista cõdictio furtiua datur domino rei tantum, vt in l. fi. ff. vsufructuarius, quemadmodum caueat. & in. l. 1. ff. de condictione furtiua. actio verò furti datur non Dominis, si sua interfit, vt in. l. manifestissimi. §. sed cum. C. de furtis. & in. l. is, cuius. &. l. itaque. ff. eodem. Insuper commodius est domino agere condictione furtiua, quam rei vendicatione, vt in. l. in rem. ff. de rei vendicatione. Rursus rei vendicatio datur solũmodò aduersus possessorẽ, vt in. l. actionũ. ff. de actionibus & oblig. & in. §. fi. inst. de oblig. quę ex delicto. Condictio verò furtiua datur aduersus furem, & eius hæredẽ, tametsi rẽ surreptam non possideant, vt in. l. si pro fure. §. vltimo. ff. de condictione furtiua. Præterea ista condictio competit etiam si res furtiua casu, & sine culpa foris pereat ad æstimationem, vt in. d. l. si pro fure. §. fin. & in. l. in re furtiua. ff. de condi. furt. quia fur semper est in mora, vt in. l. inter stipulantem. §. Stichum. ff. de verborum. & in. d. l. in re furtiua, & tũc res æstimatur tanti, quanti plurimi vnquã fuit à die commissi furti, & veniunt fructus percepti & percipiendi, iuxta text. in d. l. in re furtiua. nisi fur eam obtulerit & deinde perierit, quia tunc cessat condictio furtiua, vt in. d. l. in re furtiua. Aduerte tamẽ quod re peremptain electione actoris est agere ad ipsam rem tanquam peremptam, vel ad eius æstimationem, secundum Bart. in. l. stipulationes diuiduntur. ff. de verborum. quæstio. 6. receptum ab Alexand. ibi, & à Mising. in dict. §. sic itaque. num. 20. Et libellus in hac actione furtiua concipi poterit forma sequenti.

Tertij Tomi

LIBELLVS IN ACTIONE furtiua.

Illustre Señor.

15 FVlano parezco ante.V.m.y me querello,y pongo demanda contra fulano,y digo que assi es. Que en vn dia deste presente mes de mayo,que se contarõ ocho dias del,deste presente año de.1583.El dicho aduerso entro en mi casa cõ animo de hurtar lo que hallasse:y contra mi voluntad tomo y lleuo vna ropa mia nueua de raso negro,que valdria treynta ducados,y la trasporto adonde el quiso:la qual es obligado a me dar y boluer por ser como es mia,y me pertenecer jure dominij,vel quasi. Y puesto que a ello es obligado y por mi ha sido requerido,no lo ha querido, ni quiere hazer:porque pido a.V.m.del sobredicho me haga entero cumplimiento de justicia.y si otro mayor pedimiento es necessario auido aqui por expresso,y mi relacion por verdadera,en quanto baste por su sentencia,que en tal caso lugar aya,condene al dicho fulano a que me de,buelua,y restituya la dicha mi ropa que me lleuo, o treynta ducados por ella que valia a su justa y commun estimacion &c.Y para ello pido cumplimiento de justicia y el officio de.V.m.imploro y las costas protesto.Y juro a Dios y a esta ✠ que esto no pido de malicia &c.

Ex.§.Tertio

SVMMARIA.

1 REales actiones,rei vendicationes dicuntur,quæ à verbo vendicare appellantur & denominantur.

2 Vendicare nihil aliud est, quàm propriam rem ab alio possessam in potestatem nostram reducere.

3 Realis actio appellatur quando ius sine aliqua personæ obligatione in ipsa re reperitur. Requisita vt rei vẽdicatio competat,traduntur.

4 Rei vendicatio tantum competit domino vero,vel quasi.

5 Sufficit, vt rei vendicatio competat, habere quem dominium reuocabile.

6 Possessor maioratus potest rei vendicatione experiri,si ab alicuius rei possessione ceciderit.

7 Dominium vtile habenti competere potest rei vendicatio.

8 Qui simpliciter in rei vendicationis libello dominium rei probaturum se dixerit etiam si vtile tantum probet, in causa obtinebit. Dominium duplex est,directum,& vtile secundum communem doctorum contra Paul. Cast. Igneum,& Velascum.

9 Emphyteota potest agere rei vendicatione.

10 Locator ad longum tempus potest rei vendicationem intendere.

11 Sufficit quem esse dominum tempore senten-

sententiæ vt in rei vendicatione obtineat, licet tempore, quo intentauit rei vendicationem, non fuerit dominus.

12 *In libello debet actor exprimere aduersarium rem possidere, aut eius rei inudũ esse detentatorem.*

13 *Nudus detentator si possessorem in iudicio nominet à rei vendicatione liberatur.*

14 *Verus possessor ibi debet causam prosequi vbi prius cœpta fuit per detentatorem.*

15 *Aduersus eum qui dolo desijt possidere rei vendicatio competit.*

16 *Actor debet certa demonstratione rẽ super qua agit, demonstrare.*

17 *In libello debet actor postulare, quod dominus rei petitæ declaretur.*

18 *Actor petere debet rem sibi cum fructibus tam perceptis quàm percipiendis, restitui.*

19 *Damnum & interesse potest petere actor sibi resarciri.*

20 *fructus, interesse, & damnum liquidari debent à iudice in ipsa sententia condemnatoria.*

21 *Libellus in actione reali Hispano sermone compositus.*

§. 3. de actione reali.

1 REales actiones appellantur rei vendicationes iuxt. tex. in. l. actionũ in principio. ff. de action. & oblig. & in §. appellamus. institut. de action. Et nuncupantur rei vendicationes à verbo, vendicare, est enim vendicare rem ab alio possessam in ius potestatemque nostram reuocare, vt probatur in l. Quintus. 29. §. argento. &. §. cui legatum. ff. de auro & argento legato. & in. l. 66. ff. de rei vendicatione. Et inde vendicationes sunt actiones, quibus rẽ nostram esse intendimus. Ita explicant Otomanus, Misingerius, & Corrasius, in d. §. appellamus. & Brisonius. libr. 19. de verborum signifi. verb. vendicatio. Rursus reales actiones sunt quando ius reperitur absque obligatione alicuius personæ, & rem ipsam comitatur, daturq; cõtra quemcunque rei possessorem, vt in cap. 1. supra, in principio diximus. Et ad hoc, vt actio realis, id est, rei vendicatio alicui competat requiruntur sequentia.

4 Primò requiritur quod actor dicat se dominum esse illius rei, & ad se pertinere iure dominij vel quasi vt in. l. in rem. ff. de rei vendicatione. & in. l. dolo ancillam. C. eodem tit. & in. l. 25. titu. 2. par. 3. Et quid sit dominium tradit Bar to. in. l. siquis vi. §. differentia. nu. 4. ff. de acquirenda possessione. cuius definitio communiter recipitur secundum Ripã in rubrica extra. de causa posses. & propri. & doctissimum Pinelum in Rubri. C. de bonis maternis. 1. part. & illam diffinitionem Bartoli eleganter explicat more suo solito Doctissimus & pijssimus doctor Nauarrus in relectione capituli non dicatis. 12. quæst. 1. in præmissis

5 num. 7. ver. vndecimo. Sufficeret tamen actori ad hanc actionem habere dominium reuocabile vt in. l. nõ ideo minus.

6 ff. de rei vendicatione. Quo fit possessorem primogenij agere posse rei vendicatione pro suo maioratu: si à possessione caderet. secundum Palatium Rubium in. l. 46. Tauri num. 2. & Anto. Gomez

7 in. l. 40. Tauri num. 76. Quinimo sufficeret actori habere vtile dominium, vt in l. superficiario. ff. de rei vendicatione. & in. l. 1. ff. si ager vectigalis, vel emphy. & tenet glo. in. §. omnium. verbi possideat. insti. de action. communiter recepta ex Iasone ibi. num. 66. & Greg. Lup. in. l. 1. tit. 28. part. 3. in glo. verb. el señorio. Vnde qui in libello simpliciter dixerit, se

8 rei

rei dominum esse, & postea probauerit vtile dominium, obtinebit in causa iux. text. in l. si mater. §. eandem causam. ff. de exceptione rei iudic. & hanc dixit cõmunem opinionem olim præceptor meus venerandus doctissimus Pinelus in l. 1. C. de bonis maternis. 2. part. num. 8. Quod intelligendum est iuxta id, quod resoluit Couar. in reg. possessor. 3. part. §. 1. num. 2. Et quod sit vtile & directum dominium docent Bar. & omnes in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectigalis. & Parisius in cons. 50. num. 21. vol. 1. & probatur in authent. si vero dominus temporalis. C. de hære. vbi fit mentio dominij superioris: ergo est dominium inferius. Et ita agnoscit dominus Franciscus à Sarmiento, vbi alia genera dominij constituit in libr. 3. selectarum cap. 11. num. 27. quanuis Paulus Castré. in d. l. si quis vi. §. differentia. & Igneus in l. contractus. nume. 137. ff. de regulis iuris. & Velascus de iure emphy. quæst. 15. censeant non esse vtile dominium. Fit etiam ex superioribus emphyteotã posse agere rei vendicatione secũdum Bar. in l. si mater. §. eandem. num. 2. ff. de except. rei. iud. Fit insuper locatorem alicuius rei ad longum tempus posse agere rei vendicatione, secundum Barto. in l. codicillis. §. instituto. ff. delegatis. 2. & communiter omnes ex Pinelo in l. 1. C. de bonis maternis. 2. parte. numero. 18.

11 Sufficeret denique actori dominum rei esse tempore sententiæ, etsi dominus nõ esset tempore, quo rei vendicationem intentauit, sed postea lite pendente dominium superuenit secundum glo. fin. in l. si rem. §. fin. ff. de pignoratitia actione. quam sequuntur Panorm. & alij in cap. abbate sanè. de re iud. Quod verum est secundum id quod docet Barto. in l. & an eadem. §. actiones. numer. 18. ff. de excep. rei iudi & Iason. in. d §. omnium. nu. 66. Secundo requiritur, quod actor

12 in libello dicat aduersarium possidere, vel rem detinere, vt probat tex. in l. officium. ff. de rei vendicatione. & in l. 1. C. de alienatione iudi. & in cap. examinata. de iud. & in l. 25. tit. 2. part. 5. & firmat gl. in. d. §. omnium. verb. possideat. & ibi Iasson. num. 76. & Misinge. num. 24. & Otoman. ver. de aliqua re. Quod

13 verum est, & procedit nisi verus possessor se offerat l iti: quia tunc rei vendicatio cessat contra detentorem, vt in l. 1. C. vbi in rem actio, & in capit. quoniam frequenter. §. quod si super rebus. vt lite non contestata. & in l. 29. tit. 2. parte. 3.

14 Tenebitur tamen verus possessor se offerens liti causam prosequi coram iudice, vbi prius fuit cœpta, quando compareret pro defensione vtilis dominij nominantis eum, secus si pro defensione sui directi dominij. Ita resolvit Couarruu. in pract. quæstionibus. cap. 8. numero. 2. & probatur in. l. 57. titulo. 6. parti. 1.

15 Pari modo rei vendicatio datur aduersus eum, qui dolo desijt possidere, vt in l. quod si de dolo. ff. de rei vendic. & in

16 l. 30. tit. 2. part. 3. Tertio requiritur, quod actor in libello rem, quã petit, per duo confinia declaret, vt probatur in. l. forma. ff. de censibus, & in l. si in rem. ff. de rei vendicatione. & in l. 25. tit. 2. part. 3.

17 Quarto requiritur, quod actor petat se dominum rei declarari iuxt. tex. in l. ex diuerso. §. 1. & ibi Bart. ff. de rei vendica. & Iasson in. d. §. omnium. num. 172. Vlti

18 mò requiritur, quod actor petat reum condemnari ad rei restitutionem cum fructibus perceptis, & percipiendis, vt probatur in. l. fructus. 34. ff. de rei vendicatione. & in. l. si nauis. §. fin. ff. eodem tit. & in l. 39. tit. 28. part. 3. & explicat Iason. in. d. §. omnium. num. 75. Coua. lib. 1. Variarum. cap. 3. nume. 1. & 6. Pinelus in l. 2. C. de rescindenda venditione. 2. part. c. 4. num. 50. & Connanus libro. 8.

19 commentariorum. c. 11. Quinimo actor petere poterit damnum, & interesse iuxta tex. in l. non solum. ff. de rei vendica. in l. 39. tit. 28. part. 3. Animaduertere ta-

20 men hodie oportet, quod prædicti fructus,

ctus, intereſſe, vel damnum à iudice liquidari debent in ipſa ſententia, qua reũ ad rei reſtitutionẽ condẽnat, vt probatur in l. 52. tit. 5. li. 2. recop. & in l. 20. tit. 9. lib. 3. recop. Et libellus in actione reali concipiendus erit forma ſequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE reali.

Illuſtre Señor.

21 *FVlano vezino de tal parte, como mas aya lugar de derecho, parezco ante. V. m. y pongo demanda a fulano vezino de tal lugar, y digo que aſsi es, Que pertenesciendome como me pertenece iure dominij, vel quaſi, vn prado cerrado, que es en tal parte, de que ſon linderos de vna parte prado de fulano, y de la otra tierra de fulano, el dicho aduerſo ſin titulo ni cauſa, que baſtante ſea tiene entrado, y occupado el dicho prado, y lo tiene y poſſee, goza, y desfructa de tanto tiempo a eſta parte. Y aunque por mi ha ſido muchas y diuerſas vezes requerido, que me lo dexe, buelua, entregue, y reſtituya, no lo ha querido, ni quiere hazer ſin contienda de juyzio. Por que pido a. V. m. que, auida mi relacion por verdadera, en quanto baſte, y otro mas y mejor pedimiento neceſſario ſiendo por expreſſo, del ſobredicho me haga entero cũplimiento de juſticia: y por ſu ſentencia, que en tal caſo lugar aya, me declare por ſeñor, vel quaſi del dicho prado, y aſsi declarado condene al dicho aduerſo a que me de, buelua, entregue y reſtituya el dicho prado con mas los fructos, que deſde el dia, que ſe metio enel dicho prado ha rentado, y podido rentar y rentare haſta la real entrega, que eſtimo en tantas mill marauedis cada vn año: y mas le condene en todos los daños y menoſcabos que el dicho prado tiene deſpues que el aduerſo lo poſſee. Sobre que pido juſticia, y coſtas: y el officio de. V. m. imploro, y juro en forma de derecho, &c.*

Ex. §. Quarto

SVMMARIA.

1 *CONfeſſoriæ & negatoriæ actiones quæ pro ſeruitutibus cõpetunt, reales ſunt.*

2 *Seruitus alia eſt perſonalis, alia realis, & alia miſta.*

3 *Perſonalis ſeruitus eſt, quæ debetur à perſona perſonæ.*

4 *Res propria nemini ſeruire poteſt.*

5 *Seruitus realis eſt, quæ à re rei debetur.*

6 *Libellus in actione reali debet formari in prædio, & non in perſona.*

7 *Realium ſeruitutum quædam vrbanæ ſunt, quædam ruſticæ.*

8 *Vrbanæ ſeruitutes ſunt illæ, quæ ſunt conſtitutæ in ædificijs habitandi cauſa factis.*

9 *Vrbanum prædium non locus ſed materia*

teria facit.

10 Rustica seruitus illa dicitur, quæ constituta est in prædijs non habitandi, sed fructuum percipiẽdorum causa.

11 Seruitus vtrum sit vrbana, vel rustica ex qualitate prædij dominantis cognoscitur.

12 Mista seruitus est, quæ debetur àre personæ.

13 Personalis seruitus cùm persona extinguitur.

14 Reales seruitutes vendicari possunt tanquam realia.

15 Seruitutum quædam sunt continuæ, quædam quasi continuæ, quædam discontinuæ appellantur.

16 Continuæ seruitutes sunt, quæ factum hominis non requirunt.

17 Quasi continuæ sunt seruitutes, quæ post principium non requirunt factũ hominis.

18 Discontinuæ seruitutes appellantur quæ semper factum hominis desiderãt.

19 Pro seruitutibus confessoria, & negatoria competit actio.

20 Confessoria actio illi competit, qui asserit sibi seruitutem constitutam esse & deberi.

21 Negatoria actio ei accommodatur, qui seruitutem deberi negat.

22 Negatoriæ & confessoriæ actiones pro iuribus incorporalibus competunt.

23 In libello confessoriæ allegare debet actor se dominum esse prædij dominantis, & ab alio prædio, suo seruitutẽ debitam esse.

24 Prædialis seruitus sine duobus prædijs consistere nequit.

25 Sufficit, quem esse dominum prædij dominantis, vtile vel quasi dominium habere.

26 Vt actio confessoria competere possit sufficit quem ius habere in prædio dominante.

27 Creditori competit confessoria actio.

28 Vsufructuarius etsi non proprio, domini tamen nomine, confessoria agere potest.

29 Agens confessoria actor demonstrare debet fundum dominantem per duo cõfinia & eodem modo seruientem.

30 Actor si velit confessoria actione experiri allegare debet, se in quasi possessione seruitutis constitutum esse.

31 Confessoria actio pro seruitute constituta, non pro constituenda datur.

32 Decere debet actor confessoria agens se ab aduersario seruitute vti prohiberi.

33 In libello debet actor petere quod iudex declaret seruitutem suo prædio ab aduersarij fundo debitam esse.

34 Actor in confessoria actione instituẽda potest fructus & damna postulare.

35 In libello confessoriæ actionis, petere debet actor quod iudicis officio ab aduersario suisque hæredibus caueatur, non fore se ab ipsis in futurum impediendum.

36 Creditor, vsufructuarius & alij habentes ius in re si confessoria experiãtur iusquod eis in re competit allegare tenentur.

37 Negatoria competit neganti seruitutem debitam esse.

38 *Quanuis actor sit in possessione seruitutis, probare tenetur sibi debitam esse.*

39 *Omnis res libera præsumitur.*

40 *Agens negatoria allegare debet se dominum prædij esse, item prædium liberum esse.*

41 *Si quis negatoria experiatur allegare tenetur aduersarium inquietare eum ratione seruitutis sibi non debitæ.*

42 *Actor negatoria agens potest petere non solum fructus & damna, sed etiã interesse.*

43 *Negatoriam intendens potest à iudice petere, vt ab aduersario cautionem exigat, quod nec ipse nec eius hæredes eum amplius inquietabunt.*

44 *Libellus in actione confessoria Hispano sermone formatus.*

45 *Libellus in actione negatoria Hispana lingua compositus.*

§. 4. De actione confessoria, & negatoria.

1 ACtiones confessoria & negatoria reales sunt, & pro seruitutibus competunt, vt in. §. æquè si agat, institu. de action. Pro quarum explicatione con-

2 stituendum erit, seruitutum tres esse species, scilicet, personalem, realem, & mixtam, vt probat text. iuncta glo. in. l. 1. ff. de seruitutibus. & in. l. 1. titulo. 31. parte. 3. Cæpola in titu. de seruitut. vrba. præd. cap. 1. numero. 1. & Anton. Gomez. 2.

3 tomo variarum cap. 15. num. 1. Personalis seruitus est, quæ à persona personæ debetur, vt putà, quando dominus alicuius serui concessit alteri operas in eo-

Personalis

dem seruo. Ita exemplificant Faber & Iason numero. 8 in dict. §. æquè si agat. Et in isto exemplo intelligi debet dict. l. 1. titulo. 31. parte. 3. quanuis Gregorius Lupus ibi, intelligat in seruitute, quam debet seruus domino, quod tamen fal-

4 sum est cum in re propria seruitus constitui non possit, vt probatur in. l. in re communi. ff. de seruitutibus vrban. & tradunt Iason numero. 2. in dict. §. æquè si agat, Cæpola vbi supra. cap. 7. & An-

5 ton. Gomez in dict. cap. 15. num. 1. Seruitus realis est, quæ debetur à re rei, vt seruitus vrbana, & rustica, quæ non debetur personæ, sed prædio vt. l. vnus ex socijs. ff. de seruitut. rusti. prædi. Et ideo li-

6 bellus & sententia in prædio, & non in persona debet formari vt in. l. qui aliena. §. fin. ibi. sententiæ prædio datur. ff. de nego. gestis. Cæpola. vbi supra capit. 2. numero. 1. Et definitionem seruitutis realis ponit Bartol. l. 1. ff. de seruit. & explicat Cæpola. dict. cap. 2. numer. 3. Me-

7 neses in rubr. C de seruit. numero. 8. Et seruitutum realium quædam sunt vrba-

8 næ, & quædam rusticæ. Vrbanæ sunt, quæ sunt constitutæ in ædificijs habitandi causa factis, siue in villa, siue in ci-

9 uitate, quia prædium vrbanum locus nõ facit, sed materia, vt in. l. vrbana prædia. ff. de verborum significatione. Ser-

10 uitutes rusticæ sunt, quæ constitutæ sunt in prædijs causa fructuum percipiendorum factis, vt. l. eo iure. §. tabula. ff. quibus modis pignus tacitè. explicat Cæpola vbi supra capit. 11. nume. 2.

11 Et distinguitur an sit vrbana, vel rustica ex qualitate prædij dominantis cui seruitus debetur, non ex qualitate prædij debentis seruitutem vt. l. 1. §. area. ff. de seruitut. rusti. prædi. Cæpola. dict. capit.

12 11. numero. 10. Seruitus verò mista est, quæ debetur à re personæ, vt vsusfructus, vsus & habitatio: & istæ etiam dicuntur personales vt in. l. 1. ff. de seruitutibus. quia cum persona extinguun-

Seruitus mista

tinguuntur,vt.l.non solum la.2.§.tale.
14 ff.de liberat.legat.Dicuntur etiam reales,quia tanquam realia vendicantur,vt in.l.vti frui.in princip. ff. si vsusfructus petat. Et de his mistis agit latè Cæpola vbi supra cap.3.cum tribus sequẽtibus,
15 & Anto.Gomez.dict.cap.15.nu.2.Rursus seruitutum quædam sunt continuę, quædam quasi continuæ, & quædam
16 discontinuæ. Continuæ sunt,quæ habent causam continuam & perpetuam & factum hominis non semper requirunt, licet à principio requiratur ad cõstituẽdam seruitutem, vt seruitus aquæductus altius non tollendi:tigni iniũcti.
17 Quasi continuæ seruitutes dicuntur, quæ post principium non requirunt factum hominis: non tamen semper sunt in vsu actualiter, sed potẽtialiter,vt seruitus stillicidij, aquæ ductus ex cælo ca-
18 dentis,quia non semper pluit.Discontinuæ seruitutes sunt quæ semper requirunt factum hominis,vt seruitus itineris,viæ & similes. Hanc distinctionem seruitutum constituit glo.in.l. seruitutes, la grande. ff.de seruitut.& Cæpola vbi supra cap. 19. Et præcipuus effectus huius diuisionis versatur circa præscriptionem seruitutum, vt resoluit Cæpola in dict.cap.19.& Anton. Gomez. dict. cap.15.à num.24.& Couar.lib. 1. variarum.cap.17.num. 11. Et quis posse constituere seruitutes,& quibus possint cõcedi,& in quibus rebus constituantur, & quomodo & qualiter constituantur explicat Cæpola latè vbi supra in capit.
19 14.cum sequentibus. His sic constitutis dicendum est pro seruitutibus proditas esse duas actiones,scilicèt, confes-
20 soriam & negatoriã. Confessoria enim datur aduersus eum, qui aliquem impe-
21 dit seruitutẽ vti: negatoria vero datur neganti se seruitutem debere:& ita confessoria competit ad vendicandam seruitutem.negatoria autem ad vendicandam libertatem seruitutis. Ita probatur in.l.2.& in.l.loci corpus.§.in confessoria.ff.si seruitus vendicetur,& in.dict.§.
22 æquè si agat. Competunt etiam istæ actiones pro alijs iuribus incorporalibus: vt putà, siquis impediatur iure eligendi,decimandi,vel præsentandi,secũdum gl ossam iuncto text.in capit. cum ecclesia.de causa possessionis,& proprietatis.& gloss.in cap.examinata,de iudi. verb.possidebas. & gloss. in capit. non est moderamen.verbo. si vendicet. 16. quæst.1.& tradunt Iasson nume.35.Gomecius nume. 52.in dict.§.æquè si agat. & testatur communem Rebuffus in tracta.de decimis.quæst. 9. nu.11.& Iason in.l.si prius.num.3.&.4.ff. de noui operis. etsi contrarium sentiat Couarruu. lib.1.variarum cap.7.num.10.Et ad hoc vt alicui competat actio confessoria re-
23 quiruntur sequentia.Primò,quod actor in libello dicat se dominum, vel quasi dominum prædij dominantis esse,præ-
24 dioque suo seruitutem deberi: nam sine duobus prædijs seruitus non constituitur,vt in §.penult. institut. de seruit. rusti.& in.l.quoties.§.1.ff. de seruitutibus.& in.l.ergo.ff.de serui.rusticorum. Quo fit actorem debere esse dominum prædij dominantis, vt probatur in.l.1. & 2.& ibi glo.verb. Altius. ff.si seruit. vendic.& notant communiter omnes ex domino Antonio de Padilla in. l. 1.
25 C.de seruit.& aqua.num.58. Sufficeret tamen dominum directum, vel vtilẽ, aut quasi dominum esse,vt probatur in
26 l.in prouinciali.§.si ergo.ff.de noui ope
27 ris. vel habere ius in re dominante, vt est creditor, qui si impediatur vti seruitute debita rei sibi pignoratæ agere poterit hac actione confessoria iuxta text. in.l.ei qui.ff. de seruit.& in. l. creditori.
28 ff.de noui operis. Vsufructuarius tamẽ proprio nomine hac actione experiri non poterit,vt probatur in.l.1.in princ. ff. si vsusfructua. pet. nomine vero domini bene agere poterit,vt probatur in l.vnica.versicul.item Iuliano. ff. de remissio. & resoluit Corrasius in.l.ei qui.

ff.de

ff. de seru. n. 6. Et an vsufructuarius, vel alius habēs vtile dñium cōstituere possit seruitutē tractat gl. & ibi Corras. in l. 3. ff. de seruit. & Boer. in decisione. 181. n. 2. Ant. Gomez in l. 4. Tauri. n. 84. & Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis. 3. p. n. 71. Secūdo requiritur, q̄ actor per duo cōfinia declaret fundū dominantē, & seruientē iuxta tex. in l. forma. ff. de censibus. Tertiò requiritur, q̄ actor in libello dicat, se esse in quasi possessione seruitutis: quia ista actio confessoria cōpetit pro seruitute cōstituta, nō vero pro constituenda, vt probat tex. in l. sicuti. §. sed si quæratur. ff. si seruitus vēdicetur. Et quomodo, & qualiter quasi possessio seruitutis acquiri possit, docet Bar. in l. 1. C. de seruit. Iaſ. in d. §. æquè si agat. n. 41. dñs Ant. de Padil. in l. 2. n. 3. C. de seruit. & aqua. Quartò requiritur, q̄ actor dicat se ab aduersario impediri vti prædicta seruitute, vt probatur in l. si quis diuturno. §. fi. ff. si ser. vēd. Quintò requiritur, q̄ actor à iudice petat quod declaret seruitutē debitā esse suo prædio à prædio aduersarij vt in l. si cuti. §. si quæratur. ff. si serui. vend. Sextò requiritur actorē petere fructus, & dāna, nā hæc omnia in cōfessoria veniūt iuxt. tex. in l. loci corpus. §. in cōfessoria. ff. si seru. vēd. & in l. vti frui. §. in his. ff. si vsuf fruct. pet. Vltimò requiritur, q̄ actor petat, vt officio iudicis sibi caueatur per impedientē, quod nec ipse nec sui hæredes in futurū nō impediēt eū vti prædicta seruit. iux. tex. in l. egi. & in l. harū. ff. si serui. vēd. Est aduertēdū, q̄ qñ cōfessoria intentatur à creditore vsufructuario vel superficiario, necesse est dici se esse creditorē vsufructuariū, vel superficiariū: & in hac actione libell⁹ erit formādus modo paulò inferius præscripto. ¶ Negatoria actio cōpetit negāti se seruitutē debere, vt supra diximus. In qua actione illud erit obseruādū, q̄ licèt aduersarius sit in quasi possessione seruitutis, per hoc tñ nō liberabit ab onere probādi, seruitutē constitutā fuisse etiā si actor nō probet libertatē suæ rei: quia præsumptio iuris est, quēlibet fundū liberū esse, vt probatur in l. altius. C. de seruit. & in l. sicuti. §. sed si quæratur, iūcta gl. ff. si serui. vēd. & tradūt Tiraq. de primog. q. 17. op. 11. & Alcia. in reg. 2. p. 2. Et ad hoc, vt cōpetat hæc negatoria alicui requirūtur sequentia. Primò requiritur, q̄ actor se dñm vel quasi dñm prædij esse, vt in l. 2. in princ. ff. si serui. vēd. Secūdò requiritur, q̄ dicat prædiū suū liberū esse, vt in l. loci corp⁹. §. cōpetit. ff. si seruit. vēd. Tertiò requiritur, q̄ dicat aduersariū perturbare, & inquietare eū rōe seruitutis sibi nō debitę, vt in l. si quis diuturno. § fi. ff. si seruitus vend. Quartò requiritur, q̄ actor petat fructus, interesse & dāna, nā etiā in hac actione veniūt, vt in d. l. loci corpus. §. in cōfessoria. Vltimò requiritur, q̄ petat quod aduersarius præstet cautionem de non perturbando, & inquietando eum super illa seruitute non debita, ad quod cōpelli potest iuxta text. in d. l. harum. & in d. l. egit. Et libellus in hac actione erit formandus, vt statim dicemus.

Libellus in actione confessoria.

Illustre Señor.

44 FVlano parezco ante. V. m. y pōgo demāda a fulano, y cōtādo el caso digo Que siēdo yo señor de vna tierra, q̄ es en termino de tal lugar q̄ son linderos de vna parte tierra de fulano y de otra tierra de fulano: y temiēdo la dicha mi tierra seruidumbre de camino por vna tierra del dicho fulano, q̄ es junto a la mia para la yr a labrar sembrar y beneficiar, y con el carro acarrear el pā y fructos q̄ enella se cogē: y estādo en possession, vel quasi de la dicha seruidūbre, el dicho aduerso contra todo derecho, sin titulo

ni causa,que bastāte sea me ha impedido,e impide vsar de la dicha seruidūbre,y no cō
siēte que se passe por la dicha su tierra a la mia a hazer los aprouechamiētos neces sa-
rios:de lo qual se me hā recrecido muy grādes daños,y menoscabos assi en la dicha tier
ra,como en los fructos de ella,q̄ estimo en veynte mil marauedis.Y aunq̄ por mi ha sido
requerido q̄ no me impida ni perturbe en la dicha seruidūbre,antes me dexe passar por
su tierra libremēte,no lo ha querido ni quiere hazer sin cōtiēda de juyzio.Por q̄ pido a
v.m.que,auida mi relaciō por verdadera,en quāto baste,y otro mas o mejor pedimiēto
necessario siēdo por expresso,por su sentēcia,q̄ en tal caso lugar aya,declare la tierra
del dicho aduerso deuer la dicha seruidūbre de camino a la dicha mi tierra,y estar en
quasi possessiō della:y assi declarado māde al dicho parte cōtraria que no me perturbe
ni inquiete enel vso de la dicha seruidūbre y mas le condene en los daños,fructos,e in-
teresses y menoscabos,que por auerme impedido el vso de la dicha seruidūbre se me hā
seguido,y recrecido,que estimo en los dichos veynte mil marauedis.Saluo en todola ju
dicial taxaciō de.v.m.sobre que pido cumplimiento de justicia y costas y el officio de.v.
m.imploro.Y juro a Dios y a esta ✠ que esta demanda no pongo de malicia,&c.

Otro si de su officio de.v.m.el qual para ello imploro,a.v.m pido le cōpella y apre
mie a que me de sufficiēte cauciō y fianças que agora,ni en tiēpo alguno,el ni sus here
deros y successores,ni quiē del,y dellos vuiere titulo y causa en la dicha su tierra no me
impidiran a mi ni a mis successores,ni a quiē vuiere titulo y causa en la dicha mi tier
ra el passo y camino por su tierra a la mia,y nos dexaran passar libremente,y vsar de
la dicha seruidumbre.Lo qual le mande v.m.cumpla y guarde so graues penas,en las
quales.v.m.desde luego a el y a sus successores los aya por condemnados,lo contrario ha
ziendo.Para lo qual &c.

Libellus in actióne negatoria.

Illustre Señor.

45 FVlano vezino de tal lugar parezco ante. v. m.y pongo demanda a fulano y digo
que assi es,Que teniendo yo e posseyendo vnas casas mias y como mias enesta ciu-
dad a tal parte,de que son linderos casas de fulano por vna parte,y por otra parte ca-
sas d̄ fulano:y por delātera a calle publica,y siēdo las dichas mis casas libres y no deuiē do
seruidūbre alguna el dicho aduerso pretēdē que deuē seruidūbre a otras casas suyas.Y
assi queriēdo yo alçar y reedificar mis casas me ha impedido el edificio y q̄ no las alce
denūciādo me labor nueua:y por el dicho impedimiēto no las he podido alçar.De lo q̄l
en la dicha obra se me hā seguido de daños y menoscabos cinquēta mil marauedis assi
en los materiales,maestros y officiales,como en los alquileres.Y puesto q̄ muchas y di-
uersas vezes por mi ha sido req̄rido q̄ no me impida el dicho edificio no lo ha q̄rido ha-
zer sin cōtiēda de juyzio.Por q̄ pido a.v.m.q̄ auida mi relaciō por ver dad̄ra en quāto ba
ste pa el vēcimiēto desta causa,por su sētēcia,que en tal caso lugar aya,del sobre dicho

me

me haga entero cũplimiẽto de justicia, declarãdo las dichas mis casas ser libres y no deuer seruidũbre alguna a las casas del dicho aduerso, y mandãdo le q̃ no me impida el alçar y edificar mis casas y cõdenãdole en los daños y menoscabos q̃ se me hã seguido de auer me impedido el dicho edificio, q̃ estimo en las dichas cinquenta mil maravedis, saluo la judicial taxacion de. V.m. Sobre que pido justicia y costas y el officio de V.m. imploro. Y juro en forma de derecho, &c.

Otro si a V.m. pido q̃ de su officio, el qual para ello imploro, cõdene, cõpella y apremie al dicho fulano a q̃ me de sufficiente cauciõ y seguro que agora ni en tiẽpo alguno el ni sus herederos, ni quien del y dellos tuuiere titulo y causa alguna en las dichas sus casas no impidiran a mi ni a mis succesores que alcemos, y edifiquemos las dichas mis casas. Y para ello &c.

Ex. §. Quinto

SVMMARIA.

1 *Actio mista est illa, quæ simul personalis & realis dicitur.*

2 *In mistis actionibus dignosci nõ potest quis actor aut quis reus dicatur.*

3 *Mista actio speciem diuersam non constituit sed tantum qualitate ab alijs segregatur.*

§.5. De actionibus mistis.

1 DIximus supra in principio huius.c. actiones alias mistas esse, quæ nec merè reales, nec mere personales sunt, sed simul reales, & personales, vt actio familiæ herciscundæ, & actio communi diuidundo, & actio finium regundorum. Et in his tribus actionibus vterque actor & reus est iuxt. text. in. l. actionis verb. §. fin. ff. de action. & oblig. & in. l. 2. versic. in familiæ. ff. familiæ herciscundæ. Et qualiter inter se differant actiones reales, personales, & mist ę tradit Mi singerius in. § quædam. nu. 10. instit. de actio. Non tamen constituunt speciem de per se, sed differunt qualitate, vt in præcitato loco diximus: & de vnaquaque sigillatim est dicendum. Et ob id licet omnes tres sint bonæ fidei vt in. §. actionũ. insti. de act. nõ inferimus inter reliquas infra in. c. 6. de act. bonæ fidei.

Ex. §. Sexto

SVMMARIA.

1 *§. De actione familiæ herciscundæ.*

2 *Verbum (familiæ herciscũdæ) exponi debet, (id est,) hæreditatis diuidendæ.*

3 *Familia præcipue hæreditatem significat.*

4 *Familiæ herciscundæ actio iure ciuili est introducta.*

5 *Inter actiones bonæ fidei familiæ herciscundæ actio connumeratur.*

6 *Iudex in actione familiæ herciscundæ ex bono & æquo procedere potest.*

7 *Actione familiæ herciscundæ conuẽtus quãuis bonæ fidei sit possessor, fructus tamen communicare tenetur.*

8 *Si in re cõmunis hæreditatis fructꝰ sumptus fiãt inter cohæredes sũt diuidẽdi.*

9 *In familiæ herciscundæ iudicio veniũt damna à cohærede illata.*

10 *Actio familiæ herciscundæ competit nõ solum hæredibus iure ciuili, sed etiã ex iure prætorio succedentibus.*

11 *Actio familiæ herciſcundæ ex quaſi contractu naſcitur.*

12 *Inter hæredes tantum familiæ herciſcundæ iudicium datur.*

13 *Vtilis actio familiæ herciſcundæ datur bonorum poſſeſſoribus & fidei cõmiſſarijs.*

4 *Iudex in familiæ herciſcundæ iudicio æqualitatem in diuiſione ſeruare debet.*

15 *Res diuidenda ſi commode diuiſionem nõ recipiat, poteſt iudex ex officio integram rem alicui cohæredem aſſignare dummodo alteri æſtimationem præſtari iubeat.*

16 *Siue ex teſtamento ſiue ab inteſtato cohæredes eſſe debent, vt familiæ herciſcundæ actio competat.*

17 *Vt actio familiæ herciſcundæ locum habere poſsit neceſſario requiritur, cohæredem fateri, proponentem ſuũ cohæredem eſſe.*

18 *Si cohæres ſit in poſſeſsione rerum hæreditariarũ et iam ſi aduerſarius ſuũ eſſe cohæredem neget, iudicio familiæ herciſcundæ locus fieri poteſt.*

19 *Libellus in actione familiæ herciſcundæ ſermone Hiſpano conceptus.*

1 ## §. 6. De actione familię herciſcundę.

2 ACtio familiæ herciſcundæ exponi debet, id eſt, hæreditatis diuidendæ: nam fa-
3 milia inter reliquas ſignificationes hæreditatem ſignificat, vt in.l. pronunciatio.§ 1.ff.de verborum ſignifica.& in.l.fin.C.eodem titul.Herciſcere verbum apud veteres ſumitur prò, diuidere, vt notat Corraſius in.l.frater à fratre.ff.de condictione indebiti. Briſonius in lib.5. de verborum ſigni.verbo,
4 herciſcundæ.Et hæc actio inuenta fuit à Iure Ciuili, vt in.l.1.ff familiæ herciſcun-
5 dæ. Et eſt bonæ fidei, vt probat text. in.
6 §.actionum.inſtitu. de actio.Ac ideo in ea iudex habet facultatem ex bono & æquo, vt in.l.item Labeo.§.1. ff.familiæ herciſcundæ,& in.§.ſi familiæ.inſtit.de offic. iudic. ob idque in ea fructus veniunt, quanuis cohæres eos bona fide
7 percipiat: nam tenetur eos communicare cohęredibus, vt in.l.inter cohęredes. §.fructus.ff.familiæ herciſcundæ. & in l.non eſt.vbi glo.ſi.C.eodem tit.& Rodericus Suarez in.l.8.tit. de las herẽcias. lib.3.fori.num.38.Quod procedit quando ex eis percipiens factus eſſet locuplecior: in quo caſu loquitur Rodericus,& reſoluit Couarru.lib.1.varia.cap.3 nu.6.
8 Deinde ſumptus bona fide facti in re hęreditatis, ſunt diuidendi inter cohæredes vt in.l.3.§.planè.cum.l. ſequenti. ff. communi diuidundo. & in.l.his conſequenter. §.ſumptum.ff. familiæ herciſ-
9 cundæ.Quinimo damna à cohærede data in hac actione veniunt, vt in. l.& puto §.ſed etſi dolo.cum.l.ſequente.ff.fa-
10 miliæ herciſcundæ. Rurſus hæc actio competit cohæredi aduerſus cohæredem, vt res inter eos hæreditariæ diuidãtur, vt probat tex.in.l.1. & toto tit.ff. &.C.familiæ herciſcundæ.ſiue hęredes ſint de Iure Ciuili ſiue de iure prætorio, licet ipſa à Iure Ciuili deſcendat. Diciturque miſta, quia habet commune dominium cũ actionibus realibus ex parte agentis, qui ad rem ſuã, quam nõ poſſidet, agit, vt in.d.l.1.habetque communem obligationem cum actionibus per-
11 ſonalibus, quia oritur ex quaſi cõtractu vt in.§.item ſi inter.inſti.de oblig. quæ ex quaſi contractu. Adeũdo enim hæreditatẽ videtur hæredes contrahere vt in l.apud Iulianum.§.vltimo.ff.quibus ex

cauſis

causis in possess. eat. ac ideo requiritur quod sint hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato, siue ex Iure Ciuili, siue prætorio, vt in. l. 2. in princip. ff. familię
12 herciscundæ. Datur tamen actio dire-
13 cta de Iure Ciuili, vtilis verò de iure prætorio datur bonorum possessoribus & fidei commissarijs, quibus hæreditas restituitur ex senatus cons. Trebel. vt in
14 l. sed & ius. ff. familiæ herciscundæ. Et aduertendum est, quod iudex in hac actione adiudicare debet singulas res singulis cohæredibus. & si vna res pretiosior alia adiudicata sit vni, condemnare debet illum, vt restituat certam quantitatem pecuniæ alteri, vt æqualitas seruetur, vt probat text. in dict. §. quædam. & in. §. si familiæ. instit. de offic. iudi. & in. l item Labeo. versic. 1. ff. familiæ her-
15 ciscundæ. & in. l. 10. tit. 15. part. 6. Quod verum est, & procedit quando diuisio rerum commode fieri non possit, vt probatur in. §. eadem. instit. de offi. iudicis. & notat Gregor. Lup. in dicta. l. 10. verbo. o los dos. Et ad hoc quod hæc actio alicui competat requiruntur se-
16 quentia. Primò, quod sint hæredes, siue ex testamento, siue ab intestato, siue de Iure Ciuili, siue de iure prætorio, vt in. l. 2. in principio. ff. familiæ herciscundæ.
17 Secundò quod ille, contra quem hæc actio proponitur fateatur proponentē esse suum cohæredem: alioquin si neget cohæredem esse, prius proponenda erit petitio hæreditatis, per quam declaretur hęres iuxt. text. in. l. 1. ff. familiæ her
18 ciscundæ. Nisi hāc actionem proponēs sit in possessione hæreditatis: nam tunc illa possessio sufficiet, etsi aduersarius neget eum cohęredem esse. Tertio proponens debet petere diuisionem prædictę hæreditatis cum fructibus, & damnis, in qua veniūt, vt supra diximus. & tunc libellus erit cōcipiendus forma sequēti.

LIBELLVS IN ACTIONE familiæ herciscundę.

Illustre Señor.

19 *FVlano parezco ante. V. m y pongo demanda a fulano, y digo que es anssi, Que fulano en su testamento y postrimera voluntad, con que murio, y passo desta presente vida instituyo por sus vniuersales herederos a mi y al dicho aduerso: y como tales quisimos y aceptamos la dicha herencia, y nos metimos y apoderamos enella, tomando la possessión de los bienes rayzes, muebles, y semouientes, deudas, derechos y actiones, oro, y plata, y moneda: lo qual todo ha estado y esta pro indiuiso entre mi, y el dicho aduerso. Y porque ninguno es obligado a tener en communion su hazienda con otro, antes de lo suso dicho suelen resultar renzillas y enojos, y por euitallos yo he requerido al dicho aduerso, que partamos la dicha hazienda por iguales partes: lo qual no ha querido ni quiere hazer sin pleyto. Porq̄ pido a. V. m. que auida mi relaciō por verdadera, en quāto baste de clare por su sentencia q̄ somos herederos vniuersales del dicho defuncto por iguales partes: y assi declarados cōdene al dicho aduerso a q̄ de su parte nōbre vn cōtador y partidor: q̄ yo de la mia desde luego nōbro a fulano, para q̄ el por mi nōbrado se junte con el que nōbrare el dicho aduerso, y ambos a dos*

juntas hagan la partija de los dichos bienes, y herencia, partiendo los y diuidiendo los entre nosotros por iguales partes, dando y adjudicando a cada vno lo que le cabe de la dicha hazienda, y de los fructos y rentas della. Sobre que pido cumplimiento de justicia y costas en caso de contradicion, y el officio de. v. m. imploro &c.

Ex. §. Septimo

SVMMARIA.

1 *Communi diuidundo iudicium ad diuidendam rem titulo particulari communem, redditur.*

2 *Nemo in commune stare compellendus est cum communio discordias pariat.*

3 *Actio communi diuidundo mista est.*

4 *Communi diuidundo actio quemcunque possessorem singularem sequitur.*

5 *Ex quasi contractu nascitur communi diuidundo actio.*

6 *Bonæ fidei est actio communi diuidundo.*

7 *Communi diuidundo directa actio ei, qui directum habet dominium competit.*

8 *Quasi dominium in re communi habenti, vtilis communi diuidundo actio accommodatur.*

9 *Eodem modo in communi diuidundo iudicio procedere iudex debet, sicut in familiæ herciscundæ actione.*

10 *Sicut familiæ herciscundæ actio pro titulo vniuersali communi datur, ita & communi diuidundo iudicium pro titulo particulari communibus accommodari solet.*

11 *Libellus in actione cõmuni diuidũdo.*

§. 7. De actione, communi diuidundo.

1 ACtio communi diuidundo competit ad diuidendam rem communem inter aliquos titu. particulari: quia 2 nemo inuitus cogitur esse in communione cum alio, vt probatur in. l. fin. C. 3 communi diuidundo. Et ista actio est mista, vt probat text. in. §. quędam. inst. de actionibus. nam exemplo actionis 4 realis ratione dominij intenditur, & sequitur quemlibet possessorẽ titulo singulari, vt probatur in. l. per hoc iudiciũ. ff. communi diuidundo. & in. l. 1. C. eodem titu. Et cum actione personali participat. quia habet personales præstationes: & ex quasi contractu nascitur, vt in 5 §. item si inter. instit. de obligat. quæ ex 6 quasi contract. Estque bonę fidei, vt probat text. in. §. actionum. insti. de action. 7 Et est duplex, directa & vtilis: directa enim competit ei, qui habet directum dominium rei communis, vt in. l. siquis putans in princ. p. ff. communi diuidundo. Vtilis verò competit habenti quasi 8 dominium in re communi, vt probatur in. l. communi diuidundo. cum suis. §§. 9 ff. communi diuidundo. Et in hac actione sunt obseruanda omnia, quæ obseruari debent in actione familiæ herciscundæ, vt probatur in. §. eadem. institu. de offic. iud. & in dict. l. siquis putans. Dissentit tamen in pluribus ab actione familiæ herisçundæ, vt notant Iason numero. 52. & Misingerius nume 10 ro. 36. in dicto. §. quædam. Et præcipua differentia est, quod illa datur pro diuidenda re communi pluribus pertinenti titulo vniuersali: hæc verò datur pro

diui-

diuidenda re communi pluribus pertinenti titulo particulari: vt putà si vna res legata sit vel donata duobus iuxta text. in l. 2. C. communi diuidundo. Et libellus in hac actione erit formandus modo sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE communi diuidundo.

Illustre Señor.

11 FVlano ante. V.m. parezco y pongo demanda a fulano, y digo que es assi, Que a mi y al dicho aduerso juntamente nos fue fecha donacion de vna casa a tal parte por fulano, la qual tenemos pro indiuiso. Y porque ninguno es obligado a estar en communidad con otro por las renzillas, e inconuenientes, que dello suelen resulta he requerido muchas vezes al dicho fulano, que partamos y diuidamos la dicha casa el qual no lo ha querido ni quiere hazer. Porque pido a V.m que auida mi relacion por verdadera, en quanto baste, y declarando la dicha casa ser commun entre mi y el dicho aduerso condene al sobre dicho a que de su parte nombre vn official perito enel arte de carpinteria, que yo estoy presto y aparejado de nombrar otro. Y assi nõbrados. V.m. mande a los dichos officiales que dentro de vn breue termino partan y diuidan por yguales partes la dicha casa adjudicando a cada vno de nosotros lo que le conuenga. Sobre que pido justicia. Y en lo necessario, &c.

Ex. §. Octauo

SVMMARIA.

1 *FInium regundorum actio ijs competit, qui prædia rustica habent: datur que ad nouos terminos constituendos, aut antiquos reparandos.*
2 *Mista est finium regundorum actio.*
3 *Fines magis fundo quam personæ adiudicantur.*
4 *Actio finium regundorum oritur ex quasi contractu, vel ex quasi delicto.*
5 *Finium regundorum actio duplex est, alia directa, alia vtilis.*
6 *Actio finium regundorum non potest competere pro constituendis finibus in prædijs vrbanis.*
7 *Actio finium regundorum datur etiã in rebus incorporalibus.*
8 *Ad iudicis officium spectat agros personaliter inspicere.*
9 *Propter incommodam terminorũ diuisionem iudex potest maiorem fundi partem alicui assignare dummodo alteri æstimatio præstetur.*
10 *Quatuor sunt à iure adinuenta remedia pro finibus constituendis.*
11 *Si post litem contestatam aliquis terminum alicuius propria autoritate occupauit, tenetur ad eius restitutionem cum de suo tantundem.*

12 *Qui terminum constitutum mouerit pœna 50. aureorum plectendus est.*

13 *Vt actio finium regundorum competat necessarium est actorem probare prædium in illo termino habere si ab aduersario negetur.*

14 *Actor probare debet mensuram prædiorum.*

15 *Agrimensor ad terminos constituendos constitutus, iurare debet, non secundum veritatem, sed secundum credulitatem suam.*

16 *Iudex debet secundum agrimensoris sententiam iudicare.*

17 *Declaratio actionis finium regundorum sermone Hispano composita.*

§. 8. De actione finium regundorum.

1 ACtio finium regundorum competit illis, qui habent prædia rustica confinia: & datur contra vicinum possessorem ad constitutionem nouorum terminorum, vel reparationē antiquorum, & ad præstandum interesse. Et est 2 mista, realis, & personalis. Realis enim, quia restituit domino quod suum est, & 3 sequitur fundum: & magis fundo quā personæ fines adiudicantur, vt in. l. sed & loci. §. si aliter. ff. finium regundorū. 4 Personalis verò est, quia ex quasi contractu, vel ex quasi delicto vicinorum oritur, cum nitantur producere fines vltrò citroque latiùs quam par sit, vt probatur in. l. 1. ff. finium reg. & notat Benicasius in. §. quædam. instit. de actio. numero. 527. Et ista actio est duplex, directa & vtilis, vt notant Misinger. in dict. 5 §. quædam num. 42. & Benicasius in. §. actionum. num. 536. instit. de action. Et est stricti iuris, vt firmat gloss. in dict. §. actionum. verb. communi diuidendo. & ibi Iason, & Benicasius. nu. 534. Et so- 6 lum modo datur pro constituendis finibus in prædijs rusticis, non verò in vrbanis, iuxta tex. in. l. 4. §. fin. versicu. hoc iudicium. ff. fin. regun. nisi ædificium esset loco termini: nam tunc idem iudicatur de ædificio quod de termino, vt in l. 2. ff. fin. regun. & explicat Benicasius 7 in dict. §. actionum. numero. 537. Datur etiam in rebus incorporalibus, vt puta proponendis finibus, iuris dictionibus, & territorijs, vt probatur in cap. super eo. de parochijs. & notat Misingerius in dict. §. quædam num. 45. Et est aduertendum, quod si prædia non fuerint di- 8 stincta suis terminis, iudex personaliter accedere debet ad ea, & per agrimensorem sumptibus partium ea diuidere, & terminos ponere, iuxta declarationem agrimensoris, vt probatur in. l. si irruptione. ff. fini. regun. & in cap. quia indicante. & ibi optime Panormit. de præscriptionibus. & in text. iuncta glo. ibi verb. adhibitos in. l. si duobus. ff. si mensor falsum modum dixerit. & ibi Barto. & Bald. & in. l. 13. text. 14. part. 3. & l. 10. text. 15. part. 3. non tamen est necessum præsentialiter iudicem accedere ad illa loca, licet vtile esset, sed sufficit mittere agrimensores, citatis partibus, iuxt. tex. in. l. 3. C. finium regun. iuncta. l. 1. in fin. 8 cum sequenti. ff. si mensor falsum modum. & ibi notant communiter omnes 9 ex Panorm. in. dict. cap. quia indicante. num. 7. Quando autem esset obscuritas, & commode terminari non posset secūdum terminos antiquos licitum erit iudici ex prædio vnius aliquid prædio alterius adiudicare, condemnando eum in certa quantitate pecuniæ danda cui pars prædij ablata fuit iuxt. text. in. l. 2. §. fin. cum. l. sequent. ff. finium regundorum. & in. §. si finium. instit. de offic. iud. 10 & in. l. 10. tit. 15. part. 6. Aduertendum etiam est pro finibus constituendis qua-

tuor

tuor remedia in iure prodita esse. Pri-
11 mum est condictio ex. l. si constiterit.
C. finium regund. videlicet quãdo post
litem cõtestatam aliquis occupauit ali-
quid de termino alieno, tunc ad restitu-
tionem eius cum tantundem de suo te-
12 netur. Secundum est, actio. l. Agrariæ
pœnalis quinquaginta aureorum in eũ
qui terminum eiecerit, vel mouerit, vt
in. l. 1. ff. de termino moto. Tertium est,
accusatio criminalis Adriani imperato
ris, de quo in. l. 1. & 2. ff. de termino mo
to. Quartum est, hæc nostra actio finiũ
regundorum, quæ ad hoc, vt competat
13 alicui requiruntur sequentia. Primò,
quod si reus neget actorem habere præ
dium in illo termino, actor ante omnia
14 ostendat se prædium habere. Secundò
requiritur, quod actor probet mensurã
prædiorum: & supradictis probatis iu-
dex mittere debet agrimensorem, qui
tenetur facere iuramentum de bene se
gerendo in illa agrimensura, secundum
Bald. & Sali. in. l. hac edictali. §. his illud
15 C. de secundis nuptijs. Quod iuramen-
tum debet esse de credulitate, non vero
de assertione veritatis secundum com-
munem ex Felino in capit. proposuisti.
16 de probat. Et facta relatione per agrimẽ
sorem iudex tunc profert sententiam,
qua præcipit mensuram, & declaratio-
nem agrimensoris seruari. Quæ praxis
probatur, & procepit ex. l. 3. C. fini. re-
gundo. Sed hodie in aliquibus tribuna-
libus alia praxis obseruatur: & vt me-
lius percipi possit eam sermone Hispa-
no præscribam, quæ talis est.

dictum de credulitate in hoc Juditio probat

17 *QVeriendo alguno apear sus heredades que tiene, en algun lugar para saber las yugadas que tiene, y por adonde van sus lindes y mojones, y las tierras que son suyas, haze vn pedimiento a la justicia en la forma siguiente por via de auto.*

EN Salamanca a tantos dias de tal mes, y de tal año, ante el señor Licenciado fulano teniente de corregidor, en la dicha ciudad, y en presencia y por ante mi el presente escriuano, y testigos infra escriptos parecio presente fulano, vezino de la dicha ciudad, y dixo, Que por quanto tiene tantas yugadas de heredad y muchos prados de yerua en tal lugar desta jurisdiction, que le conuiene apear las dichas heredades, y prados para saber lo que hazen y por donde van sus lindes, y mojones, attẽto que entiende que los vezinos y herederos del dicho lugar le tienen occupada mucha parte de lo que le conuiene que pedia y pidio a su merced mandasse hazer el dicho apeo, y nombrasse personas antiguas, que sepan los limites y mojones, y conozcan las dichas heredades, para que se hallen a hazer el dicho apeo. Y para ello pidio justicia, &c.

Presentada esta peticion el juez responde, que nombre los señores que tienen heredades enel dicho lugar que confinen con las que quiere apear o en las comarcas del dicho lugar, que el esta presto de hazer justicia. Y luego el que quiere hazer el dicho apeo presenta vn memorial ante el juez, donde nombra los señores y herederos que tienen heredades enel dicho lugar, o en sus comarcas que confinen con las suyas. Y entonces el juez manda que se notifique a los dichos señores, que para tal

dia fulano quiere apear las heredades y prados, que tiene en tal lugar, que parezcan y se hallen presentes a ver hazer el dicho apeo: donde no que en su ausencia se hara, y les parara tanto perjuyzio como si estuuieran presentes. Y manda assi mismo, que desto se ponga en los lugares publicos acostumbrados vna carta de edicto general: por la qual el juez manda hazer saber a todas las personas que pretenden algun interesse, como fulano quiere apear tales heredades y prados, que para tal dia se hallẽ presentes a ver hazer el dicho apeo, señalando el dia en que se ha de hazer. Y hecho esto para el termino del edicto y citacion el que pide el apeo parece ante el juez, y acusa la rebeldia a los citados, de que no han parecido a contradezir el dicho apeo, que pide a su merced lo mande hazer. Y entonces el juez manda que se de mandamiẽto para que el concejo nombre dos personas antiguas que sepan de las heredades y hagan el dicho apeo: y que nombradas vengan primero ante el dicho juez a jurar o la mesma parte se las nombra. Y el juez las ha por nombradas y recibe dellas juramento, de que haran bien su officio, segun, y como entendieren y creyeren conforme a sus consciencias, adjudicando a la dicha heredad lo que le pertenece, y no quitando de vno para dar a otro. Y hecho el dicho juramẽto los nõbrados comiẽçan a hazer el apeo: y declaran como tal tierra es de tal heredad, y quanto haze en sembradura, y por donde van los mojones y lindes: y los señalan haziendo mojones de nueuo. Y assi prosiguen hasta acabar el dicho apeo. Y si ay alguna cõtradicion enello, porque otro dize que es la tierra suya, y que la linde va por otra parte se ha de aueriguar primero aquella duda en juyzio plenario. Y sino vuiere alguna contradicion, el apeo se acaba, y es titulo sufficiente para el dueño de la heredad, attento que las partes fueron citadas.

CIrca superiorem praxin est aduertendum, quod citatio, quæ fit partibus procedit ex. l. 3. C. fin. regund. & ex traditis per Panormit. in cap. quia indicante. num. 6. de præscriptionibus. Et edictum citationis procedit ex ijs, quæ notat glo. in extrauaganti ad reprimendum. quomodo in læsæ mai. crim. verb. per edictum, cum in præsenti citentur vicini illius loci, & etiam incerti contradictores, quorum interest: quo casu est locus citationi per edictum vt in. l. si eo tempore. C. de remiss. pig. & tradit Felinus in. c. quoniam frequenter. §. porrò, vt lite non contestata. Deinde iuramentum agrimẽsorum procedit ex ijs, quæ notat Felinus in. c. quia indicãte. de præ 1
scriptionibus nu. 1. & Decius in. c. proposuisti. nu. 15. de probat. Et qua actione teneantur agrimensores, si dolo, vel lata culpa intulerint grauamen partibus, tradit gl. 1. in dict. cap. quia indicante, & ibi Panorm. nu. 2. & 4. & Felin. num. 2. Et prædicta agrimensuratio fieri debet expẽsis communibus, etiam si vna pars contradicat eidem secundum Salicetũ in. l. 3. C. finium regundorum. & Felinũ in dict. cap. quia indicante. num. 1.

Ex Capite. 2.

SVMMARIA.

PRætoria dicitur actio, eo quod à prætore fuerit adinuenta.

2 Præto-

2 *Prætores non solum actiones, sed etiã iura reddere poterant.*

3 *Ius & actiones à prætore introductæ honorariæ alio nomine vocantur.*

4 *Honorabilem magistratum gerebat & administrabat prætor.*

5 *Prætoris officium in reddendis actionibus per quam vtile erat.*

6 *Æquitatem semper præoculis habẽt prætores.*

7 *Prætoriarum actionum quædam reales, quædam personales dicuntur.*

8 *Prætoriæ actiones aliæ sunt rei persequutoriæ, aliæ pœnæ tantum.*

Caput. 2. De nonnullis actionibus prætorijs.

EXemplo Iustiniani hactenus egimus de quibusdã actionibus, à Iure Ciuili inductis pro illa secunda diuisione, quam fecit in. §. sed istæ. instit. de action. Vnde continuando prædictã diuisionem opportunè agendum erit in præsenti de actionibus prætorijs, quæ
1 ideò prætoriæ appellantur, quia à prætore comparatæ fuerunt. Tanta enim fuit
2 prætoris autoritas, quod iura, & actiones dare posset, vt probatur in l. 2. §. eo tempore. ff. de origine iuris. & in. §. præ
3 torum, instit. de iure naturali. quod ius honorarium appellabatur, & actiones
4 honorariæ: quia prætores gerebant magistratum honorabilem, vt probatur in dict. §. prætorum. & in. l. in honorarijs. ff. de action & oblig. resoluunt Fortunius Garcia in l. iuris gentium. §. prætor ait. num. 3. & 4. ff. de pactis. & Oro-
5 scius in l. 1. de offic. prætor. nu. 13. Fuitq; valde necessarium, prætores ius & actiones dare, quia cum prætor præuideret aliquod negocium emergens, pro quo actio data non erat à iure cõsultis, æquitate suadente disponebat, & actionem
6 præstabat: semper enim prætor præ oculis æquitatem habebat, vt probatur in l. quod si Ephesi. §. fin. ff. de eo, quod certo loco. & explicant Gometius. nu. 22. & Iason. nume. 26. in dict §. sed istæ Et qualiter differant prætoriæ à ciuilibus, diximus supra. in cap. 1. in princip. circa
7 finem. Et harum actionum prætoriarũ quasdam esse reales, & quasdam personales dixit Iustinianus in dict. §. sed istę.
8 Et quasdam esse personales rei persecutorias tantum, quasdam verò esse personales persequutorias pœnæ tantum, dixit in. §. in personã. iuncto. §. pœnales, instit. de action. De quibus omnibus ordinatim & resolutiuè pro iuuenum instructione à nobis erit dicendum in sequentibus resolutionibus, inchoando ab actionibus prætorijs realibus.

Ex. §. Primo

SVMMARIA.

1 *PVbliciana sic fuit denominata, eo quod à Publicio fuerit inducta.*

2 *Actio Publiciana ei competit, qui nõdum est dominus effectus.*

3 *Habilis titulus & iustus ad dominij translationem requiritur, vt actio Publiciana competere possit.*

4 *Si à pupillo vel furioso quis rem habeat Publicianam intendere non poterit.*

5 *Qui emit à minore bona fide, existimans maiorem esse, vti potest Publiciana.*

6 *Qui emit à furioso, quem sanæ mentis esse*

esse existimat Publicianam habet.

7 Intelligitur verè text. in. l. 2. §. si à pupillo ff. pro emptore. & intellectus aliorum reijciuntur.

8 Qui à furioso, quem sanæ mentis credidit esse rem emit attenta rei veritate, Publicianam non intendit.

9 Emens à furioso, credens eum inumbratæ quietis, existimatione & opinione considerata, Publicianam habere potest.

10 Rem ex titulo pignoris, precarij aut cõmodati detinentes non possunt Publicianam exercere.

11 Officium iudicis competit detentatoribus ad rerum restitutionem.

12 Non dominus debet esse is, qui Publicianam intendit.

13 Per traditionem à vero domino factam iure gentium dominium acquirimus.

14 Quod nostrum est non potest amplius per vsucapionem nostrum effici.

15 Ibi cessat Publiciana, vbi vsucapio locum habere non potest.

16 Vtilis dominus non Publiciana, sed rei vendicatione agit.

17 Publicianam intendens probare debet titulum & traditionem rei.

18 Solo iuramento proprio probantur quæ in conscientia consistunt.

19 Ex iusto titulo resultat bona fides.

20 Traditionis tempore bonam fidem habere debet actor, vt Publicianam in iudicio deducat.

21 Duobus temporibus requiritur in emptionis contractu bona fides ab emptore.

22 Actor in libello Publicianæ petere debet, quod rem ad se pertinere iure dominij vel quasi declaretur.

23 Dicere debet in libello Publicianæ actor, aduersarium, aut possidere, aut dolo possidere desijsse.

24 Publiciana non potest cõtra titulo possidentem competere.

25 Libellus in actione Publiciana Hispana lingua confectus.

§. 1. De actione Publiciana, reali, prætoria.

1 PVbliciana actio sic appellatur, quia à Publicio prætore primo fuit in albo

2 proposita, competitque habenti à non domino ex iusto titulo rem nondum vsucaptam, si eius possessionem aliquomodo amisit, vt probat text. in. §. nanq; sicut. instit. de action. & in. l. 1. ff. de Publi. & tradit glo. in capit. abbate sanè. ver. dominij. de re iudicata. lib. 6. De qua actione vltra doct. in prædictis locis tractant Innocentius & Panorm. num. 8. & alij in cap. 2. de consuetudine. Et ad hoc, vt alicui competat

3 hæc actio requirũtur sequentia. Primò, quod actor habuerit rem illam ex titulo iusto, & habili ad transferendum dominium, siue lucratiuo, siue oneroso, vt probatur in dict. §. namque sicut. ibi. ex iusta causa, & in. l. eum qui. §. 1. & in. l.

4 quæcunque. ff. de Publi. Quo fit, quod qui rem habuit à furioso vel à pupillo sine autoritate tutoris non habebit Publicianam, vt in dict. l. quæcunque. §. fi. in fine, & in. l. 2. §. si à pupillo. ff. pro emptore. Cæterum qui emit à minore, credens esse maiorem, habebit Publicianã

5 iuxta tex. in. l. 2. §. si à pupillo. ff. pro emptore. quia iustissimus error, de quo ibi,

causat

causat bonam fidem, & ita vsucapionem & Publicianam. Nam ibi magis attenditur existimatio emptoris, quam rei veritas. Et ita in dict. §. si à pupillo. legendum est (vt hic plus non sit in re, quàm in existimatione) quemadmodum optime aduertit glo. ibi verb. in re. tamet si aliter intelligat Duarenus in additio. ad pand. Flor. & non aduertat Connanus lib. 13. commentariorum. capit. 17. nu. 2.

6 Pari modo qui à furioso emit, credens esse sanæ mentis, habebit Publicianam iuxt. tex. in dict. l. eum qui. in principio. Cui resolutioni non obstat tex. in dict. §. si à pupillo. in fine. Nam reiecto intellectu finali. glo. in d. l. eum qui. etsi communiter recipiatur ex Fulgosio & Cumano in d. §. si pupillo. quia diuinat, dicendum est, quod quando attenditur rei

8 veritas contractus non valet: at ideò nō debet aliquem producere effectum. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. l. non putauit. §. nō quęuis. ff. de contra tabulas. & per consequens nec vsucapionē, neque euictionis actionem, nec Publicianam, nec accessionem possessionis vt tex. in. §. si à pupillo in fine inquit. Quā-

9 do vero attenditur existimatio & bona fides emptoris, tūc gratia vtilitatis, quia communis error ius facit, vt in. l. Barbarius. ff. de officio prætoris. bona fides, & vsucapio, & Publiciana producitur. Et hoc discrimen inter rei veritatem, & existimationem voluit constituere iure consultus in dict. §. si à pupillo. dicēs, quod vtilitatis gratia vsucapio procedat, licet emptio non valeat, vt ita magis attendatur existimatio emptoris & eius bona fides, quam rei veritas. Fit

10 etiam ex suprædicta resolutione, quod qui habuit rem ex titulo pignoris precarij, vel commodati Publicianam nō habet, quia non sunt tituli habiles ad translationem dominij, vt in. d. l. quæ-

11 cunque. §. 1. datur tamen ei officium iudicis ad restitutionem, vt in. l. & non tā tum, & ibi glo. ff. de petitione hæredita-

12 tis. verb. non facile. Secundo requiritur, quod res fuerit tradita actori à non do-

13 mino, vt in. l. 1. ff. de Publiciana. Nam si tradita fuisset à vero domino translatū fuisset dominium in actorem, vt in. l. tra-

14 ditionibus. C. de pactis. & ita cessaret vsucapio, vt in. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucapionibus. & per consequens non daretur Publiciana, vt in. d. l. eum qui. in principio. & tradunt Romanus, Alexander & Ias. in. l. rem, quæ nobis. ff. de acquirenda possessione. & Iason. in. d. §.

15 nanque si cui. num. 17. Quo fit, quod si actor rem iam præscripsisset non posset agere Publiciana, cum iam dominus rei effectus esset, vt probatur in dict. §. nanque si cui, ibi. necdum dominus, &

16 in dict. l. 1. ff. de Publiciana. Fit etiam habentem vtile dominium non posse agere Public. sed rei vendicatione, vt in. l. 1.

17 ff. si ager vectigalis. Non tamen requiritur, quod actor probet rem sibi traditam esse à non domino, sed tantum dicere debet se titulum & bonam fidem habere & rem sibi traditam fuisse: teneturque probare titulum habilem, & traditionem, non tamen bonam fidem, cum in intellectu, & conscientia consi-

18 stat. Et quæ in conscientia consistunt per nostram simplicem assertionem cū iuramento probantur secundum glo. magnam in dict. §. nanque si cui. & glo. in cap. significasti. 1. de homicidio. verb.

19 si est ita. Ex titulo nanque habili bona fides resultat, vt probatur in. l. penult. C. de euictionibus. & in. c. si diligenti. de præscriptionibus. & tradit Couar. in regula possessor. 2. parte. §. 8. numero. 2.

20 Tertiò requiritur, quòd actor habuerit bonam fidem tempore traditionis rei sibi factæ quanuis venditor malam habuerit, vt in dict. l. eum qui. §. prætor. & notat glo. in dict. capit. abbate sane. verb. dominij. In contractibus enim

21 emptionis, & venditionis bona fides requiritur tempore contractus, & traditionis rei, vt firmat gl. in dict. §. prætor.

nec

nec mala fides tradentis nocebit accipienti, vt probat tex. in dict. §. prætor. & resoluit Couarr. in dict. regu. possessor. 2. part. §. 11. num. 6. Nec requiritur, quod actor in libello dicat se credidisse venditorem non esse dominum illius rei, tempore, quo sibi eam vendidit secũdum Fabrum, & communiter omnes ex Couar. in dict. §. 11. num. 6. quicquid glo. magna recepta à Iasone ibi. nume. 82. in. d. §. namque si cui. dicat. Quartò
22 requiritur, quod actor, in libello petat declarari rem sibi pertinere iure dominij, vel quasi secundum glo. in dict. cap. abbate sanè. verb. dominij. & omnes cõmuniter ex Iasone in dicto. §. nanque si
23 cui. nume. 70. Vltimò requiritur, quod actor in libello dicat aduersarium possidere, vel dolo desijsse possidere, secundum glo. magnam in. d. §. nanque si cui. Est tamen aduertendum, quod licet rei vendicatio competat contra titulo possidentem vt in. l. officium. in fine. ff. de
24 rei vendicatione. Publiciana tamen nõ datur contra titulo possidentem, vt in l. siue autem. §. si duobus. ff. de Publiciana. quod accipiendum erit iuxt. gl. magnam ibi. Et est ratio, quia quãdo aliquis possidet cum titulo, habet duo, titulum & possessionem: ac ideo nimirum si excludat agentem Publiciana, habentem solum modo titulum secundum Barto. lum, & omnes ex Iasone in. d. §. nanque sicui. numero. 19. Et libellus in hac Publiciana erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE Publiciana.

Illustre Señor.

25 *FVlano parezco ante. V. m y pongo demanda a fulano, y digo que assi es, Que yo compre vnas casas de fulano, que son en este lugar a tal parte, de que son linderos tales, por precio de mil ducados. los quales le pague: y el me entrego las dichas casas. Y al tiẽpo q̃ se celebro la dicha venta el dicho fulano vẽdedor era auido y tenido por señor de las dichas casas, y como tal las tenia, y posseya, y alquilaua, y lleuaua los alquileres dellas. Y despues que el me las entrego, e yo con el dicho titulo, e buena fee tome y aprehẽdi la possession dellas, he caydo de la dicha possession: y tiene y possee el dicho aduerso las dichas casas, sin titulo ni causa que bastante sea. Y aunque por mi ha sido pedido y requerido muchas y diuersas vezes a que me las de, buelua, entregue, y restituya con los fructos y rentas que ha gozado, y con los daños, y menoscabos que tienen, no lo ha querido ni quiere hazer sin pleyto. Porque pido a V. m. que auida mi relacion por verdadera, en la parte que baste para el vencimiento desta causa, y por expresso otro mas o mejor pedimiento que necessario sea por su sentencia, que en tal caso lugar aya, del dicho aduerso me haga entero cumplimiento de justitia, declarando pertenecerme las dichas casas iure dominij, vel quasi, y cõdenãdo al dicho aduerso a que me las de, buelua, entregue, y restituya libres y desembargadas, con mas los fructos y alquileres que han rentado y podido rentar en tan*

tos

tos años, que ha que las tiene, y los que rentaren hasta la real entrega, que estimo en cada vn año en tantas mil marauedis, con mas los daños y menoscabos, que las dichas casas tienen despues que vinieron a su poder, que estimo en tantas mil marauedis. Saluo en todo la judicial taxacion de. v. m. sobre que pido justicia, y costas, y el officio de v. m. imploro. Y juro &c.

Ex. §. Secundo

SVMMARIA.

1 *RESCISSORIA actio contraria est Publicianæ.*

2 *Et tantum ei, qui dominium habet, competit actio rescissoria.*

3 *Rescissoria actio ei competit, qui necessaria non voluntaria absentia abfuit ad rem propriam ab alio vsucaptam vendicandam.*

4 *Actio rescissoria hæredibus absentis datur.*

5 *Quoties æquum prætori visum fuerit restitutionẽ alicui dari, rescissoria actio accommodatur.*

6 *Rescissoria actio competit absenti contra præsentem & è conuerso.*

7 *Absentiarum quinque sunt genera.*

8 *Etsi in tribus absentiarum generibus læsus restituatur non tamen in alijs.*

9 *Duplex competit remedium per absentiam læso, rescindens & rescissorium.*

10 *Per rescindens remedium vsucapio rescinditur.*

11 *Per rescissoriam actionem res ipsa vẽdicari debet.*

12 *Vnicum tantum esse remedium nempe rescissorium, per quod & ipsa vsucapio rescinditur, & res vendicatur verius resoluitur.*

13 *Praxis obseruat quòd in libello actionis rescissoriæ vtrumque petitur, vt quod vsucapio rescindatur, & res vsucapta vendicetur.*

14 *Duplex est actio rescissoria, institutoria, scilicet, & restitutoria.*

15 *Si propter absentiã destitit aliqua actio alicui competere per prætorem constituitur.*

16 *Si quis propter absentiam actionẽ amittat ei per prætorem restituitur actio rescissoria, proprius appellari deberet restitutoria.*

17 *Quæ requirantur vt actio rescissoria competat traditur.*
Rescissoria actio intra quadriennium intentari debet.

18 *Intra vtilem annum proponi debebat olim actio rescissoria.*

19 *Propter suam vel aduersarij absentiã læsum se esse allegare, & probare debet actor rescissoria vtens.*

20 *Si præsens contra absentem restitui petat solum consideratur, quod non habuerit quem conuenire possit.*

21 *Si restituatur absens cõtra præsentẽ absentiarũ distinctio considerari debet.*

22 *Remedium rescissoriũ iudicis officio nobili, vt pote restitutio expeditur.*

23 *Minorum restitutioni æquiparatur restitutio, quæ competit maioribus.*

24 *Minoris restitutio non actione, sed iudicis officio nobili expeditur.*

25 *Agens*

25 *Agens rescissoria in libello petere debet quod læsio rescindatur.*

26 *Contra vsucapientem debet rescissoriã proponere actor.*

27 *Remedium rescissionis, vt pote in rem scriptum contra quemcunque possessorem transit.*

28 *In euentum vsucapionis rescissæ proponit actor rescissoriam actionem.*

29 *Si rescissorium remediũ sit reale, quod dominus rei declaretur, debet in libello petere actor: si sit personale aduersarius debitor declarari debet.*

30 *Libellus in actione rescissoria Hispanè compositus.*

§. 2. De rescissoria actione.

1 ACtio rescissoria est contraria Publicianæ, per qnã quis
2 agit ad vendicandam rem propriam post vsucapionẽ completam ab aduersario, daturque ei,
3 qui propter iustam, & necessariam causam non autem voluntariam abfuit, iuxta tex. in. l. sed etsi per prætorem. §. fi. ff.
4 ex quibus causis maiores. Competit etiã successoribus absentis secundum Fabr.
5 in. §. rursus. insti. de action. Et denique datur quoties prætori videbitur æquum esse restitutionem dari: veluti si quis non necessariò, sed causa studiorum, vel peregrinationis absens læsus fuerit, vt in. l.
6 nec non. ff. ex quibus causis maiores. Et datur præsenti contra absentem, vt probatur in. d. §. rursus. Et etiam datur absenti cõtra præsentem, vt indicat tex. in d. §. rursus. ibi, quod genus actionis. & ibi ex eo notant Dynus, Bald. Fab. & Mising. num. 3. Pro cuius cognitione consti
7 tuendum est quinque esse genera absentiarum, vt docet glo. magna in. l. fin. ff. de restitutione in integrum. & notant Iason. num. 1. Gomezius. num. 4. Misinge. num. 24. & Anto. Vsillo. num. 1. in. d. §.
8 rursus. In tribus prioribus generibus absentiarũ læsus absens restituitur: in alijs duobus posterioribus denegatur restitutio secundum Barto. & alios in. d. l. fi. Iasonem. num. 7. & Mising. num. 25. vbi supra. Præterea erit constituendum secun
9 dum docto. communiter, esse duplex remedium rescindens & rescissorium. Re-
10 scindens est, per quod officio iudicis vsucapio, vel læsio rescinditur, & læsus ponitur in eo statu, quo erat tempore, quo læsio contigit: tantum enim affert restitutio, quantũ abstulit læsio iux. tex. in. l. sed etsi p prætorẽ. §. si feriæ, &. §. sed cũ ferię. &. §. quoties. ff. ex quib. causis maio
11 res. Rescissoriũ autẽ est actio rescissoria, quæ competit rescisso vsucapionis obstaculo ad vendicandam rem vsucaptã secundum glo. in. d. §. rursus. & Bartolũ in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter num. 5. &. 9. ff. ex quibus causis maiores. & Panorm. in cap. tum ex literis. nume.
12 19. de in integrũ restitutione. Sed verior opinio est, vnicum tantum esse remediũ scilicet, rescissorium, quo vtrunque consequimur, vt optime aduertit Otoman. in dict. §. rursus. verbo, rescissa, Mainerius lib. 2. actionum. cap. 6. & Brisonius, de verborum significatione verbo rescissa. Et ita in libello vtrunque petitur,
13 14 vt praxis hodie obseruat. Ista tamẽ actio rescissoria duplex est, scilicet, institutoria, & restitutoria. Institutoria est quando à principio nulla actio competebat alicui, competeret tamẽ, si præsens fuis-
15 set. Et quia per iustam absentiam ius illud amisit, restituitur per prætorem: ac ideò dicitur institutoria, quia de nouo à prætore fuit instituta, cum antea non cõpeteret. De qua est optimum exemplum in. l. Iulianus. §. fin. & in. l. siquis Titio. & in. l. siquis stipulatus. ff. ex quibus causis maiores. & in. l. quanuis. §. si cum essem
16 ff. ad Velleianum. Restitutoria est, quę à prin-

principio alicui competebat, extincta tamen fuit per vsucapionem. Quo casu rescissa vsucapione propter iustum impedimentum, illa actio quæ restituitur & rescissoria dicitur, proprius appellari deberet restitutoria: & de hac nos loquimur. Et ad hoc vt alicui com
17 petat, requiruntur sequentia. Primo, quòd intentetur intra quadriennium, vt probatur in. l. fin. C. de temporibus in integ. restit. & in. l. 28. titu. 29. part. 3.
18 Quanuis olim intra annum vtilem intentari deberet vt probatur in. d. §. rursus, & in. l. in honorarijs. §. rescissa. ff. de action. & obliga. Et an quadriennium currat à tempore scientiæ resoluit Couar. in regula possessor. 3. part. §. 3. nu. 3. & Rebuffus ad. ll. Gallicas. titu. de restitutione artic. 2. glo. 2. Secundò requiri
19 tur, quod actor in libello dicat se læsum esse, siue propter propriam absentiam, siue propter absentiam aduersa-
20 rij. Qua in re aduertendum est, quod quando datur præsenti contra absentem non cõsideratur distinctio absentiarum, de quibus in. l. fin. ff. de restitutione in integrum. Quia tunc solũmodo consideratur, quod præsens non ha
21 buit quem conuenire posset. Quando vero datur absenti contra præsentem, tunc distinctio absentiarum considerãda erit secundum Dynum, Ang. Ias. numero. 6. & Misinger. num. 23. in dict. §. rursus. vel sufficiet, quod actor in libello dicat se læsum esse propter aliam iustam causam, vt in. l. 1. ver. item si qua. & in dict. l. sed etsi per prætorem. §. itẽ inquit. ff. ex quibus causis maiores. & resoluit Couar. in dict. reg. possessor. 3. part. §. 3. numero. 2. Tertio requiritur, quòd actor imploret officium nobile iudicis ad rescisionem læsionis: quia
22 hoc remedium officio iudicis expeditur, nõ verò iure actionis, vt probatur in. l. siquis stipulatus. ff. ex quibus causis maiores. Nam restitutio, quæ com-
23 petit maioribus æquiparatur restitutioni minorum vt in. l. fin. C. de tem-
24 poribus in integrum resti. Sed restitutio minoris officio iudicis expeditur in. l. quod si minor. §. fin. ff. de minoribus. & in. c. 2. de offi. iud. Quartò requiritur, quod actor in libello petat quod
25 læsio rescindatur, vt in. d. l. sed etsi per prætorem. §. si cũ feriæ. &. §. quoties.
26 Quintò requiritur, quòd actor hanc actionem proponat contra vsucapientem, vel præscribentem, vt in. d. §. rursus. & in. d. l. fin. C. de temporibus in integrum. vel contra tertium possessorẽ.
27 Nam cum remedium restitutionis sit in rem scriptum trãsit in quemcũque possessorem, vt probatur in. l. in causę.
28 §. interdum. ff. de minoribus. Sextò requiritur, quod actor proponat hanc actionem in euentum vsucapionis rescissæ, vt probatur in dict. §. rursus. ibi, rescissa. & in. l. in honorarijs. ff. de actionibus & obli. Vltimò requiritur, quòd
29 si remedium rescissorium fuerit reale actor petat se declarari dominum illius rei: si vero fuerit personale petat quod declaretur debitorem esse sibi obligatum. Et libellus erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE rescissoria.

Illustre Señor.

FVlano parezco ante. V. m. y pongo demanda a fulano, y digo, Que el dicho aduersose ausento desta ciudad, y estuuo ausente tantos años: y al tiempo que se ausento lleuo consigo vna fuente de plata de bestiones sobredorada, que pesaua

tantos marcos: la qual era mia propria. Y agora que ha buelto le he pedido que me de y buelua la dicha mi fuente, y dize que no esta obligado a ello, porque la ha posseydo tanto tiẽpo, que basto para vsucapir, y adquirir el señorio della. Y pues yo he estado legitimamente impedido por su ausencia de no le auer podido pedir y demandar hasta agora la dicha mi fuente, y a los impedidos segun derecho les compete el beneficio de la restitucion, porende a. V. m. pido que de su officio noble, el qual para ello imploro, por la clausula general, si qua mihi iusta causa, o por aquella via que mas aya lugar de derecho me restituya in integrum contra la dicha vsucapion, quitando de medio qualquier lapso y transcurso de tiempo, que me pueda prejudicar, poniẽdome en aquel punto, y estado, que estaua antes, y al tiempo que el dicho aduerso se ausento deste lugar: y hecho esto me declare por señor de la dicha fuente, y condene al dicho aduerso a que me la de, buelua, entregue, y restituya. Y en lo necessario el officio de. V. m. imploro, pido justicia, y costas. Y juro a Dios y a esta ✠ que esto no pido de malicia &c.

Ex. §. Tertio

SVMMARIA.

1 *PErsonalis dicitur actio reuocatoria in rem scripta.*

2 *Per reuocatoriam actionem reuocantur, omnia in fraudem creditorum alienata.*

3 *Prius est in bonis debitoris facienda excussio, quàm ad reuocatoriam actionem perueniatur.*

4 *Quocunque modo debitorum patrimonia diminuantur reuocatoria agi potest.*

5 *Duplex est alienatio, simulata, scilicet & in fraudem creditorum facta.*

6 *Imaginaria alienatio adeo nullius est momẽti, vt nec iuramẽto valletur.*

7 *Alienatio, quæ in fraudem creditorum fit valida est ipso iure.*

8 *Triplex est actio reuocatoria, scilicet, Pauliana, Clauisiana, & Fabiana.*

9 *In fraudem creditorum alienata per Paulianam reuocari debent.*

10 *Si quid in fraudem patroni alienetur per Caluisianam & Fabianam actionem reuocandum est.*

11 *Varijs modis contingit alienatio fraudulenta.*

12 *Actionis reuocatoriæ materia, & quibus & contra quos, & à quo tempore & quid in hac actione veniat, traditur remissiuè.*

13 *Requisita, vt actio reuocatoria competat, connumerantur.*

14 *Intra annum debet reuocatoria intentari, vtilem & non continuum.*

15 *Vtilis annus à tẽpore scientiæ currit.*

16 *Perpetua est reuocatoria actio, si titulo lucratiuo fiat fraudulẽta alienatio.*

17 *Excussis prius debitoris bonis reuocatoria intentatur.*

18 *Creditorem se probare debet agens reuocatoria actione.*

19 *Tam creditori ex contractu, quam ex delicto competit actio reuocatoria.*

20 *Cre-*

20 *Creditori ex obligatione tantum personali reuocatoria datur.*

21 *In alienatione rei facta titulo lucratiuo requiritur quod fraus alienantis allegetur, & probetur, vt locus sit reuocatoriæ.*

22 *Si alienatio facta fuerit titulo oneroso, requiritur quod fraus alienãtis & recipientis allegetur, & probetur, vt reuocatoria locum habeat.*

23 *Lucratiuus titulus dicitur cum gratis aliquid nobis obuenit.*

24 *Titulus oneroſus appellatur quando partes ad inuicem aliquid rependunt.*

25 *Si patronus reuocauerit alienata à liberto in eius fraudem pretium emptoribus restituere cogitur.*

26 *Si pretium rei alienatæ in fraudem extat restituendum est emptori, vt reuocatoria agi possit.*

27 *Contra rem in fraudem alienatam accipientem vel eius hæredem, debet intendi reuocatoria actio.*

28 *Contra fraudatorem alienantem potest aliquando reuocatoria proponi.*

29 *Fructus rei alienatæ, qui tempore alienationis rei cohærebant, & percepti post litem contestatam possunt per reuocatoriam peti.*

30 *In reuocatoria actione non veniunt fructus percepti inter contestationis litis tempus, & alienationis.*

31 *Libellus in actione reuocatoria Hispano sermone formatus.*

§. 3. De actione reuocatoria.

ACtio reuocatoria à prætore inducta est personalis, in rem scripta secundum scribentes, eamque inter reales actiones prætorias Iustinianus immiscuit in. §. item si quis in fraudem institut. de action. non quod sit realis sed propter similitudinem quam habet cum præcedenti. Nam sicut per rescissoriam vsucapio valida rescinditur, ita per hanc reuocatoriam traditio rei in fraudem alicuius facta, quæ valida erat, reuocatur. Ita obseruant Misingerius nu. 12. Mainerius lib. 2. actionum. ca. 6. Competit enim ista actio reuocatoria quoties debitores fraudulenter alienãt bona sua, ita vt parum aut nihil penes se relinquant, quo suis creditoribus satisfaciant: tunc à prætore accommodatur actio reuocatoria: qua permittitur creditoribus, vt prius facta excussione in bonis debitoris, ac minus idoneis repertis pro satisfactione, rescissa bonorum fraudulosa traditione, ea bona petere, perinde ac si alienata & tradita nõ fuissent, sed semper penes debitores remansissent, iuxt. text. in dicto. §. item si quis in fraudem. & in. l. 1. ff. quæ in fraudem creditorum in. l. 1. C. de reuocandis his, quæ in fraudem & in. l. 7. titu. 15. part. 5. Et ista actio non modo competit creditoribus quando aliquid alienatum & traditum est in fraudem eorum à suo debitore, verum etiam quoties fraudulenter minuitur patrimonium debitoris, quod multis ex causis contingere poterit, vt colligitur ex. l. 1. cum. 4. sequẽtibus. ff. quæ in fraudem cred. Et pro faciliori explicatione huius actionis constituendum erit, quod alienatio alia est simulata, & imaginaria, & alia est, quæ fit in fraudẽ. Prior est nulla ipso iure, vt probatur in. l. emptor. iuncta glo. 1. ff. de aqua pluuia arcenda. & in. l. nuda. ff. de contrahẽda emptione. Nec iuramento talis alienatio confirmatur. iuxta gloss. primã. in. l. 3. C. plus

valere quod ag. quam quod simu. quã testatur communiter receptam Alex. in.l.nemo potest.num. 16. ff. de legatis primo. & Alcia. in.ca. cum contingat. de iure iurando. & Iason in. §. item si quis in fraudem.instit.de action. nu.7. Quo in loco num. 8. resoluit quæ exigantur ad probationem alienationis si
7 mulatæ.Posterior verò alienatio, quæ in fraudẽ fit,valida est mero iure : ideò per actionem reuocatoriam rescindi-
8 tur.Quæ actio triplex est,Pauliana,Cla-
9 uisiana,& Fabiana.Prior datur ad reuocandam alienationem in fraudem creditorum : & est, de qua nos loquimur & titu.quæ in fraudem creditorum. & text.in. d. §. item si quis in fraudem.&
10 in.d.l.7.titu.15.parti.5.Posteriores verò competunt patronis ad reuocãdas res alienatas à libertis suis in fraudem eorum,vt in.l.1.§.si pluribus. ff. si quid in fraud.patro.Ita resoluunt Iason nume. 99.in dict.§.item si quis in fraudem. & Mainerius lib.2.actionum.cap.7. Rur-
11 sus constituẽdum erit,quod varijs modis res alienatur fraudulenter erga multos.Aliquando enim alienatur in fraudem patroni, vt in toto titu. ff.&. C. si quid in fraud. pat. aliquando in fraudẽ filij arrogati,vt in.l.fin.§.fin. ff. si quid in fraudem patroni.aliquando in fraudem fisci,vt in.l.post contractum , & ibi Bartolus.ff.de donationibus.& in.l. 2.tit.4.par.5.& Anto.Gomez.3.tomo variarum.c.14.num.4.Aliquando alienatur à patre vel à matre in fraudem filiorum,vt in.l.1. C. de inoffi. doti. & in l.1.C. de inoffic.donat. & tradũt Iason in dict.§. item si quis in fraudem. nu. 1. & Palatius Rubios in repetitione. cap. per vestras.notabili.3.§.22.nume.14.& dominus Antonius de Padilla in auth. res quæ.n.24.C. communia de legatis. Couar.in.c.Rainutius. §.10.nume.7.de testamentis. Tiraquellus in.l.si vnquã verb.donatione largitus.num.9. C. de reuocandis donationibus. & Auendanius de exequendis mandatis principũ. capit.14.nu.6.Aliquando res alienatur in fraudem creditorum per debitorẽ, & de ista alienatione est noster sermo. Et de omnibus his modis alienationis agunt Iason à num. 1. & Misingerius à num.2.in dict.§.item siquis in fraudẽ.
12 Et huius actionis reuocatoriæ materiam, (quæ Pauliana appellatur) ponit & explicat Misingerius in dicto. §. itẽ siquis in fraudem. à num.19. Et quibus competat & contra quos, & à quo tẽpore,& quid in ea veniat,resoluit Mainerius lib.2.actionum.cap.9.cum duo-
13 bus sequentibus. Et ad hoc quod alicui
14 competat requiruntur sequentia. Primò,quòd actio reuocatoria intentetur intra annum vtilem, & nõ continuũ,
15 & ita occurrit à tempore scientiæ iuxt. text.in.l.1.& in.l.ait prætor.in princip. ff.quę in fraudem creditorum,& in. l. 7.titulo. 15. part. 5. & tradit Mainerius lib.2.actionum capit.10. Quod verum est quando alienatio facta esset titulo oneroso, nam quando titulo lucratiuo
16 facta esset,perpetua esset actio,vt in dicta.l.ait prætor.§.partum.versicu. hæc
17 actio.Secundò requiritur, quòd priusquam reuocatoria intentetur excussio fiat in bonis ipsius debitoris, & minus idoneis repertis pro satisfactione, tunc reuocatoria erit intentanda,vt in dicto §.item siquis in fraudem.& in.l.1.C.de
18 reuoca. his quæ in fraud. credi. Tertiò requiritur,quòd actor dicat se credito rem esse, & ei aliquid ex illis bonis de-
19 beri,vt in.l.1.ff. quæ in fraud. cred. siue sit creditor ex contractu, siue ex delicto,vt in.l.si cum fideicommissaria.§. creditores. ff.qui & à quibus.& in.l. 7.
20 titulo.final.part. 5. Quartò requiritur, quod sit creditor ex obligatione personali tantum,vt in dict.l.7.nam si ex reali esset competeret ei actio realis. Quin
21 tò requiritur , quòd si alienatio facta fuerit titulo lucratiuo,actor dicat debitorem alienasse rem in fraudem, & sufficeret

22 ficeret sola fraus alienantis. Si verò facta fuerit titu. oneroso actor debebit dicere vtrũque, scilicet, alien antẽ, & recipientem in fraudem feciſſe. Alioquin enim si recipiens non fuiſſet particeps fraudis, hæc actio ceſſaret secundum. glo. in dicto. §. item si quis in fraudem. verb. in fraudem. receptam ex Iaſone ibi numero. 27. & Miſingerio. num. 35.

23 Et titulus lucratiuus dicitur cũ aliquid nobis gratis obuenit, vt puta ex dona-
24 tione, vel legato. Titulus oneroſus eſt quando nõ gratis, ſed viciſsim aliquid rependimus, vt puta, in emptione, permutatione, & ſimilibus. Ita explicat Iaſon in dict. §. item si quis. nume. 28. vbi idem Iaſon, & Miſinger. numero. 30. reſoluunt, qualiter fraus præſumatur, &
25 probetur. Sextò requiritur, quòd in caſibus, in quibus creditor tenetur reſtituere pretium emptori, vt in patrono reuocante alienationem liberti, vt in l. 1. §. ſi quis in fraudem. ff. ſiquid in fraudem patro. Et in caſu quando emptor erat minor, quo non tenetur, niſi in quantum factus fuit locupletior, vt in l. ait prætor. §. ſiquis particeps. verſ. ait prætor. & in l. qui autem. §. ſi quid cum pupillo. ff. quæ in fraud. cred. & in. l. 7.
26 titul. 15. part. 5. Et in caſu quo pretium extaret, vt in. l. ex his. ff. quæ in fraud. cred. Tunc in his caſibus actor debet prius offerre pretium. iux. text. in. l. ſingularis. & in. l. Iulianus. §. offerri. ff. de
27 actionibus empti. Septimò requiritur, quod actor hanc actionem proponat contra accipientem rem alienatam, vel
28 contra eius hæredem, & aliquando cõtra ipſum fraudatorem alienantem, vt in. l. fin. §. fin. ff. quę in fraud. cred. quod intelligendum eſt iuxta glo. in. d. §. itẽ
29 ſi quis in frau. Vltimò requiritur, quod actor petat fructus rei, qui tẽpore alienationis cohærebant terræ, & partus ancillæ, quæ prægnans alienata fuit, &
30 fructus perceptos poſt litem conteſtatam. Fructus vero, qui inter tẽpus alienationis & conteſtationis fuerunt percepti reſtitui non debent, vt probatur in. l. ſi fraudator. §. ſi procurator. verſic. non ſolum. ff. quæ in fraud. cred. & in l. penult. titulo. fin. parti. 5. & explicat Mainerius libr. 2. actionum. cap. 11. Libelluſque in actione reuocatoria concipiendus erit forma ſequenti.

§ non solum. 4.

LIBELLVS IN ACTIONE reuocatoria.

Illuſtre Señor.

31 *FVlano parezco ante. v. m. y pongo demanda a fulano y digo que es aſsi, Que fulano vezino de tal lugar me eſta obligado a dar, y pagar cien ducados de vn eſclauo, q̃ le vendi. Y ſabiendo el dicho fulano q̃ me deuia los dichos ciẽ ducados, y q̃ no tenia otros bienes de q̃ me pagar, ſino era vna huerta en tal parte de tales linderos, cõ dolo y malicia, y pa defraudar me a mi, y q̃ no vuieſſe bienes de q̃ pudieſſe ſer pagado de mi deuda, vẽdio la dicha huerta al dicho aduerſo, y ſe la dio y entrego, y el la tiene y poſſee, y la cõpro ſabiẽdo y entẽdiendo q̃ el dicho fulano la vẽdia y enajenaua por defraudarme a mi. Y aunq̃ tẽgo hecha excuſsion en la perſona y bienes del dicho fulano mi deudor por los dichos cien ducados, no tiene bienes de q̃ yo ſea pagado*

y enterado de mi deuda, como consta deste processo executiuo, autos, y sentencia, de que ante V.m. hago presentacion con la solennidad y juramento &c. Y assi el dicho aduerso como tenedor de la dicha huerta esta obligado a restituyrme la dicha huerta, pues la compro sabiendo que se vendia para effecto de que no viuiesse bienes de q̃ yo fuesse pagado, y aunque por mi muchas vezes ha sido requerido, que assi lo haga no lo ha querido ni quiere hazer sin pleyto. Porque pido a V.m. que auida mi relaciõ por verdadera, en la parte que baste para el vencimiento desta causa del sobre dicho me haga entero cumplimiento de justicia y por su sentencia que en tal caso lugar aya reuoque y rescinda la dicha enajenaciõ y entrega de la dicha huerta, y la põga en aquel pũto y estado que estaua antes que se otorgasse. Y como si la dicha huerta estuuiera en poder del dicho fulano mi deudor, y entre sus bienes mãde mejorar la dicha execucion y lleuar a deuido effecto la dicha su sentencia en la dicha huerta y en los fructos della pendientes al tiempo de la dicha venta y entrega, y en los que de aqui adelante cayeren y se cogieren hasta la real entrega y restitucion, que estimo cada año en tantas mil marauedis: y me mãde meter en la posseßion de todo ello para que sea enteramente pagado de la dicha deuda y costas, sobre que pido justicia, y el officio de V.m imploro, y las costas protesto. Y juro en forma de derecho, que los dichos cien ducados me son deuidos y no pagados, y que esta demanda no pongo de malicia, &c.

Ex. §. Quarto

SVMMARIA.

1 SErui ana actio à prætore inducta competit pro rebus coloni in fundo illatis, & inuectis, nec non pro fundi pensione.

2 Quasi seruiana competit omnibus creditoribus ad pignora prosequenda.

3 Pignus aliud est prætorium, aliud iudiciale, aliudque conuentionale.

4 Conuentionale pignus conuentione cõtrahitur.

5 Conuentionale pignus aliud est expressum aliud tacitum.

6 Quando expressis verbis de pignore est inter partes conuentio, expressum pignus appellatur.

7 Tacitum pignus appellatur id, quòd à lege absque partium conuentione inducitur.

8 Inuecta & illata sunt tacite hypothecata.

9 Fructus fundi locati censentur propẽsione tacitè pignorati.

10 Si tradatur res pignorata tunc temporis pignus dicetur, sin minus hypotheca appellabitur.

11 Pignus passim pro hypotheca vsurpatur, & è conuerso.

12 Ex pignore tradito duplex actio oritur pignoratitia, scilicet, directa, & contraria.

13 Actio pignoratitia directa debitori ad pignus recuperandum competit.

14 Si creditori aduersus debitorem agere expediat contraria pignoratitia actio accommodatur.

15 Tan

15 *Tam directa quam contraria pignoratitia actio inter bonæ fidei actiones connumeratur.*

16 *Seruiana actio competit creditori ad persequenda omnia inuecta & illata in fundo pro pensione, tacitè hypothecata.*

17 *Interdictum Saluianum datur à prætore pro persequendis coloni rebus.*

18 *Inter se differunt Seruiana actio, & Saluianum interdictum.*

19 *Qui Seruianam proponit necesse habet, rem in bonis pignorantis tempore obligationis fuisse, probare.*

20 *Vt creditor in saluiano interdicto obtineat sufficit probare rem possedisse debitorem tempore obligationis.*

21 *Seruiana actio contra quemlibet possessorem datur.*

22 *Cautius est saluiano interdicto experiri, quam seruiana actione.*

23 *In fundo rusticores illatæ ita demum erunt obligatæ, si dominus fundi eas cognouerit & inuectas resciuerit.*

24 *Non requiritur domini scientia, vt res inquilini sint obligatæ.*

25 *Colonus est qui prædium rusticum conduxit.*

26 *Qui in ciuitate vrbanum prædium cõducit is inquilinus appellatur.*

27 *Nemo rem conductam alteri locare prohibetur.*

28 *Res illatæ à secundo cõductore in prædio vrbano tacite videntur etiam domino pignoratæ.*

29 *Res in prædio rustico à secundo conductore inuectæ non sunt domino obligatæ.*

30 *In actione seruiana libellus non est necessarius.*

31 *In seruiana actione summariæ & captis statim pignoribus iudices procedunt.*

32 *Vt hypothecaria competat actio creditori obligatam sibi rem esse oportet.*

33 *Si creditor agat seruiana contra debitorem pignus possidentem sufficit probare, tempore obligationis debitorem rem possedisse.*

34 *Rem in bonis debitoris fuisse tempore obligationis probare tenetur seruianam intendens.*

35 *Excusso prius principali debitore deuenitur ad tertios pignorũ possessores*

36 *Antiquiore iure in electione creditoris erat, vel personali vel hypothecaria actione experiri.*

37 *Si pactum de non alienando pignore fiat à creditore, etiã nõ excusso principali põt ꝺ̃uenire ad tertios possessores.*

38 *Quando tertius est possessor prædij, super quo annuus reditus est constitutus, etiam non excusso principali potest ad ipsum perueniri.*

39 *Excussio debitoris principalis, citato tertio possessore fieri debet.*

40 *Pecunia omnis soluta esse debet vt pignoratitia directa locum habeat.*

41 *Sufficit lite pendente pecuniam solui vt procedat pignoratitia.*

42 *Libellus in actione hypothecaria Hispane compositus.*

43 *Libellus in actione pignoratitia, directa Hispana lingua confectus.*

44 *Libellus in actione pignoratitia contra debitorem.*

Ex. §. Quarto de actione Seruiana, Hipothecaria, Pignoratitia, directa, & contraria.

1 DVæ aliæ actiones reales à prætore fuerunt inuentæ, quarum prior pro persequē dis rebus coloni vel inquilini pro mercede vel pensione obligatis domino prædij specialiter concedi tur, Seruianaque appellatur, & eius definitionem, & naturam optimè explicāt Misingerius nu. 9. & Otomanus verb. de rebus coloni. in. §. item Seruiana, in-
2 stit. de action. Posterior vero omnibus alijs creditoribus conceditur ad pigno ra hypothecasue persequendas: & quasi Seruiana vel hypothecaria nuncupatur. Cuius definitionem explicant Mainerius li. 2. actionum. c. 12. Misingerius num. 33. & Otomanus verb. creditoris
3 pignora. in. d. §. item Seruiana. Et pro harum actionum perfecta cognitione cō stituendum erit, quod pignus aliud est prætorium, aliud iudiciale, & aliud con uentionale, & vnumquodque explicat glo. in. l. 1. in princip. verb. traditum. ff. de pignoratitia actione. Iason & Misin
4 gerius nu. 2. in. d. §. item Seruiana. In hisce vero actionibus intelligitur de pignore conuentionali: & est illud quod ex conuentione partium descendit, du-
5 plex, quod est expressum, & tacitum.
6 Expressum dicitur, quando verbis expressis inter partes de pignore conue-
7 nit. Tacitum verò quando tacita partium conuentione legisque fictione cō trahitur, vt accidit in rebus inuectis, & illatis in fundo, vel domo à cōductore
8 vel inquilino: quæ tacitè cēsentur obligatę ꝓ mercede vel pensione fundi, vel domus, vt probatur in dict. §. item Ser-
9 uiana. Idemq; accidit in fructibus fundi locati, vt probatur in. l. in prædijs. ff. in quibus causis pignus vel hypoth. tacitè contra. & in. l. quanuis. C. in quibus causis pig. tac. contrah. Quinimo potest dominus fundi fructus retinere pro pensione, & prohibere ne colonus exportet, secundum Bald. in. l. æde. C. de locato. num. 1. in fin. Nec cōductor facit suos nisi soluta pensione, secundū eundem Bald. in. l. 2. C. de rerum permut. per text. in. l. si seruus. §. locaui. ff. de furtis. Cautiùs tamen erit, quod dominus fundi in contractu locationis re tineat sibi dominium fructuum, quo vsque satisfiat de pēsione: & ita erit præferendus in solutione suæ pensionis ex fructibus fundi, etiā perceptis reliquis creditoribus anterioribus conductoris. Et hanc cautelam menti tene, & ea vtere quando casus occurrerit. Et eam probat Cæpola in Cautela. 124. num. 2. Negusantius tract. de pignor. 4. parte. membro. vnico. à num. 33. & in. 5. part. memb. 2. num. 17. & 18. & Couar. lib. 1. var. c. 7. nu. 3. in fin. Contrahitur etiam pignus tacitum in alijs casibus congestis à Mainerio lib. 2. actionum cap. 16. & pro isto pignore tacito actio Seruiana cōpetit. Rursus cōuētionale pignus distinguitur in pignus, ꝙ nudo consensu partiū cōtrahitur vt in. l. cōtrahitur.
10 ff. de pignoratitia actione. Et tūc hypotheca dicitur, aut in pignus, quod re ipsa, id est, per traditionem contrahitur, & tunc proprie pignus dicitur, vt probatur in dict. §. item Seruiana. & in. l. si rem alienā. §. 1. ff. de pignoratitia actione. & tradit Alciatus in. l. plebs. §. pignus. ff. de verborum sig. Coua. in pract. quæst. cap. 13. num. 7. vers. ex quibus. &
11 Mainerius in dict. cap. 16. Constituendum etiam erit, quod licet nomen pignoris, & hypothecæ passim in iure cōfundatur, & promiscuè accipiatur, vt probatur in. l. 2. C. quæ res pig. obliga. pos. & in. d. §. item Seruiana. tamen in hoc differunt, quod pignus proprie dicitur quando res mobilis traditur creditori vt in dict. §. item Seruiana. & in

dict.

Nota vsus cautelam

12 dict.l.si rem alienam.§.1. Et tunc ex eo duplex oritur actio, pignoratitia di-
13 recta,& pignoratitia contraria. Directa competit debitori aduersus creditorẽ soluto debito, vt pignus sibi reddatur, vt probatur in. §. fin. quibus mod. re
14 contrah.oblig. Contraria verò competit creditori aduersus debitorem quando malitiosè in pignore versatus fuit dando orichalcum pro auro creditori: & per eam debitor compellitur ad dãdum aliud pignus, vt probatur in.l.1.in fine.& in.l.si rem alienam.in principio & in.l. siquis in pignore.§.fin.ff.de pig
15 nor.actio. Et vtraque directa,& contraria est bonæ fidei, vt ꝓbatur in.§.actio num.instit.de action. Hypotheca verò proprie dicitur quando solo consensu partium contrahitur absque traditione,& ad res immobiles spectat:& ex ea oritur actio hypotecaria,quæ quasi Seruiana dicitur,quando expressa conuentione partium contrahitur, vt in dicto §.item Seruiana.& in. d. l.si rem alienã.
16 §. 1. Ex quibus sic constitutis constat, quod actio Seruiana specialiter competit creditori ad persequendas res coloni,vel inquilini inuectas, & illatas in fundo, vel domo,quæ tacite censentur obligatæ pro mercede, vel pensione.
17 Et in hac specie fuit aliud remedium inuentum à prætore,scilicet,interdictum
18 Saluianum. Differunt tamen inter se, quia actio Seruiana est realis, & datur
19 ad persecutionẽ rei pignoratæ, & actor tenetur probare,& docere de dominio debitoris. Saluianum verò interdictũ, est possessorium,& intentatur ad adipiscendam possessionem rerum pignoratarum,vt probatur in.§. sequens. vers.
20 interdictum.instit.de interdictis. Et in eo sufficit, quod actor probet debitorem possedisse rem tempore obligationis contractæ secundum glo.in d.§. item Seruiana.verb.quasi.receptam cõ
21 muniter ex Iasone ibi,num. 92. Rursus Seruiana datur aduersus quemcunque possessorem,vt in.l.Paulus.§.fin.ff.quibus modis pignus tacitè,& in. l. 2. C.si vnus ex pluribus, alias differentias cumulant Mainerius lib.2.actionum cap. 12.& Mising. in dicto.§.item Seruiana.
22 num. 41. Resoluẽtes cautius esse in hac specie actorem intentare interdictum
23 Saluianum. Et est aduertendum, quod res coloni inuectæ,& inductę in fundo sunt obligatæ pro pensione, & mercede, quando expressa conuentione id cautum fuit, vel domino sciente fue-
24 runt ibi illatæ, alioquin minime. Inuectæ verò ab inquilino semper sunt tacitè obligatæ,siue dominus scierit,siue ignorauerit, vt probatur in.l.certi iuris. C. de locato. Et colonus & inquilinus
25 differunt in hoc, quod colonus est qui prædium rusticum siue in ciuitate siue
26 in villa conduxit:inquilinus verò, qui prædium vrbanum siue in villa, siue in ciuitate, vt probatur in. l.re pignoris. 37.ff.de acquirenda possessione.Ita cõmuniter omnes resoluunt ex Iasone numero.25.Mising.num.5.in dict. §. item Seruiana.& Maine.libr.2.actionum.c. 12.contra glo.in dict.§. item Seruiana.
27 verb.coloni.Quinimo si primus cõductor locauerit alteri quodfacere potest iuxta text.in. l. nemo. C. de locato. &
28 notat Anto.Gomez.2.tomo variarum cap.3.num.11.res illatæ à secundo conductore in prędio vrbano censentur tacite obligatæ domino per text.in. l. solutum. §. solutum. ff. de pignoratitia actione. sic intelligendum secundum glo.ibi in.1. solutione. At verò res illa-
29 tæ à secundo conductore in prædio rustico non censentur obligatæ domino iuxta tex.in.l.si in lege.§.si colonus.ff. locati.quæ iura ita componit glo.in.d. §.solutum in.1.solutione.quam probãt ibi Bart. & communiter omnes ex Iasone in.d.§.item Seruiana. num. 34. & Connano lib.4.commentariorum.ca. 16.nu.5.tametsi Mainerius lib.2. actionum.cap.12.contendat neutro casu res

illatas à secundo conductore esse obli-
30 gatas domino primo locatori. In ista ta
men actione Seruiana libellus iux.com
31 munem stylum nó est necessarius, quia
iudices procedunt summarie captis pi-
noribus ad eorum venditionem. Et ad
hoc, vt alicui competant reliquæ actio
nes, scilicet, hypothecaria, quæ quasi
Seruiana dicitur, & directa pignoratitia, & contraria pignoratitia, de quibus
supra egimus, requiruntur sequentia.
32 Primò quod actor doceat de iure suo,
& probet rem sibi esse obligatam, cum
sit fundamentum suæ intentionis iuxt.
tex. in. l. actor quod asseuerat. C. de pro
33 bationibus. Secundò requiritur, quod
si agat contra debitorem possidentem
rem sibi obligatam, tenetur probare
debitorem rem illam non solum pos-
sidere, vtrùm etiam possedisse tempore
obligationis: quo casu sufficeret pro-
bare solam possessionem absque domi
nio, vt probatur in. l. inter. § 1. ff. de pig-
noribus. & in. l. si cum venditor. in prin
cipio. ff. de euictionibus. & resoluit Mi
singerius in dict. §. item Seruiana. num.
49. asserés cautius esse etiam in hac spe
cie actorem allegare debitorem domi
num esse pignoris, vel saltim in bonis
34 eius esse. Cæterum quando actor agit
contra tertium possessorem rei pigno-
ratę probare debet, quod tempore obli
gationis debitor erat dominus illius
rei, vel saltim, quod res erat in bonis
eius iuxt. text. in. l. & quæ nondum. §.
1. & in. l. si superatus. ff. de pignoribus,
& notat Misingerius. vbi supra nu. 49.
35 Tertio requiritur, quod quando actor
agat contra tertium possessorem prius
excussionem faciat in bonis ipsius debi
toris principalis, & minus idoneis re-
pertis: tunc agat contra tertium posses
sorem iuxta text. in authent. hoc si de-
bitor. C. de pignoribus. & in authent.
sed hodie. C. de action. & oblig. & in. l.
14. ti. 13. par. 5. & notat Maine. li. 2. actio
nũ ca. 18. Per quę iura corriguntur iura
36 antiqua, quibus electio dabatur creditó
ri, vel agendi contra principalem actio
ne personali, vel contra tertium posses-
sorem hypothecaria, vt dicebatur in. l.
distractis. C. de pignoribus. Quæ iura
sunt iam correcta per prædictas authẽ.
Quibus non refragatur text. in authen.
de litigiosis. §. ad hoc autem. collatio-
ne. 8. nam debet intelligi secundum gl.
1. ibi, vel dic, secundum Ioannem in. d.
authen. hoc si debitor. communiter re-
ceptam ex Saliceto ibi num. 2. & Fano
de pignoribus 8. part. membro. 1. num.
17. Quod tamen intelligendum est, nisi
appositum esset pactum, de non aliená-
37 do rem hypothecæ obligatam. Nam
tunc nulla facta excussione poterit ter
tius possessor conueniri, vt docet Rode
ricus Suarez in. l. post rem iudic. in de-
claratione. l. regni. limitatione. 1. nu. 13.
receptus à Couar. lib. 3. variarum. ca. 7.
num. 6. vbi aliter limitat. d. authen. hoc
38 si debitor, scilicet, quando tertius pos-
sessor esset prædij, super quo annuus
redditus esset constitutus, vt in censi-
bus apud Hispanos quotidie fit. Et de
isto articulo est videndus nouissime Pe
trus de Salazar in tit. de vsu & consuetu
dine. cap. 11. numero. 62. & 63 Et est ad-
39 uertendum, quod prædicta excussio fie
ri debet citato illo tertio possessore, vt
resoluit Iason in. §. item si quis in frau-
dem. num. 84. & ibi Gomecius. nu. 38.
40 institut. de action. Vltimò requiritur,
quod si debitor agat pignoratitia con-
traria contra creditorem ad redendũ
sibi pignus, ante omnia debet soluere
debitum iuxt. tex. in dict. l. si rem alie-
41 dam. §. omnis. ff. de pignor. actione. suf
ficeret tamen quod lite pendente solue
ret, quanuis à principio quando inten-
tauit actionem non soluisset, vt in d. l.
42 si rem alienam. §. fin. Et libelli
in his actionibus erunt
concipiendi forma
sequenti.

(?)

LIBEL-

LIBELLVS IN ACTIONE hypothecaria.

Illustre Señor.

42 FVlano vezino de tallugar parezco ante v.m. y pongo demanda a fulano y contando el caso digo, Que yo le preste duziẽtos ducados, por le hazer buena obra: Y para seguridad de la dicha deuda me hypotheco vnas tierras que son a tal parte, que han por linderos, &c. Las quales tierras al tiempo, y sazon que me las hypotheco las tenia y possey a por suyas, y como suyas: y estauan entre otros bienes suyos: y labrandolas y desfructandolas y gozando el fructo dellas: y despues aca las vendio enajeno al dicho fulano parte aduersa y al presente las tiene y possee. Y yo he pedido al dicho mi deudor los dichos duzientos ducados ante el señor teniente, y fue condenado a que me los pagasse, y la sentencia passada en cosa juzgada, y della me fue librada executoria y se hizo execucion en su persona, y bienes y se hallo que no tenia bienes algunos de que me pagar: y assi le declaro por sentencia de juez competente segun parece por estas escripturas, processo y sentencia de que hago presentacion: y juro a Dios y a esta ✠ que son buenas y verdaderas, y como tales quiero vsar dellas Y porque las dichas tierras passaron con su carga, e hypotheca yo he requerido al dicho aduerso que me las de y entregue, para que yo las tenga en prendas e hypotheca hasta tanto que sea pagado de los dichos duzientos ducados: y nunca lo ha querido hazer sin pleyto Porque pido a. v. m. que del sobre dicho aduerso me haga cumplimiento de justicia: y si otro mas o mejor pedimiento fuere necessario el auido aqui por expresso, pronuncian lo mi relacion por verdadera en quanto baste, por su sentencia, que en tal caso lugar aya condene, compela y apremie al dicho aduerso a que me de, y entregue las dichas tierras, para que yo las tenga en prendas, e hypotheca, hasta tanto que me sean pagados los dichos duzientos ducados. Y en lo necessario. &c. Y juro. &c.

LIBELLVS IN PIGNORATItia, directa, contra creditorem.

Illustre Señor.

FVlano parezco ante. v.m. y digo, Que yo empeñe vn jarro de plata, que pesaua tantos marcos a fulano por cien reales que me empresto: el qual le entregue y el lo recibio iure pignoris. Y puesto caso que le he pagado los dichos cien reales del dicho empresti do, el no me ha querido ni quiere boluer el dicho mi jarro de plata, que

que le empeñe. Porque pido a v.m. que auida mi relacion por verdadera en quanto baste cõdene al dicho aduerso a q̃ me buelua, de, y entregue el dicho mi jarro de plata taly tan bueno, como estaua al tiẽpo, q̃ se lo empeñe. Y para ello &c. Y juro &c.

LIBELLVS IN ACTIONE pignoratitia, contraria contra debitorem.

Illustre Señor.

FVlano parezco ante. v.m. e digo. Que yo empreste al dicho fulano cie̅ ducados por le hazer buena obra: y para seguridad de la dicha deuda me empeño vnas fuentes de plata, diziendo que eran de plata, y despues aca yo hize tocar las dichas fuentes y son de estaño. Y por ello el dicho aduerso es obligado a darme otra prenda taly tan buena como las dichas fuentes si fueran de plata y de tanto peso y valor, para que yo la tenga en prendas para seguridad de mi deuda. Y aunque por mi ha sido requerido que ansi lo haga no lo ha querido hazer. Por ende a. v.m. pido que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste condene al dicho aduerso a que tome y reciba las dichas fuentes, y me de otra prẽda de plata que valga tanto como valieran las dichas fuentes si fueran de plata. Y para ello &c. Y juro &c.

Ex. §. Quinto

SVMMARIA.

1 §. De personalibus actionibus prætorijs, & primo de constituta pecunia.
2 Actio de pecunia constituta personalis & prætoria dicitur.
3 Nuda pactio actionem ciuili iure non producit.
4 Aduersus eum, qui se soluturum, vel p̃ se vel pro alijs nudo pacto cõstituit, competit actio de constituta pecunia:
5 Vt actio de constituto locum habere possit nudo pacto constitutũ esse debet.
6 Speciale est, vt ex pacto nudo actio de constituta pecunia nascatur.
7 Constitutum est contractus nominatus elegans habens nomen.
8 Constitutum potest fieri per inutilem stipulationem.
9 Si stipulatio inutilis sit, ex cuius verbis apparet contrahentes stipulationem facere voluisse, non valet etiam tanquam constitutum.
10 Si iuramentum interueniat etiam ex nudo pacto oritur actio iure ciuili.
11 Constitutum præcedere debet debitũ ciuile, & naturale, vel naturale tantum.
12 Si debitum tantum ciuile præcedat nõ potest fieri constitutum.
13 Fideiussio accedit ciuili tãtum obligationi.
14 Constitutũ debet fieri post contractus obli-

obligationem.

15 *Fideiussio obligationem præcedere & subsequi potest.*

16 *Vt constitutum fieri possit debitũ præcedere oportet, quod nulla possit prætoria exceptione elidi.*

17 *Libellus in actione de constituta pecunia Hispano sermone formatus.*

1 §. De personalibus actionibus prætorijs, & primo de constituta.

2 ACtio de cõstituta pecunia est actio personalis prætoria: nam prætor naturali æquitati fauens eam introduxit, vt in.l.1. in principio.ff.de consti-
3 tuta.præuidens ex nudo pacto actionẽ non oriri de iure ciuili iuxta.l.iuris gentium.§.sed cum nulla. versi. igitur nuda.ff.de pactis, & cõpetit aduersus omnes qui ex nudo pacto constituerunt se soluturos, quod ipsi prius vel alij debebant. Ita ex text.in. §. de constituta. instit.de action.colligunt omnes & explicat Misingerius ibi à numero. 3. Ex
4 qua resolutione constat quæ requirantur ad hoc, vt actio de constitu.pecun.
5 cõpetat. Nã primò requiritur, quod cõstitutum fiat per pactum nudum, alioquin si per stipulationem fieret non cõpeteret, sed actio ciuilis ex stipulatu, vt in dict.§. de constituta.& notat glo.ibi verbo. nulla. docet Barto. in. l. 1. § ait prætor.ff.de constituta pecu.glo.mag. in dict. versic.igitur nuda. & omnes ibi
6 ex Iasone nu.21. & Mising.nu.4. Quo fit ex pacto nudo actionem de constituta oriri: quod est speciale in hac actione contra iuris regulas in dict. versi. igitur nuda. firmat glo. ibi verb. nulla. dicto.§.de constit.& alij communiter ibi ex Iaſ.num.46.Misingerio num.17. Et plures rationes specialitatis referunt doct.ibi, vt constat ex Iasone num.46. & Gomecio num.34. reprobantes rationem glo.ibi verb.nulla.Bart.tamen in dict.vers. igitur nuda, docet non esse speciale in constituto actionem oriri ex nudo pacto, sed ex eo actionem ori ri, quia constitutum est contractus no
7 minatus habens nomen specificum, & elegans, ac ideo producit actionem. Cuius opinionem dicit communiter receptam Oroscius in dict.versi igitur nuda.num. 8. & defendit Gomecius dict.
8 §.de constituta.num.34. Quinimo constitutum fit etiam per stipulationẽ inutilem, vt docet glo.mag.in dict. ver.igitur nuda.communiter recepta, ex Iasone in dicto.§. de constitu.numero.24.
9 Dum modo ex verbis contrahentium non appareret animus stipulandi, quia tunc nec in vim pacti, nec in vim stipulationis promissio valeret, iuxta text. sic intelligendum in. l. prima. §. eum qui.ff.de constitu.pecu.ex Iason.dicto. §.de constit.numer.25. & Alciat.l.1.§. si quis ita interroget.ff.de verb. oblig. num.8.& Oroscio.dict.vers.igitur nuda.num.2.Alios plures casus in quibus actio ex nudo pacto oritur congerit glo.in dict.§.de constitu. verbo.nulla, quę communiter reprobatur, quatenus inquit, actionem oriri ex donatione ex nudo pacto, quia non ex nudo pacto, sed ex condictione ex lege oritur,
10 ex Iasone.d.§ de consti.nu.57. Adde tu alium casum, scilicet, ex nudo iurato, vt resoluit Coua.in cap.quanuis pactum. 2.par.§.4.vers.quintò & præcipuè. & in.1.part.§.2.nume.5. & domi.Franc.à Sarmiento libr.1.selectarum cap.3.nu. 11. quia satisfaciunt. l. siquis pro eo. ff. de fideius.& Corrasius in. l. admonendi.numero.20.ff.de iure iurando. Secũ-
11 dò requiritur, quod ad hoc vt competat actio de constituta, quod præcedat debitum naturale & ciuile simul, vel naturale

turale tantum, vel prætorium tantum.
12 Necsufficit si debitum sit ciuile tantum vt in.l.1.§.fin.& in.l.3.§.si quis autem. ff.de consti.pec.& notat glo.dict.§.de constit. verbo. constituerint. & explicant Ias.d.§.de consti.num.33. Gomecius ibi,num.21.& num.28.Mising.nu. 9.Ripa num.32.& Nouellus num.14. in Rubr.ff.de verbo. obliga. Et in hoc constituitur discrimen inter constitutum & fideiusionem, quia constitutum non accedit debito ciuili tantum:
13 fideiusio verò accedit, vt explicat Ias. dict.§.de consti.num.34.& Gomecius
14 à num.28.Mising.nu.13. Rursus diffe-
15 runt, quia constitutum fit post obligationem contractus, fideiusio ante obligationem,& post obligationem, vt notat glo.in authent.de fideiussoribus.§. 1.verbo fideiussore, quam notat Barba. in rubr. de fideius. Ias. l.1.in princip.ff. de lib.& post hu. Hippolytus in rubr. ff.de fideius.à numero.2. Vltimò requi-
16 ritur, quod debitum, super quo constitutum venit nó possit elidi per aliquã exceptionem de iure prætorio, vt in.l. 3.versicu.si quis autem,& ibi glo. verbo per exceptionem.ff.de constit. pecu.& Iason.dict.§.de consti.nume.43. Et libellus in hac actione concipiendus erit forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE de constituta.

Illustre Señor.

17 *FVlano vezino de tal parte parezco ante.V.m.y pongo demanda a fulano:y contando el caso digo, Que fulano vezino de tal lugar me deuia duziẽtos ducados por me los auer prometido: y sabiendolo el dicho fulano parte aduersa vino a mi sin le dezir yo cosa alguna,y se me constituyo por pagador principal de la dicha denda y me los prometio de pagar para el dia de pascua florida proxima passada deste presente año.Y puesto que el termino es passado y por mi ha sido requerido que me los pague no lo ha querido hazer. Porende a.V.m.pido que auida mi relacion por verdadera en quanto baste, del dicho aduerso me haga justicia condenandole a que me dey pague los dichos duzientos ducados.Y en lo necessario &c.Y juro &c.*

Ex.§.Sexto

SVMMARIA.

1 §.*De actione de peculio.*
2 *Personalis, & prætoria est actio de peculio.*
3 *De peculio actione potest conueniri dominus vel pater ex filij aut serui contractu.*
4 *Peculium in varias significationes accipitur.*
5 *Proprie peculium est pusilla pecunia, quæ voluntate patris aut domini filio vel seruo conceditur, separatim à paternis aut dominicis rationibus.*
6 *In seruis vnicum tantum peculium reperitur.*
7 *Filij fami.quatuor possunt habere peculia.*

8 *Filius fam. ex omni contractu obligari potest.*

9 *Sine voluntate patris potest filius conuenire cum aliquo artifice, quod ei seruiet.*

10 *Pater, & filius, nec non dominus, & seruus, vna eademque persona existimantur.*

11 *Pater pro filio nec dominus pro seruo & è conuerso conueniri possunt.*

12 *Si filius vel seruus peculium habeant ex eorum contractu poterunt conueniri, nedum pater, sed etiam dominus.*

13 *Voluntate patris vel domini peculiũ obtineri debet, vt actioni de peculio locus fiat.*

14 *Tantum in peculio profectitio filiorũ de peculio actio locum habet.*

15 *Pater vel dominus non tenentur nisi quatenus patiuntur vires peculij ex contractu filij, vel serui.*

16 *In peculij æstimatione facienda prius deducendum est quod patri vel domino debetur.*

17 *Pro peculio castrensi vel quasi viuente filio non potest pater conueniri.*

18 *Filio ab intestato mortuo pater tanquam hæres de peculio castrensi cõueniri potest.*

19 *In peculio aduentitio in solidum debet pater conueniri.*

20 *Quatenus est in peculio conuenitur pater vel dominus.*

21 *Si cum filio fam. impubere contractũ sit, pater non potest conueniri nisi quatenus locupletius factum est peculium.*

22 *Vt actio de peculio locum habeat contractum fuisse cum filio, vel seruo factum, probare actor debet.*

23 *Libellus in actione de peculio Hispano sermone confectus.*

1 §. 6. De actione de peculio.

2 3 ACtio de peculio personalis est prætoria, concediturque aduersus patrẽ vel dominum ex filij famil. vel serui contractu. Et gloss. fin. in §. actiones. instit. de action. Ias. à num. 41. & reliqui enumerant alias quinq; formulas actionum, partim profluentes ex eodem fonte partim huc impertinẽtes: & remissiue de vnaquaque earum
4 agit Ias. in. d. §. actiones. à nume. 41. Pro perfecta huius actionis cognitione, cõstitue, quod peculium varias acceptiones habet, vt explicat gl. in rubri. ff. de peculio. Bald. l. fin. ff. quod cum eo. col. 2. & 3. Otomanus verb. peculiũ, & Ambro. Calep. in dictionario, verbo. pecu-
5 lium. In nostra tamen materia peculiũ est quasi pusilla pecunia, siue patrimonium, quod voluntati patris, vel domini filio famil. permittebatur separatim à rationibus paternis, vel dominicis iux ta text. in l. depositi. versic. fin. de pecu-
6 lio. Ac ideo peculium in personis seruorum erat tantum vnicum, & dicitur
7 dominicum. In personis filiorum est quadruplex, scilicet, castrense, quasi castrense, profectitium, & aduentitium. Ita explicat glo. 1. in. l. cum oportet. in princip. C. de bonis quæ li. & ibi Barto. glo. in. §. 1. verb. castrensibus. instit. per quas personas nob. acqui. & glo. magna in. l. frater à fratre. in princ. ff. de con
8 dit. indebiti. Rursus constitue, quod filius familias constitutus in patris volũtate, potest obligari ex contractu, vel deli-

delicto, etiam viuente patre, vt in. l. filius familias. 38. ff. de action. & obligat. & in. l. tam ex contractibus. ff. de iudi.
9 Et hinc est quod sine iussu patris potest conuenire cum aliquo artifice, quod ei seruiet, secundum Alberi. in. l. veluti. n. 26. Iasonem nume. 16. Zasium nume. 3. Cladium nu. 8. & Ioannem Gutierrez, in tit. de iuramento confirmatorio. 1.
10 part. c. 5. nu. 5. & 6. Deniq; constitue quod licet pater & filius, dominus & seruus censeantur vna & eadem persona, vt. l. fin. C. de impub. & alijs subst. & in. §. ei qui. institu. de inutilibus stipulat. tamen nec pater ex contractu filij, nec dominus ex cõtractu serui, nec è diuerso conueniri possunt, vt in titul.
12 C. ne filius pro patre. Nihilominus tamen prætor æquitate motus introduxit quod illa regula non procederet quando pater vel dominus aliquã pecuniam concedit filio vel seruo, cum qua ab eis negotiaretur. Nam tunc poterunt conueniri ex contractu filiorũ vel seruorum actione de peculio, ne contrahentes bona fide deciperentur. Quæ actio de peculio personalis prętoria est, & per eam agimus aduersus patrem, vel dominum, vt soluat pro filio viuente, vel seruo, nobis ex contractu obligato, quatenus est in peculio. Ita ex text. d. §. actiones colligitur & explicat Mising. ibi, à nu. 13. Ex qua resolutione constat quæ requirantur ad hoc,
13 vt hæc actio alicui competat. Nam primò requiritur, quod voluntate patris, vel domini, filius, vel seruus habeant separatum peculium à rationibus paternis, vel dominicis, vt in. l. depositi. vers.
14 fin. ff. de peculio. Quo fit respectu peculij filiorum hãc actionem solummodo habere locum in peculio profecti-
15 tio, & competit vsque ad vires peculij, & quatenus est in peculio, vt probat
16 tex. d. §. actiones. deducitque pater vel dominus quod sibi debetur, vel illis qui sunt in sua potestate, tutela, vel cura, vt in. l. sed si damnum. &. l. peculiũ.
17 10. ff. de peculio. In castrensi, & quasi castrensi pater viuente filio non conuenitur, sed filius ipse conuenitur, vt. l. 4. & l. actionem. ff. de castrensi peculio.
18 Filio mortuo pater conuenitur tanquam hæres, vt in tit. C. de hæred. act.
19 & in titu. ab hæred. & contra. In aduẽtitio vero pater conuenitur in solidũ, tanquam legitimus administrator, & non peculio tenus, vt. l. 1. C. de bonis maternis. l. fin. §. vbi autem. C. de bonis quæ lib. Secundò requiritur, quod peculium extet apud patrem, vel dominum, vel aliquomodo possit satisfieri:
20 quia non possunt conueniri, nisi vsque ad vires peculij, & quatenus est in peculio, iuxta. d. §. actiones. &. §. sunt. instit. de actio. Quinimò pater & dominus deducunt quod sibi debetur, aut illis, qui sunt in sua potestate, tutela, vel cura, vt in. l. sed si damnum. & in. l. peculium. 10. cum suis. §§. ff. de peculio. Et si
21 cũ filio familias impubere fuerit contractum, pater non cõuenitur, nisi quatenus peculium locupletius factũ fuerit, vt in. l. 1. §. sed cum impubere. ff. de
22 peculio. Deniq; requiritur quod actor probet, quod primus contractus celebratus fuit cum filio familias, vel seruo ex quo principalis obligatio orta fuit. Et libellus in hac actione de peculio cõcipitur forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE de peculio.

Illustre Señor.

23 *FVlano parezco ante V.m. y digo que ansi es, Que fulano es padre legitimo de fulano: el qual con voluntad, y consentimiento de su padre tenia apartadamente*

ciertos

ciertos bienes con que trataua y granjeaua. Y teniendo el dicho trato y peculio yo cõtrate con el, y le vendi vn cauallo por cien ducados, y eneste mismo tiempo el dicho fulano parte aduersa tomo al dicho su hijo el dicho peculio y bienes con que trataua y granjeaua, y assi por ello esta obligado a pagarme los dichos cien ducados. Y aunque por mi ha sido requerido, que lo haga, no lo ha querido hazer sin pleyto. Porque pido a V.m. que auida mi relacion por verdadera en quanto baste del dicho aduerso me haga justicia condenandole como a tenedor del dicho peculio, a que me de, y pague los dichos cien ducados. Y para ello &c. Y juro. &c.

Ex. §. Septimo

SVMMARIA.

1 §. *De actione in factum ex iuramẽto descendente.*

2 *Actio in factum personalis est à prætore inducta.*

3 *Iuramentum est affirmatio, vel negatio sacræi actione firmata.*

4 *Triplex est iuramentum, promissorium, scilicet, confirmatorium, & litis decisorium.*

5 *Cum quid in futurum cum iuramento promittitur, iuramentum promissoriũ appellatur.*

6 *Confirmatorium iuramẽtum est, quod ad actus confirmationem apponitur.*

7 *Litis decisorium iuramentum dicitur quod interponitur & præstatur ad litis decisionem.*

8 *Iure ciuili ex iuramento promissorio actio nascitur.*

9 *Officiales & fabriles operas solus libertus promittere potest.*

10 *Iuramentum litis decisorium triplex est, voluntarium, necessarium & iudiciale.*

11 *Iuramentum quod à parte parti extra iudicium defertur volũtariũ dicitur.*

12 *Necessarium iuramentum illud appellatur quod in defectum probationum partibus iudex defert.*

13 *Iuramentum iudiciale est quod à parte parti in iudicio defertur.*

14 *Ex iuramẽto iudiciali in factum actio oritur.*

15 *Iuramentum extra iudicium delatum non compellitur pars acceptare: sed potestẽ recusare nec cogitur remittere.*

16 *In continenti debet iuramentum à parte acceptari vt in factum actio detur.*

17 *Actualiter iurari debet vt actio ex iuramento nascatur.*

18 *Ex iuramenti remissione actio in factum oritur.*

19 *Præstito vel remisso iuramento nihil amplius de causa quæritur.*

20 *De periurio eius qui iurauit non est quærendum.*

21 *Iure iurando dato non admittitur appellatio.*

22 *Periurus extraordinarie debet puniri.*

23 *Ad similitudinem rei iudicatæ oritur actio in factum.*

24 *In actione in factum proceditur absq; libello per viam executiuam.*

§.7. De actione in factum ex iuramento.

1 EST alia actio personalis, prætoria, quæ in factum dicitur, ex iure iurando orta. Pro cuius intellectu constituendum erit, quod iuramentum est affirmatio, vel negatio sacræ rei attestatione firmata secundum Orosc. in summa titu. de iur. iur. §. 1. receptum à Panorm. Corseto & Altiato num. 5. extra in rubr. de iure iurando. consentit Soto titu. de cauendo iuramento. abusu. ca. 2. & in lib. 8. de iustitia & iure. quæst. 1. artic. 1. & Mising. in §. item si quis postulante instit. de action. num. 1. Nauar. in Man. cap. 12. nu. 1. & in eandem inclinat Couar. in c. quanuis pactum in initio. 1. partis. num. 1. de pact. in. 6. Et iuramentum est triplex, scilicet promissorium confirmatorium, & decisorium litis. Secundum Bart. in auth. sacramenta. C. si aduersus vendition. nu. 1. Marantam de ordin. iudic. 6. par. de iuramento & eius differentia actu. 9. à nu. 1. Promissorium est quando quid in futurum promittitur cum iuramento: de quo loquitur titu. in pluribus. cc. extra de iure iurand. Confirmatorium est, quod adhibetur ad confirmadum actum: de quo loquitur text. in authen. sacramenta puberũ. C. si aduersus vend. & in. c. cum contingat. de iureiurand. & in. c. quanuis pactum, de pact. lib. 6. Decisorium litis est quod fit ad litem decidendam: de quo loquitur text. in. §. item si quis postulãte. instit. de act. & titu. C. de rebus cred. & iureiurand. Et nonnulli doct. constituebant differentiã inter hæc iuramenta, videlicet quod ex iuramento promissorio de iure ciuili nulla oritur actio secundum Barto. & alios communiter in. l. si quis pro eo. ff. de fideiussor. per text. ibi. Sed contrarium verius est, imo iure ciuili ex iuramento promissorio actionem oriri, secũdum gl. in. l. 1. C. de oper. liber. vt resoluit Couarru. in cap. quanuis pactum. 1. part. §. 2. numero. 3. cum sequentibus. & 2. part. §. 4. nu. 15. versic. quinto. & præcipue. de pactis in 6. & dominus Franc. à Sarmiento libr. 1. select. cap. 3. à num. 4. eam defendit respondentes tex. in dict. l. si quis pro eo. scilicet, quod promissio fuit facta ab 9 eo qui libertus non erat: quia operas officiales solus libertus promittere potest vt in. l. 2. & l. operæ. & l. seruus. ff. 10 de operis lib. Præterea iuramentum decisorium triplex est, scilicet, voluntariũ 11 necessarium & iudiciale. Voluntarium est, quod defertur à parte parti extra iu 12 dicium. Necessarium est, quod defertur à iudice in defectum & supplemẽtum 13 probationis. Iudiciale est, quod defertur à parte parti in iudicio. Ita gl. mag. in. l. 1. C. de rebus cred. & glo. dict. §. itẽ si quis postulante. verbo. non illud. & glo. in rubrica. ff. de iureiurand. & gl. 1. in. c. fi. de iureiurand. & ibi Panorm. & Felin. & l. 1. titu. 11. part. 3. & de voluntario, & necessario nõ loquitur text. d. §. itẽ si quis, sed solum modo de iudiciali 14 iuramẽto, ex quo oritur actio in factũ, quæ personalis, prætoria est, qua agit is qui (deferente suo aduersario in iudicio iuramentũ sibi in continenti) iurauit aliquid sibi deberi, vel reũ res suas possidere. Ita colligitur ex text. d. §. item si quis. & l. 1. C. de rebus cred. & explicat Mising. d § itẽ si quis à nu. 15. Ex quibus constat, quæ requirantur, vt hæc actio cõpetat. Nam primò requiritur, quod iuramentum decisorium delatũ sit in 15 iudicio. Alias si extra iudicium deferatur, pars non cogitur illud acceptare, aut dimittere, vel defendere, vt in. l. iusiurandum. 17. ff. de iureiuran. Secundò 16 requiritur, quod quando fuerit delatũ in continenti sit acceptatum. Alioquin si ex interuallo acceptetur, nõ proficit nisi de nouo deferatur, vt in. l. si quis iusiuran. C. de rebus creditis, & iure iuran.

17 Tertiò

17 Tertio requiritur, quod actualiter sit iuratum, vt probat text. dict. §. ité si quis.
18 vel q̃ sit remissum à parte: nã sicuti ex iuramẽto oritur actio in factũ, ita ex remissione vt in. l. nó erit. §. fi. cũ. l. sequẽti. ff. de iureiuran. & in. l. actori. C. de re
19 bus creditis. Et præstito vel remisso iuramento nil amplius de veritate causæ quærendum est, an debeatur, & ex qua causa: sed solum modo inquiritur an sit
20 iuratum. Vsque adeo, quod pars volẽs probare periurium audienda non est, nec periurio probato ea res tractari debet iuxta text. dict. §. item siquis. & in l. 1. C. de rebus cred. Quinimo nec ap-
21 pellans auditur, vt in. l. generaliter. §. 1. C. de rebus cred. Nec obstat. l. admonẽdi. ff. de iure iuran. quia loquitur in causa decisa per iuramentum necessarium vt intelligit Bald. in. l. 1. in principio. C. de rebus cred. & rationem assignat Alexand. receptus à Iasone num. 37. in. d. l. admonendi, & Ripa ibi, nu. 42. Extra-
22 ordinarie tamen iste periurus erit puniendus, vt in. l. quid si deferente. cum l. sequenti. ff. de dolo. & in. l. si duo pa-
23 troni. §. fin. ff. de iura. Et quia ista actio in factum oritur ad similitudinem rei iudicatæ vt in dict. l. actori. ideo nõ est
24 necessarius libellus, sed per viam executiuam proceditur, vt resoluit Iason. dict. §. item si quis. in fine & Misinger. numero. 35. Et plures alios effectus iuramenti enumerat Iason, ibi à nu. 87.

Ex. §. Octauo

SVMMARIA.

1 *§ De actionibus personalibus prætorijs pœnæ persequutorijs.*
2 *Actio rei persecutoria ideo dicitur quod per eam rem persequimur.*
3 *Actio pœnæ persequutoria sic appellatur, ideo, quia per eam rem non tanquam debitum, sed tanquam pœnam petimus.*
4 *Actionum quædam sunt pœnales ex parte rei conuenti, & ex parte actoris sunt rei persecutoriæ.*

§. 8. De actionibus personalibus, prætorijs, pœnæ persequutorijs.

1 IN tribus. §§. præcedẽtibus actum est de
2 actionibus personalibus prætorijs, rei persequutorijs, ex eo sic appellatis, q̃ per eas rẽ nobis debitã persequamur. Nunc autẽ agẽdũ erit de p̃sonalibus, prætorijs, pœnæ persequutorijs, per quas pœnã persequimur propter aliquod delictum.
3 Nam in eis rem non petimus tanquam principale debitum, sed tanquam pœnam, de quibus Iustinianus agit in. §. pœnales. instit. de act. & earum tria exẽ plaponit, scilicet, de actione in factum ex albo corrupto, & de actione de in ius vocando, & de actione ne in ius vocati vi aut fraude eximantur, licet plures alias, & innumerabiles actiones pœnales prætor introduxerit, vt inquit text. in. d. §. pœnales. in fine. & aliquas
4 enumerat glo. fin. ibi. Quarum tres sunt species, quædam est pœnalis ex parte rei conuenti, & ex parte actoris est persecutoria rei, scilicet, quando reo nihil adest, actori tamen abest. Quædam verõ est pœnalis ex parte actoris, & ex parte cõuenti est persecutoria rei, vt q̃n actori nihil abest & reo adest. Tertia species est q̃n pœnalis est ex parte actoris & rei, vt q̃n actori nihil abest & reo nihil adest. Et harũ triũ specierũ exempla ponunt Iason & Platean. nu. 1. Mi-

sing.num.4.Antonius Vsillo,nume.2. in dict.§.pœnales.Et de tribus exẽplis à Iustiniano ibi positis à nobis agendũ erit in sequentibus.

Ex.§.Nono

SVMMARIA.

1 *§.De actione in factum, ex albo corrupto.*

2 *Album prætoris quædam erat tabula in qua prætorum edicta, actiones & interdicta erant constituta.*

3 *Triplex erat prætoris album.*

4 *Contra corrumpentem album prætoris quod gratia iurisdictionis perpetuæ propositum erat, in factum actio datur.*

5 *Actio de albo corrupto, vt pote popularis, cuilibet de populo competit.*

6 *Actionis de albo corrupto pœna est quinquaginta aureorum.*

7 *Contra mandantem datur actio de albo corrupto.*

8 *Contra eum qui quocunque modo prætoris album corrumpit datur quinquaginta aureorum pœna.*

9 *Pœna falsi potest plecti album prætoris corrumpens.*

10 *Statuta, & ordinationes ciuitatũ successerunt hodie loco albi prætoris iam abrogati.*

11 *Pœna quinquaginta aureorum cõtra album prætoris corrumpentem proposita, nõ fisco sed accusanti tribuitur.*

12 *Corrumpens album prætoris temporale, & speciale non punitur pœna. 50. aureorum.*

13 *Libellus in actione contra album prætoris corrumpentem.*

1 **§.9. De actione in factum, ex albo corrupto.**

V. Vela dicatat. 7 n. 27

2 ALbum prætoris erat quædam tabula dealbata, in qua prætores sua edicta, actiones, & interdicta palam proponebant, vt omnibus innotescerent: eratque triplex. Primũ, in quo
3 nomina decurionum, & magistratuũ describebantur. Secundũ, in quo edicta temporalia & specialia proponebãtur, vt citationes particulares. Tertiũ erat, in quo ponebãtur edicta perpetua prætoris. Ita explicant Ias.nu.7.Otoma.n. 2.Mising.n.10.& Brison.lib.1.de verbo
4 rũ significatione.verbo.albũ. Et de vltima specie albi prætoris intelligitur ista actio in factũ, de albo corrupto, quę datur cõtra corrumpentẽ illud, quod in albo prætoris propositum erat, causa iu
5 risdictionis perpetuæ: competitque cui
6 libet de populo. Et pœna huius criminis est quinquaginta aureorũ, ꝙ probat tex.in.l. siquis id quod.iuncta gl. verb. quingentorũ.ff.de iurisdict.omni.iud. & notant ibi Bart.Alex.& Soci.n.6.& 7.& Ias. nu.10.Gomec.n.5. & Mising. nu.15.in. d. §. pœnales, & communiter omnes ex Decio in.l. semper in obscu-
7 ris.nu.5.ff.de regulis iuris. Quæ actio datur etiam contra mandatorem, vt probat tex.in.d.l.siquis id quod.competit-
8 que contra eum qui album corruperit seu deleuerit, siue interlineauerit, siue corroserit, siue raserit, vt in. l.qui tabulas.ff.ad legem Aquiliam.& in.l.si quid
9 ff.de falsis.poteritque etiam talis delinquens puniri pœna falsi, vt in.l. hodie.
10 ff.de falsis. Et quanuis hodie indesuetudinem abierit tale album prætoris, tamen loco eius successerũt statuta, & ordinationes ciuitatum, quæ tota die con
11 ficiuntur. Et est aduertendum, quod pœna quinquaginta aureorum, quæ in

hac

hac actione venit, applicanda erit parti agenti contra delinquentem, non verò fisco, secundum gl. in. d. l. si quis id. verb. quingentorum. receptam à Bartolo ibi num. 3. Alexan. num. 15. Iason. col. fin. & Socino nume. 27. Ex quibus constat quę requirantur ad hoc, vt ista actio alicui contra aliquem competat. Nam requiritur, quod quis corrupisset seu deleuisset, siue interlineauisset, siue corrosisset, siue rasisset, vel id facere mandasset, edictum perpetuum, & generale appositum in albo prætoris. Secus vero si esset speciale, & temporale: vt putà edictum de citando aliquem vel simile, iuxta text. in dict. l. si quis id. ibi, perpetuæ iurisdictionis causa. vbi ita intelligunt Bartol. & reliqui docto. communiter ex Iasone in dicto. §. pœnales. numero. 28. refutantes gl. in dict. l. siquis id. verbo. perpetuæ. & in dict. §. pœnales. verb. ex albo. Et libellus in hac actione erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE contra corrumpentem album Prætoris.

Illustre Señor.

13 *FVlano vezino desta ciudad, y como vno del pueblo, y en aquella via y forma que mejor lugar de derecho aya, parezco ante. v.m. y accuso a fulano vezino desta dicha ciudad. Y contando el caso, premissas las solẽnidades del derecho, digo que ansi es, Que el sobredicho reo accusado con poco temor de Dios y su consciencia, y en desacato de la justicia, y en gran daño y escandalo de la republica, en vn dia deste presente mes de mayo, que se contaron ocho dias del, fue a las casas de Consistorio desta ciudad, y quito y rompio vn edicto y ordenãça perpetua general por v. m. y el Consistorio desta dicha ciudad fecha, en la qual se ordenaua y mandaua, que ninguno fuesse osado de meter vno fuera parte en esta ciudad. Por lo qual auer assi fecho cometio graue y enorme delicto, digno de gran punicion y castigo, e incurrio en pena de cinquenta ducados applicados al accusador, conforme a derecho. Porque pido a v. m. que auida mi relacion por verdadera, o la parte que della baste del sobredicho me haga entero cumplimiento de justicia, declarandolo por hechor y perpetrador del dicho delicto, y condenandole en la pena de los dichos cinquẽta ducados, en que incurrio por quitar y romper el dicho edicto y ordenança applicandolos conforme a derecho, y en las demas penas contra los semejantes delinquentes establecidas por fuero, e derecho, leyes y prematicas destos reynos. Sobre que pido justicia y costas y el officio de v. m. imploro. Y juro en forma de derecho &c.*

Ex. §. Tertio

SVMMARIA.

1 §. De actione de in ius vocando parentem aut patronum.

2 Contra vocantem parẽtem aut patronum, matrem, aut omnes ascendẽtes vtriusque sexus vsque in infinitum, prodita est à prætore actio.

3 Regulariter inter patrem & filium lis nulla esse potest.

4 In certis casibus potest filius patrem conuenire.

5 *In quibus casibus potest filius patrem conuenire, venia petita id facere debet.*

6 *Emãcipatus filius patrem sine venia in ius vocare nequit.*

7 *Libertus nisi venia petita patronum conuenire non potest.*

8 *Contra filium aut libertum parentes, aut patronos, in ius sine venia vocantes pœna. 50. aureorum ipsis conceditur.*

9 *Si filium aut libertum vocationis sine venia factæ ante litem contestatam pœnituerit non imponitur ipsis pœna. 50. aureorum.*

10 *In libello responsorio rei solet pœnalis actio proponi contra filium aut libertum sine venia vocantes parẽtes, aut patronos.*

11 *Libelius in actione de in ius vocando patrem aut patronum Hispane compositus.*

1 §. 3. De actione, de in ius vocando parentem aut patronum.

2 ACtio prætoria pœnalis prodita est contra vocantem in ius sine venia parentem, vel patronum. Quod intelligendum est parentem sine venia in iudicium vocari non posse tam patrem, quam matrem, & omnes ascendentes vtriusque sexus vsque in infinitum, vt probat tex. in. l. quique litigandi. ff. de in ius vocando. & firmat glo. in. §. pœnales. instit. de act. verbo, parentem, recepta cõmuniter ex Oroscio num. 3. in. l. quique litigandi. Licèt
3 enim filius familias regulariter conuenire non possit parentes suos, etiã cum venia, vt probatur in. l. lis nulla. ff. de iudic. & in. l. fin. C. de in ius vocando. in
4 aliquibus tamen casibus bene poterit eos in ius vocare. vt notat gl. in. d. l. lis nulla. & gl. in. c. fin. verbo, regulariter, de iud. in. 6. & probat. l. 2. & 3. tit. 2. par.
5 3. dummodo in prædictis casibus filius prius à iudice petat veniam conueniẽdi suos parentes, secundum glo. in. d. §. pœnales. verbo, cum id non impetrasset. & gl. in. l. adoptiuum. verbo, vocari. ff. de in ius vocando. Et hanc cõmunem opinionem esse testatur Iaſ. in. d.
6 §. pœnales. nu. 87. Quinimo etiã filius emancipatus tenetur veniã petere si parentes in ius vocare velit, iux. text. in. l. 4. vers. prætor. & in. l. adoptiuum. §. 1. ff. de in ius vocando. & in. l. 3. tit. 2. par.
7 3. & in. l. 4. tit. 7. part. 3. Idemque obseruandũ erit in liberto, in ius vocãte suũ patronum vt probatur in. d. l. quique litigandi. & in. d. §. pœnales. iuncta gl.
8 verbo. patrono. Et qui absque venia in casibus permissis vocauerit parentem, vel patronum incidit in pœnam quinquaginta aureorũ, & pro illa exigenda datur parenti, vel patrono aduersus filiũ, vel libertũ ista actio pœnalis, prętoria, vt probatur in l. in eum. ff. de in ius vocando. & in. §. fi. inst. de pœna temere litigantiũ. & explicat Felin. in. c. ad liberandũ. de Iudæis. Iaſ. n. 43. & Misinge. n. 29. in. d. §. pœnales. A qua tñ pœna filius, vel libertus liberari poterit, si
9 ante litem contestatã eos vocationis pœnituerit, vel si vocati in termino corã iudice non cõparuerint, aut si cõparuerint prædictã pœnã nõ petierint, secundũ glo. in. d. §. pœnales. verb. in ius vocasset. & ibi Iaſ. n. 85. per. tx. in. l. quãuis. ff. de in ius vocando. Et ista actio
10 pœnalis intentari solet in libello responsorio rei, quem reus producit aduersus actionem ab actore propositam. Nam postquam reus allegat suas exceptiones per vers. (otrosi) petit

quod

quod actor puniatur in pœna quinquaginta aureorum, ob id quod sine venia conuenit suum parentem, vel patronum. Aliquãdo vero ista actio ponitur de per se: & tunc libellus erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE de in ius vocando patrem, aut patronum.

Illustre Señor.

11 *FVlano vezino desta ciudad, padre legitimo de fulano parezco ante. V. m. y acuso al dicho fulano mi hijo. Y contando el caso digo, Que el dicho mi hijo sin pedir me la venia que conforme a derecho es obligado me ha emplazado ante V. m. y me puso demãda y ha seguido, y proseguido la causa hasta el punto y estado, en q̃ esta la dicha causa. La qual fue por mi contestada, y respondido a su demanda: y ha perseuerado enel dicho pleyto sin se auer apartado del: por lo qual ha incurrido en pena de cinquenta marauedis de oro. Por que pido a V. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste por su sentencia declare el dicho mi hijo auer incurrido en la dicha pena, y assi declarado le cõdene, compella, y apremie a que me la de y pague: Sobre que pido justicia, y costas, y el officio de V. m. imploro. Y juro &c.*

Eodem modo mutatis mutandis erit concipiendus libellus aduersus libertum in ius vocantem patronum sine venia &c.

Ex. §. Tertio

SVMMARIA.

1 §. *De actione, ne in ius vocati vi, aut fraude eximantur.*

2 *Si vocatus ad ius per aliquem impediatur ne veniat, actor aduersus impedientem iurare potest in litem quanti sua interfit vocatum non venisse.*

3 *Etiam si bi aliquem eximens pœnam soluat exemptus ab actione non liberatur.*

4 *Si dolo tantum & fraude quis fecerit quominus in ius vocatus non veniat, pœnalis actio prætoria aduersus ipsum constituitur.*

5 *Libellus in actione contra, vi vel dolo eximentem vocatum in ius.*

1 ## §. 3. De actione, ne in ius vocati vi aut fraude eximantur.

VOcati in ius aliquando veniunt, vel nolentes venire 2 ducũtur per familiam. Sed dum veniunt aut ducuntur eximuntur vi, vel aliter à manibus familiæ per aliquos, aduersus quos actio pœnalis in factum prodita est à prætore, in quantum actor in litem iurauerit sua interesse vocatum non venisse. Ita probat text. in. §. pœnales. ibi, vi exemerit, institu. de action. & in. l. 1. cũ sequentibus. ff. nequis eum, qui in ius 3 vocatus. Vbi disponitur, quando hæc

actio cessabit, & si vi eximens soluerit ex eo non liberabit debitorem principalem exemptum, vt probatur in. l. si per alium. § fin. & in. l. fin. ff. nequis eũ
4 qui in ius vocatus, vi eximat. Si vero absque vi, sed solummodo dolo vel fraude quis faciat quominus in iudicium vocatus non veniat, actio prætoria pœnalis in factum competit, vt probat tex. in dict. §. pœnales, ibi. cuiusue dolo. & in tit. ff. de eo per quem factũ erit. Et in hoc differunt prædictituli, vt notat gloss. in rubrica. ff. de eo, per quem factum erit. & glo. in dict. §. pœnales: verbo, item aduersus eum. & ibi explicat late Iason num. 92. Et ad hoc vt ista actio competat requiritur quod vi aut dolo quis exemerit vocatum, & quod ob id citatus non venit in ius, vt notat Misingerius in. d. §. pœnales. nu. 53. Et libellus erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE contra vi, vel dolo eximentem vocatum in ius.

Illustre Señor.

5 *FVlano parezco ante. V. m. y me querello, y pongo demanda a fulano y contando el caso digo que assi es, Que auiendo yo sacado vn mandamiento de prision contra fulano por cien ducados, que me deuia y no me queria pagar: antes se andaua por ausentar desta ciudad, y lleuandole ya preso el alguazil mayor desta ciudad, el dicho aduerso le salio al camino y con gran fuerça y violencia le quito el dicho preso, y hizo que huyesse y se retraxesse al monasterio de Sant Francisco desta ciudad. Por lo qual el dicho fulano mi deudor no parecio ante. V. m. e yo he dexado de cobrar mi deuda, y se me han seguido de daño, costas e interesses tantas mil marauedis. Porq̃ pida a. V. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste del dicho aduerso me haga entero cumplimiento de justicia, y por su sentencia le condene a que me de, y pague los dichos cien ducados, con mas los daños, costas, e interesses que se me han recrecido de no se auer traydo a la carcel el dicho fulano, las quales estimo en tantas mil marauedis, saluo la judicial taxacion de. V. m. Sobre que pido justicia y costas, y el officio de. V. m. imploro. Y juro a Dios y a esta ✠ que los dichos cien ducados me son deuidos, y no pagados, y que de daños, costas, e interesses de no auerse puesto en la carcel el dicho fulano se me han seguido las dichas tantas mil marauedis, y que esta demanda no pongo de malicia &c.*

Ex Capite Tertio

SVMMARIA.

1 TErtiũ caput de actionibus præiudicialibus.

2 *Actio quædam est præiudicialis, quædam non præiudicialis.*

3 *Præiudicium dictum est à, præ, & à verbo, iudico.*

4 *Præiudiciales actiones, ideo sic appellantur*

lantur quod eam habeant prærogatiuam, vt cum alijs concurrentes præferri debeant.

5 *Varijs modis dicitur actio præiudicialis.*

6 *Cum de alicuius statu disceptatur præiudicialis actio appellatur.*

7 *Si concurrat cum alijs causis status quæstio, ante omnia terminanda est.*

8 *Tres sunt præiudiciales actiones, quibus de alicuius statu quæritur.*

9 *Quæstio an quis liber sit, vel seruus à iure ciuili descendit.*

10 *Præiudiciales actiones reales sunt.*

1 Caput. 3. De actionibus præiudicialibus.

2 IVstinianus imperator in. §. præiudiciales. insti. de actio. constituit aliam diuisionem actionum, asserens actionú quasdam esse præiudiciales, quasdam verò non. Et ob prædictam rationem in. d. § annectit singulam tractatum de actionibus præiudicialibus secundum Fabrum, Angelum & Iasonem ibi num. 21. in probata ratione glo. 1. in principio. Et pro perfecta harum actionum cognitione 3 constituendum est quod præiudicium dicitur à, præ, &, à verbo, iudico, as. Et inde præiudicium est res, quæ cum statuta fuerit affert iudicaturis exemplum, quod sequantur in eadem causa, vel in simili. Ità ex Asconio colligit Ambro. Calep. in suo dictionario, verbo, præiudicium. Mising. num. 1. & Otoma. nu. 7. in. d. §. præiudiciales. & pluribus iuribus firmat Brisonius lib. 14. de verborum significatione. verbo, præiudiciũ.

4 Vnde præiudiciales actiones dicuntur quæ in cognitione alicuius causæ habent aliquam prærogatiuam, ita quod præcedere debeant si cum alijs occurrant. 5 Et licet varijs modis actio præiudicialis dicatur, vt docet Bar. in. l. fundũ. ff. de exceptionib. & in. l. siue contra. §. 1. ff. de liberis agnoscendis. & latè Ias. 6 in dict. §. præiudiciales. à num. 1. tamen in nostra specie actio præiudicialis dicitur quando agitur de statu alicuius 7 personæ: nuncupaturque præiudicialis, quia præiudicat alijs quæstionibus inter actorem, & reum, vt decidi non possint, donec quæstio status finiatur. vt probatur in toto tit. C. de ordine cognitionum. & in. ca. tuam. extrà eodem 8 tit. Et huiusmodi actiones de statu personæ sunt tres. Quarum prima est per quam quæritur an aliquis sit liber vel seruus. Secũda qua quæritur, an aliquis sit libertus, vel ingenuus. Tertia est, qua quæritur, vtrum quis sit filius nec ne. 9 Quarum prior à iure ciuili descendit, quia originaliter ex. l. duodecim tabularum iudicium liberalis causæ institutum fuit, licet ex post facto prætor nonnulla circa idem iudicium instituerit: de qua agitur in toto titul. ff. & C. de liberali causa. Reliquæ duæ posteriores prætoriæ sunt, vt de illa qua quæritur, vtrùm quis sit libertus vel ingenuus, constat in titu. ff. si libertus ingenuus esse dicatur. de tertia verò, qua quæritur an quis sit filius nec nè, constat ex toto titu. ff. de liberis agnoscendis. Ex quo tit. oritur dubium, cũ ibi senatusconsulta huius actionis meminerint, quare illam prætoriam appellet imperator in dict. §. præiudiciales? Quain re dicendum erit originaliter prætorem eam introduxisse, licet ex post facto senatusconsulta addide- 10 rint plura. Et omnes supradictæ tres actiones sunt reales: quia dantur pro rebus incorporalibus, scilicet pro iure, quod alicui competit ex sua persona,

vel alterius: vt quando agit pro iure ingenuitatis, filiationis, vel seruitutis secundum Ias. num. 20. & Mising. num. 10. in dict. §. præiudiciales. & Oldēdorpium in explicatione acti. præiud. Et de vnaquaque à nobis agendum erit in sequentibus.

Ex. §. Primo

SVMMARIA.

1 *Liberalis causa dicitur cum quæritur, vtrum quis sit liber vel seruus.*

2 *Actio præiudicialis competit ei, qui aliquem in possessione libertatis constitutum seruum suum esse asseuerat & è conuerso.*

3 *Duplex est actio præiudicialis de liberali causa directa, scilicet, & vtilis.*

4 *Directa præiudicialis actio de liberali causa competit domino & seruo.*

5 *Actio præiudicialis, quæ liberalis causa nuncupatur vtilis, competit dominis prædiorū, aduersus adscriptitios, & similes, & è contra.*

6 *Si quis ex possessione seruitutis in libertatem proclamet, libertatem probare tenetur.*

7 *Qui aliquem seruum esse suum contēdit, probare hoc tenetur.*

8 *Lite ordinata super alicuius seruitute probanda liber nihilominus reputatur.*

9 *Petens aliquem in seruum suum, postulare debet in libello quod iudex declaret competere sibi ius in illo seruo, & seruus econtra.*

10 *Libellus in actione, qua dominus contendit seruum suum esse, sermone Hispano formatus.*

11 *Libellus in actione, qua seruus contendit se liberum esse.*

§. 1. De actione præiudiciali, qua quæritur, vtrùm quis sit liber vel seruus.

1 ACtio præiudicialis, qua quęritur vtrum aliquis sit liber vel seruus, nuncupatur liberalis causa: daturq; 2 quando quis contendit eum, qui est in quasi possessione libertatis, suum seruum esse. Et è contrario datur quando quis contendit se liberum esse, eum tamen sit in quasi possessione seruitutis. Et in quo differat actio ista à rei vendicatione tradit Mising. in. § præiudiciales num. 15. insti. de action. Et hæc actio 3 est duplex, directa nempe & vtilis. Di- 4 recta competit domino & seruo, vtilis 5 verò dominis prædiorum aduersus colonos, adscriptitios, tributarios, originarios, siue censitos. Et ex diuerso datur his omnibus aduersus suos dominos secundum glo. mag. in dict. §. præiudiciales. & ibi Ias. nu. 44. & Mising. 6 num. 18. Et circa hanc actionem aduertendum erit, quod quando aliquis ex seruitute in libertatem proclamat, & est in quasi possessione seruitutis, habetur loco actoris, & libertatem probare tenetur, vt probatur in. l. circa. 14 ff. de probationibus. & in. l. generaliter. 12. ff. de exceptionibus. interimque pro seruo reputatur, iuxta text. in. l. lite ordinata. iuncta glo. fin. C. de liberali causa. Quando verò quis est in quasi possessione libertatis habetur loco rei: & 7 qui contendit eum esse seruum, loco actoris: ac ideò probare debet eum esse

se seruum, loco actoris: ac ideo probare debet eum esse seruum, vt probatur in. l. quoties. 18. ff. de probation. & in. l.
8 fin. de liberali causa. Et interim pro libero habetur, & procuratorem constituere potest, iuxt. tex. in. d. l. lite ordinata. iuncta glo. fin. Et in hac actione
9 requiritur, quod in facti narratione ages dicat se esse in quasi possessione libertatis, vel seruitutis, & quod dñs agens in libello cõcludat, quod iudex declaret illud ius seruitutis sibi cõpetere, & illũ seruum in eius potestatem sibi adiudicandum esse. Et ex diuerso seruus agés in libello concludat, quod iudex declaret se liberum, & sui iuris esse, & reum condemnet ne eum impediat vti sua libertate. Nam cum ista actio sit realis, hoc in ea requiritur, vt in. l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vẽdicatione. Et libellus erit concipiendus forma sequenti. 1

LIBELLVS IN ACTIONE qua dominus contendit, quem seruum esse.

Illustre Señor.

2

3

10 FVlano parezco ante v. m. y me querello y pongo demanda a fulano mi esclauo y digo, Que siendo el dicho fulano mi esclauo, y auiendo me como tal de seruir, y estando en possession, vel quasi dello, en todas las cosas que vn esclauo suele y acostũbra seruir a su señor, se ha ydo y ausentado de mi casa, diziendo, y jactandose que es persona libre, y no ha querido boluer a seruirme, ni darme la obediencia, que los tales esclauos deuen a sus señores. Porque pido a. v. m. que auida mi relacion por verdadera, en la parte que baste, del dicho aduerso me haga justicia, declarando me por señor del sobre dicho, y como tal esclauo pertenecerme iure dominij, vel quasi: y assi declarado me lo mande adjudicar, compeliendole y apremiandole a que me buelua a seruir en todo aquello que los esclauos suelen, y acostumbran seruir a sus amos. Sobre que pido justicia y costas, y el officio de v. m. imploro. Y juro &c. 4 5 6 7

LIBELLVS IN ACTIONE qua seruus contendit se liberum esse.

Illustre Señor.

11 FVlano parezco ante v. m. y pongo demanda a fulano, y digo que es assi, Que siendo yo como soy hombre libre, no subjecto, ni deuiẽdo seruidumbre a alguna persona, y estando en possession, vel quasi de mi libertad, el dicho aduerso sin titulo ni causa me anda inquietando, y perturbando en mi libertad, jactandose y diziendo, q̃ yo soy su esclauo, y que le deuo seruidumbre, no siendo assi. Porque pido a. v. m. que auida mi relacion por verdadera, en quanto baste del sobre dicho me haga justicia,

declara-

declarandome por hombre libre, y no subjecto ni deuer seruidumbre al dicho aduerso, ni a otra persona alguna, y mandādole que no me inquiete, ni perturbe en mi libertad. Sobre que pido justicia, y costas, y el officio de V.m. imploro. Y juro &c.

Ex. §. Secundo

SVMMARIA.

1 §. *De actione qua quæritur vtrum quis sit libertus vel ingenuus.*

2 *Si seruus manumissus sit, & se ingenuum esse dixerit patrono eius præiudicialis actio competit.*

3 *Si ingenuus quis à patrono esse negetur habet præiudicialem actionem cōtra ipsum.*

4 *Multa debet libertus patrono præstare.*

5 *Patronus aliquem ingenuum in suum libertum petens, postulare debet in libello, quod patronus illius hominis à iudice declaretur.*

6 *Libertus ingenuum se esse contendēs petere debet quod ingenuus declaretur, & quod deinceps super ingenuitate à patrono non perturbetur.*

7 *Libellus in actione, qua quis contendit se patronum alicuius esse.*

1 §. 2. De actione, qua quæritur, vtrùm quis sit libertus, vel ingenuus.

2 PRæiudicialis actio, qua quæritur, vtrum quis sit libertus, vel ingenuus, cōpetit patrono, qui ex seruitute aliquem manumisit aduersus libertum manumissum, qui est in quasi possessione libertinitatis, & dicit se ingenuum, & non libertum esse, & ecō trario datur liberto qui se ingenuum, 3 & in quasi possessione ingenuitatis esse dicit aduersus eum, qui dicit, illum esse suum libertum. De qua actione agitur in toto tit. ff. si libertus ingenuus esse dicatur. Et ista actio est directa, inuēta à iure prætorio, vt probat tex. in. §. præiudiciales. insti. de action. Et ad hāc actionem proponendam sunt repetenda quæ diximus in actione præcedenti. Et circa eam est aduertendum, quod 4 libertus tenetur præstare multa suo patrono, vt notat glo. verb. repleatur. in §. sed nostra. insti. de succesione libertorum. Debetque patronus in libello huius actionis concludere quod iudex declaret se illius rei conuenti legitimū patronum esse, & illum suum libertū, condemnandumque ad obsequia patronis debita præstanda. Et ex diuerso 6 libertus concludere debet, quod iudex declaret se ingenuum esse, & quod iudex condemnet reum, quod eum non perturbet in sua ingenuitate. Et libellus erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE qua quis contendit se patronum alicuius esse.

Illustre Señor.

7 FVlano parezco ante V.m. y me querello, y pongo demanda a fulano mi liberto, y digo, que es assi, Que teniendo yo y posseyendo al dicho aduerso, como mi es-

clauo

clauo, le di libertad, y le ahorre, y hize libre, y por la dicha razon gane el derecho de patronazgo, que los señores que ahorran, y dan libertad a sus esclauos conforme a derecho, suelen ganar, Y estando en la quasi possession dello agora el dicho aduerso, mi liberto se jacta y alaba diziendo, que es ingenuo, y no obligado a las cosas que los libertos son obligados a sus señores: y se subtrahe dellas. Porque pido a V.m. que aui da mi relacion por verdadera en la parte que baste del dicho aduerso me haga justi cia, declarandome por legitimo patron del, y que el es mi liberto: y assi declarado le condene, compella, y apremie a que haga en mi seruicio todas aquellas cosas que los libertos son obligados a sus patronos. Sobre que pido justicia y costas, y el officio de V.m. imploro. Y juro. &c.

Libellus ex parte liberti erit formãdus mutatis mutandis, sicut in actione præcedenti diximus, de libello ex parte serui.

Ex. §. Tertio

SVMMARIA.

1 §. *De actione præiudiciali, qua quæritur an quis sit filius nec ne.*

2 *Præiudicialis actio, qua quæritur sit quis filius, nec ne, accommodatur parentibus aduersus suos liberos, pietatem & debitam reuerentiam eis non exhibentes.*

3 *Aduersus parentes filios negantes præiudicialis actio datur.*

4 *Prætorio iure fuit adinuenta præiudicialis actio, qua quæritur sit quis filius nec ne.*

5 *Pater actionem præiudicialem intendens petere debet, quod patrem se legitimum esse à iudice declaretur.*

6 *Pater in libello cõcludere debet, quod filius condemnetur ad præstandam ei reuerentiam, pietatem, obedientiam, & reliqua parentibus debita.*

7 *Filius in libello cõcludere debet, quod iudex declaret se esse filium legitimũ talis patris & ex eo genitum, & quod ab eo agnoscatur, nec in suo iure amplius perturbetur.*

8 *Filiatio qualiter probari debeat.*

9 *Genitus durante matrimonio inter aliquos, in tantum præsumitur esse eorũ filius, quod matri asserenti adulterinum esse non est credendum.*

10 *Si quis fuerit in quasi possessione filiationis alendus per patrẽ erit, durãte lite filiationis: alioquin pater officio iudicis compellendus erit ad alimenta præstanda.*

11 *Libellus in actione, qua quis contendit se esse filium alicuius sermone Hispano conceptus.*

12 *Libellus in actione, qua quis contendit se patrem alicuius esse.*

1 §. 3. De actione præiudiciali, qua quæritur, an quis sit filius nec ne.

2 ACtio præiudicialis, qua quæritur an quis sit filius: competit parentibus

tibus aduersus liberos non exhibentes reuerentiam,& pietatem parétibus debitam: & ex diuerso datur liberis aduersus parentes non agnoscentes partum matris, & asserentes nó esse suos filios. Et vtroque casu ista actio directa est, vt firmat glo. mag. in §. præiudiciales. inst. de action. & de ea loquitur totus titul. ff. de lib. agnos. & text. in. l. 1. & penult. ff. de obsequijs à liberis. Et à iure prætorio fuit inuenta, vt probatur in dict. §. præiudiciales. Et circa libellum huius actionis requiritur, quod pater in facti narratione dicat se esse in quasi possessione filiationis: & quod concludat, quod iudex declaret, eum esse verum & legitimum parentem filij, & filium condemnet ad præstandam eidem omnem reuerentiam, pietatem, obedientiam, & reliqua parentibus debita iuxta text. in. l. liberto. cum. l. sequenti. ff. de obsequijs à liberis. Et econtra filius in libello concludere debet, quod iudex declaret eum legitimum filium esse ex tali parente genitum, agnoscendumque esse à suo parente, nec in posterum perturbandum esse in suo iure. Cuius filiatio probanda erit probando matrimonium in facie ecclesiæ à suis parétibus contractum fuisse, & durante matrimonio domi natũ fuisse, iux. tex. in. l. filium eum diffinimus. ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iuris. Ex qua probatione in tantum præsumitur filius esse, quod credendum non erit matri asseueranti illum filium adulterinum esse, tutumque filium in foro conscientiæ esse secundum Salicetum in. l. si vicinis. C. de nuptijs. Ricardum in. 4. distinct. 15. quæstione. 4. artic. 5. Boerium in decisione. 299. & Sotum libr. 4. de iustitia & iure. quæstione. 7. artic. 2. Et pendente lite super filiatione si filius fuerit in quasi possessione filiationis per patrem alendus erit: alioquin per iudicis officium alimenta petenda erunt, & cum causæ cognitione summaria præstanda, vt docet Bartol. in. l. si neget. ff. de liberis agnoscendis. & Mislingerius in dicto. §. præiudiciales. numero. 29. Et libellus forma sequenti concipiendus erit.

LIBELLVS INACTIONE qua quis contendit se filium alicuius esse.

Illustre Señor.

Fulano vezino desta ciudad con licencia que ante todas cosas a V. m pido, y siẽdome concedida o injustamente denegada, como mas aya lugar de derecho, parezco ante V. m. y pongo demanda a fulano mi padre, y digo que es ansi. Que el dicho fulano mi padre se caso y velo in facie ecclesiæ con fulana mi madre: y durãte entre ellos el dicho matrimonio me vuieron, y procrearon por su hijo legitimo, y por tal me reconocieron, criaron, y alimentaron, llamandome ellos hijo, y yo a ellos padres: y en tal possession, vel quasi fuy e soy auido, e tenido, y communmẽte reputado. Y despues aca el dicho mi padre me ha echado de su casa diziendo que no soy su hijo, y no quiere sustentarme ni darme los alimentos necessarios conforme a la qualidad de su persona, y a la hazienda que tiene, aunque a ello es obligado. Porque pido a V. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste por su sentencia declare ser yo hi

jo legitimo de los dichos fulano y fulana mis padres, y ellos ser mis padres legitimos, y estar obligados a hazer comigo todo aquello que los padres son obligados de hazer con sus hijos legitimos: y assi declarado condemne al dicho mi padre a que me reciba en su casa y me de los alimentos necessarios conforme a la qualidad de su persona y de la hazienda que tiene. Sobre que pido justicia, y costas y el officio de v.m. imploro &c.

Otro si a v.m. pido que de su officio, el qual para ello imploro, mande, compela, y apremie al dicho mi padre a que me de alimentos durante este pleyto, assi los que son necessarios para mi persona, como para dar al letrado, escriuano, y procurador. Y para ello &c.

LIBELLVS IN ACTIONE qua quis contendit se patrem alicuius esse.

Illustre Señor.

FVlano parezco ante v.m. y pongo demanda a fulano mi hijo, y digo que es assi, Que yo me case, y vele como lo manda la Sancta madre Iglesia con fulana mi legitima muger. Y estando assi casados vuimos y procreamos por nuestro hijo legitimo entre otros al dicho fulano, y por tal lo reconocimos, criamos, y alimentamos en nuestra casa: y en possession, vel quasi de nuestro hijo legitimo ha siempre estado y esta: y por tal es auido, y tenido, y communmente reputado: por lo qual me deue la obediencia y reuerencia paternal, y esta obligado a me alimentar, pues yo no tengo de q̄ y se subtrahe de lo hazer, diziendo que no soy su padre. Porque pido a v. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste por su sentencia me haga del dicho mi hijo justicia declarandome por su padre legitimo, y a el por mi hijo legitimo, y assi declarado lo condemne a que me de los alimentos necessarios y lo de mas que los hijos suelen y deuen dar a sus padres. Sobre que pido justicia, y costas y el officio de v.m. imploro. Y juro &c.

Ex Cap. Quarto

SVMMARIA.

1 ACtiones quædam sunt persecutoriæ rei, quædā pœnæ, quædam pœnæ & rei simul.

2 Actiones persecutoriæ rei dicūtur, quibus petimus id quod ex patrimonio nostro abest.

3 Actiones persecutoriæ pœnæ dicuntur quibus meram pœnam persequimur, cum ad id agimus, quod ex nostro patrimonio non abest.

4 Actiones rei & pœnæ persequutoriæ simul dicuntur, quibus rem simul & pœnam persequimur ex quibusdam maleficijs.

Ca.

Caput. 4. De actionibus rei persecutorijs tãtum, & pœnæ persecutorijs tãtùm, & de persecutorijs pœnæ & rei simul.

1 ALiam diuisionem actionũ posuit imperator in. §. sequens. inst. de act. asserens actiones quasdã cõparatas fuisse ad persecutionem rei, quasdam ad persecutionem pœnæ, quasdã ad rei & 2 pœnæ persecutionẽ simul. Rei persecutoriæ actiones dicũtur, quibus petimus id quod ex patrimonio nobis abest, vt probatur in. l. in honorarijs. ff. de act. & oblig. Et licet non omnis actio sit realis, sed quædam etiã sint personales, nõ tamen sunt ita personales, vt per eas solũ faciamus negocium personæ nihil amplius consecuturi: sed magis est, vt à persona id consequamur, quod nobis debitũ est ex aliqua causa, siue ex contractu quasi contractu, delicto, vel quasi delicto, vt probatur in. §. sequens. instit. de 3 obliga. Actiones pœnæ persecutorię dicuntur, quibus merã pœnam persequimur, cùm ad id agimus, quod ex nostro patrimonio nõ abest. iuxt. tex. in. l. vnica. in fine. ff. si quis ius dicenti non obtemp. vt [illegible] utà quando ex maleficio, vel quasi, aut etiam ex conuentione, & creditoris non interest, vt in specie tex. §. alteri. inst. de inutilibus stipulationibus. 4 Actiones verò persecutoriæ rei & pœnę simul dicũtur, quibus ré simul & pęnam persequimur ex quibusdam maleficijs, vt probatur in. §. ex maleficijs. insti. de act. De persecutorijs rei tantũ explicatur in. §. rei persecutoriæ. inst. de actio. Vbi dicitur rei persecutorias esse oẽs actiones reales, de quibus loquitur in. §. omniũ, cum. §§. sequẽtibus. inst. de act. vsq; ad. §. in personã. & nos egimus supra in. c. 1. à. §. de personali. vsq; in finẽ illi⁹. c. & in. c. 2. à. §. de actione. Publiciana. cũ alijs. Et etiã oẽs actiones personales ex cõtractu descendẽtes, vt puta, ex mutuo, stipulatu, cõmodato, deposito, mãdato, pro socio, ex empto, vendito, locato, & conducto: de quibus à nobis agendũ erit infra in. c. de act. bonę fidei. per aliquos. §§. Et ita nũc agendum erit de persecutorijs rei & pœnæ simul: quo in loco prius agem⁹ de quadã actione pœnæ persecutoria tantum, &c.

Ex. §. Primo

SVMMARIA.

1 *ACtiones persecutoriæ rei & pœnæ simul ex delictis pcedũt.*

2 *Obligatus quis remanet ex delicto sicut ex contractu.*

3 *Obligatio ex delicto procedens ciuilis est & non naturalis.*

4 *Actio duplex ex quolibet delicto oritur, vna parti læsæ, & altera reipublicæ.*

5 *Iudex ex officio potest aduersus delinquẽtẽ procedere si offensus eũ accusare noluerit vel ab accusare destiterit.*

6 *Delicta quædam publica, quædam priuata sunt.*

7 *Delicta priuata non etiam publica per actiones experiantur.*

8 *Actione ex delicto priuato descendẽte offensus & non quilibet de populo agere poterit.*

9 *Furti actio, pœnæ persecutoria, & personalis est.*

10 *Furti definitio.*

11 *Furtum, vt sit, & actio furti competat, quæ requirantur.*

12 *Furtum vt committi dicatur non sufficit sola cogitatio furandi.*

13 *Furandi causa repertus in domo alicuius seque ad id perparans, si tamen nihil furetur, nec furtũ committit, nec pœna furti est puniendus.*

14 Fur-

14 *Furtum in re propria non committitur.*

15 *Furtum non committitur si dolus desit.*

16 *Furtum non committitur domino volente.*

17 *Furtum non committitur, nisi lucri faciendi gratia fiat.*

18 *Furti manifesti, in quadruplum, non manifesti in duplum actio competit.*

19 *Furtiuæ rei æstimatio secundum valorem communem est facienda, non vero secundum affectionem quando actio furti in quadruplum vel in duplum competit.*

20 *Actio furtiua datur etiam contra furẽ ad persecutionem rei furtiuæ.*

21 *Furi vltra actiones contra ipsum competentes imponitur etiam pœna extraordinaria corporalis.*

22 *Furi quæ pœnæ de iure regio imponantur.*

23 *Actio vi bonorum raptorum est rei & pœnæ persecutoria: & datur aduersus raptorem, qui dolo malo rem violenter rapuit.*

24 *Actio vi bonorum raptorum competit etiam illis quorũ interest res raptas non esse, licet earum domini nõ sint.*

25 *Res in bonis alicuius dicitur esse, quando pro ea possessa habet exceptionem, & pro ea amissa competit sibi actio.*

26 *Res ex bonis alicuius dicitur esse quando ad ipsius custodiam, & periculum res spectat.*

27 *Actio vi bonorum raptorum competit etiam si res rapta sit commodata, pignorata, vel deposita cũ depositarius culpam repromiserit.*

28 *Actio vi bonorum raptorum in qua duplum datur, in quores furtiua computatur.*

29 *Actio vi bonorum raptorum intra annum in quadruplum & post annum in simplum datur.*

30 *Annus, intra quem actio vi bonorũ raptorum in quadruplum datur est vtilis.*

31 *Actio vi bonorum raptorum si dolus absit, cessat.*

32 *Error iuris licet à culpa non excuset, excusat tamen à dolo.*

33 *Actio vi bonorum raptorum etiam datur aduersus creditorem rapientem violenter à debitore rem sibi obligatam, nisi rapiat à debitore fugiente.*

34 *Lex Aquilia tria habet capita, quorum secundum in vsu non est.*

35 *Actio legis Aquiliæ ex primo capite, cui, & aduersus quem competat.*

36 *Actione legis Aquiliæ ex primo capite agitur tantum ciuiliter ad dãnum, nec delictum mortis consideratur.*

37 *Actio legis Aquiliæ ex primo capite etiam habet locum quamuis damnũ leuissima culpa datum sit, nisi culpa commissa sit in omittendo.*

38 *Actio legis Aquiliæ ex primo capite non habet locum si damnum casu datum sit.*

39 *Actione legis Aquiliæ ex primo ca-*

pite tenetur qui arbores cædẽs prope viam publicam non clamans seruũ transeuntem occidit.

40 *Medicus propter ipsius imperitiam alienum seruum occidens actione legis Aquiliæ ex primo capite tenetur.*

41 *Interesse non solum intrinsecũ, sed etiam extrinsecum venit in actione legis Aquiliæ ex primo capite.*

42 *Seruum hæredem institutum occidens ante aditam hæreditatẽ actione legis Aquiliæ ex primo capite tenetur ad æstimationem totius hæreditatis.*

43 *Actio legis Aquiliæ ex tertio capite cui, & aduersus quem detur.*

44 *Actio legis Aquiliæ ex primo & tertio capite datur in duplum contra negantem, & in simplum contra confitentem.*

45 *Actio ex testamento est mista, rei persecutoria, & pœnæ in tantundẽ.*

46 *Actio ex testamento rei, & pœnæ persecutoria competit pro exigendis legatis relictis pauperibus, & alijs locis pijs.*

47 *Actio ex testamento rei & pœnæ persecutoria non competit pro legatis relictis fisco aut reipublicæ.*

48 *Actio ex testamento rei, & pœnæ persecutoria datur aduersus hæredes, & contra executores testamenti.*

49 *Legatum relictum ad pias causas habet executionem paratam.*

50 *Libellus non est necessarius ad petẽdum legatum pijs locis relictum cum via executiua peti possit à legatario.*

51 *Libellus in actione furti manifesti sermone Hispano conceptus.*

52 *Libellus in actione furti non manifesti.*

53 *Libellus in actione vi bonorum raptorum.*

54 *Libellus in actione legis Aquiliæ.*

§. 1. De actionibus persecutorijs pœnæ, & rei simul.

1 ACtiones persecutoriæ rei, & pœnæ simul ex delictis procedunt. Pro quarũ explicatione est cõstituendum, quod sicut ex contractu quis remanet obligatus, vt in. §. omnium. inst. de actio. ita & ex delicto, vt in prin. institu. de

2 obli. quæ ex delicto nasc. Quæ tamẽ obligatio ciuilis & nõ naturalis est, secundũ glo. in. §. ius autẽ gentiũ. verb. omnes pœnæ. insti. de iure naturali. Cuius opinionẽ verã dixerunt Pinelus in auth. nisi tricennali. C. de bonis maternis. nu. 32. & Couarr. in. c. alma mater. 1. part. §. 10. nu. 10. Tametsi opposita sententia communis sit, cuius fundamentis satisfaciunt Pinelus, &

4 Coua. vbi supra. Rursus constituendũ est, quod ex quolibet delicto duplex oritur actio, vna partilæ, & altera reipub. cuius interest, ne delicta

5 remaneãt impunita. Quo fit, quod si offensus noluerit delinquentem accusare, vel ab accusatione destiterit, iudex ex officio aduersus delinquentẽ procedere poterit, vt in. l. cõgruit. ff. de offi. præsidis. & in. l. penult. tit. 1 par. 7. & in. l. 3. tit. 17. part. 3. & tradit Anto. Gomez. 3. tomo variarũ. c. 1. n.

6 10. In super constituẽdũ erit delicta quædam publica, & quædã priuata esse. De publicis delictis in præsenti agendũ non est, cũ per actiones non experiãtur, vt in princ. insti. de publi.

7 iudi. Sed tantum de priuatis delictis

8 agendũ erit, quæ per actiones experiuntur

riuntur,& pars offensa,& non quilibet de populo agere poterit, vt probatur in.l.fin.ff.de priuatis delictis. & ibi notat glossa.& Bart.& Angel. in rub. ff. de publi.iudi.&Panor.in.c.cum.p. nu. 12. de accusatio. Et in primis supradictis sic constitutis agendū erit de actio
9 ne furti,quæ pœnæ persecutoria perso nalisq; est, cum ex furti delicto descen
10 dat: Quod est contrectatio rei alienæ fraudulosa,inuito domino,lucri facien di gratia iuxt.text.iuncta glo.in §.1.in
11 stit.de oblig.quæ ex delic.nasc. Ex qua diffinitione constat,quæ requirātur ad hoc vt furtum sit,& actio furti compe tat. Nam primo requiritur quod fiat amotio rei furtiuæ de loco ad locum vt in.l.3.§.si rem.ff.de acquirenda pos-
12 sessione.Quo fit solam cogitationem furandi non sufficere vt in.l.1.ff. de fur
13 tis: quinimo repertum in domo alicuius causa furandi,seque ad id præparan tem,non tamen adhuc aliquid furatū, furtum non cōmittere nec pœna furti puniendum fore iuxta.tex.in.l. vulgaris.§.qui furti.ff.de furtis. Secundo requiritur,quod contrectatio sit rei alie-
14næ:nam in re propria furtum non com mittitur,vt in prin.instit.de vi bonorū
15 raptorum.& in.l.1.ti.14.part.7. Tertio requiritur quod fraudulenter res sit subrepta:alioquin,si dolus desit vt putà,quia credebat sibi licere rem illam subripere,vel dominum permissurum, furtum non cōmittitur,vt probatur in §.placuit. & ibi glo. institu. de oblig. quæ ex delic.nasc.tradunt Bart.in.l.inter omnes.§.recte.ff.de furtis.n.2. Panor.in.c.dudum.el.2.nu.18. de electione.& Anto.Gomez.3.tomo.c.5. num. 1.Dummodo aliqua iusta causa concurreret ad id credendum,vt putà,quia anteà hoc dixerat,vel protestatus fuerat, coram aliquibus,vel amicus vel cōiunctus,vel res parua erat:alioquin contra furē præsumeretur iuxta tex. in.l. qui
16vas.§.vetare.ff.de furtis.Quartò requiritur quod inuito domino res sit subrepta nā domino volente furtū nō fit, vt notat glo.verbo.fraudulosa.in.§.furtum est.instit.de oblig. quæ ex delicto nasc.In dubio tamen contra furem prę sumitur,vt probatur in.d. l. qui vas.§. vetare.& explicant Bart.Panor.& An-
17 to.Gomez vbi supra. Quinto requiritur,quod res subrepta sit lucri faciendi gratia,alioquin absque lucro furtū nō cōmittitur,iuxta tex.in.l.1.ff. de furtis. & in.l.1.tit.14.par.7. Et supradictis requisitis cōcurrentibus datur actio furti
18 dño ad solā pœnā prosequendā:quæ in quadruplū est quando furtū fuit manifestum,nēpe cū fur repertus fuit in ipso delicto,vel in alio loco,antea quā perueniret cum re furtiua ad locū quo portare destinauerat.Et datur in duplū quā do furtum nō fuit manifestum,vt puta quando fur non fuit deprehēsus,dū furtum faceret,sed postea probatum fuit se feciſſe,vt probat tex.in.l.3. cum tribus sequētibus.ff.de furtis.& in.l.2.tit. 14.p. 7.Et q; actio furti detur inquaduplū, vel in duplū,in casibus supradictis probat text.in.§.ex maleficijs. & in.§. in duplum.&in.§.quadrupli.instit. de
19 actionibus.Et tunc æstimatio facienda erit secundū communē valorem rei furtiuæ,non vero secundū affectionē,iuxta tex.in.l.in furtis,& in.l. si quis vxo-
20ri.§.fin.ff.de furtis. Et vltra prædictas pœnas datur cōtra furēactio furtiua ad persecutionem ipsius rei furtiuæ,vt diximus supra.in.c.1.§.de actione furtiua.
21 Imponiturque etiam furi alia pœna extraordinaria corporalis,vt probatur in l.fin.ff.de furtis.& in.l.18.tit.14.par. 7. & tradunt Anto.Gomez in.3.tomo variarum.c.5.à.n.4.& dominus Anto.de Padilla in.l.transigere.à nume.11.C. de trāsactionibus.& Iulius Clarus li.5.sen-
22 tentiarum.§.furtum.n.7.Et pœnas furi imponendas hodie de iure regio præscribit text.in.l.7.8.& 9.tit.11.lib.3.recopil. & in.l.5.titu.17.lib.5.recopil.& in l.1.& 4.tit.23.lib.8.recopil.& in.l.20.ti. 3.lib.6.recopil. Et libellus in actione

furti erit concipiendus, vt paulò inferius dicemus.

23 Secundò agendum erit de actione, vi bonorum raptorum, quæ mista est, scilicet, rei, & pœnę persecutoria simul, daturque aduersus raptorem, qui dolo malo rem violenter rapuit, vt probatur in princ. insti. de vi bonorũ raptorum, & in. d. §. ex maleficijs. vers. vi autem bonorum. & in. l. fin. C. de vi bonorum raptorum & in. l. 3. tit. 13. par. 7. &
24 in. l. 6. tit. 12. li. 8. recopil. & cõpetit omnibus illis quorum interest res raptas non esse, & sic non requiritur, quod sit earum dominus, sed sufficit, quod sua interfit, siue res sit in bonis eius, siue ex bonis eius, vt probatur in. §. sanè. inst. de vi bonorum raptorum. & in. l. 1. §. in
25 hac actione. ff. eodem tit. In bonis eius res dicitur esse quando pro ea possessa habet exceptionem, & pro ea amissa competit sibi actio iuxta tex. in. l. rẽ in bonis. ff. de acquirendo rerum domi
26 nio. Ex bonis autẽ res dicitur esse quã do ad eius custodiam, & periculũ spe-
27 ctat vt in. d. l. rem in bonis. Et ita siue res esset cõmodata, siue pignorata, siue deposita cum depositarius culpã repromiserit, hæc actio datur, vt probatur in
28 d. §. sanè. quæ actio in quadruplum datur, in quo temẽ res furtiua computatur. Itaque pœna est tantum tripli, & cũ persecutione ipsius rei furtiuæ efficitur quadruplum, ac ideo mista appellatur, in. d. §. ex maleficijs & in. l. 3. tit. 13.
29 par. 7. Daturque in quadruplum intra annum, post annum vero ad simplum tantum, vt probatur in princ. inst. de vi bonorum raptorum & in. l. 2. in princ. ff. eodẽ tit. & in. l. res obligatas. & in. l. fin. C. eodem tit. & in. l. 3. tit. 13. part. 7.
30 Qui annus vtilis censetur, vt notat glo. in prin. inst. de vi bonorum raptorũ. verbo, annum. competitque aduersus
31 eum qui dolo rapuit. Alioquin si dolus defecerit cessabit etiam si raptor in iure errauerit credens rem esse suam, vt probatur in. §. ita tamen. inst. de vi bono-
32 rum raptorum. Nam licet error iuris non excuset à culpa, bene tamen excusat à dolo, vt in. l. sed si lege. §. scire. ff. de petitione hæreditatis. & resoluit ange
33 lus. d. §. ita tamen. Et nedum aduersus raptorem rei alienæ, verum etiam aduersus creditorem rapientem violenter à debitore rem sibi obligatam, hęc actio competit iuxta tex. in. d. l. res obligatas. nisi creditor rapuerit à debitore fugiente iuxta tex. in. l. ait prætor. §. sibi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. & in. l. 10. tit. fin. part. 5. & tradit Hippolytus in singulari. 43. Et libellus in hac actione erit concipiendus forma paulò inferius præscripta.

Tertio erit explicanda actio legis Aquiliæ, quæ etiam mista est, vt probatur in. d §. ex maleficijs. vers. sed & legis. Pro cuius cognitione constituendũ
34 est, quod lex Aquilia habet tria capita, quorum secundum in vsu non est, vt inquit text. in. §. liberum. insti. de. l. Aqui
35 lia. & actio legis Aquiliæ ex primo capite competit domino aduersus eum, qui dolo, culpa, siue iniuria seruum aut quadupedem, quæ in pecudũ numero est, & gregatim pascitur, occiderit, ad hoc quod damnum, eiusque ęstimationem resarciat in quantum plurimi seruus, vel quadrupes fuerit in eo anno præterito iuxt. text. in. l. 2. ff. ad legem Aquilã, & in prin. insti. de lege Aquil.
36 & in lege. 18. titulo. 15 part. 7. Qua actione agitur ciuiliter tãtum ad damnum, nec delictum mortis consideratur iuxt tex. in. l. ex morte. C. ad. l. Aquiliam. & in. d. §. liberum. iuncta glo. ver
37 bo. capitalis. & in. l. 1. tit. 8 part. 7. Quæ actio vendicat etiam sibi locum si dãnũ leuissima culpa datum esset, vt probatur in. l. lege Aquilia. ff. ad legem Aquiliam. nisi commissa esset in omittẽdo. quia tunc non sufficeret culpa leuissima. iuxta tex. in. l. si vsus fructus. §. de
38 nique. ff. de vsu fruct. Non tamen habebit locum quando casu damnum datum esset, vt in. §. iniuria. insti. de lege

Aquilia.

39 Aquilia. & in. l. 4. tit. 8. part. 7. Quo fit cædentem arbores prope viam publicam non clamantem, hac actione teneri, si seruum transeuntem occiderit, quia sine culpa non est, vt inquit text. in. § . item si putator. insti. de lege Aqui-
40 lia. & in. l. 4. titu. 8. partit. 7. Fit etiam medicum propter eius imperitiam occidentem seruum alienum, hac actione teneri, vt probat tex. in. §. præterea. in stitu. de lege Aquilia. & in. l. 6. titulo. 8.
41 part. 7. Et aduertendum est, quod in hac actione nedum venit interesse intrinsecum, verum etiam extrinsecum.
42 Vnde qui occiderit seruum hæredem institutum ex testamento alicuius ante aditam hæreditatem hac actione tenebitur ad æstimationem totius hæreditatis iuxta tex. in . §. illud. insti.
43 de lege Aquilia . Actio autem legis Aquiliæ ex tertio capite datur domino aduersus eum, qui dolo, culpa, vel iniuria vulnerauit, fregit, rupit aut læsit seruum, quadrupedem, vel alias res ad hoc , quod resarciat damnum & æstimationem in quantum in diebus triginta proximis res fuerit, vt probatur in. l. si seruus seruũ. §. tertio capite. ff. ad legem Aquiliam. & in. l. 1. &. 2. C. eodem titu. & in. §. capite tertio, insti. tu. de lege Aquilia, & in. l. 18. titu . 15.
44 part. 7. Et hæc actio tam ex. 1. quam ex 3. c. datur in duplum contra negantem, si ab actore probetur damnum datum fuisse. Contra confitentem verò datur in simplum, vt probat text. in. d. §. ex maleficijs. & in. l. 2. §. 1. & in. l. inde Neratius. §. hæc actio. ff. ad. l. Aquiliam , & in. l. 16. tit. 15. part. 7. Vbi eleganter tradit Grego. Lup. Et libellus concipiendus erit forma infra præscripta.

Vltimo explicanda erit actio ex testamento, qua petuntur legata relicta ecclesijs , vel alijs locis venerabilius. Daturque aduersus eum qui negat ex hæreditate, quam ipse adiuit , aliquid relictum fuisse ecclesiæ, vel fatetur legatum , tamen fraudulenter & sine causa iusta solutionem eius differt,
45 donec in ius vocetur . Et huiusmodi actio missa est, quia datur in duplum, nempe ad persecutionem ipsius rei legatæ, & ad tantundem pro pœna, vt probat text. in. d. §. ex maleficijs. & ibi explicant Ias. nu. 22. & Mising. nu. 42. & Coua. in. c. si hæredes nu. 5. de testa-
46 mentis . Quæ actio competit etiam pro exigendis legatis relictis pauperibus, & alijs locis pijs secundum Bald. in. l. vltima. §. cum autem. C. ad Trebellianum. receptum à Mising. in. d. §. ex maleficijs. num. 49. contra gloss. ibi,
47 verbo , in iudicium . Pro legatis tamen relictis fisco , aut reipub. hæc actio non competit secundum prædictam glo. receptam à Iasone ibi, nu. 41.
48 & Misin. num. 49. Daturque aduersus hęredes, & etiam contra executores testamenti, secundum omnes in. l. nulli. C. de episcopis & clericis. Bart. in. l. hæreditas. ia. 2. ff. de hæredibus instituendis. & Iason in. d. §. ex maleficijs. num.
49 22 . Et cum legatum relictum ad pias causas habeat executionem paratam, & legatarius possit illud via executiua petere secundum Bald. in. l. hæreditas. §. defuncto. ff. de petitione hæreditatis.
50 & Barb. in. d. c. si hæredes col. 13. ideo in hac actione libellus nõ est necessarius: sed legatarius debebit interpellare extraiudicialiter hæredem. Et si hæres legatum negauerit, vel eius solutionem sine causa distulerit, tunc producet testamentum coram iudice petens contra hæredem vel executorem testamenti executionem in duplum ex eo, quod negauit legatum, vel sine causa distulit eius solutionem.

(?)

LIBELLVS IN ACTIONE furti manifesti.

Illustre Señor.

51 FVlano parezco ante.v.m.y me querello,y pongo demanda a fulano,y digo que assi es,que el dicho reo accusado entro en mi casa tal dia,y de mi estudio me lleuo hurtado y contra mi voluntad vn derecho ciuil,porta negra y rubrica colorada,que valia treynta ducados. Y sintiendolo sali corriendo tras el a la calle dando vozes y le alcance y quite el dicho derecho,que me lleuaua hurtado,en lo qual cometio delicto,e incurrio en la pena del quatro tanto:la qual monta y summa ciento y veynte ducados , por valer el dicho derecho,que me hurto treynta ducados. Porque pido a v m.que auida mi relacio por verdadera en quanto baste, declarando al dicho aduerso por hechor y perpetrador del dicho delicto le condene a que me de, y pague los dichos ciento y veynte ducados del quatro tanto. Y en lo necessario etc. Y juro. etc.

LIBELLVS IN ACTIONE furti non manifesti.

Illustre Señor.

52 FVlano parezco ante.v.m.y me querello y pongo demanda a fulano,y digo,que el dicho aduerso entro en mi casa,y contra mi voluntad tomo y lleuo hurtada vna escudilla de plata,que pesaua cien reales,y despues parescio en su poder: en lo qual cometio graue delicto,e incurrio en la pena del doblo,y me la es obligado a pagar . Por ende a.v.m.pido que declarãdolo por hechor y perpetrador del dicho delicto le condene en duzientos reales en que se summa el dicho doblo,attento lo que valia la dicha escudilla,saluo la judicial taxacion de.v.m.Y en lo necessario etc.Y juro.etc.

LIBELLVS IN ACTIONE vi bonorum raptorum.

Illustre Señor.

53 *FVlano parezco ante. v. m. y me querello y pongo demanda a fulano, y digo que ansi es, Que el dicho aduerso en vn dia del mes de Mayo proximo passado deste presente año de setenta y cinco años fue a mi casa, y entro en vna sala baxa, adonde yo estaua passeãdome, y echo mano a vna daga y me la puso a los pechos, y por fuerça y violencia sin resistencia alguna me tomo vna bolsa, que tenia duzietos reales, y la lleuo robada. En lo qual cometio graue delicto, e incurrio en la pena del quatro tanto, en la qual se incluye el valor de lo que me lleuo robado. Porque pido a. v. m. que auida mi relacion por verdadera, en quãto baste declarãdo al dicho aduerso por hechor y perpetrador del dicho delicto le cõdene a que me buelua, y restituya la dicha bolsa cõ los dichos duzientos reales con mas el tres tanto que son seyscientos reales. Y en lo necessario el officio etc. Y juro &c.*

LIBELLVS IN ACTIONE legis Aquiliæ.

54 *Illustre Señor.*

FVlano parezco ante. v. m. y pongo demanda a fulano, y digo q̃ assi es, Que el dicho aduerso dio vna cuchillada a Iuan mi esclauo en la cara que le llego al ojo derecho, y le corto cuero y carne, y saco mucha sangre, sin que el dicho mi esclauo hiziesse ni dixesse cosa alguna, por donde le vuiesse de venir mal ni daño. Y para curarle le dierõ tantos puntos, y esta apique de muerte, y en caso que sane quedara tuerto del dicho ojo, y muy feo. Y por razõ de la dicha fealdad, y falta del ojo esta el dicho aduerso obligado a darme y pargarme sesenta ducados que el dicho esclauo valdra menos de lo que valio treynta dias antes que le hiriesse. Y en caso que muera como los çurujanos entiẽde esta obligado a me pagar cien ducados que el dicho esclauo valia el año proximo passado de setenta e quatro años, con mas lo que he gastado e gastare en curarle, e lo que he perdido, y perdere de su seruicio y obras, que protesto verificar en la prosecucion desta causa. Y aunque el dicho aduerso ha sido requerido no lo ha querido hazer sin pleyto. Porque pido a. v. m. que auida mi relacio̅ por verdadera en quanto baste cõdemne al dicho aduerso a que me de y pague todo lo suso dicho. Y en lo necessario etc. Y juro etc.

Ex Cap. Quinto

SVMMARIA.

1 *ACtiones vel in simplum, vel in duplum, aut triplum, aut quadruplum competunt: & in quo casu quælibet detur.*

Caput. 5. De actionibus quæ dantur in simplum vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum.

IVstinianus in. §. omnes. insti. de actı. explicat quæ nam quantitas pœnarum, & pro quibus rebus statui & exigi soleat, constituẽ
1 do propriam diuisionem. Quæ diuisio est quadruplex: quia scilicet, actiones vel in simplum, vel in duplum, vel in triplum, vel in quadruplum competunt. In simplum datur quando rem ipsam persequimur, vel aliquam pœnam sine aliqua re. In duplum, triplum, quadruplum datur cum præter rem ipsam exigitur aliquid, quod æstimationem eiusdem rei excedat duplo, triplo, aut quadruplo. Et harum actionum exempla subijciuntur in. d. §. omnes. & in §§. sequentibus. In. §. omnes. tantum exemplificantur actiones, quæ in simplum dantur. Et de vnaquaque earum dicendum erit in. c. de actio. bonæ fidei. cum suis. §§. infra Et ita nunc agendum erit solum modo de actione ex stipulatu, quæ in simplum datur.

Ex. §. Primo

SVMMARIA.

1 *ACtio ex stipulatu in simplum datur.*

2 *Stipulationis definitio.*

3 *Obligatio, & actio oritur attento iure regio ex sola pollicitatione, vel ex quolibet modo & simplici pacto, aut qualibet promissione absque solennitate verborum, & stipulatione in actu & contractu, dummodo animus obligandi quomodocunque appareat.*

4 *Libellus in actione ex stipulatu.*

§. 1. De actione ex stipulatu.

1 ACtio ex stipulatu datur in simplum, vt probatur in. §. omnes. insti. de action. oriturque ex stipulatione, quæ est contractus verborum, qui celebratur præcedente interrogatione creditoris, & subsequitur in cõtinenti respõsione debitoris super eadem re & inter easdẽ personas, vt in. l. 1. in princ. ff. de verb. obli. & in. l. 5. §. stipulatio eodẽ t. tex. in. l. 1. §. verbis. ff. de acti. & obli. & text. in. §. 1. insti. de verborũ obli. & l. 1. tit. 11. part. 5. resoluit Anto. Gomez. 2. tomo variarum. c. 9. nu. 3. Hodie verò
3 de iure huius regni absque solennitate verborum, & stipulatione in actu, & cõtractu oritur obligatio, & actio ex sola pollicitatione, vel ex quolibet modo, & simplici pacto, vel ex qualibet promissione, dummodo animus obligandi quomodocunque appareat iuxta text. in. l. 3. ti. 8. li. 3. ordin. quæ habetur in. l. 2. tit. 16. li. 5. recopil. & explicat Anto. Gomez. 2. tom. c. 9. n. 3. & Coua. lib. 1. variarum. c. 14. n. 13. & Didacus Perez in. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordi. in. glo. 1. Et libellus in ea erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE ex stipulatu.

Illustre

Illustre Señor.

4 *FVlano parezco ante. v. m. y digo, Que estãdo juntos yo, y el dicho aduerso le pregunte si me queria dar a Sticho, y el me respondio, que me lo prometia: e por ello quedo obligado a me lo dar e entregar. Y aunque por mi ha sido requerido que lo cumpla no lo ha querido hazer, porque pido a. v. m. que hauida mi relaciõ por verdadera en quãto baste le cõdemne aq̃ me de y entregue el dicho Sticho. Y en lo necessario etc. Y juro. etc.*

Ex. §. Secundo

SVMMARIA.

1 *Actio serui corrupti prætoria, directa, & vtilis est: & datur in duplum aduersus eum qui dolo malo persuadendo corrupit animum serui alterius, vt deterior fieret.*

2 *Actio serui corrupti datur in duplum nomine pœnæ, quanti seruus, ob id quod corruptus fit deterior, & fit æstimatio omnium rerũ, quas seruus secum abstulit, & duplicatur.*

3 *Actio serui corrupti vtilis datur aduersus eum qui filium filiamue familias persuadendo corrupit.*

4 *Actio vtilis serui corrupti non datur in duplum sed ad interesse ex affectione patris delato iuramento.*

5 *Actio vtilis serui corrupti non solum datur patri, sed etiam filio, vel filiæ corruptis.*

6 *Libellus in actione serui corrupti.*

§. 2. De actione in duplum, & primo de actione serui corrupti.

1 Numerantur quinque actiones, quæ in duplũ dãtur à Iustiniano in. §. in duplum. inst. de actio. De quarum quatuor egimus supra in capi. 4. in. §. de actio. persecuto. pœnæ, & rei simul. Ac ideo in præsenti solummodo erit agendum de actione serui corrupti, quæ prætoria est, directa, & vtilis vt. l. v t tantum. in princi. ff. de seruo corrupto. proprie datur in duplum aduersus eum, qui dolo malo persuadẽdo corrumpit animũ serui alterius, vt deterior fieret, vt probat tex. in d. §. in duplum. & tex. in. l. 1. ff. de seruo corrupto. Et datur in duplum nomine pœnæ, quanti seruus, ob id quod corruptus fit deterior, & fit æstimatio omnium rerum, quas seruus secum abstulit, & duplicatur, vt probat tex. d. §. in duplũ. & in. l. in hoc iudicio. ff. de seruo corrupto. Vtilis vero datur aduersus eum, qui filium filiamve familias persuadendo corrupit, & tunc non agitur ad duplũ, sed ad interesse, ex affectione patris delato iureiurando, vt in. d. l. vt autem, in princi. & notat glo. in. d. §. in duplum. verb. æstimatio. Et nedum datur patri, verum etiã ipsi filio, vel filiæ corruptę, vt cũ aliis resoluit Ias. in. §. omnes. inst. de actio. n. 21. Misin. nu. 5. d. §. in duplũ. Et libell⁹ in acti. formaî modo sequẽti.

LIBELLVS IN ACTIONE serui corrupti.

Illustre Señor.

6 *FVlano parezco ante. v. m. y me querello, y pongo demanda a fulano, y digo que assi es, que teniendo yo vn esclauo, que se llama*

Francisco,negro atezado de edad de veynte años de muy buen asco stumbres,y muy fiel,y sin tacha alguna,el dicho aduerso le persuadio y aconsejo que se fuesse y ausentasse de mi casa,y me lleuasse hurtado lo que pudiesse.Y por su consejo,y persuasiones el dicho esclauo se fue y ausento de mi casa y me lleuo de mis bienes hasta en quantia de cinquenta ducados:y el dicho aduerso le recepto en su casa,y le dio fauor, y ayuda para hazer lo q̃ hizo.En lo qual cometio delicto,y me estrago mi esclauo que antes que se me fuesse y lleuasse hurtado lo que lleuo valia cien ducados,y ahora por auer se me ydo y estragado ha perdido de su valor cinquenta ducados.Y por lo susodicho el dicho aduerso esta obligado a pagarme el dos tanto del valor,que el esclauo ha perdido y de lo que me lleuo hurtado.Porque a.v.m.pido le condemne a que me pague el dicho dos tanto ansi del valor,que el esclauo perdio, que son cien ducados, como de las cosas que lleuo, que son otros cien ducados.Y en lo necessario &c.Y juro &c.

Ex.§.Tertio

SVMMARIA.

1 *Portulæ erant olim salaria præscripta,quæ secundum quantitatem petitam dabantur executoribus iudiciorum,ante iudicium cœptum.*

2 *Petentes plus olim cadebant à causa tota.*

3 *Actio ex lege condictitia,cui, & aduersus quem competat.*

4 *Actio ex lege condictitia datur in triplum,in quo simplum continetur.*

5 *Actio ex lege condictitia datur in quadruplum aduersus executores extorquentes aliquid vltra sportulas debitas.*

6 *Actio ex lege condictitia non solum competit quando plus repetitur, sed etiam quando plus loco & causa petitur.*

7 *Inducię duplicantur quando plus tempore petitur, & cessat actio legis condictitiæ.*

8 *Petens plus si ante litem contestatam pœniteat excusatur à pœna actionis ex lege condictita.*

9 *Libellus in actione ex lege condictitia, quæ aduersus plus debito petẽtẽ datur.*

§.3. De actionib⁹,quæ in triplum dantur.

IVstinianus in.§.tripli.& in§.siquis agẽs,cũ quinq;.§§.sequẽtibus,insti.de action.ponit exẽpla actionũ,quæ in triplũ dãtur. Et primò ponit exemplũ actionis, ex lege cõdititia.in.d.§.tripli.Pro cuius cognitione cõstituendũ erit, quod olim erant

1 salaria præscripta quæ sportulæ dicebãtur,& secundũ quantitatẽ petitã dabãtur executoribus iudiciorum statim in ingressu litis ante iudiciũ cœptum. Et inde arripiebãt ansamactores,vt reis in cõmodarent,petendo plus debito: vt sic viatores, & executores acciperent suas sportulas iuxta quantitatem petitam, & non iuxta id,quod vere debebatur.Ac ideo Iustinianus, vt obuiaretur

uiaretur huic improbitati statuit pœna in triplum aduersus actores plus debito petentes, in d. §. tripli. & in quadruplum aduersus executores extorquentes aliquid vltra sportulas debitas in. §. 2 item ex lege. olim enim plus petentes cadebant à causa tota, vt probat text. 3 in. §. si quis. instit. de action. Et ista actio ex lege condictitia competit ei, qui dãnum passus est aduersus actorem, qui 4 per fraudem plus debito petijt. Et datur in triplum, in quo simplum continetur, vt probat tex. d. § tripli. Et aduersus executores extorquentes aliquid vltra sportulas debitas, datur in quadruplum, vt in. d. §. item ex lege. insti. 6 de actionibus. Et nedum actio ista cõpetit quando quid plus re petatur, verũ etiam quando plus loco, & causa petatur, vt in. d. §. tripli. & in. §. plus autẽ. cum aliquibus. §§. sequentibus, insti. de action. & in. c. vnico. extra de plus petitionibus. de iure tamen regio petens plus re condemnatur in expensis à reo factis, plus loco, & causa petens punitur pœna tripli: petens vero plus tempore punitur pœna duplicati temporis, ita probat tex. in. l. 43. & 45. t. 2. p. 3. & ibi notat Grego. Lupus. Ego vero prædictas. ll. Regias intelligerẽ, quod si plus repeteretur absque dolo, & fraude actoris, tunc si in probatione quantitatis petitæ actor deficeret, puniretur in expensis tantum, & in hac specie accipio tex. in. d. l 43. si vero plus loco, vel causa peteretur fraudulenter & dolose, tunc actor puniretur in triplum damni causati, & in isto casu intelligo text. in d. l. 45. si dolus & fraus abessent cessaret pœna illius. l. nam etiã in. d. §. tripli. iste dolus consideratur. Quando verò plus tempore aliquid pe 7 tatur, id est, ante tempus, tunc inducię duplicantur, vt probatur in. d. iuribus, & cessat ista actio ex lege condictitia. Posset tamen plus petens à pœna huius 8 actionis excusari, si ante litem contestatam p œnituerit, vt firmat glo. 1. recepta communiter in. d. c. vnico. & notat Iaſ. in. d. § . tripli. nu. 24. Quæ omnia cõ 9 ducunt decisioni text. in. l. 7. & 8. tit. 21. li. 4. reco. vt notat Dida. Perez in. l. 21. t. 14. li. 2. ordin. Et libellus in hac actione erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE ex lege condictitia, quę aduersus plus debito petentem datur.

Illustre Señor.

FVlano vezino de tal lugar parezco ante v.m. y me querello, y pongo demanda a fulano, y digo, que assi es, que el dicho aduerso con dolo por me hazer vexacion, y molestia me puso demanda ante. v.m. por dos mil ducados, que dixo le deuia de vn alcance de cuentas, que entre el y mi se hizieron, no le deuiendo en realidad de verdad mas de tan solamente mil ducados, porque los de mas le tenia pagados, y dellos me tiene dadas cartas de pago, como consta por dos escripturas que de lo sobre dicho otorgo ante fualano escriuano publico del numero desta ciudad, de las quales hago presentacion con el juramento y solen-

nidad

nidad necessaria etc. La qual demanda ha proseguido, y prosigue hasta el punto y estado, en que esta el processo de la causa: por lo qual se me siguieron de daño cient ducados, y el cayo e incurrio en pena de quatrocientos, que es el tres tanto del daño por causa de la demasia que me pidio. Porque pido a. v. m, que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste del sobre dicho me haga entero cumplimiento de justicia: y por su sentencia que en tal caso lugar ayale condemne en los dichos quatrocientos ducados de pena, en que incurrio, mandãdole que me los de y pague, pues conforme a derecho lo he de auer: y assi condenado a ello le compella, y apremie por todo rigor, y remedio de derecho. Sobre que pido justicia, y costas, y el officio de. v. m. imploro. Y juro etc.

Ex. §. Quarto

SVMMARIA.

1 *Actio, quod metus causa, est personalis in rem scripta: & cui competat.*

2 *Actio quod metus causa intra annum in quadruplum data contumacia, & post annum in simplum datur.*

3 *Actio quod metus causa, in quadruplũ datur aduersus eum, qui iussu iudicis rem metu extortã nõ restituit actori.*

4 *Actio, quod metus causa, vt competere possit quæ requirantur.*

5 *Metus cadens in constantem virum re quiritur, vt actio quod metus causa competat.*

6 *Metus reuerentialis patris, vel mariti nõ dicitur iustus, vt actum annullet, nisi minæ præcesserint ab eo, qui solitus sit eas ponere in executione.*

7 *Actio quod metus causa, vt competat requiritur, quod restituere debens sit in contumacia ex eo quod iussus à iudice rem restituere, eam nõ restituit.*

8 *Actio, quod metus causa, ex prima parte & secunda edicti quomodo cõpetat.*

9 *Libellus in actione quod metus causa.*

§. 4. De actione, quæ in quadruplum datur & primo de actione, quod metus causa.

IVstinianus in. §. quadrupli. insti de action. posuit exempla actionum, quæ in quadruplum dãtur, nempe actionis furti manifesti. de qua supra egimus in. c. 4. §. de actionibus persecutorijs pœnæ, & rei simul. in vers. & in primis supradictis sic constitutis, &c. item actionis quod metus causa, & actionis de calumniatoribus, & actionis, quæ datur aduersus executores litium, extorquentes aliquid vltra sportulas debitas. Et de hac vltima actione 1 tetigimus in. §. præcedenti. In præsenti tamen agẽdũ erit de actione quod metus causa, quę personalis est in rẽ scripta à prætore, cõpetitq; ei, qui per metũ cadentẽ in constantẽ virum cõpulsus est ad alienandum, vel dandum aliquid, ad hoc vt sibi res restituatur: & data cõtumacia intra annũ in quadruplum condemnetur, & post annum in simplum, 2 vt probatur in. d. §. quadrupli. iuncto.

ctio. §. item actio. institu. de action. & in. l. si cum exceptione. §. 1. & §. post annum. & in. § in hac actione. in fine. & in. §. hæc autẽ. ff. de eo q̃ metus
3 causa. Ex quibus constat hanc actionem in quadruplum dari aduersus eum, qui iudicis iussu rẽ ipsam actori non restituit eamque pœnam restituentem euitare. vt latè explicant Iaſ. in. d. §. quadrupli. à nu. 47. & Mising. à nu. 1. Et ad hoc, vt ista actio
4 5 cõpetat, requiruntur sequentia. Primò quòd actus gestus fuerit per metum cadentem in constantem virũ, vel mulierem referendo singula singulis, vt probatur in. l. inter positas. C. de transactionibus. & in. c. cum locum. de sponsalibus. Et quis dicatur iustus metus, declarat Iaſ. in. d. §. tripli. Alex. & dominus Anto. de Padilla in. d. l. inter positas. & tex. in. l. 7. t. 33. p. 7. & l. 7. t. 12. li. 3. fori. Etan me
6 tus reuerentialis patris, vel mariti dicatur iustus metus, & annullet actũ tradit glossa in. l. 1. §. quæ onerandæ. verb. metu. ff. quarum rerum actio non detur. quæ resoluit talem metũ reuerentialem sufficientem esse ad annullandum actum. Sed contraria sententia vera & communis est secundum Panor. in. c. cum cõtingat. in princip. & ibi Aliatum nu. 1. & 2. Anto. Gomez. 2. tomo variarum. c. 14. num. 27. Georgium Natam in. c. quanuis pactum. de pactis. lib. 6. & Bernardum Diaz. in regu. 532. & Couar. in. 4. de sponsalibus. 2. par. c. 3. §. 6. n. 4. & plures alios, quos refert & sequitur Ioannes Gutierres de iuramento confirmat. 1. par. c. 1. nu. 15. Qui omnes prædictam glo. intelligunt procedere quando minæ præcesserunt, & qui illas fecit, solitus esset ponere minas in executione. Secũdo requiritur, quod restituere de-
7 bens fuerit in contumacia, vt puta, quia iussus à iudice rem restituere illam non restituit, vt probatur, in. d. l. si cum exceptione. §. 1. & §. in hac actione. in fine. & in. §. hæc autem. Nam ex. 1. par. edicti prætoris, quod
8 metus causa, datur remedium ad rescidendum actum metu gestum, & ad restituendam rem metu alienatam, vt probatur in. l. 1. ff. de eo quod metus causa. Et ita actor prius ex illo remedio petere debet actũ metu gestum rescindi, & rem sibi restitui. Et si intra tempus à iudice datũ res non fuerit actori restituta, tũc ex. 2. parte edicti prætoris, scilicet, q̃ metus causa, datur intra annum actio in quadruplum, & post annum in simplũ, vt probat tex. in. d. l. si cum exceptione §. 1. & in. §. post annum. Et vtraque actio in libello intentari poterit modo sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE quod metus causa.

Illustre Señor

YFulano vezino de tal lugar parezco ante v. m. y me querello, y pongo demanda a fulano. Y contando el caso della digo, Que yo hize donacion al dicho aduerso de vn caballo vayo, cabos negros, de edad de cinco años, que a su iusta, y commun estimacion vale duzientos ducados. La qual donacion le hize contra mi voluntad por fuerça, y miedo justo, tal que en qualquier varon constante pudiera caer, que el dicho aduerso me hizo, para que le hiziesse la dicha donaciõ, diziendo que sino

si no la hazia me mataria: y para ello puso mano a vn puñal, e lo saco, y puso a mis pechos. Y viẽdo me assi atemorizado, e considerãdo que es hõbre que suele y acostumbra poner en execucion sus amenazas le hize la donacion del dicho cauallo, e se lo entregue: por lo qual esta obligado a me boluer y restituyr el dicho cauallo, que le done. Y aunque por mi ha sido requerido que me lo buelua, e restituya, no lo ha querido ni quiere hazer sin pleyto. Porque pido a. v. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste por su sentẽtia, que en tal caso lugar aya pronuncie la dicha donaciõ, ser ninguna, y dãdo la por tal, y por la mesma sentẽcia cõdemne al dicho aduerso a que me de, buelua y restituya dentro de vn breue termino el dicho cauallo, y en caso que dẽtro del dicho termino no me lo entregare y restituyere, que me de y pague ochocientos ducados por la rebeldia, en que estuuiere de no me lo boluer y restituyr dẽtro del termino que por. v. m. le fuere señalado. Y sobre que pido justicia y costas, y el officio de v. m. imploro. Y juro &c.

Ex. §. Quinto

SVMMARIA.

1 Actio de calũniatoribus est personalis, & cui competat.
2 Actio de calumniatoribus intra annum in quadruplum, & post annũ in simplum datur.
3 Calumniator non solum actione, de calumniatoribus, sed etiam condictione, ob turpem causam potest conueniri.
4 Libellus in actione de calumniatoribus.

§. 5. De actione contra calumniatores.

1 ACtio de calumniatoribus personalis est, conceditur-
que aduersus eum qui pecuniam accepit, vt innocẽti in iudicio per calumniam negociũ faceret vel
2 non faceret. Et intra annum datur in quadruplum, & post annum in simplum, vt probatur in. §. quadrupli. iũcta glo. verb. deque ea. insti. de actio. & in. l. 1. & 2. & in. l. in hę
3 redem. ff. de calũniatoribus. Et nedum ista actio datur contra calumniatorem, verum etiam condictio ob turpem causam iuxta tex. in d. l. in hæredem. §. fin. Quinimo aduersus eum criminaliter poterit agi, vt probat text. in. l. fin. C. de calũniatoribus. & latè explicãt Iaſ. nu. 79. & Mising. nu. 27. in. d. §. quadrupli. Et libellus in hac actione erit concipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE de calumniatoribus.

Illustre

Illustre Señor.

4 *FVlano parezco ante. v. m. y pongo demanda a fulano, y digo que es assi, que el dicho aduerso recibio duzientos ducados d fulano porque en vn pleyto que traya comigo, en el qual el dicho a uerso era mi procurador, dexasse de hazer lo que a mi derecho toc ua, que fueron tales y tales diligẽcias: y ansi por su culpa y causa y fuy condemnado, e seme siguio de daño e interesse dos mil ducados: por lo qual el dicho aduerso esta obligado a me los dar y pagar cõ el tres tanto conforme a derecho. Porque pido a. v. m. que auida mi re lacion por verdadera, en la parte que baste del dicho aduerso me ha ga entero cumplimiento de justicia, y por su sentencia, que en tal ca so lugar aya condene al dicho aduerso a que me de y pague el dicho daño e interesse, que estimo en los dichos dos mil ducados con mas el tres tanto, y a ello le compella y apremie por todo rigor y remedio de derecho. Sobre que pido justicia, y costas, y el officio de. v. m. imploro. Y juro &c.*

Ex Cap. Sexto

SVMMARIA.

1 Actiones quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris.
2 Fides bona varias habet acceptiones.
3 Fides bona in quolibet contractu requiritur.
4 Bona fides pro bono & æquo multoties vsurpatur.
5 Iudex liberam habet potestatem iudicandi in actionibus bonæ fidei quod iustum, & æquũ sibi visum fuerit.
6 Actiones stricti iuris quare sic appellatæ fuerint, & numero. 9.
7 Actiones bonæ fidei quare sic appellentur.
8 Iudex non habet tam amplam potestatem interpretandi & iudicandi ex bono & æquo in actionibus stricti iuris, sicut in bonæ fidei actionibus.
9 Actio stricti iuris, quare sic appellata sit.
10 Actiones stricti iuris, & actiones bonæ fidei, multas inter se continent differentias.
11 Dolus dans causam contractui bonæ fidei efficit eum nullum, & re integra deceptus non tenetur adimplere talem contractum.
12 Contractus stricti iuris licet in eo dolus interueniat non est nullus: datur tamẽ exceptio doli deceptore integra, re vero nõ integra actio doli.
13 Dolus si non det causam contractui bonæ fidei, sed solum modo incidat in contractum non facit contractũ nullum, sed damnũ resarcietur per actionẽ ex illo contractu propter dolum.
14 Dolus si incidat in contractibus stricti iuris damnum non resarcitur per

per illum contractum, sed rescinditur per actionem, vel exceptionem de dolo.

15 *Dolus dicitur dare causam contractui, quando vnus ex contrahentibus dolosis suasionibus induxit aliũ ad secum contrahendum.*

16 *Dolus dicitur incidere in contractũ, quãdo alias celebraturus cõtractũ inductus fuit dolo, & machinatione, vt in ipso contractu deciperetur.*

17 *Actionũ stricti iuris, & bonæ fidei diuisio an procedat de iure canonico.*

18 *Actiones bonæ fidei sunt tantum decem & septem & quæ sint directæ, quæ vero directæ & contrariæ.*

19 *Indefinita oratio æquipollet vniuersali.*

20 *Actionis appellatione venit tan directa quam contraria.*

Caput. 6. De actionibus bonę fidei.

1 ACtiones alias esse bonę fidei, & alias stricti iuris dixit Iustinianus in. §. actionum. institu. de actio. Quo in loco enumerat eas: quæ bonæ fidei sunt, licet olim dubium esset de petitione hæreditatis, & ibi non enumeratas stricti iuris esse constat, secundum glo. 2. in d. §. actionum. easdem cõmemorat. glo. in. c. cum venerabilis. verb. bonæ fidei extra. de except. & ibi explicant Panorm. à. n. 14. Decius. n. 12. & Parisius à. n. 29. Iasson. n. 12. 27. & 50. & Gomec. à. n. 2. in dict. o. §. actionum. Alciat. in. l. bona fides. ff. depositi. Duarenus de in litẽ iurand. pag. 8. Ludouicus Carondas lib. 3. verosimilium. c. 3. Coua. in regul. possessor. 2. p. §. 6. à. n. 4. de regul. iur. in 6. & Cuiacius lib. 8. obseruationum. c. 10. & Reuardus de autorit. prudentum. c.

2 3. Et pro perfecta huius rei cognitione constituendum erit, quod bonafides varias habet acceptiones. Interdum enim designat purum illum, & syncerum animum ab omni dolo, fraude, & calliditate separatum, vt in. l. si cum fundum. ff. de contrahenda empti. & in. l. si mãdato. §. 1. ff. mandati. & in. l. medicus. ff. de vari. & extraord. cogni.

3 Et in hoc significatu bona fides in quolibet contractu exigitur, vt in. l. bonã fidem. C. de actio.

4 Nonnunquam bona fides pro bono & æquo vsurpatur, vt in. l. bona fides. ff. depositi. & in. l. ex maleficio. ff. de actio. & oblig.

5 Et in isto sensu actiones bonæ fidei appellantur, in quibus iudex liberam potestatem habet iudicandi, quod sibi bonum, & æquum visum fuerit. Olim enim Romæ prætores non iudicabant causas priuatas, sed dabant iudices litigatoribus petentibus. Et tunc prætores in quibusdam causis dabant formulã iudicibus in ea verba, quibus contrahentes vsi essent: & ita angustis, & strictis finibus iudicum potestatem includebant, vt fas non esset eis à præscripta formula recedere: ob

6 idq; actiones stricti iuris appellatæ fuerunt. In alijs autem causis multo laxiorem & latiorem potestatem prętores tribuebant iudicibus, vt iudicarent quod sibi ex bono, & æquo visum esset, vt colligitur ex Cicerone

7 in topicis ad Trebatium. Sunt ergo bonę fidei actiones remissioris, & laxioris iuris ac ex æquitate pendentis: non quod vlla sit actio malæ fidei, quoniã in omnibus negocijs bona fides desideratur, vt in. d. l. bonã fidẽ. sed ideò, quod iudex in cognitione potest habere rationem earum rerum, quarum contrahentes non meminere, vt in. l. consensu. in fine. ff. de

8 action. & oblig. At verò actiones stricti iuris

cti iuris sunt, in quibus iudices non habent tam amplam interpretationem, & potestatem iudicandi ex bono, & æquo, sed solummodo iuxta verba cõtrahentium, vt in. l. fin. C. de compen. & in. l. quia tantundem. ff. de negocijs gestis. veluti in actione ex stipulatu iuxta text. in. l. quidquid. & in. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verborum.

9 Quam actionem ob hoc non bonæ fidei sed stricti iuris Iustinianus dixit in l. vnica. § sed etsi non ignoramus. C. de rei vxoriæ actione. Ita explicant Otomanus, Mising. nu. 5. Corras. nu. 4. in. d. §. actionum. & Brison. in lib. 2. de verborũ. verbo, bona fides & verbo, æquũ. & Couar. in Regula, possessor. 2. par. §. 6. nume. 4. de Regul. iuris. in. 6. Rursus

10 constituendum est plures differentias esse inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris, quas glo. 2. in. d. §. actionum. colli-

11 git. Et prima differentia est, quod in cõtractibus bonæ fidei dolus dãs causam contractui efficit contractum nullum ipso iure: & re integra deceptus non tenebitur ad perficiendum. Re autem nõ integra vt quia traditio vel aliud secutum est, actio doli competit ad restituẽ dam rem traditam, & ad rescindendũ contractum, quatenus de facto processit iuxta text. in. l. & eleganter. in princ.

12 ff. de dolo malo. In contractibus verò stricti iuris dolus dans causam contractui non efficit contractum nullum: imo valet. Datur tamen exceptio doli aduersus decipientem re integra: & si deceptus tradiderit, vel perfecerit, actio doli ei datur, vt notat glo. in dicta. l. & eleganter. & Barto. in. l. siquis cum ali-

13 ter. ff. de verborum oblig. Cæterum si dolus non det causam contractui, sed si solummodo incidat in contractum in contractibus bonæ fidei, non facit contractum nullum, imo valet: resarcitur

14 tamen damnum per actionem ex illo contractu propter dolum. vt in. l. si quis affirmauerit. ff. de dolo malo. & in l. Iulianus. §. si venditor. ff. de action. empt: At verò in contractibus stricti iuris, si dolus incidat, damnum non emendatur per illum contractum, sed rescinditur per actionem, vel exceptionem de dolo, vt in dict. l. & eleganter. § non solum. & in dict. l. siquis cum aliter. Ita resoluunt glo. 2. d. §. actionum: Bart. Ange. Imola. & Cuma. d. l. siquis cum aliter. & communiter omnes ex Ioanne Imola. cap. cum dilecti. de empti. & vendi. laso. dict. §. actionum. à nu. 28. late disputat Benicasius ibi, à. n. 232.

15 Dicitur autem dolus dare causam contractui, quando vnus dolosis suasionibus induxit aliquem ad secum contrahendum, vt puta, ad vendendum, vt illum deciperet, qui alias non fuisset venditurus, & dolo eius fuit principaliter inductus ad vendendum: quia dixit suum equum habere vitia latentia, quæ

16 ipse ignorabat. Dolus vero dicitur incidere in contractum, quando quis alias erat venditurus, & ego dolo, & machinatione demonstraui, quod pretium illius rei non valebat, nisi tantum vt si valebat centum, & meis machinationibus ostendi quod non valebat nisi quinquaginta, vel si vendidisti mihi vineam, vel hortum, & anteaquam traderes excidisti vites, aut arbores. Aliã differentiam ponit glo. 2. dict. §. actionum. ibi. vnde non veniunt vsuræ, quã explicat Misinger. ibi numero. 16. & late Benicasius à numero. 309. Aliam differentiam ponit eadem glo. ibi, item in actionibus stricti iuris fructus non veniunt: quam explicat Misinger. ibi num. 17. & Benicasius à num. 327. Aliã differentiam ponit. d. glo. ibi, item non venit interesse, quam explicat Mising. ibi numero. 26. asserens communi calculo hanc differentiam reprehendi: prosequitur latè Benicasius à numer. 338. Aliam differentiam ponit eadem glo. ibi, item in bonæ fidei, quam explicat Misinge. à nume. 18. & Benicasius à

nume.365. Vltimam differentiam tangit prædicta glo.ibi, item ex hoc.§.quã explicat Benicasius ibi, à numer. 388. Aliam differentiam constituit Dynus ibi,Mising.nu.20.& Benicasius à num. 390.Aliam differentiam ponunt Ioannes Faber,Angel.Iaſ.& Misin.ibi,à nu. 21.& Benicasius à nu.405. Alia differẽtia enumeratur à Benicasio ibi, à num. 424.& explicat Mising.num.25. Ponit etiam aliam Angelus ibi,& explicat Benicasius à nu.430. Alias plures differentias enumerat, & explicat idem Benica
17 sius ibi, à nu. 436. Et an diuisio actionũ in actiones bonæ fidei, & stricti iuris procedat de iure canonico latè disputat Benica.in.d.§.actionum. à nu. 184. & dominus Franciscus à Sarmiento. li. 3.selectarum. c.3 à nu. 1. resoluit etiam de iure canonico esse actiones stricti iuris. Idem cum alijs resoluit Couar.in.d. reg.possessor.2. par. §.6.nu.5.expendẽs ad hoc text.in dict.c. cum venerabilis. de excep. Et an sint aliæ plures actiones bonæ fidei quam in.d.§.actionum. enumerantur,resoluit idem Benicasius
18 à nu.151. Vbi resoluit, quod sunt tantũ decem & septem, vt glo.2.ibi enumerat.Et omnes sunt directæ,exceptis sex quæ sunt directæ & contrariæ: vt sunt actiones mandati,commodati,depositi,pignorati,tutelæ,negotiorum gestorum. Et licet istæ contrariæ ibi non exprimãtur,nihilominus bonæ fidei sunt & censentur ibi enumeratæ,cum text. ille simpliciter mentionem faciat de actione mandati,depositi,commodati, pignoratitiæ tutelæ,& negotiorum gestorum:& sic intelligi debet tam de di-
19 rectis quam de contrarijs:quia est oratio indefinita,& æquipollet vniuersali,
20 vt in.l.si pluribus. ff. de leg.2.cum appellatione actionis veniat tam directa, quam contraria,vt.l.2.ff.de nego gest. Visis itaq; differẽtijs inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris veniendũ est ad explicationẽ earũ,quæ bonę fidei sunt.

Ex.§.Primo

SVMMARIA.

1 *Actio ex empto de iure ciuili inuenta est,& cui & aduersus quem competat.*

2 *Actio ex empto tres alias actiones in se continet,actionẽ de euictione,actionem redhibitoriam,& quanto minoris,& actionem præscriptis verbis.*

3 *Actione redhibitoria,& quanto minoris ad quid agatur.*

4 *Actio ex empto,vt competat quæ requirantur.*

5 *Emptionis contractus solo consensu perficitur.*

6 *Emptionis contractus requirit pretium ex parte emptoris in pecunia numerata consistens & ex parte venditoris,rem.*

7 *Pretium in emptione sufficit quod referatur ad aliquid, quod certificari possit.*

8 *Dominium transfertur in emptorem ex re empta sibi tradita.*

9 *Emptori cui res empta est tradita cõpetit rei vendicatio.*

10 *Emptio si ita fuerit celebrata,vt scriptura fieri debeat,ante scripturam perfectam poterunt partes pœnitere,& à contractu resilire.*

11 *Arrhæ cõuentæ in cõtractu emptionis, si ab vno ex cõtrahẽtibus pdãtur, aut ab alio multiplicatæ alteri reddãtur, poterit dissentiẽs à cõtractu discedere.*

12 *Arrhæ si dẽtur nomine pretij nõ est locus pœnitẽtiæ in contractu emptionis.*

13 *Actioni*

13 *Actione ex empto locus non est ante pretium solutum vel vẽditori oblatũ.*

14 *Iudex, cui constiterit pretium venditori non fuisse solutum, poterit emptorẽ compellere ex officio ad pretij solutionem antequam res sibi tradatur.*

15 *Dominiũ pretij soluti requiritur, quod sit translatum in venditorem, vt venditio & emptio celebrata dicatur, ita, vt ab ea resiliri non possit.*

16 *Libellus in actione ex empto.*

§. 1. De actione ex empto.

1 ACtio ex empto ex iure ciuili inuenta est, vt in. l pro inde. in princi. ff. de ædili. edicto. daturq; ei, qui præsens, vel absens, putà, per nuntium, vel epistolam rem emit aduersus venditorem, vt rem venditam tradat, iuxta tex. in l. 1. ff. de contrah. emptio. & ista sub

2 se comprehendit tres alias actiones, scilicet, actionem de euictione, qua emptor agit contra venditorem, si res vendita sibi euincatur, quia venditoris non erat, & actionem redhibitoriam, & quã

3 to minoris. Redhibitoria enim emptor agit infra sex menses ad rescindendum contractum, si res vendita habuerit vitium latens, vt in. l. ex empto §. redhibitione ff. de action. emptio. & quanto minoris agit emptor infra annum ad pretij diminutionem, vt probatur in l. 1. & toto titulo. ff de ædili. edicto. & in. l. sciendum §. tempus. ff. eodem titulo & in. l. 2. C. eodem titulo. & in. l. 64. & 65. titulo. 5. parti. 5. Et de hac actione redhibitoria, & quanto minoris, vltra docto in prædictis locis agit Antonius Gomez. 2. tomo variarum cap. 2. à numero. 48. ex cuius resolutione colliguntur requisita ad prædictam actionem. Comprehendit etiam sub se actio ex empto aliam, & tertiam actionem, scilicet præscriptis verbis, qua emptor agit aduersus venditorem, si pacta adiecta emptioni non seruauerit, de qua infra agendum erit. Et

4 ad hoc, quod actio ex empto emptori competat requiruntur sequentia. Pri

5 mò quod contractus emptionis sit perfectus: perficitur enim solo consensu, vt probatur in princip. institu. de emptione & venditione. & in. l. consentiu. ff. de action. & obliga. & in. l. 10. titulo.

6 5. part. 5. In quo contractu duo requiruntur, nempe ex parte emptoris pretium certum in pecunia numerata consistens, & ex parte venditoris res, iuxta text. in. §. pretium. & in. §. item pretium. institu. de emptione & venditione. & in. l. 9. titulo. 5. par. 5. & tradit Antonius Gomez. 2. tomo variarum cap.

7 2. numero. 1. Sufficit tamen, quod pretium referatur ad aliquid, quod certificari possit, veluti si quis dicat se vendere rem quanti ipse emit, vel quanti in tali arca vel loco sit, vt probat text. in. l. hæc venditio. §. huiusmodi. ff. de contrah. emptione & in. l. si quis fundum. ff. eodem titulo. & in. l. si pater. §. fin. ff. de pact. dotal. & tenent Barto. & communiter doct. ibi. & conuenit. l. 10. titul.

8 5. part. 5. Secundò requiruntur, quod res vendita non sit tradita emptori vere, vel fictè: quia si tradita esset dominium eius in emptorem translatum esset, vt in. l. traditionibus. C. de pactis. & in. §. per traditionem. institut. de rerum diuisione. & in. l. 46. & 47. titul. 28. parti.

9 3. Et tunc competeret emptori rei vendicatio secundum glossam fin. in. l. si cum fundum. versicul. final. ff. de contrahenda emptione. & glossam. in authentica. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. & facit. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actioni. empt.

10 Tertio requiritur, quod quando inter partes fuit conuentum, quod in contractu emptionis scriptura interueniret, quod scriptura perfecta sit: alioquin ante eius perfectionem partes pœnitere, & resilire à contractu possent, vt probatur in princ. insti. de empt. & venditione. & ibi glo. verb. scriptura. & in. l. cõ tractus. C. de fide instrumentorum, & 11 in. l. 6. tit. 5. part. 5. Pari modo pœnitentiæ locus esset, quando arrhæ in contractu interuenirent, si qui eas dedit perdere vellet, vel, qui accepit duplicatas restituere, vt in dict. princip. de emp. & venditione. & in dict. l. contractus. & in. l. 7. titu. 5. part. 5. Vnde optima caute la erit, quod ad hoc vt non sit locus pœnitentiæ, quod arrhæ dentur nomine pretij secundum glo. in. d. princ. verb. compellitur. Salicetum & docto. in. d. l. contractus. Quartò requiritur, quod emptor in libello narret qualiter res sibi fuit vendita, & quo pretio, rem per confinia vel aliter declarando, vt in. l. 13 forma. ff. de censibus, dicensque pretiũ à se integraliter fuisse solutum, vel oblatum: antea enim locus huic actioni nõ esset iuxt. text. in. l. Iulianus. §. offerri. ff. de action. emp. Oportebit tamen venditori exceptionem pretij non soluti opponere: alioquin emptor obtinebit, vt cum alijs resoluit Ias. in. §. actionum. 14 num. 124. instit. de action. Iudex tamẽ si sibi constiterit pretium non fuisse solutum ex officio poterit condemnare emptorem ad solutionem pretij antea quam res vendita sibi tradatur, vt probatur in. l. si pater. in fine. iuncta glo. C. de action. emp. & tradit Iaso. vbi supra num. 127. Vltimò requiritur, quod emptor transtulerit in venditorem dominium pretij soluti: aliàs, si pecuniã alienam soluerit, & venditor eam nondũ consumpserit ad rem venditam tradendam non tenebitur venditor, vt in. l. cũ seruus. ff. mandati. & in. l. cum fundus. §. seruum. ff. si certum petatur. Et libellus in hac actione erit concipiẽdus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE ex empto.

Illustre Señor.

16 *FVlano parezco ante V. m. y pongo demanda a fulano, y digo que assies, Que yo compre por el mes de Mayo proximo passado deste presente año del dicho aduerso vnas casas, que son en esta ciudad a tal parte, que han por linderos de vna parte casas de fulano, e por otra casas de fulano, y por delante callepublica. Las quales el me vendio, e yo del compre por precio de mil ducados, los quales le he dado, y pagado, y el de mi tiene recibidos, y agora no me ha querido ni quiere entregar las dichas casas, y los titulos dellas aunque a ello es obligado, y por mi muchas e diuersas vezes ha sido requerido. Porque pido a V. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste, y otro mas, o mejor pedimiento siendo necessario aqui por expresso, por su sentencia del sobredicho me haga justicia y le condene a que me de y entregue las dichas casas con los alquileres, que han rentado y podido rentar desde el dia que se celebro la dicha venta, y los que rentaren hasta la real entrega, q̃ estimo en tãtas mil marauedis en cada vn año, cõ mas los daños e intereses*

que

que de nome las auer entregado se me han seguido, que estimo en tantas mil maravedis, salvo en todo la judicial taxacion de V.m. y a ello le compella y apremie por todo rigor de derecho. Sobre que pido justicia &c.

Ex. §. Secundo

SVMMARIA.

1 *Actio ex vendito cui, & ad quid competat.*
2 *Vsuræ pretij veniunt in actione ex vendito post traditionem rei venditæ.*
3 *Actio ex vendito, vt competat, quæ requirantur.*
4 *Venditor non tenetur ad translationem dominij, sed solum ad nudam traditionem.*
5 *Venditor habens facultatem rem tradendi tenetur præcise eam tradere, alioquin liberatur præstãdo interesse.*
6 *Venditor tenetur rem venditam tradere cum fructibus stantibus tempore contractus celebrati.*
7 *Fructus pendentes pars fundi dicuntur.*
8 *Venditor, si vendita res locata sit, sufficit quod actionem emptori cedat.*
9 *Venditor tenetur tradere emptori vacuam possessionem rei venditæ.*
10 *Venditor celans seruitutem quam res vendita debet tenetur actione quanto minoris: & de iure regio poterit contractus rescindi.*
11 *Libellus in actione ex vendito.*

§.2. De actione ex vendito.

1 ACtio ex vendito conceditur vẽditori ad consequẽdã ea, quæ ei præstare debet emptor. In qua actione venit pretium quanti res vẽdita est, vt probatur in §. pretium. instit. de emptione, & venditione. & in. l. 9. titu. 5. p. 5. Item veniunt vsuræ pretij post diem traditionis iuxta tex. in. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de action. emp. Et ad hoc vt hæc actio venditori competat requirũtur sequentia. Primò, quod venditor in libello narret se talem rem vendidisse pro tali pretio, & eam tradidisse, vel se paratum fuisse tradere, vt in dicta. l. Iulianus. §. offerri. Non tamen venditor tenetur ad translationem dominij rei venditæ, sed solum modo ad nudam traditionem, vt in. l. ex empto. in princ. ff. de act. emp. vbi glo. verbo. facere cogitur. rationem differentiæ assignat inter emptorem, & venditorem, & sequitur ibi Bart. & Ias. in l. rem traditã. ff. de verborum obliga. Et si venditor habet facultatem rem tradendi tenetur eam præcise tradere: alioquin liberatur præstando interesse secũdum glo. in. §. pretium verb. tradatur. instit. de emp. & vẽditione. quam reputat singularẽ Ange. in. §. actionum. instit. de action. & magis communiter receptam esse testatur Iason. ibi numero. 137. & Antonius Burgensis in Rubric. de empt. & vendit. nume. 3. improbata glo. l. 1. in princip. verbo. agitur. ff. de actionibus empt. Secundò requiritur, quod venditor rem venditam tradiderit cum fructibus stantibus tempore contractus celebrati, vt in dict. l. Iulianus. §. si fructibus. & in. l. fructus. C de action. empti. & in. l. 11. titulo. 15. parti. 5. quia fructus pendentes pars fundi dicuntur.

vt probatur in.l.fructus.ff.de rei vendi catione.& resoluit Iaſ.in.d.§.actionũ. num.140.Anton. Gomez.2.tomo variarum cap.2. numero.11.& Couar.lib.
8 1.variarum cap.15.à num.1. Et ſi fundus locatus fuerit ſufficiet quod venditor actionem emptori cedat, vt in dicta.l. Iulianus.§. ſi fructibus. & ibi glo. verbo.cedere.& notat Couarruu. in dicto
9 capite.15.numero.3. Tertiò requiritur, quod venditor tradiderit emptori vacuam poſſeſsionem rei venditæ, vt in l.2.§.1.ff.de action.emp.& notat Iaſ. in dicto.§.actionum.numer.141.& quod
10 non celauerit ſeruitutem,quam res vẽdita debet, aliâs emptor agere poterit actione,quàto minoris,vt in.l.1.§.1 ff. de act. empti. Et de iure regio agere poterit ad reſciſsionem contractus, vt in l.63.titulo.5.parti. 5. Et libellus in hac actione erit concipiendus forma ſequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE ex vendito.

Illuſtre Señor.

11 *FVlano parezco ante V.m.y pongo demanda a fulano,y digo,Que yo vendi al dicho aduerſo duzientos carneros anejos a precio cada vno de a dos ducados fiados a pagar para el dia de Nauidad proximo paſſado, fin del año de ochenta y vno. Los quales le entregue luego,y el de mi recibio,y ſe ha aprouechado dellos,gozando la lana y haziendo lo que por bien ha tenido.Y aunque el plazo de la paga es paſſado muchos dias ha,y ha ſido por mi requerido me pague el precio de los dichos carneros no lo ha querido,ni quiere hazer ſin pleyto.Porque pido a V.m que auida mi relacion por verdadera en la parte que baſte por ſu ſentencia, que lugar aya, del dicho aduerſo me haga juſticia, condenandole a que me de, y pague los marauedis que ſe montan en los dichos duzientos carneros,a dos ducados cada vno,con mas los intereſſes,daños,y menoſcabos, que ſe me han recrecido en no me auer pagado al plazo que era obligado:los quales proteſto liquidar en la proſecucion deſta cauſa. Sobre q̃ pido juſticia,y coſtas,y el officio de V.m.imploro.Y juro en forma de derecho &c.*

Ex.§.Tertio

SVMMARIA.

1 *ACtiones locati & conducti de iure ciuili ſunt, & directæ, & bonæ fidei.*

2 *Actio vtilis competit quando ille, qui ab alio conduxit,rem alteri locat.*

3 *Locator quis dicatur.*

4 *Conductor quis dicatur.*

5 *Locator tenetur ad tradẽdãrẽ cõducto ri, & ad præſtandã patientiã vſus & fruitionis in re locata p tẽpus cõuentũ.*

6 *Cõductor tenetur ad ſolutionẽ pẽſionis debito,& cõſueto,vel cõuẽto tẽpore & ad reſtituẽdã rẽ finito tẽpe locationis.*

7 *Locationis & conductionis non dicitur contractus quando penſio ſoluenda nõ conſiſtit in pecunia numerata,ſed cõ-*

tractus

tractus innominatus, ex quo actione, præscriptis verbis agitur.

8 *Actio locati cui, & aduersus quem, & ad quid competat.*

9 *Actio locati datur locatori pro restituenda sibi possessione rei locatæ finito tempore locationis.*

10 *Locator finito tempore locationis libere poterit conductorem expellere & rem alteri locare.*

11 *Scholares in re conducta alijs pro eodē pretio præferuntur.*

12 *Locatori actio locati non competit ante tempus finitum locationis, nisi in quatuor casibus.*

13 *Actio locati vt competat quæ requirā tur.*

14 *Libellus non est necessarius quando agitur pro pensione à conductore soluenda, quia iudices captis pignoribus procedunt contra conductorem.*

15 *Actio conducti cui & aduersus quem, & ad quid detur.*

16 *Locationis contractus dissoluitur si res locata absque culpa locatoris perēpta fuerit.*

17 *Locator, si res locata absque eius culpa & dolo euicta fuerit præstare interesse tenetur tradendo rem æquè idoneam conductori.*

18 *Locator non tenetur ad interesse nec conductor ad pensionem quando propter iustum naturæ, vel tertij impedimentum res locata tradi non potest.*

19 *Conductor recedens à domo conducta propter pestem non tenetur ad pensionem.*

20 *Conductor recedens à domo conducta propter iustum metum illusionum & nocturnorum tumultuum pensionem soluere non tenetur.*

21 *Infirmus famulus non potest petere mercedem pro tempore quo fuit ægrotus.*

22 *Libellus in actione locati.*

23 *Libellus in actione conducti.*

§. 3. De actionibus locati, & conducti.

1 ACtiones locati & conducti de iure ciuili sunt: tum propter similitudinē, quā habent cū actionibus empti, & vēdi. vt in. l. 2. ff. locati. & in princip. instit. de locatione, & conductione & in. l. 1. tit. 8. part. 5. tum etiam, quia ita Vlpianus inquit in. l. 1. §. 1. ff. de superficiebus. Et vtraque directa est & bonæ fidei, vt probat text. iuncta. glo. 2. in. §. actionum. instituu. de action. Aliquando vero vtraque vtilis est: veluti quando qui rem, quam ab vno conduxit alteri locat, quod facere potest, nisi aliud conuenerit, vt in. l. nemo. C. de locato, & conducto. & in. l. si tibi. la. 2. & in. l. si cui locauero. ff. locati. & notat Antonius Gomez. 2. tomo. variarum cap. 3. numero. 11. Pro quarum cognitione 3 constituendum est, quod locator dicitur ille, qui dominus rei est, vel habet aliquod ius in re, propter quod illam locare potest: conductor vero dicitur il- 4 le, qui accepit rem conductam à domino, vel ab habente ius locandi. Et locator tenetur ad tradendā rem, & ad præ- 5 standam patientiā vsus, & fruitionis in- 6 re locata per tempus conuentum, cōductor vero tenetur ad solutionem pensionis debito, & consueto tempore, &

ad restituendam rem finito tempore locationis iuxta text.in.l.ex conducto. in principio.ff.locati.& in.l.conducto
7 res.C.de locato.Rursus cõstitue, quod in contractu locationis pensio soluenda consistere debet in pecunia numerata:alias si consistat in alio genere, vt puta in certa parte frumenti,olei,vini, vel simili,tunc non est proprie contractus locationis,& conductionis, sed innominatus,& agetur actione, præscriptis verbis. Assimilatur tamen contractui locationis,vt probatur in.l. 1. §. si quis seruum.ff.depositi. & in.l.si olei. C. de locato.& in.§.1.instit. de locatione, & conductione.& notat glo. in.l.licet.C. de locato.& Barto. in.l.si merces §. bis
8 maior.ff.locati.His sic constitutis dicẽdum est, quod actio locati competit locatori,qui prædium vrbanum,vel rusticum,rem mobilem,operamue suam locauit aduersus conductorem pro re locata deteriori facta, aut pro mercede, vel pensione soluenda, vt probatur in l.ædem.C.de locato. & in.l.si vulnerauerit.ff.locati.& in.l.Pomponius.La.1. ff.in quibus casi.taci.pig. vel hypotheca contrah. Daturque etiam locatori
9 pro restituenda sibi possessione rei locatæ finito tempore locationis,vt in.l.videamus.§. qui vim. ff. locati. & in. l. si quis conductionis.& in.l.conductores
10 C.de locato.Et tunc locator liberè poterit per hanc actionem conductorem expellere,& rem alteri locare, vt in. l. ne cui liceat.C.de locato.& in.l.18.titu. 8.part.5. & notat Antonius Gomez. 2. tomo variarum cap.3.num. 5. Quod in
11 scholaribus conductoribus cessat, qui in re conducta alijs pro eodem pretio præferuntur iuxta tex.in cap.1.& ibi gl. & communiter docto.extra,de locato.
12 & in.l.fin.titu.fi.part.2.Quo fit ante tẽpus locationis finitum hanc actionem locatori nõ competere,nisi in quatuor casibus,quorum meminit text.in dict. l.ædem.& in cap. propter.§.1.extra, de locato.& in.l. 6.tit 8.par.5.& notat Anton. Gomez in dict.cap.3.nu. 6.& Couarru.lib.2. variarum cap. 15.nume. 4.
13 Ex quibus cõstat quod ad hoc,vt actio locati cõpetat requiritur,Primò,quod pensio vel merces constituta sit in pecunia numerata, vt supra diximus. Secundò requiritur,quod tempus locationis finitum sit, præterquam in prædictis quatuor casibus.dict.l.ædem.Et est
14 aduertendum, quod quando locator pro pensione sibi soluenda agit,libellus necessarius non est:quia iudices procedunt captis pignoribus, vt supra resoluimus in cap. 2. in.§. de actionibus seruiana hypothecaria &c.Quando verò agit pro damnis, vel re sibi restituenda libellus erit concipiendus forma paulò
15 inferius præscripta.Actio verò cõducti datur cõductori aduersus locatorẽ ad hoc,vt res sibi conducta tradatur, & vt sibi liceat vti,vel frui re conducta,vel vt locator præstet id, quod in cõtractu locationis cõuenit iux. tex.in. l. ex cõducto.ff.locati.Tenetur enim præcise locator ad rem tradendam conductori si
16 facultatem tradendi habuerit.cæterum si res perẽpta casu fortuito absque culpa locatoris fuerit,contractus ab vtraque parte dissoluitur,vt in.l.item quæritur.§.exercitu.& in.l. habitatores. §. fi.ff.locati.Si vero res euicta fuerit absque dolo,& culpa locatoris præstare in
17 tereſſe tenebitur locator tradendo rem æque idoneam conductori, vt probatur in.l. siquis domum. & ibi glo.& doctor.ff.locati.Sed si res tradita non fuit non tamen culpa & dolo locatoris,sed ex alia iusta causa vel impediméto tertij,aut naturæ, vel fuit tradita,tamen ea vti non potuit conductor propter impedimentum tertij,vel naturæ,tunc locator non tenebitur ad interesse,nec cõductor ad pensionem,vt probatur in. l. fundus.& in.l.si vno. §. item cum quidam,& in.l.habitatores.§. vltimo.& in l.si merces.verbo. vicino.& in. l. item

quæri-

quæritur. §. exercitu. ff. locati, & in. l. 21. titu. 8. part. 5. Quo fit quod si cõductor à domo receſserit propter peſtem vel aerem corruptum non tenebitur penſionem ſoluere ſecundum Panorm. in cap. propter ſterilitatem. num. 8. de locato. Fulgoſium in. l. cum in plures. ff. locati. & eleganter Couar. in pract. quęſtio. cap. 30. nu. 3. Idem etiam obſeruandum erit quando conductor à domo receſſerit propter iuſtũ metum, ex eo quod oſtentis cuidẽtiſsimis, tetris imaginibus, aſsiduiſque vmbrarum illuſionibus, & nocturnis tumultibus vexaretur, ſecundum Ripam in titul. de peſte. 2. part. num. 17. per text. in dict. l. habitatores. §. fi. Et ita in Granatenſi prætorio fuiſſe iudicatum refert Couar. li. 4 variarum. c. 6. Fit etiam famulum infirmum petere non poſſe mercedẽ pro tempore, quo fuit infirmus, ſecundum Bart. in. l. ſi vno. §. item cum quidã. ff. locati. & Iaſ. in. l. diem functo. ff. de offi. aſſeſ. & alios communiter ex Panor. in ca. 1. num. 9. de clerico ægrotante. tametſi oppoſitam ſententiam tenuerit glo. in. l. arboribus. §. de illo. ff. de vſufruct. Et libellus in hac actione erit concipiendus forma infra præſcripta.

LIBELLVS IN ACTIONE locati.

Illuſtre Señor.

22 *FVlano parezco ante V. m. y pongo demanda a fulano, y digo que es aſsi, Que yo alquile vnas caſas mias en eſta ciudad a tal calle que hã por linderos tales, por precio en cada vn año de cien ducados, y ſe las arrende por tiempo, y eſpacio de tres años, los quales ſon ya paſſados. Y auiendo ſe las deshauziado por el tiempo acoſtumbrado, que en eſta ciudad ſe ſuelen deshauziar las caſas, diziendole que no queria las vuieſſe por mas tiempo, ſino que me las dexaſſe libres y deſembargadas, y ſiendo a ello obligado no lo ha querido hazer, ni ſalirſe dellas. Por que pido a V. m. que auida mi relacion por verdadera en quanto baſte del dicho aduerſo me haga juſticia, y por ſu ſentencia le cõdene, a que me buelua, entregue, y reſtituya, y dexe libres y deſembargadas las dichas mis caſas, tales y tan buenas como eſtauan al tiempo que yo ſe las di, y el las entro a viuir, y a que me pague los daños, intereſſes y menoſcabos que ſe me han ſeguido por no me auer dexado las dichas caſas en tiempo deuido, que eſtimo en quarenta mil maraueds, con lo que de aqui adelante corriere al dicho reſpecto, haſta que cumpla lo ſuſo dicho. Sobre que pido juſticia &c.*

LIBELLVS IN ACTIONE conducti.

Illuſtre Señor.

23 *FVlano parezco ante V. m. y pongo demanda a fulano, y digo que es aſsi, Que el dicho aduerſo ſe concerto comigo, y me arrendo vna deheſa ſuya que tiene en*

tal parte, de que son linderos tales, la qual me arrendo a pasto, y labor por precio de cien mil marauedis en cada vn año, por espacio de tres años. Y es assi que llegado el tiempo, en que me auia de entregar la dicha dehesa y dexarme la libre, y desembargada, para que yo la pudiesse labrar y pastar con mis ganados, y estando a ello obligado no lo ha querido hazer, antes la come con sus ganados, y la tiene occupada, de suerte que yo no puedo aprouecharme della. Porque pido a V. m. que auida mi relacion por verdadera en quanto baste del dicho aduerso me haga justicia y le condemne a que me de y entregue la dicha dehesa, y me la dexe libre para que yo la pueda labrar y pastar por el tiempo del dicho arrendamiento, y no la dexando libre le condene en los daños, intereses, y menoscabos que se me han seguido y siguieren, en todo el tiempo que no me dexare desembargada la dicha dehesa, que estimo en tantos mil marauedis, saluo la judicial taxacion de V. m. Sobre que pido justicia, &c.

Ex. §. Quarto

SVMMARIA.

1 ACtio negotiorum gestorum est bonæ fidei.

2 Negotium alienum geri quatuor modis dicitur.

3 Actio negotiorum gestorum est duplex, directa, & contraria.

4 Actio negotiorum gestorum directa aduersus quem, & ad quid competat.

5 Actio negotiorum gestorum directa potest intentari statim cœpta administratione antequam finiatur.

6 Actio negotiorum gestorum non solũ domino, sed etiam cuilibet, cuius interest competit.

7 Actio negotiorum gestorum directa, vt competat requiritur absentia vel ignorantia eius, cuius negotia gesta sunt.

8 Mandatum inducitur ex præsentia & taciturnitate domini.

9 Actio negotiorum gestorum cessat quando mandatum interuenit.

10 Actione negotiorum gestorum directa agens quid concludere debeat in libello.

11 Negotiorum gestor tenetur de dolo, lata culpa & leui, & leuissima quando alius diligentior vellet administrationem suscipere.

12 Negotiorum gestorem excusat à leui & leuissima culpa synceritas affectionis, & imminens reinecessitas.

13 Actio negotiorum gestorum contraria cui, & aduersus quem, & ad quid detur.

14 Negotium à principio vtiliter gestum esse sufficit licet prosper euentu. non fuerit secutus.

15 Actio negotiorum gestorum contraria datur etiam aduersus furiosum, & aduersus hæreditatem iacentem, quãuis delatam pupillo extraneo hæredi: secus verò pupillo suo hæredi, nisi quatenus locupletior factus fuisset.

16 Hæreditas non iacet cum pupillo suo hæredi defertur.

17 Hæ-

17 *Hæreditas habet dominũ pupillum ipso iure quando suo hæredi defertur.*

18 *Negotia gesta nomine hæreditatis pupillo suo hæredi delatæ nomine pupilli gesta censentur, & obligatio ipsum pupillum tangit.*

19 *Libellus in actione directa negotiorũ gestorum.*

20 *Libellus in actione contraria negotiorum gestorum.*

§. 4. De actione negotiorum gestorum.

1 ACtio negotiorum gestorũ bonæ fidei est, vt probatur in. d. §.
2 actionum. Pro cuius cognitione cõstituẽdum est, quod quatuor modis dicitur negotium alienum geri, vt notat glo. in. l. si pupilli. §. item quęritur. in fine. verbo. ipso gestu. ff. de neg. gest. quam explicant Barto. ibi, & Ias. num. 172. & Mising. num. 29. in. d. §. actionum. & Brisonius lib. 7. de verborum signific. verbo. gerere. Quæ actio
3 duplex est, directa, scilicet, & contraria vt probatur in. §. 1. instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. & in. l. 2. ff. de neg.
4 gest. Directa enim competit aduersus eum, qui sponte negotia absentis gessit ad hoc, vt rationem suæ administrationis reddat, & ratione reddita condemnetur in id, quod nõ vt oportuit gessit, & in id, quod ex tali gestione, retinet iuxta text. in. l. 2. ff. de neg. gest. vel vt soluat vsuras pecuniæ, quæ demptis necessarijs sumptibus supereſt, vt in. l. qui
5 aliena. in princip. ff. de neg. gest. Potestque actio ista intentari statim cœpta administratione, antea quam finiatur, vt docet Barto. in. l. nam & Seruius. §. qui negotia. ff. de neg. gest. & in. l. non quasi. §. hanc stipulationem. ff. rem pupilli
6 saluam fore. Daturque hæc actio directa nedum domino cuius negotia gesta sunt, sed etiam cuilibet, cuius interest isto iudicio experiri, vt probatur in. l.
7 actio. ff. de neg. gest. Et ad hoc, vt competat requiritur absentia, vel ignorantia eius, cuius negotia gesta sunt iuxta text. in. §. 1. instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. & in. l. 2. ff. de neg. gest. Alio
8 quin si dominus præsens esset. & taceret, mandatum induceretur, vt probat tex. in. l. si remunerandi. §. si passus. & in. l. qui patitur. ff. mandati. & quando
9 mandatum interuenerit, actio negotiorum gestorum cessat, per text. in. §. 1. instit. de oblig. quæ ex quasi contractu. Se
10 cundò requiritur, quod actor in libello concludat, quod iudex reum condemnet ad reddendam sibi rationem administrationis, & ad damna, & interesse, si culpa, vel dolo, negotium minus bene gestum fuerit, vt docet Bart. in. l. sed an
11 vltrò. §. 1. ff. de neg. gestis. Nam negotiorum gestor tenetur de dolo, lata culpa, & de leui secundum glo. in. §. 1. ver. ad exactissimam. insti. de oblig. quæ ex quasi contractu. quinimo de leuissima tenetur, quando alius diligentior vellet administrationem suscipere, vt probat tex. in. l. si negotia. & in. l. si pupilli. §. vi
12 deamus. ff. de neg. gest. A leui tamen & leuissima culpa excusaret synceritas affectionis, & imminẽs rei necessitas, iuxta tex. in. l. 3. §. interdum. ff. de neg. gest.
13 At vero actio contraria negotiorũ gestorum datur gestori aduersus dominũ & eum, cuius negotia vtiliter gessit, ad sibi præstandum id, quod necessario, vel vtiliter in rebus gestis impendit, vt probatur in. l. ex duobus. in princ. & in l. quæ vtiliter. in princip. ff. de neg. gest. & etiam ad hoc, vt liberetur ab obligatione pro domino negotiorum suscepta, & indemnitas rerum gestarum sibi præstetur, iuxta text. in. l. si quis manda

to.

to.ff.de neg.gest.& in.l.2.C.de senten-
14 tijs,quæ sine certa quantitate.sufficiet-
que negotium à principio vtiliter cœp
tum esse,licet prospere euentus nõ fue-
rit secutus, vt probatur in.l.sed an vl-
15 tro.§.1.ff.de neg.gest. Daturque prædi-
cta actio aduersus furiosum, vt in.l.3.
versic.et si furiosi. ff.de neg.gest.& etiã
aduersus hæreditatem iacentem,quan-
uis delata esset pupillo, vt in.l.nam &
Seruius.§.1.ff.de neg.gest.Quod intel-
ligi debet quando hæreditas delata es-
set pupillo extraneo hæredi: quia tunc
censetur iacens, & iure ordinario ge-
stor agit aduersus eam: sufficitque ne-
gotium vtiliter cœptum fuisse, licèt ex
post facto nulla vtilitas secuta fuisset.
Cæterum si hæreditas delata esset pupil
lo suo hæredi, non conueniretur actio-
ne negotiorum gestorum iure ordina-
rio,sed quatenus locupletior facta fuis-
set:iuxta tex.in.l.2.C.de neg.gest.Et est
16 ratio, quia hoc casu hæreditas non ia-
6 Et actio, præscriptis verbis, æstimatoria competit ei, qui rem aliquam alteri certa æstimatione dat, aut vtendam aut vendendam, ad hoc, vt accipiens, aut eandem rem restituat, vel dictam æstimationem det. l. 1. cum suo. §. ff. de
10 æstimat. actione. Ac ideo libellus alternatiue erit concipiendus, nempe quod reus restituat rem vel eius æstimationem, vt notat Bart. per tex. ibi. in. l. 1. ff. de æstimat. actione. Nec refert an quis rem recipiat cum mercede aut sine mercede: nam si merces interuenerit da
11 bitur vtilis æstimatoria. l. 2. ff. de æstimatoria actione. Fuitque necessarium hanc actionem introducere, quia olim dubitabatur, an esset contractus emptionis, locationis, vel cõdu
12 cti. l. 1. ff. de æstimat. action. At vero actio præscriptis verbis ex permutatione descendens competit ei, qui rẽ suam animo permutandi dedit ad hoc, vt rẽ ex permutatione ab altero consequa-
13 tur, vel interesse sibi restituatur. Procuius elucidatione est constituendũ, quod contractus permutationis est quando vna species pro alia datur: alioquin si genus pro genere, vel genus pro specie, vel species pro genere daretur, esset cõtractus innominatus, do vt des, vt in. l. naturalis. §. at cum do. ff. de præscrip. verbis. glo. in. l. 1. C. de rerum permutatione. & in. l. 1. ff. eodem tit. l. 1. tit. 6. par 5. Anto. Gomez. 2. tomo variarum. ca. 8. nu. 6. in fine. & Mising. in. d. §. actionum. nu. 91. Et ad hoc vt hæc actio cõpetat requiritur, quod implementum
14 fuerit sequutum ex parte agentis. l. ex placito. C. de rerum permutatione. Hodie vero de iure regio ante implementum ex aliqua parte actio ista oritur. l. 2. ti. 16. li. 5. recopil. Anto. Gomez. d. ca. 8. n. 4. & Didacus Perez. in. l. 3. tit. 8. lib. 3. ordin. versi. dubitari non insubtiliter.
15 Et in hac actione libellus alternatiue erit concipiendus secundum glo. in. l. cum precibus. C. de rerum permutatione. & Bart. in. l. vnica. C. de sententijs, quę pro eo quod interest.

LIBELLVS IN ACTIONE præscriptis verbis, ex æstimato.

Illustre Señor.

16 *FVlano parezco ante. v. m. y pongo demanda a fulano, y digo, que yo di al dicho aduerso vna ropa de terciopelo, para que la vẽdiesse, o vsasse della, estimada y apreciada en trezientos reales: y sino hallasse quien se los diesse por ella o no quisiesse vsar della, que me la boluiesse. Y agora el dicho aduerso ni quiere darme los dichos trezientos reales, ni boluerme la dicha ropa aũque a ello es obligado, y por mi ha sido requerido. Por que pido a. v. m. que auida mi relaciõ por verdadera en la parte que baste condemne al dicho aduerso a que me de, y buelua la dicha ropa o me pague los dichos trezientos reales. Sobre que pido justicia &c.*

LIBELLVS IN ACTIONE præscriptis verbis, ex permutatione.

Illustre

de permutatione Valenz. cons. 3
stampio ibi a alienatione proibita ea nuncupata permutatio
Vide quæ mam de emit. quæst. 1. nº. 7.
de origine permutationis practicè de exponens cap. 1. nº. 1.

Illustre Señor.

17 *FVlano parezco ante. v. m. y pongo demanda a fulano, y digo, que el dicho aduerso e yo fuymos concertados de trocar vn caua llo mio, castaño claro por otro su cauallo rucio rodado: e yo cumpliendo de mi parte lo que era obligado le di y entregue el dicho mi cauallo, e el de mi lo recibio, y se dio por cõtento e entrego, e esta obligado a dar me e entregarme el dicho su cauallo, e no lo ha querido, ni quiere hazer sin pleyto. Porque pido a. v. m. que auida mi relacion por verdadera, en la parte que baste le compella a que me pague el interesse q̃ por no me lo entregar se me ha seguido, que estimo en tantos ducados, saluo la iudicial taxacion de v. m. Sobre que pido justicia &c.*

Ex. §. Vndecimo

SVMMARIA.

1 *ACtio petitionis hæreditatis est bonæ fidei, & cui, & aduersus quem, & ad quid competat.*
2 *Actio petitionis hæreditatis est mista, personalis & realis.*
3 *Actio petitionis hæreditatis in rem, plures habet effectus actionis personalis.*
4 *Actio petitionis hæreditatis, vt competat quæ requirantur.*
5 *Libellus in actione petitionis hæreditatis quid continere debeat.*
6 *Actio petitionis hæreditatis vt competat requiritur, quod actor sit hæres.*
7 *Actio petitionis hæreditatis non competit instituto in quota bonorum cum sit legatarius.*
8 *Actio petitionis hæreditatis intentari debet contra possidentem titulo pro hærede vel pro possessore.*
9 *Actio petitionis hæreditatis non competit possidenti hæreditatem, vel partem eius titulo singulari.*
10 *Libellus in actione petitionis hæreditatis.*

§. 11. De actione petitionis hæreditatis.

1 ACtionem petitionis hæreditatis inter actiones bonæ fidei connumerat imperator in. d. §. actionum & competit hæredi, qui hæreditatem adijt & possessionẽ non fuit adeptus aduersus possidentẽ pro hęrede, vel pro possessore, ad hoc, vt actor hæreditatem totam, vel partẽ cum accessionibus consequatur, ita explicant Iaso. à num. 186. & Mising. à. n. 10. 4. in. d. §. actionum. Et hæc actio est vniuersalis. l. 1. ff. de rei vendica. l. item videndum. §. vlti. cum sequenti. l. ff. de petitione hæreditatis. & est mista, personalis, & realis text. § quædam. insti. de

3 de act. l. hæreditatis petitionē. C. de pet. here. quāuis proprie in rem actio sit ex parte possessionis aduersarij plures effectus habens actionis personalis. l. sed etsi. §. petitio. ff. de petitione hæred. & ibi Bar. & cōmuniter oēs ex Iaſ. in. d. §. 4 quædā. n. 42. Et adhoc, vt hęc actio cōpetat, & recte intētetur requiruntur sequētia. Primò, q̄ actor in libello cōcludat, q̄ iudex declaret eū hæredē esse, & hæreditatē ad se pertinere. l. ex diuerso. §. 1. ff de rei vendic. & q̄petat, vt iudicis officio sibi restituatur quidquid reus ex hęreditate possederit. l. licet. ff. de petitione hęred. l. 1. §. 1. ff. si pars hæreditatis 5 petatur. Quo fit in libello necessariā nō esse expressionē singularū rerū, sed sufficere actorē petere se hęredem defuncti declarari, & ad eum hæreditatē pertinere, reumq̄ue officio iudicis damnari ad restitutionem omnium rerum ad illam hæreditatem pertinentium secūdum glo. communiter receptam in. l. 1. ff. de edendo. Panorm. in. c. 2. de libelli oblatione. & est. l. 26. tit. 2. part. 3. resoluit Couar. in pract. quæstionibus. c. 12. num. 1. reprobata glo. in. cap. 2. de libelli 6 oblatione. Secundò requiritur, quod actor sit hæres, siue ex testamento, siue ab intestato, siue vniuersalis, siue in aliqua parte hæreditatis. l. 1. 2. & 3. ff. de petitione hæreditatis. siue sit hæres immediatus, siue mediatus, veluti hæres primi hæredis. l. fin. C. de hæredibus instit. 7 Si tamen esset institutus in quota bonorū, tunc hæc actio nō competeret: quia esset legatarius. l. si quis seruum. §. fin. cum. l. sequenti. ff. de legatis. 2. Iaſ. in. d. 8 §. actionum nu. 193. Tertio requiritur, quod ista actio intentetur contra possidentem hæreditatem, titulo pro hærede, vel pro possessore. l. regulariter. l. p hæred. ff. de petitione hæred. etiā si vnicam tantum rem, & minimam possederit. l. si hæreditatem. ff. de petitione hęred. quam optimè explicat Ant. Gom. in. l. 45. Tauri nu. 166. & Coua. in prac. 9 quæst. c. 12. nu. 6. At vero contra possidentem aliquā hęreditatem vel partem eius titulo singulari hæc actio non cōpetit. l. hæreditatis petitionē. & ibi doctor. C. de petitione hæred. Couar. in. d. c. 12. nu. 2. Et veram rationem differētiæ assignat Mising. in. d. §. actionū nu. 112. & plures limitationes ponit Iaſ. in. l. 1. col. 2. C. de inofficioso testamento. Socinus in reg. 297 incipienti, petitio. Couar. in. d. c. 12. & Mising. in. d. §. actionū. nu. 113. Vtilem tamen tunc petitionē hęreditatis cōpetere aduersus eū qui vniuersitatē, vel hęreditatem possidet, quoquo titulo contendit Ioan. Parladorius in lib. rerum quotidian. ca. 5. Et plura in praxi vtilia circa hanc actionem petitionis hæreditatis congerunt Ant. Gomez. in. l. 45. Tauri à nu. 153. & Coua in d. c. 12. Et libellus in hac actione erit cōcipiendus forma sequenti.

LIBELLVS IN ACTIONE hæreditatis.

Illustre Señor.

10 *FVlano parezco ante V. m. y pongo demanda a fulano, y digo que assi es, Que fulano vezino deste lugar en su testamento, y postrimera voluntad cō que murio, y passo desta presente vida me dexo por su vniuersal heredero: cuyos bienes y herencia yo tēgo acceptada, cō beneficio de inuentario, y necessario siēdo de nueuo la acceto con el dicho beneficio de inuētario: el qual estoy presto de hazer luego q̄ los bienes vinieren a mi poder. Y al tiempo que el dicho fulano murio dexo muchos bienes muebles, rayzes, semouientes, deudas, derechos, actiones, joyas de oro, y plata, y mo-*

ne da amonedada: en los quales bienes el dicho aduerſo pretẽdiendo ſer heredero del dicho defuncto ſe metio, y apodero, y los tiene occupados. Y aũque le conſta del dicho teſtamento enel qual yo fuy inſtituydo por vniuerſal heredero, y conforme a ello es obligado a reſtituyrme la dicha herencia no lo quiere hazer ſin pleyto. Porque pido a v.m. q̃ auida mi relacion por verdadera en la parte que baſte por ſu ſentencia que en tal caſo lugar aya me declare por vniuerſal heredero del dicho defuncto, y como a tal pertenecerme todos ſus bienes, y herẽcia: y aſſi declarado condemne al dicho aduerſo de ſu officio, el qual para ello imploro, a que me de, entregue y reſtituya todos los dichos bienes, y herencia, que aſsi tiene occupada, con mas los fructos que ha rentado y podido rentar y rentare haſta la real entrega y reſtitucion que eſtimo en tantas mil maravedis cada vn año, y en tantas fanegas de pan y tantos menudos. Sobre que pido juſticia &c.

Ex. §. Duodecimo

SVMMARIA.

1 *ACtio pro dote olim duplex fuit, quædam ex ſtipulatu, quædam rei vxoriæ actio, & quælibet cui competebat, & quo caſu.*

2 *Actio pro dote rei vxoriæ ſublata eſt & in actionem ex ſtipulatu transfuſa.*

3 *Actio ex ſtipulatu pro dote eſt bonæ fidei, actio vero ex ſtipulatu ſtricti iuris.*

4 *Actio ex ſtipulatu pro dote ſubrogata fuit in locum actionis rei vxoriæ.*

5 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur.*

6 *Actio ex ſtipulatu pro dote ex vtroque latere tam mariti quam vxoris eſt bonæ fidei.*

7 *Actio ex ſtipulatu pro dote plura habet priuilegia.*

8 *Hypothecam tacitam habet mulier in bonis mariti pro dote ſibi reſtituenda, & è conuerſo maritus pro dote ſibi promiſſa conſequenda.*

9 *Creditoribus mariti præfertur mulier in dote ſibi reſtituenda.*

10 *Creditoribus anterioribus habentibus expreſſam hypothecam non præfertur mulier in dote ſibi reſtituenda.*

11 *Actio ex ſtipulatu pro dote dupliciter competere poteſt marito quando ſine conſenſu patris mulier contraxit, vel quando dos à patre vel extraneo ſibi fuit promiſſa.*

12 *Maritus poteſt aduerſus ſocerum agere pro dote ſibi conſtituenda, quando filia ſine patris conſenſu nupſit.*

13 *Dotare filias eſt paternum officium.*

14 *Bart. & ſequacium opinio, quod pater non teneatur filiam abſque eius cõſenſu nubentem dotare, impugnatur.*

15 *Pater tenetur filiam tradere marito, & conſtituere ei dotem.*

16 *Maritus tenetur alimenta præſtare ſuæ vxori.*

17 *Actio ex ſtipulatu pro dote promiſſa, vt competat requiritur quod matrimonium fuerit ſequutum.*

18 *Actio ex ſtipulatu p̃ dote promiſſa eſt vniuerſalis põtq; dupliciter intẽtari.*

19 *Socer ſine venia non poteſt à genero conueniri.*

20 *Actio ex ſtipulatu pro dote repetẽda dupliciter poteſt cõtingere vel ſoluto matri-*

matrimonio, vel constante, quãdo maritus ad inopiam peruenerit.

21 *Dos aduentitia, & profectitia quæ dicatur.*

22 *Dotem aduentitiam sola vxor repetere potest soluto matrimonio: extraneus tamen quando id pactus fuit.*

23 *Dos profectitia à parentibus nõ potest repeti, nisi id pacti fuerint, vel filia cõsenserit, aut non contradixerit.*

24 *Dos repeti potest constante matrimonio, si maritus ad inopiã peruenit: quo casu res mobiles statim, immobiles verò intra annum restituendæ sunt.*

25 *Maritus & eius filij hæredes pro dote restituenda non possunt conueniri, vltra quam facere possint, secus vero extranei hæredes vel maritus putatiuus*

26 *Libellus in actione pro dote non promissa.*

27 *Libellus in actione pro dote promissa.*

28 *Libellus in actione pro dote repetẽda.*

29 *Contractus bonæ fidei id proprium habent, vt contrahentes non modo in id quod actum est, sed in illud quod ex bono & æquo præstari oportet obligentur.*

30 *Iudici libera facultas tribuitur à lege æstimandi, quod bonum & æquum est in contractibus bonæ fidei, secus vero in contractibus stricti iuris.*

31 *Compensatio admittitur in actionibus bonæ fidei, & stricti iuris ipso iure, attenta noua lege Iustiniani.*

32 *Compensatio non admittitur in depositi actione.*

33 *Compensatio ipso iure competere dicitur quando à reo fuerit in iudicio oppo sita, ita vt de ea iudici constare possit.*

34 *Iudex non debet abuti potestate sibi cõcessa æstimandi ex bono & æquo in actionibus bonæ fidei sed in quantum poterit certam tenetur proferre sententiam.*

§. 12. De actione pro dote.

1 ANtiquitus duæ actiones pro dote, vel exigenda, vel repetenda concessæ fuerunt: vna ex stipulatu dicebatur, altera verò rei vxoriæ actio. Prior enim dabatur marito pro exigenda dote sibi promissa, vt in. l. ad exactionẽ. C. de dotis promissione. nec sibi cõpetebat, nisi dos esset promissa. l. vltim. in principio. C. de repudijs. Posterior vero dabatur mulieri soluto matrimonio ad repetendas res dotales, etiam si de restitutione dotis nihil sibi cautum esset. l. si duo patroni. §. penultimo. in fine. ff. de iure iurando. Hanc posteriorẽ

2 actionem rei vxoriæ Iustinianus sustulit cum omnibus suis qualitatibus, & in actionem ex stipulatu transfudit: vt sic vtroque casu actio ex stipulatu cõpetat, & marito pro exigenda dote, & mulieri pro repetenda: & si nulla stipulatio interueniat per. l. vnicam, in prin. C. de rei vxoriæ actione. & text. in. §.

3 fuerat. institu. de actio. Et actio ex stipulatu pro dote bonæ fidei est. Nam licet actio ex stipulatu stricti iuris sit. l. quia tantundem ff. de neg. gest. l. quidquid adstringendæ. ff. de verborum. tamen quia actio ista subrogata fuit in locũ actionis rei vxoriæ, quæ bonæ fidei

4 erat, accepit eius naturam & conditionem: ac proinde bonæ fidei est tex. in. d. §. fuerat. & in. d. l. vnica. §. sed si nõ ignoramus. C. de rei vxoriæ actione. Nã

5 subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. l. quod debitori ff. de donat. causa mortis. l. si creditori. ff. de legatis. 1. &. d. l. vnica. in princi. &
6 vtroque latere tam mariti quam vxoris bonæ fidei est vt ex. d. fuerat. notãt ibi Iaſ. nu. 16. Miſing. & Corraſ. nu. 5. & communiter omnes in. d. l. vnica. §. ſed
7 etſi ignoramus. Quæ actio plura priuilegia habet, de quibus in. l. 1. ff. ſoluto matrimonio. & in. l. aſsiduis. C. qui potiores in pig. & apud Campetium, & Bald. Nouellum in tit. de dote. Quorum duo recenſentur in. d. §. fuerat. Primum eſt
8 tacitæ hypothecæ quam mulier habet in bonis mariti pro dote ſibi reſtituenda, & econuerſo maritus pro conſequẽda dote ſibi promiſſa. d. l. vnica. §. 1. de quo priuilegio vltra doctor. in. d. §. fuerat, agit eleganter Couar. lib. 1. variarũ.
9 c. 7. Secundum priuilegium eſt prælationis, quo mulier præfertur omnibus alijs creditoribus mariti, vt in. d. §. fuerat. & in. d. l. aſsiduis. & explicat Couar. in. d. c. 7. à num. 1. Cauebis tamen à Miſing. nu. 13. & à Corraſ. nu. 8. in. d. §. fuerat. reſoluentibus mulierem habentem tacitam hypothecam præferendam eſſe creditoribus anterioribus habentibus expreſſam: nam contraria opinio verior
10 & communis eſt ſecundum Couar. d. c. 7. nu. 1. verb. tertia concluſio. & probatur de iure regio in. l. 33. tit. 13. part. 5.
11 Et quando actio iſta ex ſtipulatu marito datur poteſt dupliciter contingere. Primo modo quoties filia matrimoniũ contraxit ſine conſenſu patris. Secũdo modo quoties dos fuit promiſſa à pa-
12 tre, vel ab alio. In primo caſu gener agere poteſt aduerſus patrem, vt cõſtituat ſibi dotem ſecundum glo. in. l. obligamur. verb. lege. ff. de act. & oblig. quam teſtatur communiter receptam Alex. conſ. 169. num. 2. lib. 7. Socinus conſ. 57. num. 2. lib. 4. Aret. conſ. 39. col. antepenult. Iaſ. in authen. præterea. num. 8. C. vnde vir. & in. d. §. fuerat. nu. 97. & Grego. Lup. in. l. 8. tit. 11. par. 4. in glo. verb.
13 el padre. Alciat. lib. 8. parergon. ca. 3. Et pro hac opinione facit, quia officiũ paternum eſt filias dotare. l. qui liberos. ff. de ritu nuptiarum. l. fin. C. de dotis promiſsione. & firmat glo. 1. in. c. hoc ſanctum. 32. q. 2. & in. c. de raptoribus. 36. q. 1. verb. excuſata. Et iſta opinio verior eſt ſecundum Couar. in. 4. 2. part. c. 3. §. 8. nu. 7. Nec ab hac opinione recedendum eſt ſecundum Bald. Nouellum in l. 1. nu. 343. ff. ſoluto matrimonio. quanuis Bart. in. l. obligamur. ff. de actio. &
14 oblig. teneat patrem non teneri dotare filiam abſque eius conſenſu matrimonium contrahentem: cuius opinionem ſequitur Aret. in. l. qui ſuperſtitis. nu. 3. ff. de acquirenda hæreditate. Iaſ. in. l. diuortio. in princ. nu. 20. ff. ſoluto matrimonio. Alex. conſ. 33. nu. 3. lib. 4. & cõſ. 61. nu. 4. lib. 7. Palatius Rubios in repetitione. c. per veſtras not. 3. § 3. nu. 1. & 7. & §. nu. 1. & 5. & §. 7. de dona. inter vir.
15 & vxor. Nam contra eos facit, quod pater ad duo tenetur, ſcilicet, ad tradendã filiam marito, & ad conſtituendam ei dotem, probatur in. d. l. qui liberos, vnde licet ceſſet prima obligatio, quia iam filia nupta eſt, non tamen ceſſat ſecunda de conſtitutione dotis, vt cum pluribus reſoluit Couar. vbi ſupra in dict. c. 3. §. 8. num. 7. Cautius tamen in hoc caſu crederem eſſe ſi mulier tempore cõtractus matrimonij promitteret dotẽ ſuo viro: quia in iſto caſu Barto. & omnes conſentiunt aduerſum patrem agi poſſe, vt dotẽ filiæ conſtituat: & ſi dos promiſſa non fuerit, agendũ erit nomi-
16 ne vxoris: alioquin viro imputandum eſſet, quod vxorẽ ſine dote acceperit, & eidẽ alimenta adminiſtrare teneretur. l. fi. C. de repudijs, & in auth. de nuptijs. §. ſic itaq; collatione. 4. reſoluũt Paul. Caſtrenſis. l. ſi ſocer. in princi. n. 4. ff. ſoluto matrimonio. Alex. cõſ. 7. n. 11. lib. 2. Iaſ. in authen. præterea. nu. 8. C. vnde vir & vxor. & Guilier. Bened. in. c. Rainutius.

verb.

17 verb. dotem. num. 41. Secũdo verò mo
do quãdo dos fuit promissa à patre, vel
ab alio, tunc requiritur, quod constet
dotem fuisse promissam, & matrimo-
nium subsecutum: quia talis promissio
habet conditionem annexam, si matri
monium subsequatur, secundum glo.
in l. 2. §. creditum. ff. si certum petatur.
verb. post nuptias. nam ante matrimo-
nium dos non dicitur. l. 3. &. l. promit-
18 tendo. ff. de iure dotium. Et tunc actio
ista vniuersalis est, vt omnes agnoscunt
in rubrica. ff. soluto matrimonio. Inten
taturque dupliciter. Quia si dos promis
sa esset per instrumentum publicũ, vel
aliam scripturam executionem paratã
habentem inxta tex. in l. 2. &. 5. titu. 16.
lib. 5. recopil. via executiua procedendum erit: si vero aliter promissa esset, li
bellus concipiendus erit forma paulo
inferius præscripta. Vtroque tamen ca
su si aduersus patrem agatur, prius ve-
19 nia petenda erit: quia socer sine venia à
genero conueniri non debet, secundũ
glo. receptam in. l. generaliter. ff. de in
ius vocando. etiam si affinitas dissoluta
esset secundum Alexand. in. d. l. genera
liter. per tex. in. l. fin. C. de iure dotium.
20 Quando vero actio ista datur pro re-
petenda dote contingere etiam potest
21 dupliciter. Primo modo soluto matri-
monio: quo casu aut loquimur de dote
aduentitia, vel de profectitia. Aduenti-
tia dicitur, quæ non ex paternis bonis,
22 sed aliũde ab extraneo data fuit: & tũc
sola vxor soluto matrimonio repetere
poterit: extraneus tamen quando id pa
ctus fuerit, poterit repetere in. l. vnica.
§. accedit. C. de rei vxoriæ. Profectitia
verò dos dicitur, quæ à patre vel à parẽ
23 te proficiscitur, nec à parentibus repeti
poterit, nisi id pacti fuerint, vel nisi filia
consenserit, aut non contradixerit. l. 2.
§. quod si in patris. &. §. voluntatem. ff.
soluto matrimonio. Secũdo modo dos
24 repetitur constante matrimonio, si ma
ritus ad inopiam vergat. l. si constante.
in principio & ibi Ias. ff. soluto matri-
monio. l. vbi. C. de iure dotium. glo. in
ca. ex parte. de consuetudine, & vtrobi-
que doctor. & Palacius Rubios in repe
titione. c. per vestras. in principio. §. 17.
num. 1. cum sequentibus, & tunc res do
tales diuersimodè restituũtur: nam im-
mobiles statim restitui debẽt, alioquin
vsuræ debentur, mobiles vero intra an
num vt in. l. vnica. §. cum autem. C. de
25 rei vxoriæ. Aduertendum tamen erit
quod maritus, & eius filij hæredes con
ueniri non debent pro dote restituen-
da vltra quam facere possint. l. maritũ.
l. etiam filios. in principio. ff. soluto ma
trimonio. & in. §. item si de dote. instit.
de action. vbi Ias. & Petrus Plateanus
optimas limitationes ponunt. Extranei
vero hæredes hoc priuilegio non gau-
dent vt in. d. l. maritum, & in. l. quia ta-
le. ff. soluto matrimonio: nec etiam ma
ritus putatiuus, vt cum pluribus resol-
uit Couarru. in quarto de spons. 2. part.
cap. 6. §. 8. num. 26. vbi à num. 24. plura
in proposito congerit. Et libelli
in hac actione concipiendi
erunt forma se-
quenti.

LIBELLVS IN ACTIONE pro dote non promissa.

Illustre Señor.

26 *FVlana con licencia expressa que demi marido fulano tengo, como mas aya lugar de derecho, parezco ante V. m. pidiendo, como ante todas cosas a V. m. pido, licencia para lo infrascripto: y siendome concedida o injustamẽte denegada*

me querello, y pongo demanda a fulano mi padre legitimo, y digo que anſi es, Que yo eſtoy caſada y velada como lo manda la ſancta madre Igleſia con fulano mi legitimo marido: el qual es hijo dalgo y mi igual: y al tiempo que con el me caſe no lleue conmigo dote ni agora la tengo, con que pueda el dicho mi marido alimentarme, y ſuſtentar las cargas del matrimonio. Y aſſi el dicho mi padre conforme a la diſpoſicion del derecho eſta obligado a me dotar y dar dote competente ſegun la qualidad de ſu perſona, y la quantidad de ſu hazienda y al numero de hijos que tiene, a lomenos haſta lo que me puede caber de legitima. Y auida conſideracion de todo lo ſuſodicho el dicho mi padre eſta obligado a dotarme en tantos ducados. Porque pido a v. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baſte, por ſu ſentẽcia, que lugar aya, y de ſu officio el qual para ello imploro condemne, compella, y apremie al dicho mi padre a que me dote en tantos mil ducados: e aſſi condemnado le mande me los de y entregue, para que dellos el dicho mi marido me alimente, y pueda ſuſtentar las cargas del matrimonio. Sobre que pido juſticia &c.

LIBELLVS IN ACTIONE pro dote promiſſa.

Illuſtre Señor.

2 FVlano con licencia, que ante todas coſas pido a v. m. y ſiendo me concedida, o injuſtamente denegada, me querello, y pongo demanda a fulano padre legitimo de fulana mi legitima muger, y digo que anſi es, Que el dicho fulano me mando y prometio en dote y caſamiento con la dicha mi muger tantos mil ducados pagados en eſta manera. En tal heredad que eſta en tal lugar, de que ſon linderos tales, que fue eſtimada y taſſada en tantas mil marauedis, y la reſta me prometio en dineros de contado. Y puesto que yo ſoy caſado, y velado con la dicha fulana de tantos años a eſta parte, viuiendo y haziendo vida maridable de conſuno en vna caſa, el dicho fulano no me ha querido dar ni pagar el dote que me prometio y mando con la dicha ſu hija, y aũque por mi ha ſido requerido muchas y diuerſas vezes no lo ha querido hazer ſin pleyto. Porque pido a v. m. que auida mi relacion por verdadera en la parte q̃ baſte por ſu ſentencia que lugar aya, condene al dicho fulano a que me de, pague y entregue la dicha heredad con mas los fructos, que ha rentado y podido rentar, y q̃ rentare haſta la real entrega, que eſtimo en cada vn año en tantas mil marauedis, y tantas fanegas de pan: y aſſi miſmo le condene a que me de, y pague los dichos marauedis que es obligado a me dar en dinero de contado, con mas los intereſſes que ſe me han ſeguido, por no me auer pagado, que eſtimo en tantas mil marauedis: ſaluo en todo la judicial taxacion de v. m. Sobre que pido juſticia &c.

LIBEL-

LIBELLVS IN ACTIONE pro dote repetenda.

Illustre Señor.

26 *FVlana biuda muger que fuy de fulano defuncto parezco ante V.m. y pongo demanda a fulano heredero del dicho mi marido, y digo que es assi, Que yo fuy casada y velada como lo manda la Sancta madre Iglesia con el dicho fulano mi marido, el qual es ya defuncto, y passado desta presente vida. Y al tiempo que con el me case y vele y lleue en dote y casamiento y el conmigo recibio tantas mil marauedis, y en su testamento y postrimera voluntad, con que murio dexo por su vniuersal heredero al dicho fulano: el qual quiso y accepto sus bienes y herencia, y assi es obligado a pagarme, y restituyrme la dicha mi dote: mayormente que ha mas de vn año, que el dicho mi marido es muerto y el matrimonio dissuelto. Y aunque por mi ha sido requerido que me lo pague no lo ha querido hazer sin pleyto. Por que pido a V.m. que auida mi relacion por verdadera en la parte que baste por su sentencia, que lugar aya condene al dicho aduerso a que me de, buelua y restituya tantas mil marauedis de la dicha mi dote, y a ello le compella, y apremie por todo rigor de derecho. Sobre que pido justicia &c.*

Otrosi attento que el tiempo, en que es obligado el dicho aduerso a pagarme la dicha mi dote es ya passado, y no tengo otra cosa de que me alimentar, si no della a V.m pido que de su officio, el qual para ello imploro condẽne al dicho fulano, a que en el entre tanto que no me pagare la dicha dote me de alimentos conforme a la qualidad de mi persona, y la quantidad de la dicha mi dote. Sobre que pido justicia &c.

HActenus in isto.c.6. cum suis. §§.egimus de actionibus bonæ fidei, omissis actionibus, familiæ herciscundę, cõmuni diuidundo, finium regundorũ, & pignoratitia: quia de tribus dixeramus in. c.1.in.§.de acti. mista. & deposteriori in.c.2.in.§.de act. Seruiana, hypothecaria, pignoratitia, &c. Circa quas oẽs actiones bonæ fidei animaduertere libet, q̃ earũ vis & natura est, quod in eis libera potestas permittitur iudici ex bono & æquo æstimãdi quantũ oportet reũ dare actori: nã con
29 tractus bonæ fidei hoc peculiare habẽt vt contrahentes nõ modo in id, quod actũ est, sed & in illud, quod ex æquo & bono præstari oportet inuicem obligentur, licet à contrahentibus nõ sit ex
30 pressum. Et inde est, quod vbi de illis cõtrouersia in iudicio oritur, lex tribuit liberam facultatem iudici æstimãdi, quoniam reum actori dare oportet non attenta stricta iuris ratione, & subtilitate verborũ, sed ex bono & æquo, id est, ex naturali æquitate, & absoluta quadã bonitate iux. tex. in. l. 2. in fine. ff. de act. & obli. & in. §. vltimo. inst. de obl. quę ex cõs. Quod in actionibus stricti iuris nõ obseruat, in quibus iudex nonpõt trãsilire verba cõuentionis. l. quidquid ad-
31 stringẽdæ. ff. de verb. l. ga tãtundem. ff. de neg. gest. Quo fit q̃ in actionibus bonæ fidei cõpensatio admittitur, ita q̃ si quis agat actione bonæ fidei, & decẽpetat debeatque reo quinque iudicis officium erit in quinque solum modo condemnare, facta compensatione cum alijs quinque, quæ reo debebantur

secundum Iustinianum in. §. in bonæ fidei. instit. de action. referentem iuris antiqui differentiam circa hanc compensationem inter actiones bonæ fidei, & stricti iuris. Nam olim in actionibus bonæ fidei ipso iure compensatio admittebatur, id est, eo ipso quod iudex intelligebat locum esse compensationi statim actio minuebatur ad quantitatem debitam absque eo quod reus peteret: in actionibus stricti iuris, etiam iudice sciente locum esse compensationi, non admittebatur compensatio nisi reo opponente exceptionem doli, dicendo, dolo facis, quia petis quod statim restituturus es. Quam tamen differentiam iuris antiqui idem Iustinianus sustulit in. l. fin. C. de compens. vt ipsemet refert in. d. §. in bonæ fidei iudicijs. constituens regulam generalem scilicet, quod omnis actio cuiuscunq; generis sit, hodie ipso iure per compensationem tollitur in tantum, quantum compensari debet, excepta sola depositi actione: idemque statuit in. d. l. fin. &
32 probatur in. l. penulti[illegible] C. de deposito. & in. c. bona fide. ex[illegible] de deposito.
33 Intellige tamen compensationem ipso iure competere, si opposita fuerit à reo in iudicio, vt sic de ea facto vel voce hominis iudici constare possit, quia iudex diuinare nequit. l. si cõstet. C. de comp. l. si putator. ff. ad. l. Aquiliam, & firmat glo. in. d. §. in bonæ fidei. verb. ipso iure. & ibi communiter omnes. Differt tamen in hoc ius nouum à veteri, quia antiquitus solenniter opponenda erat doli exceptio: hodie verò sufficit quibuscunque verbis hanc compensationem iudici significare. Et quid sit compensatio, & in quibus admittatur, vel reijciatur tradunt docto. communiter, præsertim Plateanus, Mising. Otoman. & Corrasius in. d. §. in bonæ fidei. Et cũ compensatio semper opponatur per viam exceptionis, ideo libellus in ea for
34 mandus non erit. Quibus omnibus supradictis addendum est, quod licet in actionibus bonæ fidei iudex habeat amplissimam facultatem æstimãdi ex bono & æquo, quantum oporteat reũ dare actori, non tamen debet hac potestate abuti: sed tenetur in quantum potuerit certam proferre sententiam. tex. in. §. curare. instit. de action. l. 1. & 2. C. de senten. quæ sine cer. quant. c. graue. 11. quæst. 3. & c. vltim. 33. distinct. & tradunt vtrobique doctor. & in cap. 2. de libel. oblat.

Ex. §. Septimo

SVMMARIA.

1 *Actionum arbitrariarum materia quam subtilis, & difficilis sit.*

2 *Actiones bonæ fidei, & actiones arbitrariæ, multas inter se patiuntur differentias.*

3 *Iudex non habet potestatem arbitrandi ex bono, & æquo in actionibus arbitrarijs, nisi præter earum naturam se quuta mora rei vel contumacia nõparentis iussui iudicis.*

4 *Arbitrium quid sit in actionibus arbitrarijs.*

5 *Actiones arbitrariæ quare sic dicantur.*

6 *Actionum arbitrariarum quæ sit natura.*

7 *Actio de eo quod certo loco est arbitraria.*

8 *Libellus in actione arbitraria de eo quod certo loco, est concipiendus alternatiue, nisi in mora sit debitor constitutus: & quid tunc libellus continere debeat.*

9 *Libellus in actione arbitraria de eo quod certo loco.*

Caput. 7. De actionibus arbitrarijs.

1 MAteria actionum arbitrarium est subtilis, scabrosa, & hactenus male cognita secundum Iaſ. in. §. prę terea. insti. de action. vbi Ioannes Faber inquit, quod in ea desiderat magis discere quam docere, & Misinge. testatur in eius explicatione omnium ferè docto. ingenia defeciſſe. Quamobrem pro eius perſpicua cognitione constituendum est, quod postquam Iustinianus in tit. actionum explicuerat vim, & naturã actionum bonæ fidei, quæ est vt iudici permittatur facultas ampla æstimandi ex bono & æquo quantum actori reum dare oporteat, & hoc ex propria vi & natura actionis bonæ fidei, etiam si à contrahẽtibus non fuerit expreſſum, quod in ſtricti iuris actionibus ceſſat, cum in eis à verbis contrahentium non sit recedendum, vt habetur in. §. in bonæ fidei. institu. de action. & nos diximus in § præcedenti, tamen idem Iustinianus (propter aliquod accidens veluti propter morã rei nõ soluẽtis loco destinato aut propter contumaciam rei non parẽtis iussui iudicis) introduxit in. §. præterea. instit. de actio. quod actiones stricti iuris arbitrariæ fierent, & in eis iudex posset ex bono & æquo arbitrari, neglecta subtilitate verborum, quemadmodum actori satisfieri oporteat. Quo fit differentiam esse inter actiones 2 bonæ fidei, & inter actiones arbitrarias: nam in bonæ fidei actionibus statim iudex ex earum natura habet potestatem condemnãdi ex bono & æquo: 3 in arbitrarijs vero hanc potestatem nõ habet, nisi præter earum naturam, subsecuta mora rei non soluentis, vel contumacia non parentis iussui iudicis. Et plures alias differentias esse inter prædictas actiones resoluit Otomanus in. d. §. præterea. à nu. 21. Rursus constitue, 4 quod arbitrium in ista materia, nihil aliud est quàm interlocutio iudicis præcedens sententiam diffinitiuam: ita ex Theophilo in. d. §. præterea. colligunt ibi Otomanus, Plateanus, Misinger. & Corrasius. Et inde actiones arbitrariæ 5 dicuntur, quæ ab arbitrio, id est, interlocutione iudicis pendent. Et ita in arbitrarijs duæ sententiæ feruntur, scilicet, interlocutoria & diffinitiua, si enim reus conuentus ex interlocutione iudicis satisfaciat, effugiet pœnam condemnationis, si verò non satisfaciat condẽ- 6 nandus erit per diffinitiuam. His sic cõstitutis naturam actionum arbitrariarum indicat Iustinianus in. d. §. præterea. cõstituens regulam generalem, scilicet, quod in arbitrarijs actionibus reę ante sententiam diffinitiuam soluens ex arbitrio, id est, interlocutione iudicis absolui debet, at vero non soluens condemnari. Quam naturam optime explicat Mising. in. d. §. præterea. num. 7. Vbi Iustinianus supradictæ regulæ exempla subijcit recensendo nominatim actiones arbitrarias: quæ solummodo sunt in illo text. enumeratæ, & quæ cum eis magnam similitudinem habẽt, & omnes includuntur in supradicta regula, vt agnoscunt Misinge. numer. 11. & Corrasius num. 4. in. d. §. præterea. reprobantes illos, qui falso existimãt omnes actiones arbitrarias censeri ob rei contumaciam, & vnum quodlibet earum exemplum declarant Otomanus, 7 Plateanus, Mising. & Corrasius ibidem resoluentes actionem, de eo quod certo loco, arbitrariam esse, vt optimè cũ Duareno aduertit Mising. nume. 17. & 8 Corrasius. num. 10. Et libellus in ea concipiendus

cipiendus erit alternatiue secundũ glo. in.l.3.in princip. verbo. adiectione. ff. de eo quod certo loco. & glo.in.§.plus autem.verbo: sine commemoratione. instit.de action. quam formam probãt Barto.& omnes in.d.l.3. Quod verum est, quando debitor non esset in mora constitutus: cęterum,si in mora esset deberet libellus præcisè concipi,debebitque actor mentionem facere de loco solutioni destinato,& qualiter reus fuit interpellatus, vt ad illum locum accederet,& noluit: debebitque implorare officium iudicis, vt reum condemnet ad interesse.probat text.in.d. §. præterea.&in.l.1.&.l.arbitrari.ff.de eo quod certo loco. & vtrobique tradunt doctor.Et tunc libellus concipiendus erit forma sequenti. Et aduertendum est quod in actionibus arbitrarijs iudex curare debet quãtũ poterit vt certã sentẽtiã ꝓferat,vt diximꝰ in. fi.§.prędcdẽtis.

LIBELLVS IN ACTIONE arbitraria de eo quod certo loco.

Illustre Señor.

9 *EVlano parezco ante V.m.y pongo demanda a fulano y digo,que es assi, Que yo empreste al dicho fulano tantos ducados,los quales me auia de pagar en la feria de la ciudad de Plasencia,que se haze el dia de Sant Andres del mes de Nouiẽbre,y auia de ser la dicha paga el dicho dia de Sant Andres del mes de Nouiembre passado deste presente año de.*1574.*y assi a ello se obligo por quanto yo tenia necessidad de mis dineros para comprar en la dicha feria quatro varas de puercos. Y aun que le requeri que fuesse a la dicha feria a pagarme enella los dichos ducados,no lo hizo ni se hallo en la dicha feria para que yo alli se los pudiesse demandar: y por no lo auer hecho dexe de emplear los dichos mis dineros y cõprar con ellos los dichos puercos,de lo qual se me siguio de daño e interesse tantos ducados. Porque pido a V.m.q̃ auida mi relacion por verdadera en la parte que baste por su sentencia q̃lugar aya, condemne al dicho fulano a que me de,y pague los dichos ducados que assi le empreste,y de su officio, el qual para ello imploro le condemne enel dicho daño e interesse, que de no me auer pagado en la dicha feria se me siguio,que estimo en tantos ducados,y mas le condemne en las costas y daños que se me han seguido y siguen en venir le a demandar a este lugar por ser como soy forastero, lo qual estimo en tanto,saluo en todo la judicial taxacion de V. m. Sobre que pido justicia &c.*

Ex Cap. Octauo

SVMMARIA.

1 *ACtionum aliæ sunt persecutoriæ in solidum, aliæ in tantum,in quãtum reus facere potest, & priuiligiatæ dicuntur.*

2 *Reus in actionibus priuiligiatis quo priuilegio gaudeat.*

3 *Actiones priuilegiatæ frequentius per*

viam exceptionis opponuntur.

Cap. 8. De actionibus priuilegiatis.

1 IVstinianus imperator posuit aliam diuisionem actionum in. §. sunt præterea. institu. de action. asserens, actiones alias esse perse cutorias in solidum, alias verò non, sed in quantum reus facere potest, & priui-
2 legiatæ dicuntur: nam in eis hoc priuile gio gaudet reus, vt non conueniatur in solidum eius, quod debet, sed in quantum facere possit. Et harum actionum exempla posuit Iustinianus in dicto. §. sunt præterea. & in. §§. sequentibus. vs-
3 que ad finem illius tituli. Et quia per viam exceptionis opponuntur libelli in eis non erunt formandi: in cessione tamen bonorum libellus porrigitur, qui formandus erit, vt diximus in. 4. part. 1. tomi. in cap. de cessione bonorum. & in cap. del processo de cesion de bienes.

Cap. 9. & Vltimum de diuersis remedijs ex varijs vtriusq; iuris decisionibus.

Ex. §. Primo

SVMMARIA.

1 *REmedium. l. diffamari cui & cõtra quem, & ad quid competat, traditur.*

2 *Remediũ. l. diffamari in omnibus causis tam ciuilibus quam criminalibus, tam realibus, quam personalibus petitorijs, & possessorijs locum habere cũ communi doctor. & in praxi obseruari defenditur contra dominum Franciscum à Sarmiento ad certas tantum causas illud remedium restringentẽ.*

3 *Requisita necessaria vt remediũ. l. diffamari. intentari possit, referuntur.*

4 *Remedium. l. diffamari. coram quo iudice debeat proponi, resoluitur.*

5 *Libellus in remedio. l. diffamari. Hispanè compositus.*

§. 1. De remedio. l. diffamari. C. de ingen. & manu.

1 HVius. l. remedium competit aduersus diffamantem, vel iactantem sibi aliquod ius, vel actionem cõtra aliquẽ competere: daturque diffamato ad hoc, vt iudex diffamantem compellat ius illud, vel actionem intra certum diẽ in iudicium deducere adiecta comminatione imponendi eidem perpetuum silentium, si intra terminum à iudice præfixum actionem non intentauerit. Et ad hanc conclusionem tex. iste passim ab scribentibus notatur præsertim à Bald. Saly. & Fulgo. in præsenti. Inno. & alijs in cap. conquerente. de officio ordi. Couar. lib. 1. varia. c. 18. num. 1. Domino Francisco Sarmiento. lib. 1. selectar. cap. 2. num. 1. Molina lib. 3. de primog. Hispa. c. 14. à. nu. 9. & ab alijs pluribus relatis à Collectanea iuris nume. 228. cui. l. de iure regio conuenit. l. 46. ti-
2 tu. 2. part. 3. Remediumque huius. l. conuenit omnibus causis tã ciuilibus, quã criminalibus, tam realibus quam personalibus, petitorijs, & possessorijs, vt cõmuniter omnes supra citati agnoscunt, teste Ant. Gabriele. lib. 2. de commu. ti-

tulo

tulo de actio.concluſ. 6. Et ita remediũ huius.l.in praxi obſeruatur ſecundum Greg.Lup.d.l.46.glo.1. Sed ex hac cõmuni interpretatione iuris notiſsima principia corrumpuntur,cum ordo,& natura iudiciorum ſubuertatur,& infinitæ lites ſuſcitentur calumniandiq́ue via aperiatur: quia actor nemo inuitus agere compellitur.l.vnica. C. vt nemo inuit.agere.&.l. creditor. C. de pigno. alioquin,magis pati quam agere dicere tur,ac proinde prius in iudicio comparet,& ab eo iudicium inchoatur.l.in tribus. ff. de iudic. Eſt enim in poteſtate actoris quãdo velit experiri.l.qui in alterius.ff.de reg.iur.reus vero ad iudiciũ inuitus trahitur.l. inter ſtipulantem.§. Stichum.ff.de verb.oblig. Quam obrẽ dominus Sarmi.vbi ſupra,à ſupra dict. communi interpretatione huius.l.recedit aſſerens ſolummodo eius remediũ cõpetere in cauſis de quibus loquitur, videlicet in cauſa ſtatus, & ſic in actionibus,quæ pro iuribus incorporalibus dantur,veluti pro ſeruitutibus, & iuribus reſpicientibus ſtatum perſonarum ingenuitatem,libertatem, & ſeruitutẽ, quia in eis poſſeſsio, vel quaſi in patientia aduerſarij innititur. l. etſi forte. §. 1. ver.ſed ſi patiente.ff.ſi ſeruit.vẽd.l.quoties.ff.de ſeruitut.notat Bart.in.l. naturaliter.num.27.ff.de vſucap.& talis patientia pro titulo habetur vt reſoluunt Anto.de But.in.c.peruenit de cenſi. Felin.in.c.ſi diligenti.num.7.de præſcrip. Fran:Balb.tit.de præſcrip.1.part.3.part. princip.quæſt.10.num.7.Vnde cum ex verbali iniuria, vel iactatione in prædictis maxima læſio ſequeretur, cum ex ea impatientia aduerſarij colligeretur, & ità poſſeſſor ad iudicium prouocare poſſet.l.fructuario.§.ſicut.ff.ſi vſusfructua.petatur.d.l. etſi forte.§.ſciendum. Et in materia ſtatus multũ efficere poſſet exiſtimatio,quæ ex diffamatione facile oriretur.l. ſi vicinis.C.de nup. cap. per tuas.de prob.mirum non eſt,ſi contra præd.iuris principia remedium huius.l.in his cauſis inductum eſſet,ita noſtram:l.interpretatur Dominus Franc. Sarm.vbi ſupra à num.10.& ante eum, eundem intellectum aſsignauerit Bald. in.l.ſi ea. C. qui accuſ.non poſ. Molina tamen vbi ſupra nouiſsimè interpretationem communem huius.l. & prædictam praxim,ab impugnatione Domini Franciſci Sarmiento defendit,aſſerẽs in hac.l. probari beneficiũ eius ad omnes cauſas trahi: quam communẽ praxim nos etiam ſequimur,& licet fateamur in hac.l.non probari,opinamur tamen ſuaderi poſſe ex pluribus iuribus relatis à glo. in hac.l.verb. ſententiam. & de iure regio præd. praxis communis expreſſè probatur in. l.46. defendiq́ue poteſt ex eo, quod in odium diffamantis,& ſe iactantis ad obuiandã eius calumniam ſubueniẽdumq́ue illis, qui iactatione,vel infamia moleſtãtur,& timent vexari actionibus non opportuno tempore intẽtatis, ſed tempore quo diffamatus legitimis exceptionibus, & probationibus deſtitutus fuerit, praxis & ſtylus beneficium huius legis in omnibus cauſis, & litibus recepit, tametſi hoc contra iuris principia inductum eſſet.Multoties enim legiſlatores aliqua ratione ducti multa conſtituerunt contra iuris principia, quod iuris conſulti ſentiunt: dum dicunt (contra ſtrictam rationem diſputandi multa eſſe in iure admiſſa). l. ita vulneratus. in fi.ff. ad.l. Aquil.l.ſiquis ſeruo.C.de furt. ca. cum vniuerſorum.de rerum permut.c.ſi beneficia.de præb.in.6.c.ſi ciuitas. de ſententia excom.in.6.text. ſic intelligendus in cap.penult.de ſententia excom. Et ad hoc,vt remedium huius.l.intentari poſsit.requiruntur ſequentia. Primò quod cauſæ cognitio præcedat, ex qua ſummarie conſtet de iactatione, vel infamatione facta ſine cauſa ſecundum Bart.in.l. Titia. infi.ff.de accuſ.Angel. in princip.inſtitut.de except.nume.23.

3

Alex.

Alex. in. l. si finita. §. eleganter. num. 26. ff. de damno infec. Innoc. in. c. abbate. de verb. signifi. & Couar. in. d. c. 18. nu. 2. Secundò requiritur ad hoc, vt perpetuum silentium diffamanti imponatur, quod bina monitio à iudice præcedat secundum Angel. in authen. de hæredibus & Falci. §. siquis autem. coll. 1. Cœpola. caut. 110. & Matthæ. de Afflic. decis. 264. quorum opinio in praxi tutior est, secundum Gregorium Lupum in. d. l. 46. versic. e si por auentura. Roma. tamen. in. l. quandiu. nu. 12. ff. de acquir. hæred. Alexã. l. vlti. col. 1. ff. de ferijs. & Feli. in. c. accepimus. num. 6. de fide in-

sti. contendunt vnicam monitionẽ sufficere, quorum opinionem apud nos praxim recepisse testatur Couar. in. d. c. 18. nu. 2. Debetque remedium huius. l. proponi coram iudice ordinario ipsius diffamati, nam attenta origine causæ is, qui nunc litem incipit verè reus est: ac ideo eius iudex adiri debet acsi actor proponeret actionem aduersus eum, cum eius forum sequi debeat, & in specie firmat Panor. in. c. siquis contra clericum nu. 2. de foro com. & plures alij quos refert, & sequitur Couar. vbi supra. n. 4. & 5. Et in isto remedio libellus erit cõcipiendus forma sequẽti.

LIBELLVS IN REMEDIO l. diffamari. C. de ingenuis.

Illustre Señor.

5 FVlano como mas ayalugar de derecho parezco ante. v. m. y me querello, y pongo demanda contra fulano. Y contando el caso della digo, que es assi, Que a mi noticia nueuamente es venido, que el dicho fulano sin causa que legitima, y bastante sea, se anda iactando, y alabando que yo soy su esclauo, o que le di ciertas cuchilladas, o que tiene cierta action y demanda contra mi sobre tal casa que tẽgo y posseo, y que me ha de poner demanda, y acusar sobre ello, de lo qual resulta notable infamia, daño, y perjuyzio contra mi, estando como estoy libre. Por que pido a. v. m. que auida summaria informacion de la dicha iactancia, le señale vn breue termino dentro del qual le mande me ponga la dicha demanda, y pida lo que quisiere, que yo estoy presto de le responder con apercibimiento, que no la poniendo dentro del dicho termino. v. m. le imponga perpetuo silencio, para que agora ni en tiẽpo alguno no se pueda mas querellar de mi, ni pedirme cosa alguna, en razon de lo suso dicho, poniendo le pena para que desista de la dicha jactancia. Sobre q̃ pido cumplimiento de justicia y las costas protesto, y el officio de v. m. imploro. Y juro a Dios, y a esta ✠ que esta demanda no pongo de malicia.

Ex. §. Secundo

SVMMARIA.

1 REmedium. l. si contendat. ff. de fideiuss. differt à remedio. l. diffamari. quanuis aduocati eis promiscue vtantur.

2 Remedium. l. si contendat. cui & contra quem, & ad quid competat, traditur, & eius cõmunis praxis defenditur

3 Plu-

3 *Plures exceptiones quæ ex remedio l. si contendat. intentari possunt, cumulantur.*

4 *Libellus in remedio. l. si cõtendat. Hispano sermone compositus.*

§. 2. De remedio. l. si contendat. ff. de fideiussoribus.

1 OBtinuit vsus aduocatorũ beneficium. l. diffamari. misceri cum beneficio huius. l. ad faciliorem litis expeditionem, cum tamen inter se differant: illud enim absque diffamatione præcedente proponi nequit, hoc verò diffamationem non requirit, vt ex ista l. planè deducitur, & firmat Alexand. in. l. si finita. §. elegãter. à num. 22. ff. de damno infec. & resoluit Couar. lib. 1. va-

2 ria. c. 18. num. 3. in fi. Competit quæremedium huius. l. habenti exceptionem aduersus creditorem ad hoc, vt eam in iudicium deducere possit per viam actionis, officium iudicis implorando, vt declaretur illam sibi competere, seque liberum esse ab actione, quæ actori aliquomodo competere videbatur, vt ex isto text. deprehenditur, ex dictione (etiam) quæ est implicatiua. Et hanc. l. iuncta glo. 1. ad hoc notabilem dicunt Barto. Paul. Ang. & Bald. in præsen. idẽ Bart. in. l. si finita. §. eleganter. nu. 4. & ibi Alex. num: 26. ff. de damno infec. ad idem est text. iuncta glo. fin. in. l. Aurelius. §. centum. ff. de liber. legata. & in. l. si duo patroni. in princip. ff. de iure iur. & in. l. vt ifrui. §. vtrum. ff. si vsusfructus petat. Vbi ille, cui competit aliquod ius potest petere, vt declaretur sibi competere, facit text. in. l. si pater. C. qui bonis ced. poss. & ibi notat Bar. notat Panor. nu. 2. & Maria. Soci. & Felin. in. c. siquis contra clericum. de foro comp. Feli. in cap. significauit. num. 5. de testi. Roder. Suarez. allegat. 4. à num. 5. Couar. d. c. 18. num. 3. Vbi testatur communi omnium consensu receptum esse, & Molina de Hispa. primo. libr. 3. c. 14. num. 6. & 22. Sed attenta hac communi interpretatione, & praxi, iuris principia notissima corrumpuntur. Et primo iuris principium, quod tractus futuri temporis non spectat ad iudicis officium, vt in. l. 1. ff. de vsur. l. non quemadmodum ff. de iudicijs. Sed ante actionis propositionem nemo exceptionibus vti potest cum exceptio sit actionis exclusio, vt in l. 2. ff. de excep. ergo antequã actio proponeretur exceptio iudicis officio intẽtari nequit. Secundò, quia non est in potestate rei prouocare aduersarium ad iudicium, vt in. l. purè. §. fin. ff. de doli excep. nam nemo inuitus agere, vel accusare compellitur. vt in. l. vnica. C. vt nemo inuit. Quare Ioannes de Imola in præs. ex Saly. l. 2. in principio. ff. sol. matri. idem Saly. in. l. si pater. C. qui bon. cede. oppositam sententiam defendunt asserentes in hac. l. non probari cõmunem intellectum, & praxim. Nihilominus communis erit obseruanda: nec obstant in contrarium adducta: nam non constituitur hic, quod reus possit ius futurum in iudicium deducere, sed quod possit ius de præsenti sibi competens per viam exceptionis vel per viã actionis proponere. Rursus hac. l. non dicitur, quod reus possit compellere actorem agere in iudicium, sed quòd reus possit agere contra actorem inuitũ officio iudicis, vt declaretur exceptionẽ sibi competere: ita satisfacit Paul. hic, & Alexand. d. §. eleganter. num: 26. Moli. d. c. 14. nu. 22. & sic text. iste nil deuiat à iuris regulis, vt firmat dominus Franc. Sarmiento lib. 1. selecta. cap. 2. nume. 13.

3 Vnde si plures fideiussores pro eodem interuenirent, singuli in solidum tenerentur, tamen ex epistola Diui Adriani

excep-

exceptio diuisionis eis competeret, vt in. l. inter fideiussores. supra isto articulo. §. si plures. instit. eo. Et si vnus ex eis vellet antequam conueniretur proponere suam exceptionem officio iudicis, vt declaretur, sibi competere & diuisionem fieri, & pro reliqua parte silentiũ creditori imponi, benè poterit per remedium huius. l. Et pari modo poterit intentari exceptio. l. 8. titu. 12. part. 5. similique modo poterit intentare aliam exceptionem, quando creditor distulit petere à debitore principali, & ob eius negligentiã debitor non soluendo effectus est: de qua exceptione vide Gome. 2. tomo varia. c. 13. nu. 9. Eodem modo intentabitur exceptio nouationis, de qua in. l. vbicũque. ff. de fideius. l. nouatio. C. eo. Nouatio tamen nõ censetur facta nisi expresse agatur inter partes. l. fin. C. de noua. & exceptio pacti de nõ petẽdo inter debitorẽ, & creditorẽ, vt l. fin. ff. de pact. & aliæ quam plures exceptiones. Et libellus forma sequenti formabitur.

LIBELLVS IN REMEDIO
l. si contendat. ff. de fideiusso.

Illustre Señor.

